




600094438Y




BIBLIOTHECA BODLEIANA


Veteris Testamenti
a condito orbe ad Christum
siue Historiarum Reuelationis diuinae
Veteris et Noui Testamenti Pars prior
Scriptore Josepho Danko
SS. Theologiae Doctore, eiusdemque in c. r.
scientiarum Uniuersitate Vindobonensi Pro-
fessore Archidioecesis Strigoniensis Presbytero.


Historia Revelationis Divinae

Veteris Testamenti

scriptore

Josepho Danko

S. S. Theologiae Doctore, eiusdemque in c. r. scientiarum Universitate Vindobonensi Professore.



Τέλος νόμου Χριστός.
Rom. 10, 4.

Vindobonae anno 1862.

Sumtibus Guilelmi Braumüller Bibliopolae c. r. aulae

Typis descripserunt Jacob et Holzhausen.

Virgini Deiparae

Sine Labe Originali Conceptae

Supplex Scriptor

se suumque Librum devotissime offert.

APPROBATIO.

„Cum praesens opus cui titulus „Historia Revelationis divinae Veteris Testamenti" scriptore Josepho Danko, s. s. Theologiae Doctore, ejusdemque in c. r. scientiarum Universitate Vindobonensi Professore p. o., nihil contineat, quod Catholicae Fidei et morum doctrinae adversetur, e contra ubique genuinum Religionis zelum spiret, multaque eruditione elucubratum sit, ut imprimatur, hisce approbamus".

Fr. Zenner m. p.
Eppus Sarept. & Vic. gen.

„Lecta favorabili opinione, quam censor Canonicus Franciscus Hoványi super scripta per D. Vestram A. Rendam „Historia Revelationis Divinae Veteris Testamenti" depromsit: quam libentissime impendo adprobationem meam. Enimvero litterarum studium, eruditioque, cujus D. Vestra A. Renda hoc suo opere documentum dedit, non sibi tantum, sed et nativae Dioecesi suae honori et decori cedit. Inferat igitur fronti libri permissum et adprobationem meam".

Joannes
Card. A.-Eppus.



SUMMARIUM.

PROLEGOMENA

AD

HISTORIAM REVELATIONIS DIVINAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

§. 1. De natura Revelationis.

Revelatio, prout eam hic sumimus, est „Verbum Dei.“ Deus autem vel loquitur ab aeterno, et sic est Verbum increatum, de quo Ps. 2, 7: filius meus es tu, ego hodie genui te, item Joann. 1, 1: In principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum [1]. Vel Deus loquitur in tempore, et est verbum creatum, quo Deus duplici ratione in regno videlicet naturae et gratiae; et in posteriori quidem per alia media quam quae a natura habemus, se, sua sensa, attributa et divina mandata aperit, angelis et hominibus. Utriusque iam regni originem, indolem et fata cognita atque perspecta tenere plurimum refert. Ea quae in regno naturae memoratu digna occurrunt exponit historia profana; quae vero Deus in regno gratiae ad ultimum hominum finem consequendum disposuit, objectum verae scientiae sane dignissimum enarrat Historia Revelationis divinae. Ratio omnis et sermo divinus in revelatione divina continetur, per quam ut ait s. Hieronymus [2]: „et Deum discimus, et quare creati simus non ignoramus;“ quod autem de creatione dicit s. Pater, ad alia similiter Dei opera:

[1]) Testimonia et nomina propria s. Scripturae utriusque Testamenti nisi aliter expresse adnotatum foret iuxta Vulgatam allegamus. [2]) Praefat. in epist. ad Ephesios Oper. ed. Dominici Vallarsii Veron. 1766. seq. Tom. VII., p. 537.

conservationem, redemptionem transferendum est. In his enim proponendis, et in iis quae idcirco a nobis ipsis Deo ipsi debentur — fides, cultus, obedientia, vitae sanctitas — explicandis tota versatur revelatio. Ac regnum quidem gratiae Deus pro infinita sua sapientia non una ratione administrari voluit. Constat enim aliam, ut apud Deum decretum erat, regni huius oeconomiam fuisse sub patriarchis, qui sola traditione ducti fuerunt in re revelationis; aliam sub lege mosaica, cum Moyses divinitus inspiratus scriberet libros — quibus veritatis revelatae et cultus praescripti memoria et scientia conservaretur — et praecepta auctoritate divinitus tradita exponeret, quibus populus electus regeretur, quaeque etiam praefigurarent Messiam; aliam post tempora Filii Dei secundum promissa divina inter homines manifestati, qui omnes gentes in unam ecclesiam erat adunaturus, quique novam, postremam, universalemque revelationem in mundo promulgavit, secundum quam omnes homines suam de Deo rebusque divinis fidem, suasque actiones dirigere deberent. Nostrum est historiam huius regni usque ad initium saeculi secundi aerae christianae prosequi, circa quod canone clauso Instrumentum[1] quoque revelationis divinae absolutum est. Ibi historiam nostram excipit historia ecclesiastica. Ipsum vero regnum et revelatio divina generatim nomine Veteris et Novi Testamenti vel Foederis venit, quia fundamentum eius constituit foedus a. legale quidem quod Deus cum gente electa ad conservationem revelationis suae pepigit; atque b. evangelicum seu pactum gratiae, quod Christus in assumpta natura moriens legat Mtt. 26, 28. quodque novae doctrinae evangelicae per totum orbem annunciatione sancitum est. Foedere hoc signatur et firma irrevocabilis Dei declaratio, per quam ex sola liberalitate Dei ius novum habemus ad magna minimeque debita bona, ratione sponsionis divinae; atque ita Deo fidentes et obsequentes promissa bona consequimur non verbis solum sed scriptis divinis exarata. Quam in rem scribit s. Augustinus: „Non sine Testamento dimisit nos Pater. Qui fecit Testamentum vivit in aeternum, audit

---

[1]) (Urkunde). Juxta s. Augustinum de Civitate Dei XX., 4. ed. Jos. Strange. Coloniae 1850. Tom. II. p. 370.

voces nostras, agnoscit suas, legamus. Quid litigamus? ubi inventa fuerit haereditas, eam teneamus. Aperi Testamentum, lege!" [1].

§. 2. De notione Historiae Revelationis divinae Veteris et Novi Foederis.

Historia Revelationis divinae est „enarratio originis, progressus et fatorum maxime memorandorum revelationis divinae, quae spatiis bibliorum utriusque Foederis continetur, et quidem ductu ipsorum Bibliorum Veteris et Novi Foederis." Historia omni jure appellatur, si quidem rem in facto positam, aliis rebus in facto positis coniunctam contemplatur, suoque officio non potest nisi ita satisfacere, ut ubique adhibeat explorationem, qualem cunctae omnino quaestiones de rebus gestis desiderant. Revelationis divinae Historiam [2], et non biblicae revelationis [3] inscribere idcirco visum est, quia nobis notio revelationis „divinae" amplius patet quam „biblicae" et traditiones quoque ab apostolis non sine assistentia spiritus sancti profectas et ab ipso Christo Apostolos docente comprehendit, de quibus et s. Paulus ad Corinthios: ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis. I. 11, 23. Necesse est primum nosse exstare aliquos libros vere divinos, quod certe nullo modo e sacris bibliis haberi potest; in specie illos ipsos qui sunt in bibliis nostris esse divinos, quod nusquam in sacris bibliis invenitur; quare s. Augustinus [4] clare dicit „se evangelio non crediturum" nisi id ecclesia praecipiat. Multa praeterea in hac nostra historia exponenda e traditione petere oportet v. c. de translatione Henochi et Eliae morte non antecedente; de typis et figuris V. T.; Mariam semper fuisse Virginem; romanum divi Petri iter et episcopatum; quae omnia capita nisi attendamus traditionem non possunt sufficienter haberi ex sola

[1]) Enarration. in Psalm. XXII. Opp. ed. J. P. Migne. Parisiis, 1845. Tom. IV. a. p. 180. [2]) Geschichte der göttlichen Offenbarung. [3]) Geschichte der biblischen Offenbarung. [4]) Lib. con. epist. fundam. C. 5, 6. ed. M. VIII, 176.

revelatione biblica[1]. E Traditionis proinde sensu et sententiis historia nostra locupletanda et multiplex supellex comparanda venit, ex qua de revelatione vere et accurate nos instruere possimus. Nam sine hac traditione nunquam prout scilicet oportet, comprehendentur verba et facta etiam revelationis sic dictae „biblicae."

§. 3. De fontibus Historiae Revelationis divinae.

Inter fontes, e quibus Historia Revelationis divinae sub utroque foedere haurienda est, primum et praecipuum locum tenet ipsa Scriptura sacra Veteris et Novi Testamenti, certissimus et indubitatae fidei fons; item traditio non minoris momenti fons, sive opera ss. Patrum, quorum qui apostolici dicuntur ipsis apostolis magistris et amicis usi sunt, fide, pietate, invicto religionis amore, ingenio, facundia et litteris clarissimi. Qua in re mirari oportet esse e nostris, in quorum commentariis Historicis Revelationis divinae rarissime vel fere nunquam ad hunc fontem recurratur. A ceteris domesticis testibus: Josepho Flavio, Philone, Josepho Gorionide, scriptoribus legum Judaeorum recentiorum, Talmude[2] non minus ac externis testibus: Ktesia, Beroso, et qui ex Beroso hausit Abydeno, Manethone, Sanchoniathone Berytio; e Graecis Herodoto, Hecataeo, Theodoto, Cleodemo, Nicolao Damasceno et omnibus illis qui aliud agentes Judaeorum meminerunt (quales sunt Timocharus, Mensor Syriae, Clearchus, Mnaseas, Aristophanes), quippe qui relate ad V. T. perpauca tantum habeant eaque nimium quantum absurdis fabularum commentis immixta, parum aut nihil fere praesidii ad nostram historiam peti potest[3]. Quod scriptores iudaicos caeterum attinet,

---

[1]) Vide R. Bellarmini disputationes de controversiis christianae fidei et quidem Cap. IV. De verbo Dei non scripto libro IV. edit. Ingolstadiensis 1599. Tom. I. p. 258. seq. [2]) De quibus f. II. T. h. H. [3]) Vide sis: Chr. Wormii de corruptis antiquitatum hebraearum apud Tacitum et Martialem vestigiis l. II. in Thesauro antiq. sacr. B. Ugolini. Venetiis 1744, vol. 2. p. 1—300. G. C. Kirchmajeri exercit. acad. ad C. C. Taciti Histor. l. V. c. a. p. ib. p. 301—428. Fr. C. Meier Judaica s. Veterum Scriptorum prof. de rebus iud. fragmenta. Jenae, 1832. Cf. e. Berosi: Chaldaeorum Historiae quae supersunt auctore J. G.

distinguendum est inter ea quae fide majorum a patribus et avis per manus quasi tradita referunt, et inter ea quae ipsi per modum argumentationis aut sequelae eliciunt e verbis sacrae scripturae. In illis non repugnamus, quo minus pro veris accipiantur si nec sacro codici, nec rationi adversantur; et fidem quam historicam dicimus iis non negamus, quando ostendi non potest illos errasse. In posterioribus disquirere oportet an vim vocum atque modorum loquendi assecuti et recte sint interpretati [1]. Relate ad Novum Testamentum, testimonia Classicorum v. c. T. Livii, P. Ovidii, Velleji, Taciti; tum etiam Svetonii, Plinii S., Appiani, Plutarchi, quorum plures rebus a Christo gestis coaevi fuerunt; nec non nummi et inscriptiones, aliaque eius aetatis et historiae monumenta, habent quae industriosam mereantur comparationem, sed omnibus rite perpensis etiam contemporanei scriptores longe cedunt testibus secundi ordinis ss. Patribus et scriptoribus ecclesiasticis, qui in permultis ad hoc aevum spectantibus factis historicis priscam traditionem fidedigne et veraciter conservarunt [2].

§. 4. De necessitate Historiae Revelationis divinae.

Sacra scriptura, sive Libri canonici Veteris et Novi Testamenti, non solum fontem divinae Revelationis constituunt, sed productum quoque sunt eiusdem Revelationis ab extraordinario Dei interventu profectum, unde patet eosdem ut integrantes et constitutivas partes huius ipsius Historiae considerandos esse. In

---

Richter. Lips. 1825. p. 27. seq. Sanchoniathonis quae feruntur fragmenta, ed. J. C. Orellius. Lips. 1826. p. XII. seq. C. Th. Engelstoft: Historia populi iudaici biblica usque ad occupationem Palaestinae ad relationes peregrinas examinata et digesta. Havniae 1832. p. 4. seq. Hengstenberg: die Bücher Moses und Ägypten. Berlin 1841. p. 237. seq. C. Th. Anton: comparationis librorum s. V. F. et scriptorum profanorum, graecorum, latinorumque eum in finem institutae, ut similitudo quae inter utrosque deprehenditur clarius appareat. Pars I—XII. Gorlicii 1814—43. [1]) Dissertationum rariorum antiquitates sacras utriusque Testamenti ex auctoribus Misnae aliisque iudaicis monumentis illustrantium fasciculus invenitur in Thesauro Antiquitatum Sacrarum Blasii Ugolini. Vol. I—XXXIII. Venetiis, 1744—1767 cum indicib. locupletiss. Vol. XXXIV. ib. 1769. [2]) Cf. Commentat. Graeci et romani scriptores cur rerum christianarum raro meminerint. I. II. III. Lips. 1824—1825.

quantum tales existunt, manifestum est, praecipuum officium Historiae Revelationis divinae utriusque foederis in exponendis originibus, disquisitione characteris et delineatione spiritus librorum Antiqui non minus ac Novi Testamenti versari. Ex quo summa huius disciplinae necessitas elucet. Absque illa enim ignotum foret revelationis initium, ipsa sacra documenta scripta obscura forent et impervia, non intelligerentur dogmata, ritus, leges, mores Antiqui praesertim Foederis; sed nec conditionem revelationis Novi Foederis perspicere possimus, nisi pristinae quoque revelationis rationem perspexerimus. Novum in Veteri latere, Vetus in Novo patere asserit s. Augustinus [1]. Si Vetus Testamentum de Christo exhibendo agit, Novum de exhibito loquitur, in quo tanquam in speculo conspicimus miraculosam religionis nostrae originem, conservationem et propagationem, hacque via convincimur illam vere divinam et necessariam esse. Sine hac proinde enarratione impervius esset mirabilis ac intimus Antiqui et Novi Foederis concentus tot testium, quorum animi eadem spe in eundem fidei principem nobiscum erecti erant, nube confirmatus; ad haec omnia secus ardua et inaccessa viam aperit et complanat instituti nostri ratio. Alta voce cumprimis nostra aetas nexum ut temporum ita bibliorum demonstrandum efflagitat. Qui singulatim veritates revelatas propinaret et sparsim inculcaret, nihil admodum proficeret; stabilis certe, in omnibus bene disposita et lucida persvasio ex sola Historia Veteris atque Novi Testamenti proficiscitur. Haec dum attenta accurate diuturna ecclesiae traditione primas omnium rerum origines, ipsius praesertim revelationis exponit, eius successionem, progressionem, aetates, benignissimi divini numinis circa eam instituta, quo praesertim hagiographa referimus, prisca Veteris Foederis tempora, fidem, labores et certamina, conservationem revelationis divinae mirabilem inter innumeras calamitates; denique modum reparatae per Jesum Christum dominum nostrum ac redemptorem salutis docet, qui omnia Antiqui Testamenti symbola et oracula perfectissime adimplevit; facit ut verus omnium tem-

---

[1]) Serm. CLX. 6., ed. M. V, 876; de baptismo c. Donat. l. p. c. XV, 24 ed. c. IX. 122.

porum concentus et futurorum in vetustis radices, indicia cognoscantur atque sic contemplari liceat doctrinae, quae nos coelo infert, instar perennis fluvii e montibus Israelis scaturiginem, incrementa et decrementa, rem modo oppressam et gloriose renascentem. Recapitulare item nos iubet, quid benignissimus Salvator noster pro redimendis hominibus gerere vel sustinere dignatus sit, qui fuerint eius operum felicissimi successus, quae rursus primorum novae doctrinae praeconum conamina et martyria. Disciplina haec igitur ut ex dictis sponte sua consequitur iuxta doctrinae catholicae principia religiose descripta, non modo isagoges vice est ad cognitionem sacrorum bibliorum, sed ipsa horum cognitio, non minoris proinde necessitatis in Theologia, quam sacra Biblia in ecclesia [1].

§. 5. De usibus Historiae Revelationis divinae.

Praeter hanc summam quam evicimus necessitatem sunt alii plurimi usus doctrinales et practici ex hac Historia Revelationis divinae resultantes, qui per omnes disciplinas sacras se diffundunt. Quo referimus ante omnia eandem ad communem omnium studiorum fontem Deum perducere. „Huic scientiae attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur defenditur“ [2]. Historia siquidem Revelationis divinae praeclare facit ad fomentum pietatis vitaeque in melius incitamentum; dum enim Deum quandoque medium inter populum electum ambulantem delineat intentis undique in revelationem suam oculis, sanctissimorum insuper hominum, qui in hoc orbe peregrinabantur gesta enarrat, plurima subministrat motiva et adminicula validissima, quibus fides roboratur, pietas accenditur et animus iam languescens ad divina revocatur. Utut vero haec instructio, consolatio, sanctificatio ex Historia Revelationis divinae Antiqui Foederis quoque percipiatur, maior tamen ex ea Novi Foederis hauritur, si virtute illa, quae ex alto est, defixi in vestigia Christi, dicta factaque eius

---

[1]) Cf. Th. Katerkamp: Geschichte der Religion bis zur Stiftung einer allgemeinen Kirche. Münster 1819. p. 32. seq. [2]) S. Augustinus l. XIV. de Trinitate c. I, 3. ed. M. VIII., p. 1037.

intenta mente observemus atque gloriosum exitum et finem omnium eius operum respiciamus; Christi promissa et exempla fortius sustinent fidem nostram et validiore nos fulciunt spe et consolatione. Ita propositum huius Historiae, in quantum est practica, est beatitudo aeterna, ad quam sicut ad ultimum finem ordinantur omnes alii fines scientiarum practicarum. Unde dicente s. Thoma Aquinate [1]: „manifestum est secundum omnem modum eam digniorem esse aliis." Scientia creditur a s. Augustino [2] machina quaedam et talis quae promoveat aedificium charitatis, elevet semper et in altum adurgeat tanquam machina quaedam, per quam structura charitatis assurgat. Ad alium quam hunc si forte respiciat aut transferatur scientia; non omnem solummodo deperdet utilitatem, verum etiam ultimam inducet perniciem. Forent montium adinstar acervatae rerum notitiae, si nos meliores non redderent, etiam si ex sacrae scripturae fundo erutae nihil prodessent. Sane sacram scripturam intelligere, non est dignoscere curiosiores eius quaestiones, evolvere difficultates, digerere philologicas observationes. Laudabile siquidem sit et iisdem semet instruere; necesse tamen perinde est sibi persvadere sacram scripturam neque conceptam fuisse neque transmissam ad nos, ut eadem pascantur tantum ingenia sed ut cordibus nostris salubria suppeditet nutrimenta. Quamobrem nulla nimia cautio, quae exseratur contra pravos effectus scientiae cuiusdam sterilis et charitate destitutae, et nulla nimia sedulitas, qua per studia nostra nitamur pervenire ad charitatis scientiam: „quae secundum Deum est, et verus ac praecipuus cultus" [3] iudicio s. Augustini totius scripturae ambitum complectentem. Hinc omnino manifestum evadit charitatem omnium nostrarum seu cognitionum seu scientiarum et principium esse debere, et etiam finem: Non intratur in veritatem nisi per charitatem ut olim iam idem statuit s. Augustinus [4]. Neminem fore persvasi sumus, qui dubitet, Historiam

[1]) Summa I. g. 1. art. 5. ed. Bononiensis, 1853. Vol. 1. p. 21. [2]) Ad inquisitiones Januarii ep. 55. ed. M. II. p. 223. [3]) L. XIV. de Trin. 1. l. c. p. 135. [4]) De gratia et libero arbitrio l. 4. c. XIX. ed. c. X, 905. Cf. Mabillonii Tractatum de studiis monasticis lat. a P. U. Staudigl. Campoduni 1702. P. III. c. 1. p. 691. seq.

Revelationis divinae plurimum juvare ad efformandum habitum charitatis, omnis scientiae ut diximus principium et finem; quae ratio admodum ponderosa esse debet eidem se apprime applicandi[1].

§. 6. De aliis quibusdam commodis huius Historiae.

Quanquam aliquibus videri possit maiorem in Historiae huius studio partem habere curiositatem, quam habeat ipsa vel necessitas vel utilitas, fateri tamen oportet nihilominus, studio Historiae divinae Revelationis maiora longe conferri commoda quam sibi forte hi viri persvadeant. Certum enim est Historiam nostram amplissimum aperire campum vana et injuriosa heterodoxorum circa res utriusque Foederis commenta explodendi, dispellendi argutias magna ingenii vi saepe et specie acuminis in medium prolatas, quibus increduli in Veteris Foederis cumprimis historia plurima sibi invenisse visi sunt ad labefactandam sacrarum litterarum auctoritatem et evertendam veram religionem. His accedit, quod in illa erudiamur de populorum antiquorum initiis simulque de idololatriae ortu, phasibus et occasu; deque aliis priscis quidem, attamen de tempore in tempus renovatis, nostris vero diebus famosis quaestionibus. V. c. de Chronologia biblica qua rite stabilita et auctoritate eius defensa exploduntur veterum populorum de originibus suis fabulae uti: Sinensium prodigiosi annales, Aegyptiorum fictae dynastiae, Chaldaeorum mendaces calculi. Enimvero si vel sola antiquitatis fontium ratione aestimetur, nostrae disciplinae monumenta, quibus consignata est, cunctis historiis plurimum praestare invenientur. Nam Indorum linguae monumenta vetustissima vix saeculum IV. a. C. attingunt, doctrinae parsicae caput lingua zendica exaratum aetatem Esrae saeculum V. a. Chr. superare nullis argumentis evinci potest; voluminum, quae Phoenicia accumulavit, nec paginula quidem mansit, et quidquid Babylonia et Assyria exaravere, totum intercidit, vix ut vestigium appareat; at divinae Revelationis monu-

[1]) V. e. Stephani Wiestii: Praecognita in Theologiam revelatam in genere; in einsdem Institutionibus theologicis. Eustadii 1782. Tom. I. p. 7—266.

menta quasi vitali rore coelitus rigata, incolumia ad nos pervenerunt, nullis bibliothecarum incendiis, nullis temporum calamitatibus deleri poterant. Haec ac similia animum matura cognitione implent; ex ipsis nominibus propriis in Veteri Testamento obviis patescit fides priscae ecclesiae hebraicae, cuius haec ipsa totidem sunt symbola, quibus velut reliquiis antiquae fidei pasci dulce et utile. Et quidem si illa nomina sunt mystica et typica, iure illorum significatus accuratius eruitur, item si sunt a Deo indita et sensibus plena; quo in genere familiam ducit nomen Jehova et Jesu, de quo suo loco dicturi sumus. Haec commoda eo minus in dubium vocari poterunt nostra aetate, qua mira diligentia et paedagogico studio non solum in historias, sed litteras, imo apices antiquarum rerum inquirunt et de illis ut summis eruditae doctrinae capitibus litigant critici. Quod rursus utilitati huius Historiae, quae ipsum Deum, purissimas angelorum mentes, coelum terramque et in ea hominem amplectitur, commendandae praecipuum argumentum est. Summa haec laus censenda est, si res suo spectatur pretio, nostrae Historiae, quae etiam ut quam diligentissime a nobis cognoscatur procul dubio est dignissima.

§. 7. De partitione Historiae Revelationis divinae.

Ut in enarratione nostra omnia perspicuo ordine evolvantur, iuvabit Historiam Revelationis divinae in certas periodos dispescere. Et primo quidem cum Deus res ecclesiae post tempus filii sui, secundum promissa Antiqui Foederis inter homines manifestati, alio longe modo administraverit ac ante Jesu Christi in hunc mundum adventum; totius Revelationis divinae Historia merito dispescitur in duo intervalla maiora, quorum prius complectitur Historiam Revelationis divinae ut fuit sub Promissione et Lege, alterum fata Revelationis divinae ut post Salvatoris in carne apparitionem evenerunt exhibet, et pertexitur a Christo nato usque ad initium seculi secundi aerae christianae ob rationem §. 2. in medium prolatam. Intervallum prius, quod per quatuor ideo annorum millia secundum computum codicis hebraici decurrit, attenta foederis legalis oeconomia rursus commode in tria intervalla minoris

ambitus dividitur, quorum primum a mundi et revelationis origine ad tempora regum i. e. annum a Ch. 1084; alterum a tempore regum ad exilium sive annum a Ch. 586; tertium ab exilio usque ad Christum h. e. annum a condito orbe 4274 progreditur. Historia autem a manifestato Christo, inde in duas commode partes dividenda est, nimirum ut pars prior gesta contineat a nativitate usque ad ascensionem in coelos Nostri Salvatoris sive 30. a. aerae Dionys.; posterior quae post hanc ascensionem usque ad finem seculi primi p. C. contigerunt i. e. obitum s. Joannis apostoli, qui ad Traiani usque imperium superfuit, cum quo notante ita iam s. Irenaeo [1] item s. Epiphanio [2], desinit aevum apostolicum. Nititur haec divisio Historiae Revelationis divinae fundamento gravi: discriminis observati in oeconomia Revelationis divinae; insignem enim mutationem ecclesiam Antiqui Testamenti temporibus adventus Christi subiisse res ipsa loquitur. In historia vero Revelationis divinae Antiqui Foederis talium periodorum tres eminere tenor narrationis nostrae ipse docebit; nam tot invenimus gesta notabilia, quae faciunt ut denuo in memoratas periodos dispescatur. Quae vero in hisce periodis contigerunt, in quantum licuit, ordine chronologico disponere convenientissimum videbatur. Tradi ceteroquin et aliae laudatae historiae partitiones solent [3], quae tamen recensere huius loci non est. Divisio, quae cum introductione sic dicta historico-critica in libros s. Antiqui et Novi Foederis invecta est, in generalem, quae omnibus hagiographis communia exhibuit, et specialem, quae singulis peculiaria explicuit, instituto nostro aliena est. Introductio historico-critica prout apud recentiores acatholicos passim omnes occurrit; ipsa absit ut in praeclaros s. scripturae introduxerit thesauros, in quibus sunt deliciae cordis, uberrima pascua, montes Israel auctores scripturarum [4]; mare, habens in se sensus profundos, fluvii dulces atque

---

[1]) A. h. II., 22., ed. Massuet. p. 148. coll. III., 3. p. 176. [2]) Haer. LXVI. 19. coll. LI. 12. ed. Petavii. Par. 1622. I., 636; 434. [3]) E. g. apud D. B. Haneberg: Versuch einer Geschichte der biblischen Offenbarung. Regensburg, 1852. II. Aufl. p. 9, 10. H. Ewald: Einleitung in die Geschichte des Volkes Israel. Göttingen, 1851. II. Ausg. p. 3—14. [4]) Aug. Serm. XLVI. c. XI., 24. e. c. p. 284.

perspicui, fontes nivei qui saliant in vitam aeternam[1]; potius externam quam internam indolem s. scripturae persecuta est; cuius ope s. scriptura a neotericis pro humano veluti opere habita cum summo religionis detrimento foede perversa est[2].

§. 8. De operis a nobis suscepti ratione.

In pertractanda Historia Revelationis divinae eum in modum versati sumus, ut enarrationi historicae Veteris Testamenti praemitteremus articulum unum isagogicum de Notitia Terrae sacrae geographica; quod si quaeratur cur hunc concinnaverimus, ad §. 9. seq. lectionem curiosum remittimus. Absoluta vero Historia Novi Testamenti, dabimus duos insuper articulos, horum primus quidem institutiones „Hermeneuticae" sacrae et „Notitiam Interpretum" sacrorum librorum in ecclesia christiano-catholica exponet; alter de Sacra Scriptura ut instrumento hermeneutico, eiusque legitimo usu disseret tribus inprimis sectionibus, quarum prima animum intendet in quasdam affectiones bibliorum externas; secundus historiam texet codicis sacri manuscripti et typis excusi; tertius denique recensebit versiones, earumque virtutes et vitia; quae cuncta ad historiam externam sacrorum voluminum in unum corpus collectorum „Biblia sacra" dictum pertinere ipsa tractatio nostra liquide docebit. Non autem materiam accomodavimus methodo sed methodum materiae, hanc pro re nata etiam sine partitione proponentes. De caetero semper adnitebamur, ut instrumenta Revelationis divinae Sacram Scripturam scilicet et Traditionem sancte et caste tractaremus, ea quae narrant diligenter expenderemus, ita tamen ut via quasi compendiaria missis curiosis ea solummodo evolveremus, quae ad naturam regni divini cognoscendam intellectu sunt necessaria; quae vero in Historiae huius censu explicite non traduntur, vel obscura sunt, in iis ignorantiam nostram ingenue confiteamur, reiectis hypothesibus mentis artificio productis, quibus saepissime verbis Sacrae Scrip-

---

[1]) Ambros. ep. II. ad Const.: ed. Ben. Paris. 1686—90. 2, a. 755. [2]) Vide: Vilmari libellum: Theologie der Thatsachen 1857.

turae eiusmodi obtruditur sensus, qui ab iis simplici animo lectis, quam longissime distat. Cum vero rei litterariae notitia in singulis studiorum generibus ac partibus permagno sit adjumento, monemus nos illustriores tam catholicorum, quam acatholicorum, qui in hac scientia operam magna saepe cum laude posuerunt fontes adiisse, ut quaecumque nostrae Historiae valerent, hauriremus; etsi enim novum ex integro opus concinnare moliti simus, non eousque tamen illud proprium esse voluimus, quo minus si quid praeclare scriptum nostraeque scientiae accomodatum occurreret occupare prohiberemur; minus auctores esse volumus quam utiles. Verumtamen ne aliorum labores invide et inique celaremus, eam ut oportet nobis legem praestituimus, sedulo auctorum nomina laudare quibus usi sumus, nisi forte usque adeo exiguus foret usus, ut minus gloriae adferret iterata allegatio auctori, quam eadem taedium causaret lectori. Et vero volent fortassis nonnulli nos redarguere quod legendos quandoque proposuerimus libros ab acatholicis compositos! At nisi forte fallimur, nullas arbitramur exstare regulas ecclesiae, quae prohibeant eiusmodi libros, qui de religione ex professo non tractent, si nihil contineant doctrinae catholicae contrarium [1]. Omnium veritatum auctor Deus est, et has deinceps suae communicavit ecclesiae; simulque ius easdem redimendi, si cadant in manus infidelis dispensatoris. Quodsi inter eorum, quos annotavimus, librorum numerum nonnulli reperiantur prohibiti, tum regulas sequi necesse erit in ecclesia statutas [2]; neque enim legi volumus eosdem absque petita et impetrata licentia, siquidem lectio eorundem iudicabitur necessaria. Hac in re assentientem nobis habemus F. X. Patricium e S. J. [3]. In iis vero quae docuimus ut Ecclesiae catholicae filius et discipulus atque Christi fidelium doctorum sectator, in cunctis studuimus nihil contra eandem nostris disquisitionibus conferre, nihil imminuere, nihil addere; aliqua, magna ut credimus modestia nec non erga personas

---

[1]) Cf. Index librorum prohibitorum Modoetiae 1857. p. 8. [2]) Quas vide ibidem. p. 15. seq. [3]) De interpretatione Scripturarum sacrarum. lib. I. Romae, 1844 p 6.

[illegible] notavimus censura, non utique carpendi prurigine sed eo studio, quo divinorum eloquiorum auctoritatem et sanctitatem tueamur. Duce praesertim divo Hieronymo, cuius saepissime legimus vestigia, declinavimus studiose „ne nimia longitudine extendentes opus nec immoderata brevitate aufereremus intelligentiam, quorum alterum onerat sensus legentium, alterum praepedit studiosorum desiderium“ [1]. Atque haec volumus cuiusque de Historia nostra forte iudicem agentis normam esse, ne institutum hoc nostrum plus quam satis est tenuitatis incusetur.

[1]) Praef. in lib. II. Comm. in. Jerem. Op. ed. Vallarsii. Tom. IV. p. 878.

ARTICULUS ISAGOGICUS.

DE LOCIS SACRIS QUAESTIONES

SIVE

NOTITIA TERRAE SACRAE GEOGRAPHICA.

§. 9. Prooemium.

Sancta et coelo delata doctrina, cuius quoad possumus e documentis suis historiam illustrabimus, descriptionem terrae desiderat, ubi primum disseminata et unde ad omnes partes mundi perlata fuit, ut olim iam disertissime exposuit s. Hieronymus in librum Paralipomenon ita praefatus[1]: „Quomodo Graecorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint; et tertium Virgilii librum, qui a Troade per Leucaten et Acroceraunia ad Siciliam et inde ad ostia Tiberis navigaverint, ita sanctam Scripturam lucidius intuebitur, qui Judaeam oculis contemplatus sit et antiquarum urbium memorias, locorumque, vel eadem vocabula vel mutata cognoverit, unde et nobis curae fuit cum eruditissimis Hebraeorum hunc laborem subire: ut circumiremus provinciam, quam universae Christi Ecclesiae sonant." Quapropter ut singula illustriora fiant, etiam nostro instituto conveniens erit, antequam Historiam Revelationis divinae explanare aggrediamur, terrae sacrae Zach. 2., 12. coll. Ezech. 20., 6. Ps. 73, 12. geographicam notitiam praemittere. Geographia sacra lumen praefert menti nostrae in instrumentis sacrorum foederum explicandis. Summum caput promissionum, quas benignissimum numen Patriarchis dedit ex Oeconomia V. T. felicitatem et ubertatem etiam terrae spectabat, quam possessuri erant ipsorum posteri; quam postea possederunt terram Israelitae, ea ipsa theatrum fuit, immensae Dei sapientiae, potentiae, misericordiae et iustitiae stupendis operibus manifestandarum. Quae a Deo ipsomet saepe laudari meruit, quam vocat terram suam Ezech. 38, 16, haere-

[1]) Ad Domnionem et Rogatianum.

ditatem suam. Ps. 73, 2. Jerem. 12, 7, 8, 9, vineam suam ib. 10 et Luc. 13, 6; ipsa denique fuit provincia quam sol aeternus, dux et princeps luminum, quae mundum reliquum illuminare debebant, ipse illustravit. In qua nempe filius Dei docuit, innumera miracula ad demonstrandam tam suam quam doctrinae divinitatem perpetravit et ibi speciatim effudit sanguinem suum, ut esset fons perennis, qui inde omnem terram habitabilem reficeret et sanctissimorum fructuum spiritus, redderet fertilissimam. Unde vix unquam seriam de salute nostra cogitationem instituere possumus, nisi mente et fide ad ea, quae iis in locis gesta sunt, respiciamus.

§. 10. Terrae sacrae situs et nomina.

Terra sacra pars Asiae anterioris seu occidentalis sita est inter 31 et $33\frac{1}{2}$ gradum latitudinis borealis et 52 ac $54\frac{1}{2}$ longitudinis orientalis. Longitudo eius maxima a septemtrione ad austrum non excedit XXXI milliare germanicum, maxima latitudo XX milliaria; tota superficies 465 milliaria quadratica amplectitur, ad quae respicit s. Hieronymus[1] ita scribens: „Pudet dicere latitudinem terrae repromissionis, ne ethnicis occasionem blasphemandi dedisse videamur.“ Confinis est ad septemtrionem Phoeniciae et Syriae, ad orientem Syriae et Arabiae desertae, ad austrum Arabiae petreae et Aegypto, ad occasum Philisteae et mari mediterraneo seu interno[2]. Quandoquidem Ezechielis cap. 5, v. 5. Deus dicit se collocasse Israelitas in medio gentium, non exhinc sequitur: Hebraeis videri terram suam in telluris umbilico collocatam, sed docetur his scopus sublimis huius terrae in medio gentium positae „ut qui notus erat in Judaea Deus et in Israel magnum nomen eius, omnes in circuitu nationes illius sequerentur

[1]) Epist. 129. ad Dardanum. edit. Vall. I. 965. [2]) In constituendis finibus terrae sacrae dissentiunt geographi, quod Hebraei iam plures iam pauciores tenuerint regiones. Deus pro posteris suis Abrahamo promisit terram a flumine Aegypti i. e. Nilo usque ad fluvium magnum Euphratem Gen. 15, 18; qui limites Davidis et Salomonis aetate prolati et magis magisque extensi fuere II. R. 8, 6. III. Reg. 4, 24. 9, 26. Josue vero duce, cum Palaestina inter Israelitas divideretur et post eum ad reges usque tantum terrarum haud possidebant Hebraei quantum Deus secundum factam Abrahamo promissionem se ipsis daturum spopondit Exod. 23, 31. Num. 34, 2. Ezech. 47, 13, si Dei praecepta servassent „quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis. Neque enim sponsor in crimine est, si ille, cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione.“ Hieron. ep. ad Dard. ibid. 972 p. Finito quoque babylonico exilio diversi a prioribus fuere limites.

exempla" [1]. Tametsi respectu orbis antiqui. revera situm tenuerit singulari destinationi quam adprime conformem „ad orientem et aquilonem Asiam habentem, ad occidentem Europam secum per mare coniunctam: ab austro Lybiam, Africam" [2]; ad has proin mundi partes considerata terra sancta quasi in medio est, unde evangelium commode et optime in omnes mundi partes egredi potuit [3]. Antiquissimum huius terrae nomen I. erat Chanaan כְּנַעַן, LXX. *Χαναάν*. Exod. 6, 4. Lev. 25, 38. Ps. 104, 11. ab uno filiorum Chami Gen. 10, 6., a quo descendebant populi terram frequentantes, quae est ad occasum Jordanis et mare mediterraneum [4], qui deinceps expulsi aut servi facti fuerunt Israelitarum secundum praedictionem Noae; dum e contra regio ad orientem Jordanis a montano cui adiacet Galaad audit Jos. 22, 9–11. 32. II. אֶרֶץ הָעִבְרִים terra Hebraeorum Gen. 40, 15. ab Hebraeis posteris Eberi ib. 11, 14. 16. III. אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל I. Sam. 13, 19. אַדְמַת יִשְׂרָאֵל Terra Israelis ab Israelitis posteris Jacobi Gen. 32, 24. sq. 35, 10; complectitur hoc nomen non tantum illam regionem, quae cis Jordanem sed et illam quae trans Jordanem, IV. Reg. 6, 23. 14, 25. I. Par. 13, 2, et iuste quidem, cum omnes XII tribus posteri fuerint Jacobi qui et Israel dicitur l. c. Gen. item. 47, 31. 48, 10.; nonnunquam solummodo regnum decem tribuum denotat Ezech. 27, 17. IV. יְהוּדָה Juda, cui ut scite notat Eusebius [5] oraculum Jacobi Genes. 49, 10. imperium in omnes tribus asseruit. Judaea, terra iudaica, proprie illa tantum terra est, quae a tribu Juda possessa fuit; scisso deinde in duas partes regno, quarum illa Judae, haec Israelis dicta est, regnum duarum tribuum Judae et Benjamin; stante postmodum templo secundo post babylonicum exilium ita vocari coepit tota terra sancta, non quod sola tribus Juda ex Babylonia rediisset – contrarium enim patet ex I. Par. 9, 3. I. Esd. c. 2. II. c. 7. Act. 26, 7. – sed a Juda principe tribuum Matt. 19, 1. Marc. 10, 1. Luc. 2, 4. Joann. 3, 22. Nec aliter legitur in Josepho Flavio [6], nummis veteribus v. c. Titi Vespasiani „Judaea capta,"

---

[1]) S. Hieronymus in illud Ezech. ed. Vall. V, 50. [2]) Vid. s. Cyrillum l. X. de adorat. in spiritu ed. Auberti. Parisiis, 1638. I. p. 532. Theodoretum interpret. in Ezechielis cap. V, 5. ed. J. L. Schulze. Halae, 1769. Tom. II, p. 717. [3]) Cf. Ritter. Erdkunde XV. Theil, III. Buch. Die Sinai-Halbinsel, Palaestina und Syrien. Berlin 1850. ed. II., p. 6. seq. [4]) Cf. Num. 35, 10. „quando transgressi fueritis Jordanem in terra Chanaan," item Exod. 16, 35. Num. 14, 30. 20, 12. [5]) Demonstrat. evang. l. VIII. ed. R. M. Parisiis, 1628. p. 366. seq. [6]) Antiq. iud. l. X. 6, 1. 9, 7. ed. Sigeberti Havercampi. Amstel. 1726. Tom. I. p. 521, 532.

in classicis, qui nomen hoc interdum cum eo Idumeae sive regionis Edomitarum, quae erat ad austrum Judae commutarunt[1], S. S. Patribus et scriptoribus eccl. Origene[2], Tertulliano[3], Hieronymo[4]. V. אֶרֶץ יְהוָה Terra Jehovae. Lev. 25, 23. Joel. 1, 6. Ose. 9, 3. Ezech. 36, 5, Ps. 84, 2. non eo utique sensu quo totus terrarum orbis Dei est I. Cor. 10, 26. et ipse terrae universae Dominus dicitur Matt. 11, 25. Luc. 10, 21; sed singulari quodam modo, quo Deus regiam sedem in ea elegit, et ipse Israelitis tanquam colonis eam utendam dedit, Lev. 25, 23. Frequenter ab Hebraeis regio הָאָרֶץ κατ' ἐξοχήν appellatur, ita iam l. Ruth. 1, 1. Jer. 12, 11. 22, 29. Vulgatum etiam est VI. nomen, quo haec terra repromissionis הָאֲדָמָה אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי ἡ τῆς ἐπαγγελίας, terra, quam Jehova populo iureiurando promiserat, nuncupatur, ita Deus ipse Gen. 17, 8. coll. Gen. 12, 7. 13, 14. 24, 7. 26, 3. appellat; ita dicitur, Num. 32, 11. Ezech. 20, 42. Act. 7, 5. in epistola ad Hebraeos 11, 9. VII. Palaestina פְּלֶשֶׁת Παλαιστίνη, quod vocabulum proprium est Philisthaeorum Pentapoleos et originem a פְּלִשְׁתִּים Philistaeis habet, qui quinque potentes urbes in maritimo tractu inter Phoenicem et Aegyptum possidebant, ergo aliquam regionis sacrae partem occupabant; nomen hoc occurrit apud recentiores scriptores iudaicos v. c. Philonem[5], classicos, v. c. Ovidium[6], nummos veteres, Palaestina in potestatem populi romani redacta, Palaestina colonia P. R., sanctos Patres et scriptores eccl.[7]. Omnibus his denominationibus praestat ea VIII. אַדְמַת הַקֹּדֶשׁ Terra sancta; duplici quidem ratione nomen terrae sanctae huic regioni tribuitur; in V. Testamento jam haud immerito Zach. 2, 12. Mach. II. 1, 7. Sap. 12, 3. sancta nuncupatur, quod ipsam Deus, uti sedem suam in terris elegerit et cultui suo sacraverit; Christianos autem hanc regionem summo iure terram sanctam dicere quis dubitet? quae eversa quidem urbe et republica iudaica[8]: „quantum ad locum pertinet

---

[1]) V. c. Mart. epigramm. 10, 50. de scorpo: Frangat Idumaeas tristis victoria palmas. [2]) Commentar. in Evang. Joann. Tom. VI. 24. Op. ed. C. H. E. Lommatzsch. Berolini, 1831. s. Vol. I, 239. [3]) L. III. adv. Marcion. 24. Oper. ed. E. F. Leopold. Lips. 1841. s. P. 3, 142. [4]) Ad c. 36, v. 16. seq. Ezechiel ed. Vall. V, 426, 428. et passim. [5]) L. de Abrah. ed. Mangey. Londini, 1742. II. p. 14. item l. liber quisquis virtuti studet. ib. 457. [6]) In l. 4. et 5. metam. v. 46; v. 145, ed. Cnippingii II. Amstel. 1683. [7]) Origen. l. c. VII. in Num. ed. Lom. X, 158. Hieronym. ad Ezech. c. 27. „Judae, quae nunc appellatur Palaestina." ed. Vall. V, 315. Epiph. l. I. a haer. XX, 3. ed. Pet. I, 46. [8]) Ut legitur apud s. Hieronymum ad Marcellam Paulae et Eustochii ep. XLVI; e. c. pag. 202.

per profectus temporum multo nunc augustior est, quam olim fuit. Venerabantur olim Judaei Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim et propitiatorium et arca Testamenti. Nonne tibi venerabilius videtur sepulchrum Domini? Quod quotiescumque ingredimur toties jacere in sindone cernimus Salvatorem et paululum ibi commorantes rursus videmus Angelum sedere ad pedes eius." Et sane quis non fertur ad adorandam Dei providentiam, qui menti suae praesentem sistit historiam, quam dicimus evangelicam, et memoria repetit generis humani Salvatorem, in hac terra e Virgine nasci voluisse et hanc incoluisse per omne illud spatium, quod a cunis eius ad ascensum in coelos effluxit; „in qua — ut ajebat Urbanus II. in Concilio Claramontano — non est etiam passus pedis, quem non illuminaverit vel sanctificaverit vel corpus vel umbra Salvatoris, vel gloriosa praesentia sanctae Dei genitricis, vel amplectendus apostolorum commeatus, vel martyrum ebibendus sanguis effusus"[1]. Quae cum ita se habeant Judaei quoque[2] et veteres s. Patres[3] nomine terrae sanctae usi sunt et nobis Christicolis terra haecce omni iure ita appellanda venit. IX. Syriae nomen, quod ceteroquin veteribus perlate patet, terrae huic tribuit Herodotus[4], hoc nomine utuntur quoque Josephus[5], Philo[6], C. Plinius[7] et alii.

§. 11. Prisci Terrae sacrae incolae.

Ante occupationem Terrae sacrae eam inhabitarunt descendentes Chanaani, filii Chami nepotis Noe, qui numerosam prolem habuit. Gen. X. undecim eius filii nominantur, e quibus nonnulli in Syria aut Phoenice sibi suisque posteris sedes elegerunt, Genes. 10, 15–19. I. Par. 1, 13–16. Septem eorum, seu posteri in totidem gentes distributi in terra Chanaan inveniuntur, qui Deuter. 7, 1. et alibi[8] recensentur; ex his sunt a. Hethaei הַחִתִּי a Hetho secundo filio Chanaan dicti Gen. 10, 15. sedes suas habuerunt circa Hebronem, uti ex patriarcharum Historia patet, Gen. 23, 10. 25, 9. 26, 34. b. Gergesaei הַגִּרְגָּשִׁי, qui rarius quam caeteri

---

[1]) Sermone ap. Mansi. S. Conc. n. Coll. Ven. 1775. Tom. XX. 825. [2]) Philo in legat. ad Cajum. ed. Mang. II 586. [3]) Justinus M. dial. cum Tryphone. 113. ed. Otto. alt. Jenae, 1847. I. p. 381. τὴν ἁγίαν γῆν. [4]) II. 106. 157. VII. 90. ed. Dietsch. I. 166. 199. II. 160. [5]) Antiq. VIII. 10, 3. I. 449. [6]) Apud Euseb. praep. ev. VIII. 12. ed. Fr. Vigeri S. J. Par. 1628. p. 381. [7]) Nat. Hist. VII. 13. ed. Lugd. Bat. 1669. Tom. I. 276. [8]) Gen. 12, 6. 13, 7. Exod. 23, 23. 33, 2. Jos. 3, 10. 11, 3. 24, 11. Act. 13, 19.

memorantur et pauciores atque obscuriores reliquis fuisse videntur, habitabant in regione cis Jordanem ut liquet ex Josuae 24, 11. ubi dicuntur Jerichuntini, Amorrhaei et Gergesaei oppugnasse Israelitas, postquam duce Josua Jordanem trajecissent. c. Ammorhaei הָאֱמֹרִי Amoritae a filio quarto Chanaani Amori sive Emori nomen habebant, Gen. 10, 16. hi initio ad littus occidentale maris mortui sedes figebant in Asasonthamar, quae est Engaddi II. Par. 20, 2. coll. Jos. 15, 62. etiam circa Hebronem, Gen. 14, 7. 13. Sichemam et vallem Escol. Gen. 48, 22. Moysis temporibus degebant in montanis cis Jordanem, Num. 13, 30. quae regio deinde in partem tribus Juda cessit; sed magna illorum pars trajecto flumine Moabitis et Ammonitis terrarum multam, et forte dimidiam partem armis eripuerunt, inter fluvium Arnonem et Jabocum. Omnem eam regionem victis illorum regibus Sehone, qui habitavit in Hesebon et Og rege Basan, Num. 32, 33. Moyses subegit et tribubus Ruben et Gad possidendam tradidit. Deut. 4, 46. 47. Jos. 9, 10. Nonnunquam v. c. Gen. 15, 16. hoc nomen ita legitur, ut vel omnes vel plurimos incolas terrae ab Israelitis occupatae complectatur. d. Chananaei, omnes quidem hi populi Chananaei erant coll. Gen. 10, 18.; quidam tamen hoc nomine כְּנַעֲנִי singulariter usi — ut liquet ex Num. 13, 30. coll. Josuae 11, 3. — distinguuntur, nam l. c. referunt exploratores, qui terram Chanaan perlustraverant, illos habitare ad mare et ripam Jordanis. e. Pherezaei הַפְּרִזִּי ex quo filio Chanaani fuerint progeniti non constat, tempore Abrahami Gen. 13, 7. dicuntur habitasse, in regione ubi Abraham et Lot ante separationem inquilini erant, tempore Jacobi etiam circa urbem Sichem. Gen. 34, 30. f. Hevaei הַחִוִּי ab Hevi originem ducentes habitarunt ad fines boreales terrae Chanaan. Jos. 11, 3. 19. Jud. 3, 3. II. R. 24, 7. inter Libanum et Hermonem montem in regione Maspha. g. Jebusaei הַיְבוּסִי a filio tertio Chanaani Jebus, montana incoluerunt in et circa Jerosolymam, Num. 13, 30. Jos. 11, 3. 15, 8. 63. bellicosissimi et fortissimi erant. Jud. 1, 21. II. Reg. 5, 6—8. Praeter hos Gen. 15, enumerantur v. 19. Cinaei, Cenezaei, Cedmonaei, v. 20. Raphaim. Ex his Cenezaei et Cedmonaei sedibus suis aliorsum commigrasse videntur, antequam Moyses cum populo adveniret. Cinaei הַקֵּינִי, de quibus Num. 24, 21. inter Amalecitas degebant. Raphaim רְפָאִים trans Jordanem inveniuntur in Basan seu Batanaea Gen. 14, 5. Cf. c. Deut. 2, 9. 10. 3, 13. In orientem Jordanis similiter collocantur: Emim, Deut. 2, 11. Zonzommim, ib. 20. Zuzim, Gen. 14, 5. et Chorraei in montibus Seir. ib. 6 Quibusdam cum יְלִידֵי הָעֲנָק Num. 13, 23. Deut. 9, 2. Jos. 11, 21. commune nomen est gigantes sonans. Denique saepissime in S. S. nominantur

h. הַפְּלִשְׁתִּים Philisthaei, Sirac. 46, 21. I. Macc. 3, 24. *Φυλιστιείμ* dicti, quod nomen postea inflexerunt Graeci et Romani in *Παλαιστίνους* Palaestinos [1], sunt aeque posteri Chami et originem trahunt a Casluchaeis quorum pater erat Mizraim Gen. 10, 13. 14. Profecti sunt e regione Caphthor Amos 9, 7. Jer. 47, 4. insula Creta [2], atque pulsis Hevaeis, tractum maritimum ab Haserim usque Gazam tenentibus, in eodem sedes figebant ad australe littus maris mediterranei versus orientem. Accidit id quidem diutius ante Abrahae adventum in terram Chanaan, quia eius aetate coll. Gen. 21, 34. 26, 1. Philisthaeos iam potentes fuisse constat [3]. Philistaeorum nomen Israelitis formidabile fuit. I. R. C. 4—7, 28, 31; donec tandem a Davide ad regnum confirmato, variis attriti proeliis ad eas redacti sunt angustias, ut nihil amplius per se tentarent. II. R. 5, 17. 8, 1. 12. [4]. Bello a Josue cum Chananaeis gesto, pars priscorum terrae s. incolarum ad arma pro defensione rerum suarum confugit; quidam praesentissimum periculum declinaturi, spontaneo exilio solum verterunt, quo vero illi transmigrarint nusquam in libris sacris apparet [5].

---

[1]) Ita apud Josephum Antiqu. VI. 1, 1. IX., 13. 3. I. ed. Hav. pag. 311. 505. [2]) Cf. Calmet. dissertatio de origine et numinibus Philisthaeorum. Diss. ed. Mansi Wirceb. 1789. T. I. p. 473. seq. Juynboll commentatio a. q. litt. qua expositio postulatur quibus effectum sit ut regnum Judae diutius perstiterit quam Israel. Lovanii, 1824. pag. 213. seq. Vide C. Tacit. Hist. 5, 2. ed. Tub. II. 182. Ges. in Thes. s. v. כַּפְתֹּר p. 709. J. G. Müller St. u. Krit. 1843. IV, p. 946. Ewald. G. I. 330. ed. 2. Movers Phön. 1, 28. G. Baur, der Prophet Amos. Giessen. 1847. p. 76. s. Arnold in Herzogs R. Enc. VII. 370. s. J. G. Vaihinger. ib. XI, 558. [3]) In versione graeca LXX. ll. Judicum Regum et Prophetarum, ἀλλόφυλοι quasi extrarii et terra eorum γῆ ἀλλοφύλων terra alienigenarum dicitur. Ita iam s. Hieronymus in Amosi I, 6. „Videamus autem quid Philistiim et urbes eius peccaverint: quos septuaginta semper alienigenas transtulerunt. Ubicunque enim in Veteri Testamento ἀλλοφύλους, i. e. alienigenas legerimus, non commune nomen omnium exterarum gentium sed proprie Philistiim, qui nunc Palaestini vocantur, accipiendi sunt.“ ed. Vall. 6, 231. Quod etiam Tertullianus adv. Jud. 4. ed. Leop. IV., 199. et ipse s. Hieronymus, praesertim de locis hebraicis cum Eusebio imitatur, e. g. de libro Jesu p. 147. de Numeris et Deuter. p. 218. ed. Vall. Tom. III; interdum tamen in versione sua Philisthin sive Philistiim retinuit, nonnunquam Philistinos dixit Jud. 3, 3. 13, 1. 14, 3. saepe quoque Palaestinos ut Gen. 21, 33. 26, 1. 8. 14, 33, 31. [4]) Cf. Hitzig Urgeschichte und Mythologie der Philisthäer. Leipzig, 1845; in quo tamen libro multa veritati dissona reperies. [5]) Moversius de coloniis Phoeniciis acturus (Das phönizische Alterthum II. Th. Geschichte der Colonien. Berlin, 1850.) subtiliter (p. 417—42. coll. 559—61; 589—92) evicit hos populos quoad partem aliquam in Africam borealem secessisse, item Asiam minorem; Hispanias, omnesque mediterranei insulas. Consentiunt in hanc rem vetustissima Hebraeorum et Christianorum scripta; quibus eruditissimi interpretes suffragantur. Vide Calmet. Dissertatio quo Chananaei se receperint. I. pag. 416. seq. J. G. Müller, Kanaan und die Kananiter, in Herzogs R. E. VII, 237.

§. 12. Descriptio physica terrae sacrae: Montes.

Montuosa erat regio sacra, Deut. 11, 10. Ezech. 34, 13. pra cipue illa parte, quae inter mare mediterraneum et Jordanem medio lo sita fuit; ad mare montes non erant, si Carmelum excipiamus, illic no nisi planities et colles exigui hodieque sunt. De montibus terrae sacr acturi, initium capiemus a monte, quo Palaestina a septemtrione limitati quem sacer codex Libanum לְבָנוֹן album coll. Jer. 18, 14. nivosum voc ab albedine nivium quibus tegitur[1]. Libanus duobus montium iugis septemtrionem ab occidente orientem versus excurrentibus constat, quibus tractus occidentalis Graecis[2] Libanus, orientalis Antilibanus (citur, quod discrimen S. S. non observat, quae utrumque nomine l bani comprehendit. Ad ditionem Hebraeorum nonnisi australis eius pa spectabat. In s. litteris multum celebrantur Cedri Libani אֶרֶז Isa. 13. 37, 24. Amos. 2, 9. Ezech. 31, 3. Ps. 28, 5. 91, 13. 103, 1 neque immerito, nam omnium consensu cedrus, arbor censetur formosissin procera et patula. Cedri olim in Libano frequentissimae hodieque sup sunt sed paucae, a variis enim terrae sanctae invasoribus, imprimis Saracenis sensim excisae et devastatae sunt. Praeter has numerantur adh quatuor fere nobiliora genera arborum Libani in S. S. cupressus בְּרוֹשׁ — Celsio. V. abies — una cum cedro, cui saepe iungitur, summum Libani dec Isa. 14, 8. 37, 24. Ez. 27, 5. Zach. 11, 2. cuius lignum aeque ac cedrinu materies fuit aedificandis vel exornandis templi Hierosolymitani tabulatis, I R. 6, 15. 34. II. Par. 2, 7. 3, 5., regiae Davidis domui in Sione, II. R. 5, 1 7, 2. I. Par. 14, 1. II, 2, 16. Salamonis palatiis, porticui tribunalis atq domui reginae aegyptiacae, III. R. 7, 2. 3. seq. אַלְגּוּמִּים Vulg. lig thyina, verosimillime Sandalus[3], pariter templi regiaeque ornament itemque musicis instrumentis adhibitum, III. Reg. 10, 12. Deniq תִּדְהָר ulmus[4] et buxus תְּאַשּׁוּר Is. 41, 19. 60, 13. Ezech. 27,

¹) Tacit. Hist. V. 6. ed. Tub. 1818. II. 184. Praecipuum montium l banum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque nivib ²) Straboni l. XVIII. 2. ed. G. Krammer Berol. 1851. T. III. 271. p. Pto maeo Geographia ed. Par. 1546. p. 278. 9. Venet. 1562. p. 192. item Plinio 20. l. c. Eusebio, Hieronymo. ³) V. O. Celsii Hierobotanicon. Ups. 1745. I, 1' ⁴) Ibid. II, 272.

Libano adsitus est mons Hermon חֶרְמוֹן, in S. S. mons hic a Libano distinguitur, Ps. 42, 7. t. h. et terminus constituitur septemtrionalis terrae israeliticae trans Jordanem, uti Arnon australis, Deut. 3, 8. 4, 48. Erat olim sub imperio regis Og, quo expulso datus fuit Rubenitis, Jos. 12, 4. 13, 11. A Libano in regione occidentali jordanensi procurrit versus occasum ad mare montanum Nephtali, Jos. 20, 7. nunc Safed dictum, quod excipit alia series montium Galilaicorum, e quibus versus austrum eminet mons Thabor[1] terminus tribus Issachar, Jos. 19, 22. in medio Galileae campo, mira rotunditate sublimis[2], in quo Christum Dominum transfiguratum fuisse perhibet traditio[3]. Duobus abhinc milliaribus ab septemtrione versus orientem ostenditur mons quidam, mons beatitudinum dictus, quia in eo Christus sermonem montanum Matt. 5—7., ad populum habuisse fertur. Ad austrum vero montis Thabor est planities Jesreel, quae ad septemtrionem limitatur monte Carmel כַּרְמֶל Carmelus hodie Djebel-mar-Elyas, sive mons s. Eliae, a septemtrione occasuque ad austrum orientemque protenditur „iuxta Ptolomaidem, quae prius vocabatur Acho, mari imminens"[4], in limite australi tribus Aser, Jos. 19, 26. Quamquam Carmelus sit una eademque montosa moles, haud continentibus tamen ubique iugis cohaeret, sed magnis saepius intervallis intersectus est, quas hominum labor et cultura fertiles facile reddere possent. Etenim quotannis, vere vix ineunte simul et autumno, variis herbis floribusque odoriferis, quorum complures ad medicinam apti sunt sponte distinguuntur, et vagis pastoribus optima pascua, quo ducant pecudes, praebent. Ut non humo, ita nec fontibus vel abditis vel scaturientibus caret, unde gignitur luxurians illa soli foecunditas, ad quam alludit ipsum etymon „hortus Dei" sed quae silvaticis et feris tantum exuberat foetibus[5]. Quondam autem colebatur, ut discimus e s. Hieronymo in comm. ad Jerem. 4, 26. ubi dicit „Carmelus est oleis consitus et arbustis, vineisque condensus"[6]. Ex l. I. Reg. 25, 2. 5. liquet

---

[1]) תָּבוֹר idem quod טָבִּיר editus locus. [2]) S. Hieronymus in Onomastico urbium et locorum S. S. s. l. de locis hebraicis ex ed. B. Ugolini Thes. antiq. sacr. vol. V. Ven. 1746. cum notis J. Bonfrerii et J. Clerici. p. 353. [3]) Apud Cyrillum Hierosol. Cat. XII. 16. ed. ben. Venet. 1763. p. 170. Hieron. qui epist. 46. Paulae et Eustochii ad Marcellam de sanctis locis ed. Vall. p. 207. et epist. 108. ad Eustochium virg. epitaph. Paulae. p. 698. narrat Christianos illo accedere consvevisse religionis causa. Beda in locis s. cap. 17. ed. Colon. 1688. Tom. III. p. 369. [4]) Hieronym. in Amos I. 1. ed. Vall. VI, 225. [5]) Vide sis V. Guérin: de ora Palaestinae a promontorio Carmelo usque ad urbem Joppen pertinente. Parisiis, 1856. [6]) Ed. Vall. IV, 870.

simul et vicum et montem, hoc eodem nomine designatos. Saepe saepius sacri scriptores pulchritudinem Carmeli meritis laudibus extulerunt. Cant. 7, 5. Isai. 35, 2. Jerem. 46, 18. 50, 19.[1]. E Carmelo videtur altissimus mons, „quem Scalam Tyriorum vocant indigenae“[2]. Ad austrum vero memoratae planitiei, medio fere intervallo inter mare magnum et Jordanem excurrit series quaedam montium ad sinum aelaniticum usque, et dividitur in partem septemtrionalem et australem. Prior montanum Ephraim, Jos. 20, 7. 21, 21. III. R. 12, 25. Jerem. 31, 5. 6. Amosi 3, 9. 4, 1. 6, 1. m. Samariae vocatur. Posterior montanum Juda audit. In aquilonari regione montani Ephraim nominandus est mons: גִּלְבֹּעַ Gelboe, ubi Saul cum tribus filiis in pugna occubuit. I. R. 28, 4. 31, 8. II. R. 1, 6.; ad austrum vero eiusdem mons Hebal עֵיבָל in quo iubentur Deut. 27, 2. seq. 11, 29. Israelitae a Moyse post ingressum in terram sacram exstructo altari Deo gratias persolvere, quod et factum legitur Jos. 8, 30—34. A monte Hebal valle separatur mons Garizim, templo quod ibidem Samaritani aedificarunt famosus. Joann. 4, 20.[3]. Montano Ephraim iungitur montanum Juda, Jos. 11, 21. II. Par. 27, 4. ad quod spectant montes et colles Hierosolymorum: mons Olivarum, collis Sion et Moria; montanum hoc excurrit austrum versus, ubi Amorrhaeorum dicitur Deut. 1, 7. 19., ad Arabiam petraeam usque, coniunctumque exsistit per montes Amorrhaeorum montano seiritico in Arabia. Unde recte s. Paulus ad Gal. 4, 25. de monte Sinai quantumvis 20 dies ab Hierosolymis distet scribit: Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est

---

[1]) A primis religionis christianae temporibus aliquot eremitae in hunc Eliae commoratione v. III. Reg. 18, 20. seq. sanctum montem recesserunt, ubi iuxta speluncam Eliae oratorium sub nomine in honoremque b. Mariae Virginis exstruxerunt et origines fecerunt meritissimi inter religiosos ordinis Carmelitarum. Postea ibi ingens monasterium conditum est, ubi a s. Alberto Hierosolymarum patriarcha ad preces Brocardi superioris monasterii (circa 1209) Carmelitarum religio vere constituta est, et praescripta accepit, quibus aliquot exceptis immutationibus, quas tempus et res postulaverunt, etiam nunc semper regitur. Monasterium hoc caeterorum quasi parens usque ad annum 1799 perstitit, quo recedente exercitu franco-gallico a Turcis ferro flammaque vastatum, anno 1821, omne a fundamentis subrutum est. Sed iam 1828 insigni prorsus virtute r. f. Joannis B. hodierni monasterii fundamenta jacta sunt 1853 iam consummati (v. Kerschbaumer Pilgerbriefe. Wien. 1854. p. 19.) et „Nostrae Dominae“ dicati. Plura de his dabunt: F. Mathias in Historia Ordinis Nostrae Dominae Montis Carmeli. 1663. f. Daniel a V. M. in Speculo Carmelitano. Antv. 1680. Guérin l. c. p. 17—25. [2]) ὃ καλοῦσι κλίματα Τυρίων Jos. de bello II, 10, 2. Hav. II. 169. [3]) V. Had. Relandi Diss. de monte Garizim in B. Ugolini Thes. VII, 715. s.

Jerusalem — non utique vicinitate loci sed per radices illuc usque protensas[1]. In superiori huius montani parte ab Hierosolymis, Jerichuntem versus est regio inculta et horrida, in cuius extremitate ostenditur mons Quarantania, a quadraginta dierum ieiunio Salvatoris ibi peracto celebratus. Matt. 4, 2. 8. In regione orientali Jordanis, ab Hermone ex adverso Galileae procurrit montanum Basaniticum a quercubus et pascuis in S. S. laudatum. Isa. 2, 13. Mich. 7, 14. Amos 4, 1; quod excipit montanum Gilead גִּלְעָד, mons ad quem devenit Jacob cum fugeret Laban, Genes. 31, 23. et coniunctus Libano extenditur usque ad regionem, in qua olim regnabat Sehon, rex Ammonitarum, quae deinde data est Rubenitis possidenda. Num. 21, 22. seq. Deut. 3, 12. Ad austrum situm est montanum Abarim[2], cuius quaedam pars נְבוֹ Nebo, Deut. 32, 49. 50. vocatur, in cuius vertice Phasga Moyses, postquam Deus ei exin terram promissam monstraverat, annos natus centum et viginti mortuus est Deut. 34, 1—7.

§. 13. Planities, valles, deserta, silvae.

Totum fere littus maris mediterranei a monte Carmelo austrum versus usque ad terminos terrae sacrae est planum, nulli enim montes conspiciuntur in illo tractu. Planities haec plura nacta est nomina, pars illa quae vergit ad septemtriones a Joppe usque ad Caesaream dicitur שָׁרוֹן Saron Act. 9, 35. in qua latissimi campi fertilesque, pascendis gregibus pecorum apti inveniuntur, quorum meminit Isaias 35, 2. 65, 10. Cant. 2, 1. Pars huius orae littoralis, quae spectat austrum, in qua Philisthaei degebant הַשְּׁפֵלָה terra depressa[3] per eminentiam dicta est. Jos. 10, 40. 11, 16. Jer. 32, 44. 33, 13. Zach. 7, 7. I. Mach. 12, 38. Praeter hunc tractum duo praecipue campi *πεδία* in terra sacra notatu dignissimi sunt: campus magnus[4] ab urbe Jizreel — apud quam fuit ager Nabothi, quae in ipso vallis aditu erat posita ad radices occidentales montis Gelboe in tribu Issachar, Jos. 19, 18. — campus Jizreel יִזְרְעֶאל Jezrael. Jos. 17, 16. Jud. 6, 33. Ose. 1, 5. Esdrelon *Ἐσδρηλὼν* LXX. dictus, Judith 3, 9. Dothaim ib. 4, 6; etiam Legeon[5] et pars praecipue occidentalis Mageddo מְגִדּוֹ appel-

---

[1]) V. G. Estii Comment. ad h. l. Op. ed. Ven. 1759. I. p. 400. [2]) Josephi Antiq. l. IV. 8. 48. *ἐπὶ Ἀβαρεῖ*, I. 255. [3]) In Vulgata passim planities, regio campestris, campestria. [4]) *μέγα πεδίον*. Jos. bell. jud. IV. 1, 8. II. 267. [5]) *π. Λεγεῶνος* ab urbe Legeon. Hieronym. onom. p. 231. quae celebris ab eo tempore evasit, quo Palaestina in potestate Romanorum fuit.

latus. Vallis nimiae vastitatis, quae plus quam decem millium tenditur passibus[1]. Frequentissime campi Jezrael in sacra Historia iniicitur memoria, fatalis ad summas rerum dirimendas loci, a mari mediterraneo ac Ptolomaide usque Jordanem pertingebat ac Palaestinam in duas partes dividebat; unde qui proelio superior decessisset, tota illa potitus liberos quaquaversum aditus habebat. Hic delevit Madianitas, Amalecitas et Orientales cum viris tercentis Gedeon, Jud. 6, 33.; hic percussus est ab Achabo Benadadus, rex Syriae, III. R. 20, 26. profligatus rex Judae Josia ab rege Aegypti Nechaone, IV. R. 23, 29. II. Par. 35, 22. Holofernes a Juditha truncatus Judith, 7, 3. Alter erat campus magnus[2], qui a mari galilaico se extendit usque ad fines australes maris mortui, per quem medius fertur Jordanes, Gen. 13, 10. 11. III. Reg. 7, 46. II. Par. 4, 17., LXX. et Mtth. 3, 5. *ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου* כִּכַּר הַיַּרְדֵּן planities Jordanis, Eusebio[3] *Αὔλων*, arabibus el Ghor, terra humilis dicitur[4]. E regione Hierichuntis ad orientem Jordanis est planities Moabitica עַרְבוֹת מוֹאָב Num. 26, 3. 33, 48. Accedit totam Galilaeam fuisse planitiem tantisper elevatiorem. Vallibus quoque, quibus quaevis regio montosa intercepta est, quaeve montes a se invicem separant, abundabat Palaestina[5], inter has commemorari merentur vallis Escol V. torrens botri, penes Hebronem, unde exploratores ab Israelitis missi in signum ubertatis Palaestinae ingentem palmitem cum uva tulerunt, Num. 13, 24. Vallis Achor in qua Achan lapidibus fuit obrutus, Jos. 7, 24. Sephata II. Par. 14, 10. aditus in tribu Juda, quo ex Aegypto Palaestinam intrabant. Vallis Gabaon et Ajalon in tribu Dan, notae ex historia belliducis Josuae ibidem plena in Deum fiducia proclamantis „Sol ne contra Gabaon movearis et Luna contra vallem Ajalon," Jos. 10, 12. Vallis Gerar in qua Isaacus commorabatur postquam ab Abimelecho secessionem fecerat, Gen. 20, 1. 2. olim terminus Chananacorum versus meridiem[6]. Vallis silvestris in regione prisca Pentapoleos, Gen. 14, 3. 8. 10. Vallis salinarum גֵּיא מֶלַח non procul a lingua, sive sinu australi maris salsissimi in regione Idumaeae[7]; in qua Davides rex, II. Reg. 8, 13. Abisai bellidux, I. Par. 18, 12.

---

[1]) Hieronym. in Ose. c. I. v. 5. ed. Vall. VI, 8. [2]) *τὸ μέγα πεδίον*, Jos. de bello 4, 8. 2. II. 418. [3]) In onom. Hieronym. p. 46. [4]) Hunc campum ad quem olim vallis Siddim pertinebat, quive de norma duas et circa Hierichuntem, ubi campestria Jericho עַרְבוֹת יְרִיחוֹ Jos. 4, 13. 5, 10. audit, quatuor horas latus est, singulari industria describit Josephus de bello l. IV. 8, 2. [5]) Quae si hieme transmiserunt aquas, aestate siccae fuerant ut Cedron נַחַל torrentes dicebantur. V. G. Gesenii Thesaur. ph. cr. ling. hebr. Lips. 1829. seq. s. h. v. p. 872. [6]) Hieronym. onom. p. 202. [7]) Hieron. onom. voc. Gemela p. 199.

Amasia rex Judae devicerunt et fere ad incitas redigebant Idumaeos, IV. Reg. 14, 7. II. Par. 25, 11. Vallis terebinthi in tribu Juda, in qua David cum Goliath gigante singulari certamine dimicavit, I. Reg. 17, 2. In stylo prophetico enumerantur valles quaedam v. c. Ps. 83, 7. vallis lacrymarum, Isai. 22, 5. vallis visionis. Joel 3, 18. quum fluxus fontis e templo prodeuntis describitur, Torrens spinarum propter rationes symbolicas. Loca quae graeci ἔρημος, latini deserta aut solitudines appellare solent, Hebraei מִדְבָּר nuncupant, cuius vocis non ea vis, quae graecis latinisque subiecta est, non enim omnino deserta et incolis destituta loca sunt, sed inculta pascendis gregibus apta, quae opponuntur regionibus cultis, in quibus agri seruntur, segetes, vineta, oliveta inveniuntur, Is. 35, 1. 6. Jer. 2, 2.; et dum s. Joannes B. Matt. 3, 1. Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. Joann. 1, 28. in eremo Judae evangelium annunciasse legitur, non solitudinem incolis vacuam, quibus adventum Messiae annunciaret, sed tractum singularem circa mare mortuum adivit, qui desertum Judae vocabatur. Regio haec media inter montanum Juda et mare mortuum in diversis partibus a vicinis locis nomina accepit, uti mons solitudinis V. opacus Ziph זִיף I. Reg. 23, 13; Maon ib. Thecue, I. Par. 20, 20. I. Mach. 9, 33. Engaddi עֵין־גֶּדִי I. Reg. 24, 2. Davides cum fugeret a facie Saulis maxime in his latitavit oris. I. Reg. c. 23 et 24. Frequentes erant in solitudinibus his latrones, quia cavernae et specus illic inveniebantur. Huc referri debet Luc. 10, 30.: erat, qui incidebat in manus latronum Hierichunte profectus. Praeter has solitudines Jos. 16, 1. commemoratur alia quae a Hierichunte tendit per montes Bethelis[1], in qua Josua incolas urbis Hai fugientes cecidit, ib. 8, 24. Circa hanc videtur fuisse urbs Ephrem, ubi Christus ante passionem suam delituit, Joann. 11, 54. Deserta S. S. iungunt silvis יְעָרִים quia loca inculta Palaestinae plurimum saltuosa fuerunt Jos. 17, 15; ex his mentio fit silvae Haret I. Reg. 22, 5., in qua se detinuit Davides. Saltus Ephraim, in quo Absalon e quercu pependit et occisus est, II. Reg. 18, 6. 9.

§. 14. Aquae Palaestinae.

Mare mediterraneum, quod terram sacram ad occidentem alluit, et proinde orientem spectantibus a tergo respicitur, unde mare occidentis, infernum dictum, Deut. 11, 24. Zach. 14, 8. etiam mare magnum Num. 34, 6. 7. Jos. 1, 4. respectu ad galilaicum et mortuum. Huic

[1]) Ib. 18, 12. Bethaven vocatur.

mari Jonas se commisit. Jon. 1, 3; perque illud ex Libano ad portum Joppe ligna in usum templi devecta sunt. Inter duo iuga montium per planitiem descendit Jordanes יַרְדֵּן ὁ Ἰορδάνης [1] terrae sacrae fluvius nobilissimus, et pene unicus, cum reliqui omnes potius torrentes, quam fluvii dicendi sint. Oritur ad pedem Antilibani, ex compluribus torrentibus rivisque et diversis fontibus auctus, per duorum milliarium spatium ab aquilone ad austrum descendit in lacum exiguum et palustrem Merom [2]. Exinde inter colles in angusto saxoso alveo devolvitur in lacum Genesareth, Luc. 5, 1. I. Mach. 11, 67. יָם כִּנֶּרֶת ab urbe Cinnereth Num. 34, 11. Deut. 3, 17. Jos. 12, 3. Tiberiadis *θάλασσα τῆς Τιβεριάδος* Joann. 6, 1. 21, 1. a circumjacente Galilaea *θάλασσα τῆς Γαλιλαίας* vocatum. Mtt. 4, 18. 15, 29. Marc. 1, 16. 7, 31. cuius latitudo circa medium est quatuor, longitudo novem horarum [3]. Vicinia illius olim amoenissima fuit et mirae fertilitatis, „nullum enim [4] ipsa pro ubertate sua negat arbustum, totamque plantis consevere cultores.“ Quondam non minori copia fruticum et arborum, quam vicorum et urbium cinctus, Mtt. 11, 21—23. Luc. 10, 13. fuit. Aqua illius potabilis et piscibus abundabat quorum piscatione s. Petrus, Andreas, Joannes et Jacobus vitam tolerabant. Mtt. 4, 18. 21. Hinc perquam aptus fuit finibus Salvatoris, qui in regione hac optima quoque coeli temperie gaudente, nunc deserta, frequens morabatur. Mtt. 8, 23. 27. 13, 1. Marc. 6, 48. Luc. 5, 4. s. Joann. 21, 6. 11. Sed et super huius maris aquas ambulavit Christus Mtth. 14, 25. Marc. 6, 48. Joann. 6, 19. et Christo jubente Petrus Mtth. 14, 29. Postquam Jordanes lacum hunc permeans intersecuit, procurrit per multam solitudinem, donec ad mare mortuum sistat lapsum, in quem se praecipitans, stagnat. Jordanis ripae a lacu Genesareth iuncis, arundinibus, cannis ingentibus, tamariscis, salicibus aliisque arboribus, inter quas Jer. 49, 19. leones delitescere dicuntur, ita induuntur, ut aestate difficile illius aquae videri possint. Latitudo Jordanis est diversa, circa egressum e lacu Genesareth vix 40 pedes, ad ingressum in mare mortuum etiam 300 efficit. Summa est Jordanis celeritas, aquae limpidae

---

[1]) H. Relandus, Palaestina ex monumentis veteribus illustrata. Trajecti, 1714. Tom. I. 271. quocum Simon. Lex. man. ed. Winer Lips. p. 438. facit derivat a r. יָרַד descendit, x. ε. fluvius. Gesenius in Thes. s. h. v. p. 626. cum eodem J. Simone Onomast. V. T. Halae 1741. p. 318. ad r. רָדַן strepitum refert, q. d. strepens. E. Meier Hebr. Wurzelwörterbuch. Mannheim, 1845. p. 680. a יָדַן q. s. benetzen! [2]) מֵי מֵרוֹם Jos. 11, 5—7. aquae superiores, Semechonitis apud Jos. Flav. de bello III, 10. 7. II. 258. [3]) Cf. Ritter Erdk. XV., 284. [4]) Ut scribit Jos. de bello l. III. 10, 8. ed. c. II. 258.

dulcis saporis. Tempore verno supra alveum effertur et aquis abundat, eaque celeritate fluit, ut vado trajici non possit, I. Par. 12, 15.; unde non parum augetur miraculum transitus Israelitarum duce Josua, si reputemus tempore messis i. e. verno — ut constat e Jos. 3, 15. — virtute Dei retroactum fuisse fluvium, ubi maxime pleno alveo fertur. Elias cum Elisaeo fluvium hunc pallio divisum transibat, deinde et Elisaeus solus semel atque iterum percussis pallio Eliae et divisis aquis. IV. Reg. 2, 8. 14. Naaman Syrus iussu Elisaei in eo septies se lavans a lepra mundatus est, IV. Reg. 5, 14. Sed et in Novo Testamento fluvius hic celeberrimus est: Joannes Christi praecursor multos in Jordane baptizavit, Mtt. 3, 6. ipsum etiam Jesum v. 13. s. Redemptor noster contactu mundissimae carnis fluvium sanctificavit[1]. De trajectu Jordanis etiam aliquid notandum, quippe non uno loco ille transibatur, olim jam trajectus fuit penes urbem Bethsan Scythopolin subinde dictam; item inter lacum Merom et mare galilaicum in via Damascum ferente, ubi Balduinus IV. pontem Jacobi aedificavit; deinde infra lacum Genesaret ad Chamatham sive thermas Tiberiadenses, quo ex inferiore Galilaea ad Peraeam transibatur, tandem fuit etiam trajectus Hierichuntinus ad Jericho et Galgala. Jos. 2, 7. Jud. 12, 5. II. Reg. 17, 22. 24. 9, 15. 17. I. Mach. 5, 52. Mare mortuum ita dictum, quod nullum ex animantibus foveat[2] est lacus, mari enim nusquam, quod appareat, coniungitur, ad austrum terrae sacrae, longus 20, latus $4\frac{1}{2}$ horas[3]. Fuit olim amoenissima planities, שִׂדִּים quam Jordanes fluvius rigabat inde in sinum arabicum Aelanitem per alveum hodieque conspicuum se effundebat Genes. 13, 10. 14, 3.[4] multis habitata erat olim civitatibus; quarum quinque, — inde *πεντάπολις* pentapolis Sapient. 10, 6. — Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim et Segor

---

[1]) „Unde et usque hodie — ut scribit s. Hieron. Onomast. s. ver. Bethaabara p. 90. — plurimi de fratribus, hoc est de numero credentium ibi renasci cupientes vitali gurgite baptizantur.“ V. Bedam in l. s. c. 11. et 13. e. c. p. 368. 369. Jacobi de Vitriaco Historiam Hierosolymitanam c. 52. in Gestis Dei per Francos. Hannov. 1611. I. 1076. [2]) „In quo nihil poterat esse vitale.“ Hieronym. ad Ezech. 47, 8. ed. Vall. V. p. 592. Tacit. Hist. V. 6. neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. e. c. II. 184. [3]) Vocatur in S. S. litteris mare orientis יָם קַדְמֹנִי Ezech. 47, 18. Joel 2, 20. quod orientem spectet et m. mediterraneum occidentale habeat, mare solitudinis. Deut. 4, 49. Jos. 3, 16. יָם הָעֲרָבָה quia planities transjordanicas contingit, יָם הַמֶּלַח mare salis. Gen. 14, 3. quod tantundem valet ac mare asphalti λίμνη Ἀσφαλτῖτις. Jos. bello iud. III. 10, 7. ed. c. II. 258. propter bituminis copiam cum Hebraei asphaltum seu bitumen et nitrum salis uno nomine comprehendant. [4]) Cf. Fallmerayer, Das todte Meer. München, 1853. p. 32, 33, 72, 73.

sacer scriptor nominat. Gen. 10, 19. 14, 2. 8. Deut. 29, 23. Ex his quatuor priores et majores earumque agri foecundissimi ob immane scelus incolarum coelesti igne deletae, aquis illius lacus tectae et mersae fuerunt, Gen. 19, 24. quinta, quae minima, precibus Lothi servata fuit. Fulmine coelesti incensum, scatens in regione bitumen exarsit, igni aquae fluminis succedentes solum inundarunt, recedentibus subinde mare mortuum, seu lacus asphaltitis sedit. Jordanes mare hoc non ultro egrediens unà cum aquis torrentium Arnon et Jaboc pariter influentibus, in vapores dissolvitur, secundum aliorum mentem creditur se exonerare coecis, quibusdam canalibus in mare rubrum vel mediterraneum. Aquae maris mortui limpidae quidem sed amarae et salsissimi saporis bibentibus nauseam movent, et id mirandi habent nil immergi sed supernatare omnia. Rudera circa mare illud hodie pariter veritatem prodigii narrati in sacra Scriptura asserunt. „In testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra et incerto tempore fructus habentes arbores et incredibilis animae memoria stat segmentum salis" Sap. 10, 7.[1]. Minorum fluviorum sive amnium alii in Jordanem, aliosque cum Jordane coniunctos lacus, alii in mare mediterraneum funduntur. Inter priores et quidem ubi Jordanes ad occidentem vergit est torrens Carith נַחַל כְּרִית qui ex montibus Ephraim confluit et sese supra Galgalam cum Jordane unit, de quo III. Reg. 17, 3. 5. Ad orientalem Jordanis partem est Arnon, qui in Arabiae desertae partibus scaturit, occasum versus volvitur, septemtrionales regionis moabiticae constituit fines, Ammonitas primum, tum Amorrhaeos, ac tandem tribus Gad et Ruben a moabiticis terris separat et mari mortuo absorbetur. Num. 21, 13. 22, 36. Jos. 12, 1. Is. 16, 2. Jer. 48, 20. Jaboc[2] torrens e montibus Galaad excurrens, iuxta quem Jacobus cum Angelo luctatus est Gen. 32, 22. s.; tribus Gad et Manassis divisit, atque e regione Sichemi in Jordanem devolvitur. Num. 21, 24. Jos. 12, 2. Jud. 11, 13. In mare mediterraneum defluunt prope Ptolemaidem Sihor-Labanath, Jos. 19, 26. fluvius vitri Belus, hic Phoenices primum vitrum conflasse traduntur[3]. Cison, Jud. 5, 19. aquae Mageddo, qui per Esdrelonis plana diffusus, septemtrionalem montis Carmeli pedem praeterlapsus, in sinum accoicum ingreditur; ad hunc torrentem post conventum carmelitanum Elias octingentos et quinquaginta sacerdotes Baaliticos ferro interfecit. III. Reg. 18, 40.

[1]) V. Bedam in l. s. cap. XII. e. c. p. 368. Ritter, Asien XV. 1, 709. seq. C. Cellarii Diss. de excidio Sodomae, in B. Ugolini Thes. VII, 839. s. [2]) Vulg. etiam Jeboc. [3]) Tacit. hist. V. 7. p. 185. Cf. J. D. Michaelis, historia vitri apud Hebraeos, in Commentat. S. R. Gott. a. 1754 p. ph. et hist. p. 58. s.

§. 15. Clima et tempestas terrae sacrae.

Palaestinae situ pulcherrimae, aëre saluberrimae et solo foecundissimae tempestas est, quae sanitati perquam conducat, nihilominus pro diversitate locorum ad septemtrionem vel meridiem jacentium diversa, alia circa Hierichuntem, haec quidem fervidissima, alia Hierosolymis, alia in Galilaea, samaritanis in montibus, in Libano subjectisque ei vallibus [1]. Variatio inter anni partes, non tam praeceps est ut in nostris regionibus. Hiems ingruit nostro autumno pluvia, quae quia primo mense anni iudaici Tischri, nostro Octobri cadit „prima" מוֹרֶה vocatur, durat per 4 vel 5 dies, non continuo tamen demittitur sed iteratis vicibus nec semper eadem copia. Deut. 11, 14. laudatur terra promissionis, quae non rigatur ut Aegyptus de deorsum, sed de sursum, nec facit olera languentium cibos, sed temporaneum et serotinum de coelo exspectat sursum [2]. Circa finem Novembris solis ardor per diem omnino lenior obtinet, frigora vero nocturna augentur, sed non ningit, a dimidio Decembris obtinet frigus nonnumquam adeo acre ut vel homines sub nostro coelo nati vix ferre illud possint. Mtt. 24, 20. Joann. 18, 18. Cf. Jer. 36, 30. Ps. 147, 16. 17. 148, 8. Nix raro apparet, nec media hieme per totum diem durat, sed crebrae pluviae demittuntur; sole attamen lucente et malacia incidente calidus est aër. Januarius in terra sacra alter mensis hiemalis appellari potest חֹרֶף Gen. 8, 22.; non tantum in montana terrae sacrae regione sed in planiore quoque a Libano in occidentem et meridiem excurrente perfrigida tempestas incidit, rivi, amnes et stagna aestate exsiccata aquis replentur, cum dimidio Februarii aura intepescit et rursus pluvia ingruit serotina מַלְקוֹשׁ Jer. 3, 3. Ose. 6, 3. Zach. 10, 1. Prov. 16, 15. Jacob. 5, 7. persaepe in comitatu tonitruum et grandinum Jos. 10, 11. I. Reg. 12, 17. 18. Mtt. 7, 24. quae mense Martio continuatur. Martius veris nuntius est, circa Aprilim pluviae iam desinunt, coelumque fere semper sudum est et serenum, aura calida imo fervida fit atque messis occipit serius aut maturius, quo longius aut brevius tempus pluviosum durat, pluviis enim cessantibus fruges ad maturitatem demum perveniunt. Neque praetereundum est, frumenta etiam si matura sint diu nonnumquam in agris remanere, trituratione quae sub dio fieri solebat messem interpellante. Mense Maio advenit tempus aestivum, abhinc per

---

[1]) Cf. Joann. G. Buhle Calendarium Palaestinae oeconomicum. Göttingae, 1785. 4. p. 12. seq. 54. seq. [2]) S. Hieronymus ep. XLVI. Paulae et Eustochii ad Mar. p 200.

duorum subsequentium mensium spatium aestus ingravescit, quo nimii solis radii agros vastant, pluvia et tonitrua disparent neque nubecula conspicitur, ab oriente eurus spirat קָדִים qui ex desertis Arabiae venit, cuius aestu omnia exuruntur. Os. 13, 15. coll. Jer. 18, 17. 51, 1. Ezech. 17, 10. 19, 12; imbrium caritatem supplent abundantiores roris irrigationes. Gen. 27, 39. Deut. 33, 13. Sir. 18, 16. Dan. 4, 12. Prov. 19, 12. Quare benedictionem apprecans filio suo Jacobo Isaacus Gen. 27, 28. rogat depluere e coelo rorem, quo eius agri pinguescant; apud prophetas ros imago est bonorum coelestium, Oseae 14, 6. Is. 26, 19. Mich. 5, 7. Zach. 8, 12. Tandem circa aequinoctium vernale pluviae rursus ingruunt, quae aërem refrigerant et tempestatem reddunt iucundissimam. Secundi botri qui mense Aprili floruerunt mense Septembri racemantur, dum primi qui mense Martio floruerunt iam mense Augusto ad maturitatem perducti vindemiam requirunt. Dies longissimus terrae sacrae XIV horarum est, quo sol ante quintam oritur et post septimam occidit, brevissimus decem horas continet, sole septima oriente et paulo post quintam occidente. Hebraei insistentes primaevae rerum creationi, qua tenebrae praecesserunt lucem, Gen. 1, 5. inchoabant diem legalem, ab ingressu vesperae et cum occumbente sole terminarunt. Nox ipsorum in quatuor partes, seu horas majores divisa erat, quae dicebantur nocturnae vigiliae et quarum quaevis tres minores horas comprehendebat, Exod. 14, 24. Jud. 7, 19. Lam. 2, 19. Mtt. 14, 25. Marc. 13, 35. Luc. 12, 38; dies identidem in tot partes divisus erat, ut patet ex parabola de operariis in vineam pretio conductis. Mtt. c. 20. Denique horae duorum erant generum, minores, quarum XII fecere diem, Joann. 11, 9. majores, saepenumero horae templi, sive horae praecationis dictae, Act. 3, 1. 10, 9. Postquam enim cum templo sacrificia cessassent, horis queis sacrificium iuge oblatum est, istas horas, quas „precum“ vocabant, substituerunt Hebraei, quarum tres erant: tertia a 6—10 n. infra quod tempus sacrificium iuge offerebatur, sexta n. 12. qua parabatur sacrificium iuge vespertinum, nona, nostra tertia pomeridiana, qua sacrificium vespertinum revera oblatum est. I. Esdr. 9, 5. Ab his horis maioribus diurnis et nocturnis derivatae sunt horae canonicae, quas in divino officio observat ecclesia catholica, non sine respectu ad res Novi Testamenti, iuxta quas Christus hora tertia crucifixus iugis sacrificii matutini, hora nona exspirans, serotini veritatem exhibuit, — coll. Exod. 29, 38. 39 — tertia spiritus sanctus super apostolos descendens, Act. 2, s. 15. opus Christi consummavit et absolvit[1].

[1]) Vide sis Bellarmini, de bonis operibus in particul. l. I. c. 10. ed. Ingol. p. 55. J. Haiden, exercitationes chronologicas. Pragae, 1761. p. 16. s.

§. 16. Fertilitas terrae sacrae.

Fertilitatem terrae sacrae, antequam converteretur terra in salsuginem a malitia inhabitantium eam, Ps. 106, 34. coll. Zach. 7, 14. praedicavit Deus ipse, Exod. 3, 8. Ez. 20, 6. Jacobus, Genes. 49, 11. exploratores a Moyse missi, Num. 13, 28. Moyses, Deut. 8, 7. Rabsaces etiam Assyrius IV. Reg. 18, 32. Verum facies Palaestinae hodierna, multum recedit ab ea, qua olim fuit conspicua, ut testatissimum faciunt itineraria edita hominum, qui illic fuerunt. Magna pars terrae nonnisi rupes et horridas silvas continet, pauci sunt agri culti et consiti, et fontes fere nulli. Ast abunde non solum ecclesiasticorum scriptorum v. c. s. Hieronymi [1], sed et profanorum quoque disertissimis testimoniis v. c. Taciti [2] – „Uber solum. Exuberant fruges nostrum ad morem, praeterque eas balsamum et palmae.“ – Justini – de urbe Jerichuntina aientis [3] „In ea valle silva est et ubertate et amoenitate insignis; siquidem palmeto, opobalsameto distinguitur. Sed non minor loci eius apricitatis, quam ubertatis admiratio est.“ – Ammiani Marcellini – „Ultima Syriarum est Palaestina, per intervalla magna protenta, cultis abundans terris et nitidis, et civitates habens quasdam egregias, nullam nulli cedentem.“ [4] – evictum est laudem felicis ingenii et fertilitatis solo Palaestinae negari non posse. E hodierna vero terrae sacrae conditione minime antiqua illa et primaeva diiudicari potest, quid enim mirum si terra ipsa, cuius incolae eo miseriarum venerunt Isai. 32, 11–13, Jerem. 9, 18. ut exturbati a regione sua per orbem vagi spargerentur, irae divinae Deut. 25, 16. 28. 32. 29, 22. vestigia praeseferens aliam longe faciem induerit. Imprimis postquam tot pridem bellis, per Romanos, Arabes inde ab Omaro Chalifa 636; expeditiones cruciatas ab a. 1099. vastata fuerat. Solum sterile, nudas rupes solertia humana converti posse in loca vineis induta et cultoribus suis alimentum praebere apta, liquet ex itinerariis recentioribus, in quibus refertur rupes et montes calvos olim terra tectos et cultos fuisse [5]. Neque enim ita terra mutata est, ut nulla amplius veteris fertilitatis indicia appareant. Qua in re, nihil opus est nova exquirere miracula, cum hoc exigat divina providentia sibi a pia mente tribui, ut potuerit

[1]) Ad Ezech. c. 20, 5. 6. ed. Vall. V, 224. [2]) Hist. l. V. c. 6. ed. Amstel. Elzevir. 1678. p. 536. [3]) L. XXXVI, 3. Historiarum. ed. Oxonien. Scheldon. 1705. p. 224. [4]) Rerum gestarum l. XIV. 8. ed. Hist. Aug. Script. Franc. 1638. II, 313. Bipontinae, 1786. I, 29. Cf. Jos. de bell. III. 3, 2. ed. c. II, 223. [5]) Quod ex reliquiis lapidum per certas series in iis dispositorum, ut terram coercerent, ne a pluviis raperetur in valles, atque ex aliis etiam indiciis liquet.

tunc, cum opus fuit, regionem illam plus quam alias omnes orbis regiones ubertate atque opibus cumulare; eamque iterum Hebraeorum hominum hoc postulante ingrati animi vitio, rerumque divinarum serie, excellentibus illis bonis destituere [1].

§. 17. Enumeratio eorum, quae terra sacra gignit, a. e classe animantium.

More solito, illa, quae terra sacra gignit, ita partimur, ut primum de animantibus, deinde de plantis, tandem postremo de fossilibus agamus; quae quidem ea de causa percurrimus, quia qualia in S. Scriptura occurrunt, multa eis tantummodo propria deprehendimus. Exordium ducimus ab animalibus, eaque iuxta Levit. XI. in a. bestias terrestres v. animantia terrae בְּהֵמָה עַל־הָאָרֶץ v. 2. b. aquatilia נֶפֶשׁ הַחַיָּה אֲשֶׁר בַּמָּיִם v. 9. 10. V., quae gignuntur in aquis; c. volatilia הָעוֹף v. 13. aves; d. reptilia et insecta שֶׁרֶץ v. 20. 29. 41. V. quod movetur, reptat super terram; dividimus.

Patriarchae et Hebraei omnes, usque ad occupationem terrae sanctae, plus vacabant gregum curae, quam agriculturae; quia cum terram propriam non possiderent, nomadum more libere divagabantur et tentoria sub quibus degebant pro pascuorum ratione e loco in locum transferebant. Praeterea cum agricultura nonnisi ad victum, ars pastoritia insuper ad vestitum prosit, nemo mirabitur tunc temporis pastoritiam aratoriae praevaluisse, in qua postea quoque, cum agricultura rei pecuariae iungeretur, primores Hebraeorum operam locabant, uti nobis Moyses, Saul, David et Absalom exemplo sunt. At credibile est subfuisse huic vivendi generi adhuc majora. Ex ea enim I. sacrificia et victimae petebantur: neque II. ceu minus laboriosa animum ita occupat, ut non supersit multum temporis ad rerum divinarum meditationem: agricolae III. arctius quam par est glebae adhaerent: nomades IV. toto vitae suae instituto edunt humilem professionem peregrinationis suae in hac terra [2]. Diversa autem erant Hebraeis pecudum genera. In pascuis pinguissimis et laetissimis Carmeli et Basanis,

---

[1]) Ut praeclare observat J. Villalpandus: De postrema Ezechielis prophetae visione. Tom. II. explan. pars 2. Romae. 1606. p. 311 312. V. e. S. Deylingus in Observat. sacrar. P. II. 9: de Fertilitate ac praestantia terrae Chananaeae Israelitis promissae. ed. Lips. 1711. p. 104 seq. E. F. C. Rosenmüller. Das alte und neue Morgenland. Lips. 1818. I. 263 seq. [2]) Cf. Calmeti: Diss. de Rechabitis Bibl. ed. Wirceb. I. p. 390 seq. H. Witsii Dissert. de Rechabitis praesertim [illegible] Magnus et Aaron. Bremae 1703. J. D. Michaelis Dissert. de nomadibus Palaestinae, in syntagm. comment. I. Götting. 1759.

quae duo saepe iunguntur, Is. 33, 9. Jer. 50, 19. Mich. 7, 14. Nah. 1, 4. Saronis Is. 65, 10. I. Par. 27, 29. magna alebatur copia agnorum, qui passim victui erant, ovium et caprearum, quae quia multa habent communia Hebraeis צאן [1] et שה nomine continentur, atque mollissima lana gaudebant. Praeter vulgares oves genus quoddam fuit אליה quarum caudae tantum intumuerunt adipe, ut minima XII, maxima XL librarum pondus aequaret. Hae pecudes cum bovibus maximam constituebant opum terrae sacrae partem. I. Reg. 25, 2. Bobus בָּקָר Gen. 37, 13. vitulis עֵגֶל Lev. 9, 2. tauris פַּר Ps. 69, 32. tria loca compascua memorantur in s. litteris: Basan, Num. 32, 4. Deut. 32, 14. Saron et vallis Achor, Is. 65, 10. Boum usus alii communes erant alii sacri. In illis primus est, quod ad aratra adhibebantur, III. R. 19, 19. Prov. 14, 4. Amos. 6, 13. ad trituram Deut. 25, 4. Is. 41, 15. Jerem. 50, 11. Os. 10, 11. plaustra trahebant, Num. 7, 3. I. Reg. 6, 7. onera gestabant, I. Par. 12, 40. Sacer usus in sacrificiis maxime situs erat, inde est quod non paucae occurrant leges de bobus Exod. 21, 28. Deut. 25, 4. et boum foecunditas in censu benedictionum sit, Deut. 7, 13. 28, 4. eorundem sterilitas in praecipuis maledictionibus. Deut. 28, 18. Hab. 3, 17. Etiam vaccae et vituli in deliciis Hebraeorum fuerunt, e quorum lacte butyrum et caseus fiebat, Is. 7, 21. Job. 29, 6. ob id ipsum terra sacra dicitur lacte manare, quod in ea pecora proventu lactis uberrimo incolas ditabant. Pecora a servis aut mercenariis custodiebantur, quorum si plures essent, summum aliquis inspectorem egit. Gen. 31, 38. seq. Exod. 22, 12. I. Reg. 21, 7. Varia habebant camelorum genera גָּמָל, qui olim in Judaea Gen. 12, 16. et vicinis locis frequentissimi fuerunt. Job tria millia 1, 3. dein sex millia camelorum possedit 42, 12. Camelis modo homines, Gen. 24, 10. modo sarcinae, Is. 30, 6. cibi, I. Par. 12, 40. merces Gen. 37, 25. et res pretiosae vehebantur, III. Reg. 10, 2. quandoque iungebantur curribus, Is. 21, 7. nec in bello fuerunt inutiles, I. R. 30, 20. Camelorum pilos in vestes cessisse, docet historia Joannis B. Mtt. 3, 4. Recens eorum lac temperat calorem ac simul inebriat. Jud. 4, 19. 5, 25. 26.[2]. Hebraeis attamen cameli esus a Deo interdictus fuit. Lev. 11, 4. Asinorum, אָתוֹן, חֲמֹר, qui iam in patriarcharum opibus recensentur, Gen. 12, 16. 24, 35. 32, 5. coll. Job. 1, 3. opera variis modis utebantur Hebraei v. c. ad ferenda onera Gen. 42, 26. arandos agros, Deut. 22, 10. Is. 30, 24. 32, 20. molam circumagendam, Mtt. 18, 6. Luc. 17, 2. in expeditionibus bellicis, non ad pugnandum

[1]) A foecunditate neque immerito coll. Ps. 144, 13. t. o. [2]) „Arabes et Saraceni et omnis eremi barbaria camelorum lacte et carnibus vivit" ait Hieronym. in Jovin. lib. II, 7. ed. Vall. II, 1. 334.

sed ad promovenda impedimenta IV. R. 7, 7. Asinorum ingenium, qua in oriente est, ab illo asinorum nostrorum omnino differt; illi multo alacri res sunt, quare plerique non solum plebeii, sed etiam nobilissimi iisdem equitandum utebantur, Gen. 22, 3. Jos. 15, 18. Jud. 1, 14. II. R. 17, 2 Neque alio vectore uti voluit Christus Jerosolymam cum pompa ingre surus. Mtt. 21, 2. Circa tempora Davidis etiam muli פֶּרֶד coeperu multo in usu esse inter Hebraeos. II. Reg. 13, 29. 18, 9. III. Reg. 1, 3 10, 25. Equis, סוּס פָּרָשׁ quos, quia nonnisi ad bellum inserviebant, iis confiderent subnervari jussit Deus Jos. 11, 9.[1], demum longo po temporum processu locum concesserunt; equitatus Salomonis constab 12 millibus, quos ex Aegypto adducebant mercatores, III. Reg. 4, 2 10, 26. II. Par. 1, 14. 9, 25. 28. Unde et Sedecias in Nabuchodonosore insurrecturus equos petiit per legatos a rege Aegypti. Ezech. 17, 1 Canes כֶּלֶב, quorum alii in urbibus, plerumque custodes domus aut d minum sequi soliti, III. Reg. 14, 11. Ps. 58, 7. Tob. 11, 9. Mtt. 15, 2 alii in agris pecorum custodes Job. 30, 1. degebant, vile erant anima Ecclae. 9, 4. IV. Reg. 9, 36. quippe nihil est visu aut odore tam foe dum, quo non vescatur canis, quare lex Deut. 23, 8. vetat offerri D solum canem, sed et canis pretium. Canum nomine S. S. falsos proph tas Is. 56, 11. infideles Mtt. 15, 26. profanos verbi divini contemptor Mtt. 7, 6. impuros Apoc. 22, 15., quosvis piorum hostes Ps. 21, 17. si nificat. Sues lege Lev. 11, 7. Deut. 14, 8. vetiti non inveniuntur a Hebraeis habiti, mutuant tamen a suibus quasdam parabolas s. Script res, ita Salomo Prov. 26, 11. Christus Mtt. 7, 6. Petrus II. 2, 22. D subulcis, quoque in S. S. V. T. nulla est mentio, neque dubium quin sues ita etiam subulci apud Judaeos vilissimi fuerint, unde Luc. 15, 1 filius prodigus ad extremas incitas redactus, pascendis porcis rus amand tus legitur. Ad feras bestias delapsis, primus se offert: Leo אֲרִי Ju 14, 5. Cant. 4, 8., cui propter insignem fortitudinem, regnum assigna super alia animantia s. scriptores Jud. 14, 14. Prov. 30, 30. et saepi sime eius meminerunt. I. Reg. 17, 34. III. Reg. 13, 24. Jer. 5, 6. 49, 1 Zach. 11, 3. Libanum et Hermonem lustris leonum scatere scribit Salom Cant. 4, 8. Leonibus utitur Deus in supplicium Is. 15, 9. III. Reg. 13, 2 20, 35. IV. Reg. 17, 25. 26. Quia in leone multa sunt, quae laudamu alia, ferocitas, iracundia, quae execramur, S. S. leonem interdum i laude ponit Os. 13, 7. Job. 10, 16. Lam. 3, 16. Apoc. 5, 5. interdu in vituperatione Job. 4, 10. Prov. 28, 15. I. Petri 5, 8.[2]. Leoni tamqua

[1]) V. Kimchi apud Boch. I, p. 179. [2]) Ut recte iam observavit s. Aug stinus de doctrina Christiana. III, 25. ed. Bruder. Lips. 1838. p. 98.

animalia aliquo modo homogenea in S. S. saepe iunguntur: Pardus נָמֵר Cant. 4, 8. animal plenum insidiarum. Lupi זְאֵב, quos s. Scriptores ovibus passim opponunt tamquam infensissimos hostes Mtt. 10, 16. quibuscum conferuntur falsi doctores, Mtt. 7, 15. Act. 20, 29. fidelium persecutores Ezech. 22, 27. Soph. 3, 3. Vulpes שׁוּעָל, אִיִּים, a quibus multa in et circa Palaestinam loca nomen habuerunt I. Reg. 13, 17. I. Par. 4, 28. magna adfuisse copia patet etiam e historia Samsonis Jud. 15, 4. coll. Cant. 2, 15.; vulpibus propter dolosum et fraudulentum animum, qui credulae plebi facile imponunt, identidem conferuntur falsi prophetae. Jer. 12, 10. Ezech. 13, 4. Cervi אַיָּל expresse ponuntur Deut. 12, 15. 14, 4. 5. in censu quadrupedum, quibus vesci fas est; cervorum velocitatem atque agilitatem indicat Davides Ps. 17, 34. Comedere licuit etiam אַקּוֹ quod animal a LXX ὄρυξα, ab Hieronymo tragelaphus Deut. 14, 5. redditur, דִּישׁוֹן v. pygargum, צְבִי antilope dorcas, capreolis nostris minor, forma praestantior [1]. Inter auimalia II. aquatica praecipue notandus est piscis דָּג, – quod nomen quandoque pro quovis aquatili venit — quem mare magnum, Jordanes, tum dulcis et foecundus lacus Genesareth, praesertim circa urbem Bethsaida suppeditabat, Mtt. 4, 18. Marc. 1, 16. Luc. 5, 6. Joann. 21, 11. quin et lacus Merom ad ipsos Jordanis fontes piscosus fuit. Lex Lev. 11, 9. et Deut. 14, 9. seq. omnes simul pisces lacuum, fluminum et maris in esum permittit, dummodo squamis et alis instructi sint, utrisque vero carentes reiiciendos iubet. III. Volucres Palaestinae plerumque silvestres sunt, discernuntur in mundas et immundas. Lev. 11, 13. Deut. 14, 11. Mundas aves S. Scripturae paucis attingunt, una columbarum excepta יוֹנָה Is. 60, 8. de qua plura habent, quam de reliquis omnibus simul sumtis Columbae aut degunt in columbariis Is. 60, 8. aut palumbes ut turtures fuerunt, Cant. 2, 12. תּוֹר turtur veris praenuntius, qui in arboribus, fossis, vallibus atque petrarum rimis nidificabat. Cant. 2, 14. Ezech. 7, 16. Plumarum et pennarum pulchritudinis fit mentio. Ps. 67, 14. Columbae volatum non semel laudat S. Scriptura; oculi casti et simplices columbarum tribuuntur sponso et sponsae, Cant. 1, 14. 4, 1. 5, 12. In columbae voce aliquid quaerulum et gemebundum est, unde vox columbae crebro in S. S. pro luctuoso gemitu venit, Is. 59, 11. Ezech. 7, 16. Nah. 2, 7. [2]. Hebraei columbas non solum ad esum, sed etiam ad sacrificia, praesertim tenuiorum exquirebant Luc. 2, 24.; quae multorum erant generum Lev. 1, 14. 5, 7. 12, 8. 14, 22. Jam ante legem huiusmodi sacrificia in usu fuisse constat

[1]) V. E. F. C. Rosenmüller, bibl. Naturgesch. II, 171. Gazelle. [2]) Scimus quia columbarum pulli pro cantu gemitum habent. S. Gregorius Moral. l. XXXII. in c. 40. b. Job. Oper. I, 1048. ed. Ven. 1754.

ex exemplo Abrahami Gen. 15, 9. et ne deessent in victimas, in prima templi parte vendebantur. Joann. 2, 14. Gallinae in V. T. nusquam, in Novo Testamento iterato memorantur: Mtt. 23, 37. 26, 34. Luc. 13, 34. 22, 34. Coturnices שלוים ideo in S. S. sunt celebres, quod iisdem non per castra solum, sed undequaque dispersis Israelitae in deserto fame vexati liberaliter a Deo pascebantur. Exod. 16, 13. Num. 11, 31. Ps. 77, 27. Sap. 19, 11. Passeres צפור [1], providentiae Dei symbolum Mtt. 10, 29. Luc. 12, 6. Inter immundas omnium prima est Aquila נשר avium regina, nulla alia se sublimius effert, nulla tanto pullos prosequitur affectu, Deut. 32, 11. propter has dotes, quidquid in coelo mirabile est: Deus, Angeli Exod. 19, 4. Deut. 32, 11. Ezech. 1, 10. Apoc. 4, 7. aut in terra eximium, fideles, maximi reges et imperia Mtt. 24, 28. Luc. 17, 37. aquilis conferuntur. Corvus ערב, a nigredine, animal solitudinis amicum, inter signa vastatae cuiusdam regionis censetur a prophetis Is. 34, 14. Soph. 2, 14. corvis et corvorum pullis speciali cura prospicere Deum docet S. S. Job. 39, 5. Ps. 146, 9. Luc. 12, 24. Ceterum fatendum est, plura nomina animalium, quae in S. S. v. c. Isai 13, 21. leguntur, etiam post eruditissimas disquisitiones dubiae et incertae esse explicationis. Reptilia et insecta varia Sacra Scriptura in plures series distribuit α. In animalia, quae moventur in terra mustela, mus, mygale, chamaeleon, lacerta, talpa, Lev. 11, 29. 30. β. Quae super pectus gradiuntur et multos habent pedes Lev. 11, 42.; huc spectant serpentes נחש quod humi repant dicti, quorum species distinguere difficillimum est, quia S. S. vix quidquam de una specie asserit, quod non sit omnibus commune; desertum Judaeam inter et Aegyptum ut serpentibus ita et scorpionibus עקרב Deut. 8, 15. Luc. 10, 19. fuit infectum. γ. Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, Lev. 11, 20. quo referuntur locustae ארבה [2], quarum ut terra s. ita lingua hebraica nominibus est maxime foecunda, in solis prophetarum scriptis decem numerantur, neque synonyma ut apparet e Lev. 11, 21. coll. Joel 1, 4. ex his quatuor species, quas Moyses Lev. 11, 21. seq. volucres et quadrupedes describit mundae erant et variis modis coctae victum praebent orienti [3]. Itinerantes recentissimi

---

[1]) Quae vox v. c. Ps. 83, 4. quasvis aves significat, a Vulgato passeri accomodatur. Job. 40, 24. Ps. 10, 2. [2]) Vide Bocharti Hier. II, 492. [3]) De quibus loquitur s. Hieron. a. Jov. II, 7. ed. Vall. 234. Orientales et Lybiae populos, quia per desertum et calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Et V. Beda: de locis sanctis c. XIV. ed. cit. p. 369. „corpusculis in modum digiti exilibus et brevibus in herbis facile captae, coctaeque oleo pauperem praebent victum." Quare ἀκρίδας Mtt. 3, 4. Marc. 1, 6. de eduli locusta, in sensu proprio et litterali

aeque ut historici veteres[1] Asiae loca plurima ea locustarum copia affluere ferunt, ut interdum nubis instar regiones invadentes quidquid eis se offerat populentur. Ad hoc genus referendae sunt apes, quarum copiosa olim examina aluit ager Palaestinus. Apes, דְּבוֹרָה quae vel in cavis arborum vel in arundinetis aut in antris nidificant, Deut. 32, 13. Ps. 80, 17. Prov. 25, 13. Sir. 39, 31. quibuscum in S. S. conferuntur hostes infensissimi Ps. 117, 12. Is. 7, 18. propter ingentes in tam exiguo corpusculo animos; apes commendat imprimis mellis conficiendi artificium Jud. 14, 8. mel aequivoco nomine vocatur דְּבַשׁ, quo etiam succus dactylorum II. Par. 31, 5. appellatur, cuius duo sunt genera domesticum et alterum silvestre, quo legitur Joannes in deserto vixisse Mtt. 3, 4. Marc. 1, 6. Mel inter ea, quae vitae necessaria sunt, ponunt S. S. Deut. 32, 13. et aliis s. c. l. Luc. 24, 42. 43. et imprimis a saporis dulcedine laudant ll. cc. In usum tamen altaris prohibitum fuit[2], ob id forte quia sub caelo fervido terrae sacrae cito fermentationem subiit. Cf. Lev. 2, 11.

§. 18. Continuatio b. e regno vegetabili et c. fossilium.

Divisa inter se terra sacra, ab Israelitis agri erant colendi, id qua ratione facerent Deus modum legesque praescripserat. Lev. 25, 1. s. Deut. 19, 14. 27, 17, 32, 9. Jam in agris frumenti magna crevit copia, Gen. 26, 12. Deut. 8, 8.; quam fuerit terra sacra tritico et hordeo שְׂעֹרָה חִטָּה foecunda, aestimari poterit inde, quod III. Reg. 5. 11. coll. II. Par. 2, 10. legitur Salomo Hiramo Tyriorum regi misisse coros hordei vicies mille, cororum tritici viginti millia; in genere Tyrii triticum e Palaestina accipiebant. Triticum palaestinum sapore non minus quam praestantia excellere legitur. Deut. 32, 14. Ps. 80, 17. Secali et avena destituti erant Hebraei, quare hordeo utebantur in pabulum jumentorum III. Reg. 4, 28. Ezech. 13, 19. Allium שׁוּם olus Judaeis ab omni aevo in deliciis Num. 11, 5. et cepa בָּצָל ibid. non sunt, ut nostrae plantae huius nominis urentes, sed suaves. Cucumeres, קִשֻּׁאִים ib. qui in hortis coluntur, Is. 1, 8. dulces et refocillantes, quin refrigerent. Lini פִּשְׁתָּה, cui

---

sumunt fere omnes interpretes — v. c. Joann. Maldonati. S. J. Comment. in IV. Evang. Mussiponti 1596. p. 75. H. Olshausen bibl. Comm. ü. s. S. d. N. T. Königsberg. ed. 3. 1837, I, 164. — demto Isidoro Pelusiota, qui l. I. ep. V. ed. Par. 1860. J. P. Migne. p. 182. intelligere vult herbarum aut arborum extrema.

[1]) Quorum testimonia collecta dat C. A. Credner: der Prophet Joel. Halle 1831. p. 261. seq. 273. seq. [2]) Ut constanter docent veteres ad Lev. 2, 11. 12. Vide Boch. II, p. 524.

candido puro et splendido redigendo mulieres hebraeae sedulam navabant operam, Exod. 35, 25. Prov. 31, 13. et gossypii שֵׁשׁ, בּוּץ ut ad vestitum necessarii magna quoque crevit copia. Deut. 22, 11. Jud. 15, 14. Is. 19, 9. Ose. 2, 9. Ezech. 49, 3. Mtt. 12, 20. Apoc. 15, 6. Tritissimum quoque apud Hebraeos fuit colere vineas, quae collibus plerumque et montibus adjacebant. In solo fertilissimo terrae sacrae vites גֶּפֶן[1] producebantur eximiae et toto orbe celeberrimae, Num. 13, 24. Deut. 8, 8. IV. Reg. 18, 32. quarum frequentiam passim extollunt S. S. v. c. Ps. 77, 47. 79, 9. 104, 33. 127, 3. Cant. 2, 4. Is. 7, 23. Jer. 48, 32. Ezech. 15, 2. Ose. 14, 8. Joel 2, 22. Zach. 3, 10. Nobilissimae erant in valle Sorek Gen. 49, 11. Isai. 5, 2. Jer. 2, 21. t. o., praestantia excellebant quoque vineae tribus Ephraim Jud. 8, 2. Ex uvis passis massa quaedam concinnabatur, quam Vulgata I. Reg. 25, 18. 30, 12. uvae passae ligaturam vocat. Vinitorum operas circa vineas frequenter perstringit Sacra Scriptura, vinitori gnaviter curandum, ut plantandae vineae surculos selectissimos acquirat; putatione et sarritione opus Is. 5, 6.; torcular collocandum sive vas duplex, superius, ubi exprimuntur uvae et unde vinum per tubum subjectum defluebat in aliud quoddam inferius. Id ipsum phrasi hebrea calcari torcular dicitur Is. 63, 3. Lam. 1, 15. Apoc. 14, 20. et ardui erat laboris, quare Messias Is. 63, 3. ut dolorum magnitudinem ostendat, se torcular calcasse ait. Tempore vindemiae: otio, conviviis, cantibus et lusibus indulserunt. Ps. 4, 8. Isai. 16, 10. 25, 6. Jer. 31, 4. 5. Locutione: sedere, comedere, bibere, vocare sub vite sua, tranquillitatis et pacis bona pulchra similitudine adumbrant. S. S. Is. 36, 16. Mich. 4, 4. Zach. 3, 10. III. Reg. 4, 25. Quod autem hodie minus generosum vinum ac olim proveniat, pigritiam et vanam superstitionem in culpa esse docent, qui in terra sacra sunt peregrinati. Oleum palaestinense aeque est generosissimum. Judaea si quae alia regio ob olearum copiam laudatur, idque inter beneficia sua maxima esse inculcavit ipse Deus. Deut. 6, 11. 28, 40. 32, 13. I. Reg. 8, 14. IV. Reg. 18, 31. II. Esd. 5, 11. 9, 25. Olea זַיִת figura et foliis nostro salici affinis, fructus fert ad instar pruni mense Octobri maturos, qui in torcular conjiciuntur, ut oleum obtineatur, cuius ex una arbore nonnunquam mille librae percipiuntur. Oleam tamquam humanis usibus, lumini, unctionibus, cibis aptissimam imo necessariam celebrat Scriptura Sacra. Jud. 9, 8. 9. Salomonem quotannis viginti coros olei misisse Hiramo habetur III. Reg. 5, 11. In universum apud Tyrios oleo negotiabantur Hebraei. Ezech. 27, 17. Olea ramos suos latissime explicat, quare S. S. hosce ramos magnae

---

[1]) Quod Vulgatus saepius vineam vertit e. g. Is. 36, 16.

familiae symbolum habet. Ps. 51, 10. 127, 3. 4. A vitibus oleisque proxima nobilitas palmis [1]. Palma vetustissimo nomine תָּמָר Gen. 38, 6. Exod. 15, 27. Jud. 4, 5. non tantum praecelsa, sed et rectissima et enodis est; virens semper manet conservatione et diuturnitate non immutatione foliorum, nam quae primo germinaverit folia, ea sine ulla substitutionis successione conservat [2]. De palmis iudaicis eorumque dotibus pleni sunt sacrorum et profanorum scriptorum libri [3], imprimis celebrant omnes agrum Hierichuntis, tamquam palmas gignentem majori copia omniumque tota Judaea nobilissimas, a quibus ipsa urbs Hiericho dicta est עִיר הַתְּמָרִים urbs palmarum Jud. 1, 16. 3, 13. II. Par. 28, 15. Nummi vel a Judaeis vel a Romanis pro Palaestina excusi, palmis ornati sunt. Quod autem sub terrae sacrae coelo meliores sint palmei fructus, admirabili aëris temperamento et perpetuae apricitati adscribit Josephus [4]. Glandium palmarum in re cibaria usus est saluberrimus, fructus palmae, quem etiam magnitudo et pulchritudo commendat, cernitur in svavitate succi melle dulcioris et syrupi instar fluidi [5], cui accedit eximia odoris fragrantia. Inter ramos arborum, quos in festo tabernaculorum gestare soliti sunt Hebraei fuerunt etiam spathae palmarum. Lev. 23, 40. 42. Christo regi Hierosolymam ingressuro, Judaeos cum palmis in manibus obviam ivisse narrat s. Joannes ev. 12, 13. In templi Salomonei multis partibus caelaturae fuere palmarum figuram imitantes. III. Reg. 6, 29. Hagiographis virtutes ecclesiae descripturis solemne est a palma metaphoram desumere Ps. 91, 13. Jer. 10, 5. Terebinthi [6] patria est Palaestina olim atque in hodiernum, a cuius ingenti copia, vallis quaedam denominata est vallis Terebinthi I. R. 17, 2. 21, 9. Terebinthus arbor firma et robusta foliis fraxinum, floribus olivam refert, magna et excelsa II. R. 18, 10. Ezech. 31, 14. viridis et iucunda Is. 6, '13. amoenam spargens umbram. Ose. 4, 13. Fructum fert solidum resinosum instar botri granorum viridem, copiosum et gratissimum. Pistacea terebintho simillima fructus fert בָּטְנִים, qui a Jacobo dono missi fuerant Josepho in Aegyptum, Gen. 43, 11. pini nucibus non absimiles. A Terebintho distinguenda est quercus אַלּוֹן Is. 2, 13. Ezech. 27, 6. cuius usum ad instruendum focum, coquendas carnes simulque ad idola fabricanda, eleganter perstringit Is. 44, 14. seq. Platanus עַרְמוֹן Gen. 30, 37. Ezech. 31, 8. a Syracide libaniticis arboribus iunctus 24, 19. Juniperus רֹתֶם I. Reg. 19, 4. Ps. 120, 4. Job. 30, 4. t. o. folia cupresso similia gerit, sed ea

---

[1]) Plin. l. XXIII, c. 4. e. c. 3, 837. [2]) Ambros. in Hexaem. l. 3. c. 17. §. 71. ed. R. O. Gilbert. Lips. 1840. pag. 77. [3]) Vide Celsii Hierob. II, 456. seq. [4]) De bello 3, 33. p. 223. [5]) דְּבַשׁ Deut. 8, 8. 27, 3. 32, 13. II. Par. 31, 5. mel. vide Cels. p. 462. [6]) אֵלָה Vulg. interdum vertit quercum ilicem.

minor et contractior est. Nulli autem arborum colendae operam meliori iure impenderunt quam ficui תְּאֵנָה, cuius feracissimae usus in re familiari praecipuus; utpote cuius fructus, partim recentes, partim in massas coagmentati hominibus pro pane essent. Ficus in nonnullis terrae sacrae tractibus nullo non anni tempore protulit caunas, quae ante folia germinarunt. Jud. 9, 11. Modo adhuc triplicia ficuum genera reperiuntur: praecox prae ceteris insignis medio Martii floret, cum ficus hiemalis adhuc in arbore reperitur, mense Junio maturescit, maturata tamen statim decidit; aestiva ficus proprie sic dicta, quae per longum tempus in arbore manet, Augusto progignitur et semper in S. S. sub fructu aestivo intelligitur; serotina, quae si clemens fuerit hiems, reperitur in arboribus, licet fronde orbatis, longioris paulo formae et ineunte vere, Martio colligenda[1]. Ex his elucidanda sunt Christi verba de ficu, quae foliis et non fructibus abundavit. Marc. 11, 13. Folia ficulnea arida decidua et abrepta, tum felicitatis humanae inconstantiam, Is. 34, 4. tum finem huius universi figurant. Ficus silvestris שִׁקְמָה συκόμορος Is. 9, 10. Amos. 7, 14. Ps. 77, 47. III. Reg. 10, 27. II. Par. 1, 15. in apertis campis, qualis fuit inferior Galilaea provenit et fructus eius, victum praebuit egenis. Quod excelsa fiat et ampla, Zachaeus eandem conscendit, ut visum quam longissime proferre posset. Luc. 19, 4. Praeter alias eximias arbores etiam malum רִמּוֹן, malum granatum, insigni copia produxit terra promissa, inde in Sacra Scriptura admodum frequens eius mentio occurrit. Deut. 8, 8. I. Reg. 14, 2. III. Reg. 7, 18. Cant. 4, 13. 6, 6. 7, 12. Joel 1, 12. In malo punica vix ulla pars est, quae sensus humanos non mirifice delectet, imprimis flos, poma ferens cortice exterius subrufo, intus rubro, elegantissimus et adspectu iucundissimus, figura eius arte expressa ornamentum erat. Exod. 39, 24. III. Reg. 7, 42. IV. Reg. 25, 17. II. Par. 3, 16. 4, 13. Jer. 52, 22. Frutices quoque Sacra Scriptura commemorat, quos inter sine controversia frutex balsami nobilissimus habetur; licet non fruticis, sed balsami בֹּשֶׂם v. בֶּשֶׂם Cant. 5, 1. 13. mentio injiciatur, aromatis pretiosi quod Judae proprium, ubi in hortis colitur eadem fere opera ac vitis, nec altius, quam illa crescere permittitur. Inter laudatissimas res terrae sacrae numeratur, quod magno in pretio esset et ad exteras gentes mitteretur Gen. 37, 25. 43, 11. Ezech. 27, 17. Vineae Engaddi Cant. 1, 14. a quibusdam creduntur vineae balsami fuisse. Huc sinapi arbustum pertinet, cuius semini omnium minimo Christus regnum coelorum comparat Mtt. 13, 31. 32. Abundavit quoque terra sacra graminibus aromatiferis et

---

[1]) Vide Buhle Cal. p. 6. 15. 34. 41.

plantis odoriferis et medicinalibus uti: hyssopo אֵזוֹב ὀρίγανον Exod. 12, 22. Lev. 14, 4. Num. 19, 18. III. Reg. 4, 33. Ps. 50, 9., cui lignum cedrinum et dibaphum coccineum adjunctum fuit, ut aspergillum fieret, quo ex legis praescripto et sanguine intincto immunda aspergerentur. Domino in cruce passo porrecta fuit spongia aceto plena, cui implicatus erat hyssopi fasciculus[1], quo facto impleta est psalmographi regii prophetia Ps. 68, 22. Mtt. 27, 48. Marc. 15, 36. Joann. 19, 29. Gaudebat: Cappari אֲבִיּוֹנָה Eccl. 12, 5. ob summam acrimoniam inter opsonia existimata; Absinthio לַעֲנָה herba summae amaritudinis, quae Deut. 29, 17. Prov. 5, 4. Jer. 9, 15. Lam. 3, 15. Amos. 5, 7. Apoc. 8, 11. transfertur ad denotandas hominum culpas et poenas. Aloe אֲהָלוֹת Ps. 44, 9. Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. Joann. 19, 39. excellentissimi odoris. Commemoretur oportet: Mandragora דּוּדָאִים Gen. 30, 14. Cant. 7, 13.[2] speciosa et adspectu amoenissima, pro qua praestantissimorum orientis fruticum fere singulae species a suis patronis sunt propugnatae, inventa a Rubeno cum florerent vites atque mali punicae, tempore messis triticeae. Abundavit quoque ager palaestinus Ladano לֹט Gen. 37, 25. 43, 11 cistho ladanifero. Nardo, Cant. 1, 11. 3. 13. ex quo exprimitur oleum et svavissimi odoris unguentum conficitur, πιστική evangelistarum, Marc. 14. 3. Joann. 12, 3. ut distingueretur a nardo, quod variis artibus ab seplasiariis esset vitiatum. Myrto, cui dignitas praecipua praeter svavissimum odorem a decenti foliorum ordine ac viriditate, quae omni tempore illibata persistit II. Esdr. 8, 15. Is. 41, 19. 55, 13. Zach. 1, 8. Borith[3], communiter pro struthio sive herba Kali habetur, qua in cineres redacta optimum fit lixivium ad purgandos pannos. Praeter haec, alii quoque fructus nostris regionibus familiares proveniunt in Palaestina ut: Nux iuglans sive regia אֱגוֹז Salamoni Cant. 6, 11. coll. Eccl. 2, 5. amplissimum fuit nucetum, quod amoenissima viriditate et iucundissima umbra regem ad se invitaret. Amygdalus לוּז, unde plures urbes nomen mutuarunt Gen. 28, 19. 35, 6. Jud. 1, 23. 26. arborum fructiferarum omnium prima et quidem ante novam frondem emittit flores et medio Aprilis fructus maturos offert. Pepones אֲבַטִּחִים Num. 11, 5. cortice virente levi, semine parvo, copia et praestantia excellentes. Mentha hortensis herba pergrato virore conspersa, quae in condimentis peculiarem gratiam habet. Mtt. 23, 23. Luc. 11, 42. Cuminum, ex quo collecto dabantur

---

[1]) Ita s. Aug. Tract. CXIX. in Evang. Joann. Mig. III. b. p. 1952. V. Com. Theophylacti in Joann. 19. ed. Lutetiae P. 1631. p. 827. Euthymii Zig. in eund. ed. Mathäi Londini, 1845. p. 614. Cel. I. 438. [2]) Vide Calmeti Dictionarium biblicum, ed. Aug. Vind. 1738. II, 21. seq. [3]) בֹּרִית. Quod nomen herbarum Vulgatus in Jeremia 2, 22. retinet, in Malachia vero 3, 2. herbam fullonum interpretatur.

decimae, cuius usus ad varia v. c. ad coquendum panem כַּמֹּן Isai. 28, 25. 27. Mtt. 23, 23. Faba, Prunus, Zea et alia. Praeter arbores frutices, herbas, olera, fructus, in convallibus Judae copiosi erant flores varietate iucundi, imprimis Lilium שׁוֹשַׁן album et rubrum [1] Salomoni toties laudatum: Cant. 2, 16. 4, 5. 6, 1. 2. 7, 2. Sir. 50, 8. Castitas aliaeque virtutes fidelium et in specie Matris Virginis conferuntur candidis liliis tritici acervo circumpositis. Cant. 7, 2. Eadem figura signat Salomo etiam numerum insignem — per tritici foecunditatem expressum — accedentium ad Christum. Liliaceum opus, ornamenta eius generis architectonica, columnarum et aenei labri memorantur. III. Reg. 7, 22. Titulum liliorum nonnullis psalmis praeposuit Davides Ps. 45, 1. 60, 1. 69, 1. 80, 1. t. o. Ipsi Christo *τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ* Mtt. 6, 28. Luc. 12, 27. laudantur [2]. Narcissus, חֲבַצֶּלֶת Cant. 2, 1. Is. 35, 1. t. o. Rosae floris odorati Jud. 8, 7, 16. בַּרְקָנִים inter quas rosa hierichuntina eminebat. Sir. 24, 18.

Inter fossilia stricte dicta, seu media lapides inter et metalla primas sali, a quo urbs aliqua civitas salis fuit appellata II. Reg. 8, 13., deferre oportet; hoc et quidem praestantissimum, Hebraeis mare mortuum suppeditavit quod solutis Libani nivibus, tantopere intumescit, ut extra littora diffluens, in proximas valles et fossas ex industria factas effundatur, ubi aqua deinde undique inclusa vehementissimo aestatis calore effervescit et tandem sal optimae notae relinquit. Unde etiam valles istae, valles salinarum vocantur. Jos. 15, 62. Salis genus est nitrum, in terra sacra aeque vulgatissimum. Jer. 2, 22. Prov. 25, 20.[3]. Asphaltos bitumen quod pariter ex mari mortuo desumitur. Sulphur imprimis circa littora maris mortui et urbem Jericho גָּפְרִית Gen. 19, 24. Is. 30, 33. Ezech. 38, 22. Ferrum, palaestinos lapides ferreos vocat Moyses Deut. 8, 9., quia in fornace excocti transeunt in ferrum. Familiarissima nobis metalla aurum, argentum, aes, cuprum, — quod ubi Scriptura de aere loquitur intelligendum est — gemmas sive lapides pretiosos, margaritas, quibus carebat Palaestina, acquirebant Hebraei a Phoeniciis, qui ea e Tartesso in Hispania et aliis coloniis advehebant, atque Hebraeis pro tritico, vino, oleo, balsamo, melle vendere solebant. Ezech. 27, 12. 13. 19. Jer. 10, 9. [4].

---

[1]) Cant. 5, 13. ubi labia comparantur liliis, de quo Plinius Hist. nat. XXI. 5. „est et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant. Sunt et purpurea lilia." ed. Francofurti, 1608. pag. 983. [2]) Cf. H. Lampe Diss. theol. phil. De Lilio Saronitico Bremae. 1728. [3]) Cf. J. D. Michaelis Diss. de Nitro Hebraeorum. in Comment. ed. Brem. 1763. [4]) Interim plura et uberiora scire cupientem remittimus ad J. J. Scheuchzer, Physica sacra. Aug. 1731. f. 5. vol. Item Samuelis Bocharti Hierozoicon — cuius compendium adornavit S. Vecsei Franeq. 1690. 4. — sive bipartitum opus de animalibus S. S. Lugduni Bat. ed. 4-a 1712. qua usi sumus.

DESCRIPTIO TOPOGRAPHICA TERRAE SACRAE.

§. 19. Divisio terrae sacrae.

Divisio Palaestinae alia fuit et alia pro temporum diversitate. Ac quidem a. ut iussu Dei divisa fuit a Moyse et Josua; b. ut fuit post obitum Salomonis; c. ut a reditu captivitatis babylonicae; d. quomodo sub Romanis; e. aevo medio fuerit distributa; qualiter demum f. nunc partita maneat. Ad propositam a. divisionem accedentes observamus terram sacram divisam esse in ea quae est ultra et in eam quae est cis Jordanem. Postquam terra transiordanensis subacta esset ab Israelitis, Ruben, Gad et dimidia tribus Manassis, petierunt a Moyse, ut sibi terras Sehonis et Og concederet in habitationem cum essent pascuosae. Moyses indigne tulit petitum existimans illos se velle seiungere a reliquis; ceteros vero non ausuros esse transgredi Jordanem. Sed cum sponderent, cum reliquis se transire Jordanem paratos esse et adfuturos in bellis, inde desideria illorum non sprevit, sed instituit dividere terras inter illos Num. 32. Deo annuente ita: ut Rubenitis regio australis ab Arnone fluvio Moabitarum limite usque ad Jordanem; terra autem septemtrionalis, id est superior Galaaditis et regnum Basan dimidiae tribui Manassis obvenirent; quae media interiacent Gaditis sive tribui Gad cederent. Coll. Jos. 13. Trajecto Jordane et occupata regione cisjordanensi, sedes per sortem iussu Dei assignatae sunt reliquis novem et dimidiae tribui a Josua, ut patet e Josuae c. 15–20., ubi fines tribuum singularum et cuiuslibet oppida designantur. Pars meridionalis terrae cisjordanensis, prope mare mortuum ad septemtrionem procedendo, prae caeteris latissima obtigit tribui **Juda** Jos. 15, 1–12. **Simeon** accepit terram et urbes suas ex

---

Ed. rec. sed brevior. d. E. F. C. Rosenmüller. Lips. 1793. s. 3. vol. V. Ed. Reuss. diss. de Bocharto in Revue théol. 1854. 129. seq. Olavi Celsii Hierobotanicon sive de plantis S. S. dissertationes. Upsaliae II. t. 1745—57. S. Oedmann. V. Sammlung. a d. Naturk. z. Erklär. d. h. S. a. d. sved. v. Gröning. Rost. 1786—95. 1—6. J. Jahn. b. Archaeologie. Wien, I. 248—391. E. F. C. Rosenmüller Biblische Naturgeschichte. Leipzig. I. 1830. II. 1831. Wil. Carpenteri Scripturae Historiam naturalem seu biblicae Geologiae, Botanicae Zoologiaeque expositionem descriptivam typis excusam in Cursu completo Sacrae Scripturae edito a J. P. Migne. Paris. 1842. Tom. III. p. 491—790. Biblische Naturgeschichte für Schulen und Familien. Calv. 1842.

portione tribus Judae Jos. 19, 1–9., termini ab austro succedunt in septemtrionem, ut in occasum simul et mare recedant. Supra Simeonitidem tribum in septemtrionem iuxta mare ad Joppe usque sita erat Dan Jos. 19, 40–47.[1]. Regionem ulterius peragrando, quarto loco sese offert Benjamin Jos. 18, 11–28. Benjamin se ita habebat, ut tribum Judae a meridie, tribum Ephraim a septemtrione contingeret et inter utramque esset media. Ab oriente Jordanem habuit, ab occasu tractus a Bethoron inferiore ad Judae civitatem Cariathidarim. Ad septemtrionem quidem, sed ad orientem declinando, est ingressus in sortem Ephraim Jos. 16, 1–3; terminus borealis t. Ephraim fuit aliqua ex parte idem cum australi regionis quae coll. Jos. 17, 7–11. obtigit alteri dimidiae tribus Manassis. Ulterius procedendo inter septemtrionem et orientem occurrit tribus Issachar Jos. 19, 17–23. Post quam iter prosequendo invenitur Zabulon Jos. 19, 10–16. in mediterraneis maxime oris. Quae supersunt loca in septemtrionem usque ad Libani radices tribubus Nepthali Jos. 19, 32–39. et Aser Jos. 19, 24–31. adiudicata erant. Illi maritima, huic mediterranea a lacu Genesareth ad fontes Jordanis et ultra. Nec vero suprema omnia ab Israelitis occupari et possideri potuerunt. In universum notandum venit, non omnem statim regionem, prout singulis tribubus assignata fuit, ab iisdem acquisitam ac possessam fuisse, sed cum illis varias nationes, quas delere non poterant habitasse, ut liquet ex libris Josuae et Judicum. Tribus Levi nullam regionem singularem obtinuit, nam in huius locum subierunt Manasse et Ephraim filii Josephi, quos Jacobus adoptavit. Gen. 48, 5. Habitationi vero Levitarum quadraginta octo urbes una cum agris, hortis et pascuis adjacentibus destinatae sunt. Num. 35, 1. seq. Ex illis tamen tredecim urbes cum suburbanis maxime in tribu Juda et Benjamin, ut regionibus sanctuario vicinis, cedebant sacerdotibus. Jos. 21, 19. coll. I. Par. 7, 57–81. Atque inter hasce sex refugii urbes selectae sunt, cis Jordanem Cedes Nephtali, Hebron et Sichem, trans Jordanem vero Bosor, Gaulon et Ramoth Galaad; Num. 35, 15. Jos. 20, 7. 8. qua se recipere poterat ille, qui aliquem nescius, errore, casu occidisset. Atque ita terra sacra divisa fuit sub prima occupatione, judicibus, et sub regibus tribus prioribus. b. Exorto schismate, regnum Juda eam partem terrae sacrae

---

[1]) Judicum cap. 18, 1. seq. narratur sexcentos Danitas in septemtrionem Chananeae profectos novas sedes quaesiisse, ubi et ceperunt oppidum extremum Lais, idque suo nomine Dan appellaverunt, quod postmodum terminus Palaestinae a septemtrione fuit, cui in australi plaga Bersabee respondit, ut patet ex tritissima S. S. phrasi: de Dan usque Bersabee. Jud. 20, 1. I. Reg. 3, 20. II. Reg. 24, 2. III. Reg. 4, 25.

continebat, quae obtigit tribui Juda et Benjamin, unde et regnum duarum tribuum dictum est, atque eius reges: reges Juda, etiam Jerusalem, a metropoli. Regnum vero Israel continebat totam illam regionem cisjordanensem borealem et mediam cum tota transjordanensi, quae aliis decem tribubus sorte obvenit et reges eius retento nomine antiquiori appellati sunt: reges Israel, nonnunquam Samariae, a praecipua civitate. Quorum nominum et regnorum distinctionem frequenter observant prophetae in vaticiniis suis. III. Reg. 12, 20. II. Par. 11, 1. Isai. 5, 7. Ose. 4, 15. 16. Amos. 2, 6. Mich. 1, 5. Post reditum e captivitate babylonica stante templo secundo, in vario principatu, antiqui limites convellebantur aut extendebantur. Dissipatis tribubus, terra sacra multo tempore, non habebat nomen a tribubus, quibus olim in portionem cesserat, serius unius solum „Juda" audiebatur. Judaeis in exilio degentibus Idumaei magnam partem tractus, qui austrum spectat, qui tribui Juda proprius fuit occuparunt, inde haecce pars „Idumeae" recentioris nempe nomen habuit, ad Bethsuram usque extensa[1]. Machabaei omnem terram, quam Palaestinam dicimus vel Judaeam laxe accepto vocabulo possederunt[2], usque ad Hyrcanum et Aristobulum discordes fratres, quorum tempore Romani sibi ius in Palaestinam duce Pompejo adseruerunt. Sub imperio horum pluries fuit divisa pro culpa perfidiae ut ait v. Beda[3]. Gabinius distinxit Palaestinam in quinque partes[4]. Tempore, quo Herodes M. Mtt. 2, 1—19. rei iudaicae praefuit in Galilaeam, Samariam, Judaeam et Peraeam divisa fuit. Haec quoque illa divisio est, quae in evangelistarum libris laudatur, Mtt. 4, 25. Marc. 3, 7. 8. repetita in Actibus Apostolorum cap. 9, 31. Mortuo Herode, regia dignitate Archelao relicta[5], facta est divisio in ethnarchiam unam et duas tetrarchias, ita ut cum nomine ethnarchae Archelaus natu maximus acciperet Judaeam, Samariam et Idumaeam, Philippus cum titulo Tetrachae Trachonitiden; Herodes Antipas cum eodem Galilaeam[6]. Archelao ab Augusto damnato et ejecto Viennam Galliarum in exilium eius ethnarchia h. e. Judaea et Samaria ad Romanos rediit et per praesides administrata est, inter quos erant: Quirinus, Coponius, Pontius Pilatus, Cuspius Fadus[7]. Antipa Lugdunum Galliae oppidum[8] relegato, eius tetrarchia

---

[1]) V. Hasii regni davidici et salamonici descriptionem geogr. et hist. Norimbergae, 1739. p. 291. [2]) Cf. J. E. Fullonii Comment. ad I. Mach. libr. Leodii, 1660. p. 345. [3]) In Lucae evang. c. 3. ed. Col. 1688. Tom. V. p. 248. [4]) Jos. de bello I. 8, 5. ed. Hav. pag. 71. [5]) Jos. Antiq. XVII. 8, 1. Hav. I. pag. 847. [6]) Jos. ib. 9, 1—3. 11, 1—4. p. 849. s. 860. seq. [7]) Antiq. XVII. 13, 5. p. 867. seq. ib. XVIII. 1, 1. p. 869. 2, 1. 3, 2. pag. 873. 875. XIX. 9, 2. pag. 952. [8]) Antiq. XVIII. 7, 2. pag. 898.

Agrippae regno adiecta est a Caio, cui et sub Claudio pars aliqua aviti regni accessit [1] sublata forma provinciae; quae rursus a morte Agrippae maioris fuit reducta, amplior quam antea fuerat, quod filius Agrippa II. huius nominis, iunior, cum Abilene solam Philippi tetrarchiam possederit, cetera relicta provinciae [2]. Eversa republica iudaica, Palaestina sub Syria censebatur, cum eam Romani Praefectis regendam commiserint, qui simul Syriae Praesides nominabantur. A christianis imperatoribus in primam, secundam et tertiam Palaestinam divisa fuit [3]. Sub Turcarum imperio eadem regio non similiter distincta, sed in varios districtus, quibus distincti Gubernatores praepositi fuere [4].

§. 20. Galilaea.

Galilaea הַגָּלִיל Hebraeis olim dicta est regio tribus Nephtali [5], tempore Salvatoris provincia cisjordanensis, complectens portiones tribuum: Zabulon, Nephtali, Aser, Issachar sive septemtrionalem terrae sacrae regionem, ab extremo Syrorum limite inter Jordanem et mediterraneum mare ultra lacum Genesareth producta, in qua Hebraei cum Syris, Phoeniciis et Graecis promiscue habitarunt. Mtt. 4, 15. Quod ad ingenium et indolem terrae, vix quidquam fuit amoenius et iucundius hac terra, quae optimos montes habuit, atque culta erat et fertilis. De fertilitate huius terrae testatur Josephus [6], qui ibi versatus est; laudant alii, qui eam perlustrarunt. Imprimis clarum nomen adepta est a Christo, qui a loco educationis Nazareth Galilaeus dictus Matth. 21, 11. eam pede perambulavit, miraculis suis conspicuam reddidit, evangelii gratiam ibidem praedicavit, in eiusdem synagogis sermones habuit. Apostoli vero, quod e Galilaea essent, eodem et ipsi cognomento appellati sunt, unde et in caeteros discipulos et fideles omnes derivatum. Act. 1, 11. 2, 7. [7]. Galilaei attamen nunquam spectatae religionis habiti sunt, neque ex illis prophetam unquam proditurum Judaei sibi persvadere poterant. Joann. 7, 41. 52. Dialecto a

---

[1]) Antiq. XIX. 5, 1. pag. 943. seq. [2]) Antiq. XIX. 9, 2. p. 952. [3]) Cod. Theodos. VII, 4. l. 30. de erog. mil. ann. Justiniani lib. I. tit. IX. l. 17. De Judaeis. [4]) Cf. C. Raumer, Palaestina. ed. Lips. 1838. pag. 411. 412. Robinson, Palaestina. II. 288. s. Ritter Asien XVI. Th. I. Ab. p. 820. [5]) Jos. 20, 7, 21, 32. III. Reg. 9, 11—13. Isai. 9, 17. IV. Reg. 15, 29. I. Mach. 10, 30. Jos. Antiq. XIII. 2, 3. e. c. p. 636 [6]) De bello III. 3, 2. ed. c. II, 223. Vitae §. 45. ib. pag. 22. [7]) Cf. Th. Hasaei, diss. de Napthalitide Apostolorum patria. Ugol. Thes. VII. 911. seq.

caeteris Judaeis diverso utebantur, ut eo indicio s. Petrus Galilaeus agnosceretur. Mtt. 26, 73. Marc. 14, 70. Luc. 22, 59. 23, 5. 6.[1]. Inter urbes huius provinciae memorentur: — Asor חָצוֹר, regia sedes Jabini, qui summus habebatur inter reges Chananaeorum. Josua Asor expugnavit et interfectis omnibus incolis igne aedificia delevit Jos. 11, 10.; deinde restituta quidem est, Jud. 4, 2. I. Reg. 12, 9. nec vero tum ab Israelitis fuit habitata, sed mansit indomitis Chananaeis, licet in sorte Nephtali fuerit recensa. Jos. 19, 36. Etiam Salomo instauravit Heser III. Reg. 9, 15. — Bethsaida *Βηθσαϊδά* sita ad littus occidentale maris Genesareth, distinguenda a Bethsaida in Peraea[2]; ex ea orti sunt Andreas, Petrus et Philippus Apostoli Joann. 1, 44. 12, 21. et in ea Jesus plurima edidit miracula, ipsi tamen civitati et urbi Chorozain[3], incredulitatem exprobrat Mtt. 11, 21. Luc. 10, 13. — Cana *Κανᾶ*, patria Simonis Apostoli, qui inde *ὁ Κανανίτης* cognominatur Mtt. 10, 4., et Nathanaelis Joann. 21, 2. de quo Christus ib. 1, 47.: ecce vere Israelita, in quo dolus non est; miraculis Christi illustrata, nam ibi Christus vocatus ad nuptias aquam in vinum mutavit, Joann. 2, 1. et a regulo rogatus ut filium suum inviseret, sanaretque, verbo absentem sanavit Joann. 4, 46. — Capharnaum *Καπερναούμ* in finibus Zabulon et Nephtali[4]. Urbs maritima Mtt. 4, 13. in qua Christus relicta civitate Nazareth habitavit. Domi ut plurimum discipulos, sabbathis populum in synagoga evangelii doctrinam docuit Luc. 4, 31. Joann. 6, 24. innumeraque miraculorum genera in et circa urbem patravit. Ita daemones ejecit Marc. 1, 23. Luc. 4, 33. Mtt. 9, 32. paralyticos, servum centurionis moriturum et absentem sanavit. Luc. 7, 2. Mtt. 8, 5. Marc. 2, 3. Mtt. 9, 2. socrum Simonis a mala febri liberavit Mtt. 8, 14. 15. Luc. 4, 38. 39. caecis oculos aperuit Mtt. 9, 32. Jairi principis synagogae filiam duodennem iam mortuam in vitam revocavit. Luc. 8, 49. Marc. 5, 35. Matthaeum in apostolum vocavit Mtt. 9, 9. etiam tributum templo inferendum pependit ib. 17, 26. Idcirco magna fuit urbis huius praerogativa — in coelum exaltata Mtt. 11, 23. — quod Christum Salvatorem habuerit incolam, et ipsius fuerit *ἰδία πόλις* Mtt. 9, 1. coll. Marc. 2, 1. ex quo fastigio felicitatis propter impietatem cecidit atque Luc. 10, 15. numeratur inter urbes, quibus propter impoenitentiam,

---

[1]) V. J. Ligtfooti, Chorographica Matth. praem. c. 87. ed. Carp. p. 151. [2]) Cf. Relandi Pal. l. III. pag. 654. [3]) Quam s. Hieronymus in Onomast. p. 131. prope Capharnaum ponit. [4]) Hier. Onom. p. 111. Rudera urbis super circumque collem nominatum Tell-Knisch jacent inter Caipham et Petram incisam hodie Athlit. Cf. V. Guerini: de ora Palaestinae. Parisiis, 1856. p. 28. 29. Ritteri Asien. XVI, 617. 618.

aeternam perditionem etiam prae Sodomitis minatur Christus. — Dan דָּן urbs maxime aquilonaris sita in bono solo, antea Lais dicta, Gen. 14, 14. Deut. 34, 1. Jud. 18, 14. in qua ut prisca sede idololatriae Jud. 18. 1. Jeroboamus I. vitulum aureum erexit III. Reg. 12, 29. — Endor עֵין־דּוֹר in tribu Manasse, Jos. 17, 11. ubi pythonissa a Saule rege Judaeae consulta I. Reg. 28, 7. Sub Salomone administrabatur a Benabinadab, uno ex duodecim praefectis, qui super Israel praepositi fuerunt. III. Reg. 4, 11. Cum postea diversis dominationibus subjecta fuisset, et e Persarum imperio sub Macedonum ditionem cum reliqua Palaestina, deinde sub regum Syriae iugum transiisset, validis munitionibus urbs illa firmata fuit, I. Mach. 15, 13. cuius hodie pauca supersunt vestigia. — Mageddo מְגִדּוֹ urbs regia sita ad aquas[1] Jos. 17, 11. in iis oppidis recensetur, quae dimidiae tribui Manasse cisjordanicae attributa sunt, coll. Par. I. 7, 29. cuius tamen pristinos habitatores non delevit, Jud. 1, 27. Ochozias rex vulneratus fuit in Mageddo et ibi mortuus est. Juxta urbem adjacet patentior campus proeliorum, in quo occubuit rex pius Josias IV. Reg. 23, 29. II. Par. 35, 23. 24. Zach. 12, 11. — Naim unius diei itinere aut intra illud a Capharnaum remotum oppidum, in quo Christus ἐν τῇ ἑξῆς sequenti die postquam Capharnaumi servum centurionis sanaverat veniens, filium viduae a mortuis suscitavit Lucae 7, 11. — Nazareth Ναζαρέτ urbs fuit modica, sita in rupe, Luc. 4, 29. figurae maxime rotundae; in historiis V. T. minus cognita sed cuivis Christianorum longe pretiosissima. Haec est enim illa amabilis civitas Nazareth, quae florida interpretatur[2], in qua flos campi Cant. 2, 1. oritur, cum in virgine caro efficitur[3]. Nazareth civitas Dei dedit s. Josephum virginum florem et coniugatorum electissimum fructum. Nazareth patria est Christi, qui non solum ibidem conceptus, Luc. 1, 26. sed et educatus fuit; postquam enim b. Virgo Deipara ductu spiritus sancti cum Josepho et puero Jesu fugit in Aegyptum, post reditum ex Aegypto contulit se Nazarethum, ubi Jesus subditus mansit parentibus suis usque ad tempus praedicationis suae. Unde ob longam in Nazareth conversationem Nazarenus fuit appellatus Luc. 2, 51. 4, 16. Mtth. 21, 11. 26, 69. Marc. 16, 6. Joann. 19, 19. „Sed et nos ait s. Hieronymus[4] apud veteres quasi opprobrio Nazaraei dicebamur, quos nunc Christianos vocant.“ Revera ab antiquo usque ad

[1]) Jud. 5, 19. quas Bonfrerius torrentem Cison interpretatur ad Hier. Onom. p. 253.. [2]) Hieronym. ep. XLVI. ad Marcellam: ibimus ad Nazareth, et iuxta interpretationem nominis eius florem נֵצֶר videbimus Galilaeae. ed. Vall. pag. 209. [3]) M. Sanutus lib. Secretorum fidelium crucis. ed. Hanov. 1611. III. 7. 2. p. 176. [4]) Onomast. p. 278.

nostra tempora in Oriente „Nasrani" appellantur Christicolae. Regum christianorum tempore, post subactam bello terram sacram ecclesia Nazarethica in Archiepiscopatus titulum erecta est, metropoliticisque pro Scythopoli, quae tunc fere deserta erat, juribus ornata. A Graecis itidem, postquam recessissent Latini, inter metropoles conservata fuit[1]. Non procul a Nazareth ostenditur locus in supercilio montis, qui saltus sive praecipitium Domini appellatur, quia inde Judaei Christi concives ipsum perdere et praecipitare volebant, sed immunis de manibus illorum exivit. Luc. 5, 29. — Ptolemais, quae prius vocabatur Accho עַכּוֹ Ἀκχώ, Judic. 1, 31.[2] nomen accepit a Ptolemaeo Lathuro rege aegyptio[3]. Vix ulla est urbs in historia machabaica; I. Mach. 5, 15. 22. 10, 1. 39. 11, 22. 24. 12, 45. 48. tum etiam in historia nova cruciatarum expeditionum ea celebrior. In Novo Testamento eius mentio fit semel tantum in navigatione s. Pauli. Act. 21, 7. — Sunem sive Sunam שׁוּנֵם in tribu Issachar Jos. 19, 18. et prope montes Gelboe samaritanae regionis, ubi castra Saul Philisthaeis, Sunemi metatis, in monte opposuerat I. Reg. 28, 4. Abisag, puella Sunamitis, Davidi senectutis fovendae ergo in uxorem datur. III. Reg. 1, 3. Per Sunam urbem saepe transibat Elisaeus, hospitique suae sunamitidi filium obtinuit, eumque postea mortuum in vitam revocavit. IV. Reg. 4, 8—37. 8, 1—6. — Sidon צִידוֹן urbs Phoenicum antiquissima, quam condidit Sidon Chanaani primogenitus, pronepos Noae Gen. 10, 15. etiam patriarchis nota. Jacobus Gen. 49, 13. de Zabulon ait limites eius excursuros ad Sidonem. In libro Josuae cap. 11, 8. 19, 28. vocatur magna רַבָּה, Σίδων ἡ μεγάλη, et describitur in sorte tribus Aser, cuius imperio attamen nunquam subjecta fuit. Jud. 1, 31. 3, 3. 10, 12. Ceterum urbs ipsa situ fertili, salubri commodissimo et fortissimo floruit jam dudum ante excidium Trojae. Homerus Sidonis mentionem facit non Tyri[4] Mercatura et navigatione Isa. 23, 2. Ezech. 27, 8.[5], non minus artium nobiliorum inventione et dextero exercitio inclaruit. III. Reg. 5, 6. seq. In his oris versatus est Christus, cum mulieris chananaeae filiam male a daemone vexatam sanaret Mtt. 15, 21. Marc. 7, 24. Paulus per Sidonem transiit, cum a Julio Romam duceretur. Act. 27, 3. Inter Sidonem et Tyrum est Sarepta צָרְפַת Ob. 20. urbs

---

[1]) Cf. M. Le Quien Oriens Christ. Paris. 1740. Tom. III. p. 695. [2]) V. S. Hieronymum ad Amos I, 2. ed. Vall. VI, 225. [3]) Strabo XVI, 2, 26. ed. G. Kramer. Berolini, 1852. v. 3. p. 299. [4]) V. Hitzig Urgeschichte der Philist. p. 189., qui anno 1155. a. C. aedificatam arbitratur. [5]) V. Iliad. XXIII, 743. ed. Wolf. Hal. 1785. p. 610. Odyss. IV, 618. XV, 119. ed. a. 1784, p. 84. 304.

maritima, hospitium prophetae Eliae, qui ibi viduam miraculose sustentavit, ut hydria farinae mulieris non deficeret, nec lecythus olei imminueretur, ad diem in qua Dominus daturus esset pluviam super faciem terrae; sed et viduae huius filium mortuum precibus suis Elias viventem matri reddidit. III. Reg. 17, 10. Luc. 4, 26. — Thesbe, unde Elias ubique dicitur Thesbites III. Reg. 17, 1. etiam Tobias iuxta LXX ortus est: *ἐκ Θίσβης ἐν τῇ Γαλιλαια*. Tob. 1, 1. 2. — Tiberias hoc nomine donata ab instauratore Herode tetrarcha, in honorem Tiberii Caesaris[1], sita in optimo agro Galilaeae in australi ora maris Genesareth, ubi est effluxus maris in Jordanem. Olim appellabatur Chenereth[2]. Evangelista Joannes aliquoties Tiberiadis mentionem habet, in lacus descriptione, quem denominat 6, 1. 23. *Τιβεριάδος* 21, 1. Hanc tamen urbem Christus nunquam ingressus esse legitur. Eo post Jerosolymae eversionem per Romanos, Judaei quidam cum doctissimis nonnullis sacerdotibus sese recipientes, fundamenta locarunt Academiae, cuius celebre dein nomen fuit, tum ex digesta Misna, tum ex fama doctorum iudaicorum ibi publice profitentium[3]. Ab urbe non longe seu inter eam et Jordanem, ita ut ibi ponte flumen trajiceretur, distant thermae, in vico, cui nomen Ammaus[4], quae erant thermae Tiberienses hodiedum frequentatae[5]. — Tyrus צוֹר, — rupella — urbs florentissima Phoeniciae, in insula condita Jos. 19, 29. Isai. 23, 1. seq. Ezech. 26, 4. 5. 14. 27, 3. 28, 2. a Sidoniis, quae in tantam subinde pervenit magnitudinem et opum abundantiam, ut Sidonem ipsam anteierit. Aggere, per quem aggressus est Tyrum expugnare Nabuchodonosor, iuncta continenti, Ezech. 27, 4. 8. 9. ubi erat suburbium huius urbis Palaetyrus. Urbis insularis continuatio[6] ita dicta, postquam iam destructa esset a potiore parte Tyrus et isthmus, qui eam cum terra continenti coniungebat perruptus, ita ut urbs iam undique mari cingeretur. Tyrii tunc distinguebant inter Tyrum, quae quondam fuit, et Tyrum, quae nunc etiam exstabat[7]. Quamvis in sortem Aser cum caeteris maritimis eius provinciae urbibus cesserit, nunquam tamen ab illa ejectos Chananaeos legimus. Fuit urbs libera, olim administrata a regibus, inter quos celebris Hiramus circa tempora Davidis et Salomonis. II. Reg. 5, 11. III. Reg. 9. 11. Jerem. 27, 3. Tempore Salvatoris Tyri non exigua

---

[1]) Jos. Antiq. XVIII. 3, 3. I, 873. [2]) Hieronym. in Ezech. c. 48, 21. ed. Vall. V, 612. [3]) Cf. Jost. Allgemeine Geschichte des israelitischen Volkes. Leipzig, 1850. II. B. p. 126. seq. [4]) Jos. l. c. 1. [5]) Cf. J. C. Wichmanshausen, diss. de thermis tiberiensibus, in B. Ugol. Thes. VII. p. 955—980. Ritter Asien XV. II, 300. [6]) Cf. Vitringa Geographia s. p. 97. [7]) Vide E. G. Hengstenberg: de rebus Tyriorum. Berolini, 1832. p. 1. 18. 23. 26. seq.

pars ad institutum Christi transiens Mtt. 15, 21. coll. 11, 21. Marc. 3, 8. coll. 7, 24. Luc. 6, 17. 10, 13. laborum et negotiationum suarum proventus Domino consecravit. Jam inde ab Apostoli aetate Act. 21, 3. frequentes Tyri fideles occurrebant; eademque demum ecclesia, martyrum numero, episcoporum gloria ac tandem habitis in ea conciliis a 335. 518. celeberrima facta est [1]. Olim sub Antiocheno Patriarcha primaria metropolis fuit, urbe vero Balduini II. regis 1124. ditionis facta cum suis iuribus ad Palaestinam dioecesim transiit. Ejectis Latinis, Tyri metropolita Graecus, Patriarchae Antiocheno subditus factus est [2].

§. 21. Samaria.

Inter tres illas maiores terrae sacrae cis Jordanem regiones secunda est: Samaria *Σαμάρεια*, Luc. 17, 11. Joann. 4, 4. 5. sive Samaritis *Σαμαρεῖτις* I. Macc. 10, 30. sic dicta ab urbe principali eiusdem nominis שֹׁמְרוֹן. Media inter Galilaeam et Judaeam, olim inhabitata erat a tribu Ephraim, Manasse cisjordanensi et aliqua parte tribus Issacharis. Natura soli a Judaea non multum discrepat „nam utraeque montosae sunt et campestres, mollesque ad agriculturam et fertiles, nec non et arboribus consitae, pomisque silvestribus et mansuetis abundantes“ [3]. A Bethsan ad mare usque mortuum erat planities, media pars montosa, ad occidentem convallis fuit et ibi silva. Jos. 17, 15. Loca illustriora in hac provincia erant:

Bethsan בֵּית־שְׁאָן, notior nomine Scythopolis [4]. Mach. II. 12, 29. Urbs non procul Jordane et mari Genesâreth, ubi est huius maris extremus ad austrum terminus, dimidiae tribus Manasse Jos. 17, 11. ex qua Chananaei non sunt expulsi. Jud. 1, 27. Post pugnam ad Gelboe Philisthaei cadaveribus Jonathanis et Sauli potiti, ea moenibus Bethsan suspenderunt; at habitatores Jabes Galaad, ultra Jordanem, noctu venientes, ea sublata honorifice condiderunt in nemore prope urbem I. Reg. 31, 10. Quando autem et qua occasione factum sit, ut Scythae oppidum Bethsan occuparint non reperitur in S. Scriptura. Referunt passim post

---

[1]) V. C. J. Hefele, Conciliengeschichte. Freiburg. 1855. I, 443. II, 671. [2]) V. Le Quien. Oriens. Chr. III. 1309. 1310. Notandum. De Phoeniciis, omnibus eruditionis copiis ornatus disseruit Dr. F. C. Movers in libris: Die Phönizier. a. Religion und Gottheiten der Phönizier. Bonn. 1841. b. Politische Geschichte und Staatsverfassung. Berlin, 1849. c. Geschichte der Colonien. ibid. 1850. d. Handel und Schifffahrt. ibid. 1856.; qui tamen non carent suis naevis et caute adhibendi sunt, ut docuimus. Tüb. Quart. a. 1857. p. 422. seq. [3]) Jos. de bello. III. 3, 4. II, 224. [4]) Euseb. Onom. p. 99. Σκυθῶν πόλις.

Eusebium[1] ad illud Scytharum in Asia imperium, quod Herodotus[2] descripsit et ab hac Scytharum expeditione nomen cepisse tradunt, verum haec expeditio eorum, a Sacra Scriptura aliena est[3]. Verosimiliter Scythopolis ortum est ex Succoth-polis. Ruinas loci Succoth prope Scythopolim invenerunt recentiores itinerantes[4].

Bethulia *Βετυλούα*, LXX, Judith 4, 6. cuius meminit S. Scriptura aliquoties sed in unica historia Judithae 6, 7. 7, 11., non alibi, urbs obsidione Holophernis a Juditha interfecti celebris, quam eandem esse cum urbe Bethul, in tribu Simeon Jos. 19, 4. I. Par. 4, 30. probavit A. Calmetus[5].

Caesarea, *Καισαρεία τῆς Παλαιστίνης*, ut distinguatur a Caesarea Philippi Mtt. 16, 13. ad mare magnum, antiquitus nominabatur Turris Stratonis[6]. Ab Herode per undecim annos instaurata, portu magnifico, templo, amphitheatro ornata, nomen Caesareae accepit in honorem Augusti[7]. Christus hanc urbem nunquam invisit, sed religio christiana hic mature radices figebat. Caesareae Cornelius Centurio, primitiae gentium baptismo a s. Petro initiatus est, Act. 10, 1. seq. ibidem domicilium habebat Philippus diaconus. Act. 21, 8. S. Paulus Caesareae saepe commorabatur Act. 9, 30. 18, 22. 21, 8. 23, 23. captus tamdiu ibi carcere detentus est, quoad Romam abduceretur. ib. c. 24—26. Hic rex Herodes Agrippa, cum se Deum nominari a populo sineret, ab angelo percussus interiit. Act. 12, 19. s. Inde a temporibus apostolorum sede episcopali ornata fuit. Civitas a septemtrione praesertim ad austrum extenditur. Moenia, qualia a s. Ludovico restituta fuere adhuc stant, partim superioribus modo lapidum ordinibus disjectis, et quamquam in multis locis vi discussa apertaque fuerunt, seriem tamen fere nullibi interruptam praebent[8].

Gazer גֶּזֶר, urbs levitica, sortis ephraimiticae Jos. 21, 21. I. Par. 6, 52. quondam regia Chananaeorum, Jos. 10, 33. 12, 12. unde veteres incolae non fuerant expulsi, usquedum Pharao rex Aegypti eos deleret expugnata urbe, quam filiae suae, uxori Salomonis in dotem dedit; Salomo acceptam a socero urbem instauravit III. Reg. 9, 15. seq. Gazeram cepit Judas Machab. I. Mach. 5, 8.; eam muniit Jonathas I. Mach. 9, 52. Simon quoque Machabaeus videtur habitasse Gazerae I. Mach. 13, 54. 14, 7. 34.

---

[1]) Cit. loco. [2]) L. I. 103—105. [3]) Quod bene demonstravit Fer. Strauss in proleg. ad vaticinia Zephaniae Berolini. 1843. p. XVIII. seq. [4]) Vide Ritter Asien XV. T. II. a. pag. 432. seq. [5]) Interpret. ad Judith 6, 7. Comm. litt. i. o. l. V. T. ed. Wirceburg. 1791. V. 142. [6]) Strabo l. XVI, 2, 34. III. e. c. pag. 303. Plin. lib. V. c. XIII; e. c. I, pag. 276. [7]) Josephus de bello I, 21, 5. seq. II. 106. seq. [8]) V. Guerin. l. c. p. 47. 48.

Jezrahel יִזְרְעֶאל, omnium prima describitur inter sedecim urbes tribus Issachar Jos. 19, 18. ad campum ei cognominem posita, in qua palatium fuit regum israeliticorum, III. Reg. 18, 46. coll. 21, 1. quod certe illi, qui ex familia Achabi erant, inhabitarunt. c. l. Urbs memoria infelicissimi Achabi, cruore Nabothi contaminati, III. Reg. 21, 13. qui hic nefaria sua facinora patraverat, et cladis in valle adiacente Saulo a Philisthaeis illatae, I. Reg. 29, 11. item cruentae vindictae a familia Achabi in eadem sumtae famosa; IV. Reg. 9, 7. s. cuius vel nomen nonnisi malo omine ab Israelitis audiri potuit. Ose. 1, 4.

Joppe יָפוֹ, urbs in edito saxo condita, maritima, in confinio Ephraimitarum et Danitarum, unicus in mari mediterraneo Judaeorum portus, scopulis in eo prominentibus satis infestus Jos. 19, 46. II. Par. 2, 16. Jon. 1, 3.[1]; in quem ligna et lapides e Libano mari, indeque Hierosolymam terrestri itinere deferebantur, ad templi regiaeque domus structuram. III. Reg. 5, 9. Esdrae I. 3, 7. Hic Jonas navem ascendit ut fugeret in Tharsis l. c. Judas Mach. Joppen, in qua erat Apollonii custodia, oppugnavit cepitque. I. Mach. 10, 75. s. In ea s. Petrus Tabitham a mortuis suscitavit. Act. 9, 36. Joppe s. Petrus etiam tunc morabatur cum linteum omni animantium genere refertum videns, gentes ad evangelii gratiam recipiendas esse cognovit. Act. 10, 5. Apud mediae aetatis et nostros scriptores Japha vel Jaffa audit.

Lydda, לוֹד Lod, *Λύδδα* supra Joppen in boream iacuit[2], a Benjaminitis frequentata, I. Par. 8, 12. I. Esdr. 2, 33. II. Esdr. 11, 34. una est ex tribus civitatibus, quas Demetrius rex a Samaria divulsas Judaeis concessit. I. Mach. 11, 34. Cum s. Petrus pervenisset Lyddam, paralyticum, Aeneam nomine, incolumitati restituit Act. 9, 32. Lydda, graecis Diospolis[3], mature sede episcopali ornata, et synodo in causa Pelagii coacta anno 415. notissima facta est[4]. Vicina Lyddae fuit:

Ramatha הָרָמָתָה, in montanis Ephraim I. Reg. 1, 1. tribui Judae, Dan et Benjamin contermina[5] in via, quae a Joppe fert Hierosolymam, eadem c. l. dicta רָמָתַיִם צוֹפִים. Patria Samuelis fuit, qui ibi habitavit I. Reg. 2, 11. 7, 17. 8, 4. 16, 13. 19. 18. 25, 1. et sepultus est; 28, 3.

---

[1]) Jos. de bello, III, 9. 3. II, 251. [2]) Juxta Cellarium, Notitia Orbis antiqui t. a. ed. Lips. 1732. p. 444. Quam tamen E. F. C. Rosenmüller, C. Raumer et H. Kiepert in suis tabulis geographicis ad austrum locant. [3]) V. Willermi Tyr. Arch. Historiam in Gest. Dei per Franc. l. VII, 22. ed. c. I, 742. [4]) Le Quien, Oriens. III. 582. [5]) V. O. Thenius, Die Bücher Samuels erklärt. Leipz. 1842. pag. 30. 31.

cuius tamen ossa postea hinc in Thraciam translata fuisse narrat s. Hieronymus [1]. Una ex tribus fuit civitatibus, quae ex Samaritide detractae regioni Judaeae contributae sunt. I. Machab. 11, 34. Hinc fuit Josephus, qui in evangeliis ab Arimathia esse scribitur [2]. Posteriori aevo dicta fuit Ramula [3]. Ramatha autem haec distinguenda est ab Rama prope Jerusalem et Gabaam coll. Jud. 19, 13. I. Reg. 22, 6. Isai. 10, 29., quam munire coepit Baasa rex Israelitarum, ut regnum iudaicum hinc infestaret.

Samaria, metropolis decem tribuum post regnum Amri, qui dicitur emisse montem ab aliquo viro שֶׁמֶר I. Reg. 16, 24. t. o. Somer, et aedificiis instruxisse, abhinc Samaria maxima urbs decem tribuum evasit. Vertici collis amoeni et culti insidens, situ erat opportuno, eius vero gloriae augendae, qua munitionibus, qua divitiis reges Israelis nihil reliqui fecerunt. III. Reg. 22, 39. Amos. 3, 15. 4, 1. Bis per Benadadum II. regem Syriae obsessa, facessentibus hostibus a praesentissimo periculo liberata est III. Reg. 20, 1. IV. Reg. 6, 24. 7, 1.; tandem expugnata per Salmanassarem regem Assyriae; passimque a victoribus, non in urbem tantum, quae ut praedixerat Michaeas divinus vates 1, 6. in struem lapidum conversa fuit, sed etiam in cives ex Oseae testimonio 10, 14. coll. II. Reg. 17, 6. saevitum. Deserta regio Cuthaeis colonis incolenda tradita, qui ab instaurata urbe Samaritanorum nomen adepti sunt. Joannes Hyrcanus, quartus principum Machabaeorum Samariam anno integro oppugnatam evertit [4]. Hac ratione eversa, atque a victoribus superinducto torrente desolata tamdiu mansit, donec a Gabinio ex squalore adserta, ab Augusto caesare reddita fuerit Herodi, qui ut aeternum staret sui in Augustum obsequii monumentum, Σεβαστήν i. e. Augustam eam nuncupavit [5]; quod vero huic urbi in Novo Testamento nusquam tribuitur. S. Philippus ad urbem Samariae veniens, plurimos ad Jesu Christi fidem traduxit, quibus s. Spiritus illapsu confirmandis Petrus et Joannes ab Apostolis missi sunt Act. 8, 5. 14. seq.

Sichem שְׁכֶם, ab humero i. e. leni acclivitate dicta, Συχάρ Sychar Joann. 4, 5. fuit urbs antiquissima sita in montano Ephraim, antequam conderetur Samaria, metropolis regionis. III. Reg. 12, 25. In ea duo filii Jacobi, Simeon et Levi omnes masculos occiderunt. Gen. 34, 25. Cum Jacob agrum apud eam urbem emisset, centum novellis ovibus Josepho in augmentum haereditatis concessit, qui postea ibi sepulturae mandatus est. coll. Genes.

---

[1]) Adv. Vigil. ed. Vall. II, 391. [2]) Ut docet s. Hieronymus in Onom. pag. 51 [3]) Willerm. Tyr. loc. s. c. [4]) Jos. Antiq. XIII. 10, 2. I, 661. [5]) Jos. Antiq. XIV. 5, 3. 641. XV. 8, 5. 768.

33, 19. 50, 24. Jos. 17, 7. 20, 7. 24, 32. Prope vel intra dictum agrum effodit Jacob puteum, quo ipse dum degeret Sichemis usus fuit, quemque posteris suis haeredibus reliquit; iuxta quem Christus cum per Samariam iter institueret, fessus resedit et cum muliere samaritana colloquebatur, Joann. l. s. c. disserens de se ut fonte vitae. Puteus hic illustrissimis monumentis olim condecoratus, fidelium incuria et infidelium odio destructus est[1]. A Josua, quem ibi legimus Jos. 24, 1. seniores Israelitarum coram Jehova congregasse et foedere cum iis facto in eius rei memoriam lapidem statuisse, urbs refugii designatur. Jos. 20, 7. A Sichemitis Abimelechus rex creatus est. Jud. 9, 6. Sichemi Roboamus regem se facere voluit, Jeroboamus revera electus est. III. R. 12, 1. 20. 25. Vetus nomen sub Romanis in honorem Flavii Vespasiani, quo imperium tenente novis accessionibus aucta fuit, in illud Neapolis mutavit, Plinius enim, qui sub Tito periit[2], eo nomine iam appellat[3]. Caeterum Sichem in versione Vulgata Jud. 9, 26. 21, 19. Ps. 59, 8. 107, 8. scribitur Sichima, et cives Sichemis, Sichimitae pluribus in locis v. c. Jud. 9, 57. Nostris diebus adhuc habitatur urbs a Samaritanis, qui priscorum morum tenaces sacra sua a Judaeis distincta agunt, ut testantur, qui ibi fuerunt[4].

Silo שִׁלֹה, eo loci coacto a Josua populo, Jos. 18, 1. de secunda terrae promissionis divisione actum est. Nec alibi arca et tabernaculum constituta, post fixas a populo in Palaestina sedes, Jos. 19, 51. mansitque ibidem religio usque ad tempus captae a Philisthaeis sub Heli summo sacerdote arcae, trecentis et amplius annis; I. Reg. 3–4, coll. Ps. 77, 60–66. Jerem. 7, 12. restituta non in Silo, sed in Cariathiarim collocata est. I. Reg. 6, 21.[5]. Situs Siluntis autem magis ex coniecturis, quam ex rationibus indagandus est; certum vero in Ephraim potius, quam in Benjamin tribu fuisse, quia Josua castra et tabernaculum ex Galgal in suam tribum transtulit, quae Ephraim erat Jos. 18, 1. Siluntem, in via, quae ducit a Bethele Sichemum, versus septemtrionem sitam; inde explicari potest, quod iuxta Deut. 33, 12. Deus requieturus esset inter humeros Benjaminis,

---

[1]) V. Fr. Quaresmii: Hist. Theol. et Mor. Terrae Sanctae elucidatio Antv. 1629. Tom. II. pag. 801. [2]) V. J. Cl. Fabricii Bibliothec. lat. Hamburgi. 1708. pag. 402. [3]) Hist. mund. lib. V. c. 13. e. c. I. 276. Ita quoque s. Hieronymus epist. CVIII. ad Eustochium. 13. ed. Vall. pag. 703. unde et hodiernum Nabulus. [4]) Vide J. J. L. Bargès: Les Samaritaines de Naplouse. Paris. 1855. p. 61. seq. [5]) Silunte templum fuisse, in quo Jehova eodem modo, quo in Hierosolymitano nulla imagine rite ac sancte cultus sit, idque usque ad exilium, quod dicitur Assyriacum exstitisse ex Jud. 18, 30. et 31. perperam intulit. V. Graf, Comm. de templo Silonensi. Misenae. 1855. pag. 33.

i. e. Hierosolymam et Siluntem; inter quas mediam sedem habuit tribus Benjamin. De Silunte scribit s. Hieronymus[1]: „Vix ruinarum parva vestigia in magnis quondam urbibus cernimus. Silo tabernaculum et arca Domini fuit: vix altaris fundamenta monstrantur.“

Thersa תִּרְצָה, a pulchritudine situs in S. Scriptura laudata, Cant. 6, 4. t. o. prisca sedes regum Chananaeorum Jos. 12, 24.; antequam aedificaretur Samaria, praeter Sichemem regia urbs, ubi plures reges Israelis habitarunt, uti Amri per sex annos. III. Reg. 14, 17. 15, 33. 16, 8. seq.

§. 22. Judaea.

Tertia pars terrae sacrae cis Jordanem, eaque australis est: Judaea in qua continebantur tribus Juda, Benjamin, Simeon, Dan. Jos. 15, 1–12, 21–63. 18, 11–28. 19, 40–48, 19, 1–9. Provinciarum cisiordanensium maxima, imprimis tempore Christi, quo regione Philisthaeorum et Idumaeorum aucta fuit. Prae omnibus reliquis terrae sacrae partibus eminebat metropoli et numero incolarum. Media pars, quae decurrebat ab Hierosolymis ad austrum erat regio montosa, montes tamen pervii olivetis, vinetis, aliisque arboribus referti undique videbantur. Hanc felicem terrae iudaicae conditionem praesignificavit Jacobus, cum Gen. 49, 11. prophetaret, Judam occupaturum terrae tractum, in quo nascerentur vina optima. Pars altera orientalis ad Jordanem et occidentalis ad littus maris mediterranei depressior erat, ibidemque ager eius fertilissimus, pascua feracissima, fructus optimis majores; ab itinerantibus quorumdam praecipue locorum opulentia, quam maxima admiratione refertur. Hinc inde tamen saxeum est solum et arenosum. Hodie plerumque, quod incolis destituatur, qui terram colant, sterilitate laborat. Ex vicis et urbibus Judaeae recenseantur oportet:

Anathoth[2] עֲנָתוֹת, oppidum sacerdotale in tribu Benjamin – unde excerptum fuit Josue 21, 18. Jer. 1, 1. – contra septemtrionem Jerusalem[3]. Patria principis Abiezeris herois, qui Davidi militabat. II. Reg. 23, 27. Abiathar eiectus e summo sacerdotio remissus est a Salomone ad curandum agrum suum in Anathoth. III. Reg. 2, 26. Jeremias propheta fuit Anathothites, ut ipse testatur. 1, 1. 29, 27.

---

[1]) Comm. ad Zeph. c. 1, 15. ed. Vall. VI, 692. [2]) Quam pro ipsissima Nob. d. q. i. perperam habet N. Sanson ind. geogr. s. h. v. p. 496. seq. [3]) S. Hieronymus ad Jerem. 1, 1. ed. Vall. IV. 837.

Bersabee בְּאֵר־שֶׁבַע, in tribu Simeonis, Jos. 19, 2. I. Par. 4, 28. non solum tribus suae, aut Judaeae, sed totius terrae sacrae limes ad austrum. Nomen ipsum sonat fontem iuramenti, quem effoderat Abrahamus, sibique foedere ac iurisiurandi religione vindicaverat ab iniuriis Philisthaeorum, fons deinde oppido nomen dedit. Gen. 21, 28–33. Bersabeen praeter Abrahamum, a quo et nomen accepit, incoluit Isaacus. Gen. 26, 23. 28, 10. Sub Samuele sedes iudicii fuit. I. Reg. 8, 2. Prope Bersabee erat solitudo, in qua errabat Agar ab Abrahamo pulsa cum filio suo Ismael. Gen. 21, 14.

Bethania Βηθανία, propinqua Hierosolymis a XV stadiis, Joann. 11, 18. quo frequentissime cum discipulis suis se conferebat Dominus, quietumque et acceptum recipiebat hospitium. Prope vicum est celebris illa spelunca, in qua Lazarus Christi amicus et amantissimus frater Mariae et Marthae fuit tumulatus ib. v. 39. ex qua foetens et quatriduanus divina Christi virtute ab inferis ad superos revocatus est, cuius rei monumentum ecclesia nunc ibidem exstructa demonstrat.

Bethel בֵּית־אֵל, olim Luza dicta, postmodum Bethel appellata ab insigni illa in eius agro facta visione Jacobo, cui posterisque Deus — in somnio apparens, scalae innixus, in qua Angeli erant ascendentes et descendentes — ibidem terrae illius, in qua ipse dormiebat, dominium pollicitus est. Gen. 28, 11–19. 31, 13. Ose. 12, 4. Idololatria per Jeroboamum in eum locum introducta, III. Reg. 12, 29. Bethel vocata fuit Bethaven: id est domus idoli, quae ante vocabatur domus Dei[1]. III. Reg. 13, 1. IV. Reg. 10, 29. Amos 4, 4. 5, 5. 7, 10. Ose. 4, 15. 5, 8. 10, 5. Ceterum in ea urbe habitavit Jacobus Gen. 35, 1–15. Debora nutrix Rebeccae mortua et sepulta est prope Bethel, in loco, qui dicitur quercus fletus ib. v. 8. Bethel urbs regia fuit Chananaeorum Jos. 12, 16. una ex iis, in quibus Samuel judicavit Israel. I. Reg. 7, 16. Cum Elisaeus ascenderet in Bethel pueri, qui illuserunt ei, ab ursis e saltu egressis lacerati sunt. IV. Reg. 2, 23. s. Eversionem Bethelis prophetarunt Oseas et Amos l. s. c., quae revera accidit, nam altare domus idoli, zelo optimi regis Josiae in partes comminutum est. IV. Reg. 23, 15–18.

Bethlehem בֵּית־לֶחֶם, Judae dicta Jud. 19, 1. Mtt. 2, 7. discriminis causa, quia huius nominis Bethlehem et aliud oppidum in tribu Zabulon fuit. Jos. 19, 15. Ante dicebatur Ephrata, frugifera, quia abundat regio bethlehemitica campis, vineis, collibus, vallibus, olivetis, ficubus vinoque praesertim et frumento; propter panis abundantiam vero

---

[1]) Hieron. Onom. p. 91. Cf. J. Chr. Stuck, Hoseas proph. Lips. 1828. p. 235.

Bethlehem domus panis audiit. Sane, licet mutata sint loca, qui eam regionem inspexerunt testantur, non posse ullam regionem cum ea comparari, quae est circa Bethlehem, quia agri, prata, horti, nemora optima sunt et amoenissima. Bethlehem urbs olim jam haud ignobilis, quae genuit Elimelech, Boozum, familiam Isai, heroes et praeclarissimos viros: iudicem Abesan, regem Davidem, Joabum et fratres Abisai et Asael e Saruja sorore Davidis Jud. 12, 8. Ruth 1, 1. s. c. 2–4. I. Reg. 16, 1. s. 17, 12. 20, 6. coll. Luc. 2, 4. 11. II. Reg. 2, 18. 32. 23, 24. I. Par. 2, 13–16.; nativitate Christi, quem ibi nasciturum Michaeas propheta annis plus 750 ante praedixerat, augustissimus orbis locus effectus est. Mich. 5, 2. Mtt. 2, 1–8. Luc, 2, 4. Joann. 7, 42. Quod Prudentius hymno Epiphaniae sic pia admiratione cecinit:

O sola magnarum urbium
Major Betleem, cui contigit
Ducem salutis coelitus
Incorporatum gignere![1].

In extremitate orientali prope muros, sub rupe quadam, quae erat iuxta murum civitatis, fuit secundum morem illius terrae locus pro stabulo, habens praesepe in petra excisum, ubi mundi Salvator de Virgine natus et reclinatus fuit, quum locus alius commodior in diversorio non esset, quam praesepe, in quod orbis Creator et redemptor reponeretur. Speluncae meminit Justinus martyr et ipse Neapolitanus Palaestinensis, Origenes, Eusebius, Epiphanius[2], sed ceteris omnibus locupletius s. Hieronymus, apud quem sic Paula et Eustochium litteris suis Marcellam alloquitur: „Verum ut ad Mariae diversorium veniamus, qua voce speluncam tibi possumus Salvatoris exponere? Et illud praesepe, in quo infantulus vagit, silentio magis, quam infirmo sermone honorandum est . . . hic puto locus sanctior est rupe Tarpeia, quae de coelo saepius fulminata ostendit, quod Domino displiceret“[3]. Hadrianus imperator[4] ut huius antri memoriam omnino deleret, super illud Adonidi sacrum instruxit, et ita haud parum contulit,

[1]) Ed. C. Cellarii Hal. 1703. p. 79. [2]) Dial. cum Tryph. 78: „nato puero Bethlehemi, quum Josephus in illo vico non haberet quo diverteret, in speluncam quamdam vico proximam concessit; atque tum, quum ibi essent, peperit Maria Christum.“ ed. alt. J. C. Th. Otto. Jenaė. 1847. 8. II. B. 269. Origenes contra Celsum I. 51. op. om. ed. C. H. E. Lommatzsch. XVIII, 96. Eusebius Dem. ev. VII. c. gr. l. R. M. Par. 1628. p. 247. Epiphanius Haer. 20, 51, 9. 22. I. p. 47. 431. 444. [3]) Ep. 46. ed. Vall. I. p. 205. Atque haec quidem testimonia ad elevanda: E Robinsoni — Palästina Halle, 1841. II. 284. s. — Ritteri — Erdkunde von Asien. XVI. 292. — et aliorum dubia abunde sufficiunt. V. C. W. Meyer. Comm. u. d. E. Luc. p. 242. [4]) Teste eodem s. Hieron. ep. 58. ad Paulinam. p. 321.

ut loci memoria, in quo Christus natus erat, conservaretur; pii etenim fideles mox specum in sacellum converterunt et distincta loca in eo designarunt, prout credebatur sacra mysteria in illis accidisse [1]. Helena sacellum in magnificam basilicam B. M. Virginis de praesepio dictam exstruxit [2], quae post multa fata hucdum exstat. Bethlehemi s. Hieronymus ab anno 386. desiderata tranquillitate locoque religioni suae gratissimo potitus, omne reliquum vitae tempus inter pietatis exercitia et continua studia transegit, vili contentus victu et alimento. Indefessa, qua ibidem se totum meditationi et S. Litteris dedit, industria immensa scriptorum volumina paulatim foras emisit; praeter hanc scribendi curam S. Scripturam ore, privatim et in coetu monachorum, tum eo avide confluentium, publice interpretatus est [3]. Bethlehemi 420. p. C. nonagenarius decessit, postquam per dimidium certe saeculum, indefessum laudeque summa dignum in Sacris Litteris collocaverat studium, vincique nesciam in debellandis haereticis fortitudinem. Ibi quoque eius s. corpus tumulatum fuit, usque dum S. XIII. [4] Romam in basilicam Mariae ad praesepe transferretur [5]. Bethlehem ob eius proximitatem ad Hierosolymam episcopali sede caruit ad tempora usque expeditionum cruciatarum, dum sub Balduino a. 1110. ad cathedralem sublimata est dignitatem, quae erectio confirmata est auctoritate Paschalis II. Papae [6].

Bethsames בֵּית־שֶׁמֶשׁ, — quasi solis civitas, sive Heliopolis [7] — in tribu Juda censetur Jos. 15, 10. IV. Reg. 14, 11. et describitur inter urbes leviticas sumtas e tribu Juda Jos. 21, 16. I. Par. 6, 59.; eaque ipsa est, cuius incolae cum arcam Dei a Philisthaeis remissam curiosius inspexissent, percussi sunt. I. Reg. 6, 19. Bethsamesi resedit praefectus regis Salomonis Bendecar. III. R. 4, 9. Ibi victus et captus est Amasias rex Judae a Joaso rege Israelis. II. Par. 25, 26. Regnante in regno Judae Achaso, Bethsames cum multis civitatibus aliis occuparunt Philisthaei II. Par. 28, 18.

Bethoron בֵּית־חֹרוֹן, duplex urbs fuit superior et inferior, in limite tribus Ephraim et Benjamin Jos. 18, 13. 14. coll. 16, 3. 4. 5. Levitis tradita. Jos. 21, 22. Urbem utramque aedificavit Sara, filia Ephraimi. I. Par. 7, 24.

---

[1]) V. Bedam in locis s. cap. 8. de situ Bethlehem et de ecclesia ubi natus fuit Dominus e. c. p. 366. [2]) Euseb. de vita Constant. III, 41, 43. ed. Zimmermann. Francof. 1822. II. p. 945. [3]) Vide epist. s. Hieronymi XLVI. pag. 208. [4]) J. Stilting in Actis Sanctorum Sept. Tom. VIII. ed. Antverp. 1762. pap. 629. [5]) Vide omnino J. Stilting, de s. Hieronymo Pa. et Doct. Eccl. in Betleem. Comment. hist. l. s. c. p. 482. s. L. Engelstoft, Hieronymus Stridoniensis, interpres. etc. Havniae. 1797. p. 63. seq 68. seq. 95. [6]) V. Le Quien Oriens Christianus. Tom III. pag. 641. 1275. [7]) E. g. Aegypti ap. Jerem. 43, 13.

Salomo collapsam restituit muniitque. III. Reg. 9, 17. Ad descensun Bethoron, Josue vicit reges chananaeos, Jos. 10, 11. Judas Mach. Seronen et Nicanorem principes exercitus Syriae. I. Mach, 3, 24. 7, 39–43.

Bethsura בֵּית־צוּר, duplex est, una distabat fere milliari un Eleutheropoli, ut habet Hieronymus[1] et haec est, quae occurrit. Jos. 15 58. Altera, cuius mentio fit in Machabaeorum libris, arx fuit munitissima quinque stadiis ad Hierosolymitanae urbis meridiem, in petra et rupe con stituta, ad eiusdem urbis defensionem, ut constat ex II. Mach, 11, 5. coll I. Mach. 4, 29. 61. 6, 7. 26, 31. 50. 10, 14. 11, 65. 66. 14, 7. 33. et e Josepho[2] id diserte adserente. In faucibus rupium et montium Thermo pylarum instar sita fuit, et hinc patet, cur sub bellis machabaicis tant utrinque studio peteretur ad Hierosolymae vel defendendae vel oppug nandae opportunitatem.

Eleutheropolis, cuius in S. Scriptura sub hoc nomine null fit mentio, est enim urbs posterioris aevi, et post excidium Hierosolymi tanum exstructa, sed tum urbs florens erat et celebris adeo, ut Eusebiu ac Hieronymus in Onomastico ex illa et Aelia fere omnium oppidorui vicorumque terrae sacrae distantias ac positiones metiantur. In indic episcoporum de provincia Palaestinae, qui synodo Nicenae interfuerur legitur Macrinus Eleutheropolitanus episcopus. Regio, quae est circa Eleu theropolim patria fuit s. Epiphanii[3]. Ceterum origo eius ignota est, quonam aut quando fuerit condita, aut novum hoc nomen sortita. Qu cumque demum casu accidit, s. Hieronymus de huius urbis situ, a qu reliquarum dimensiones deducit, nos docere omisit; videtur interim urbs fuis in tribu Juda ad Philisthaeorum vergens regionem.

Engaddi עֵין גֶּדִי, fons hoedi, cum salis civitate coniungitur, Jo 15, 62. quod vicinitatem arguit, sita fuit prope mare mortuum in austra parte terrae sacrae. Circa Engaddi rupes praeruptissimae fuerunt propei dentes, ut nemo absque metu in illis locis versari posset. Davides cu fugeret a Saulo primum Ceilae latitavit, in occidentali parte terrae sacr inde in desertum Ziph, hinc in Maon et tum in praesidia engaddiar secessit. I. Reg. 23. et 24. Aliud nomen oppidi est Asasonthamar Ge 14, 7. II. Par. 20, 2. – a vicino nemore et palmeto Cant. 1, 13. – Thamar simpliciter Ezech. 47, 19. 48, 28.

---

[1]) In Onom. p. 99. V. e. Chr. Adrichomii Theatrum terrae sacrae s. Colo Ag. 1613. p. 44. [2]) Antiq. XII. 7, 5. p. 616.; XIII. 5, 6. p. 647. quos locos australe iuxta Hebron situm oppidum recte trahit Cellarius. II. p. 477. [3]) V. S meonem Metaphr. apud D. Petavium Op. Epiph. II, 318. Le Quien, Oriens cl III. pag. 631. 634.

Gabaa גִּבְעָה, oppidum tribus Benjamin prope Jebus sive Jerusalem Jos. 18, 28. Levitis postea assignatum, Jos. 21, 17. I. Par. 6, 60. in quod divertit occidente sole, cum vergente praeteriisset Jebus, seu Hierosolymam, Jud. 19, 12. 13. Levita ille, cuius uxor ab Gabaanitis in libidine extincta est. Dicitur Gabaa Saul, Isa. 10, 29. quia Saul hic natus, etiam jam rex constitutus sedem fixit et domicilium I. Reg. 10, 26. 11, 4. in extrema parte civitatis sub malo granato ibid. 14, 2. David percussit et fugavit Philisthaeos a Gabaa usque Gezer. II. Reg. 5, 25. Ab Asa rege Judae Gabaa exstruitur ex lapidibus et lignis, quae Baasa rex Israel attulerat ad Ramam, quae propinqua fuit Gabaae, Jud. 19, 13. muniendam III. Reg. 15, 22.

Galgala גִּלְגָּל, locus prope Jordanem, ubi transito Jordane castra metati sunt Israelitae; duodecim quoque lapides, quos e medio Jordanis alveo sumserant, posuit Josue in Galgalis. Jos. 4, 19, 20. Cum post peractam ibidem populi circumcisionem Deus illud pronunciasset: hodie abstuli – גַּלּוֹתִי revolvi – opprobrium Aegypti a vobis, Jos. 5, 9. inde loco nomen Galgal mansit. Successu temporis eo loco urbs condita est, rerum gestarum memoria in S. S. celebris. Aod iudicis Israelitarum aetate idolorum oraculis urbem claruisse constat e Jud. 3, 19. Galgalis etiam populus, ut Saulem in regem Israelis eligeret coactus est; I. Reg. 11, 14. ibidem Saul immolatis victimis ante Samuelis adventum, Dei in se indignationem provocavit I. Reg. 13, 8. s. et reprobationis severam sententiam in se prolatam audivit. I. Reg. 15, 22. Religiosis peregrinationibus, quod arca ibi diutius servata fuisset, Jos. 6, 6. undique a populo invisebatur Oseae 4, 15, 9, 15. 12, 11. Amos 4, 4.

Gerara גְּרָר. – terminus Chananaeae australis Gen. 10, 19. inter Cades et Sur solitudines, quarum illa Aegyptum spectat, haec Arabiam petraeam Gen. 20, 1. – diu Philisthaeis subdita. Post Sodomorum eversionem, profectus Mambre Abraham in terram australem peregrinatur Gerarae; Gen. 20, 1. 2. mansit etiam Isaac Gerarae et pastoribus Geraris cum pastoribus Isaaci multoties pro puteis iurgantibns tandem Abimelech et Isaac foedus percussere ib. 26, 1. Posteriori tempore videtur regis Aethiopum fuisse, quia Asa, rex Judae victo Zara eorum rege, omnia circa Geraram vastasse dicitur. II. Par. 14, 13. 14.

E recensitis hucdum urbibus Judaeae praeter Bethlehemum nulla est urbs celebritate comparanda cum Hebrone. חֶבְרוֹן. Hebron urbs omnium antiquissima fuit, Num. 13, 23. sita in montano Judae[1] vetustius

---

[1]) V. Bedam in locis s. cap. 9. ed. c. p. 367.

nomen habebat „Cariath - Arbe." Arbe Palaestinae gigas famosus eius fertur institutor, ex quo nomen ei impositum Jos. 15, 13. 21, 11. Metropolis erat gigantum v. p. XX., sive hominum corporis proceritate et specie ceteris disparium, quorum adspectu territi sunt exploratores a Moyse missi. Num. 13, 34. His a Calebo strenuissimo duce debellatis et deletis ager circa eam cessit Calebo, eiusque posteris. Jos. 15, 13. s.[1]. Quae antea in sortitione tribui Juda contigerat, ab ea postea data fuit Levitis Jos. 20, 7. 11, 11. et in seriem urbium refugii adscripta. Insignis est imprimis Hebron ex terrae foecunditate et aëris salubritate. Ager prope urbem sedem praebuit patriarchis, Gen. 23, 2. 35, 27. 37, 44. ibi e regione loci Mambre spelunca duplex fuit, in qua Abrahamus, Isaacus, Jacobus, Sara, Rebecca, Lia sepulti sunt. Gen. 25, 9. 49, 29. 50, 12. 13. Davides, qui istic in regem unctus fuit, octo annis Hebrone urbe regia utebatur. II. Reg. 2, 1. Absalom filius eius Hebrone natus, hic quoque fecit initia rebellionis contra parentem II. Reg. 15, 7. Babylonica Judaeorum captivitate in potestatem Edomitarum venit, ut omnis pars Judaeae australis, I. Mach. 5, 65. C. Vitringa coniicit[2] Hebronem esse intelligendam Luc. 1, 39. sub montano et civitate Judae, ubi habitarunt Zacharias et Elisabeth, natus et educatus est s. Joannes B. et quo Maria concessit ut visitaret s. Elisabetham, quocum illud apte cohaeret Hebronem fuisse primam inter urbes sacerdotales tribus Judae[3] Jos. 21, 10–13. Hebrone ecclesiam Deo construi iussit Constantinus M.[4]. Hierosolymis ab exercitu christianorum cruce signatorum expugnatis, Hebron a. 1099. sedes episcopalis facta est[5].

Jericho יְרִיחוֹ, – locus fragrans, a r. רוּחַ – urbs duabus horis a Jordane distans, prima erat quam Hebraei, supernaturali auxilio freti ceperunt. Qua de re ait s. Ambrosius[6] „Meminerimus, quod Jericho magna civitas fuerit, mirabilibus septa parietibus, quae non ferro pervia, non ariete posset esse penetrabilis. Urbis autem eius inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotalium sono et populi iubilantis ululatu consono corruisse." Josue cum populo ingressus urbem, igne succendit et ferro vastavit, regemque illius suspendit et reaedificatori moenium eius divinam maledictionem imprecatus est, Jos. 6, 26. quam non timens Hiel de urbe Bethel ex tribu Ephraim, multo post tempore eam reaedificare voluit, sed divinam ultionem

[1]) V. J. H. Kurtz, die Ureinwohner Palästinas, in ephem. Rudelbach et Guerike. 1843. III, 41. s. [2]) In Geographia s. edit. Jen. 1723. p. 66. [3]) V. e. J. Lighfooti Hor. hebr. ed. Lips. 1684. p. 725. Item F. X. Patritii: de Evangeliis. Friburgi 1853. l. III. 106. H. O. W. Meyer. K. E. Handbuch über die Evangelien des Mark. u. Luk. Gött. 1860. p. 245. [4]) Sozomeni Hist. eccl. II, 4. ed. H. Valesii. Par. 1668. p. 447. [5]) Le Quien Or. ch. III. 642. [6]) L. VII. in c. 10 Lucae v. 30. Ed. Ben. I. a. 1427.

non evasit, ut legitur III. Reg. 16, 34. Eliae et Elisaei temporibus Hierichuntc degebant discipuli prophetarum. IV. Reg. 2, 5. 7. 6, 1. seq. Terra sive campestria Jericho foecundissima magnam frumenti copiam suppeditant, fructusque alios et medicinales herbas. Christus hanc urbem, quae in via erat ab Hierosolymis ferente in Galilaeam saepius frequentabat, duobus coecis circa viam sedentibus oculos apperuit. Mtt. 20, 29. Marc. 10, 46. Luc. 18, 35. Nec non in domum Zachaei principis publicanorum, quae ibi fuit, intravit et salutem fecit [1]. Luc. 19, 1. s.

Jerusalem, sive Hierosolyma, caput Judaeae et totius terrae sacrae. Multa atque insignia tractanda occurrunt de celebri, sancta regiaque civitate Jerusalem, quae ut pro dignitate rei pertractemus, enumeratis locis omnibus Judaeae illustribus et quorum notitia ad sacram scripturam intelligendam spectat, ex instituto et de industria in se considerata proponemus.

Maon מָעוֹן, oppidum, quo cum Josuae 15, 55. iunguntur: Carmel et Ziph, quae aeque ut Maon partem quandam solitudinis, de qua p. XXVII diximus, denominarunt. Nabal, qui Carmeli v. pag. XXIII. praedium habuit, civis fuit Maonis. I. Reg. 25, 2.

Modin, patria Machabaeorum „vicus iuxta Diospolim" [2], unde ortus est Mathathias, pater Judae, Jonathae et Simonis Machabaeorum, I. Mach. 2, 1. 9, 19. qui ibi cum filiis sepultus est; quibus Simon frater Jonathae sepulchrum aedificavit e lapide polito. I. 13, 25–30.

Nob נֹבֶה, sacerdotale oppidum, post Silo aliquamdiu sedes arcae foederis et tabernaculi sacri. I. Sam. 21, 2. t. o. Ex ipsa fuit Achimelech sacerdos, qui quod Davidi cibum et gladium Goliathi dederat, ib. 6. 9. coll. Matt. 12, 3. s. Luc. 6, 6. s. cum reliquis sacerdotibus et incolis urbis mactatus est iussu Saulis a Doego Idumaeo. I. Reg. 22, 9. 11. 19. Ex hinc erat Abiathar, filius Achimelechi, qui fuga elapsus consiliarius factus est Davidis et summus sacerdos. ib. 20. 23, 9.

Siceleg צִקְלַג, ex Juda Simeoni tributa, Jos. 15, 31. 19, 5. at in Philisthaeorum potestate ad Davidis usque tempora mansisse videtur; dedit enim eam Davidi profugo rex Philisthaeorum Achis. I. Reg. 27. et 30.

Thecua תְּקוֹעַ, patria prophetae Amosi; Am. 1, 1. mulieris, quam Joab accersivit instruxitque, ut Davidi parabolam proponens reconciliaret Absalonem II. Reg. 14, 2. Thecuam muniit Roboam, II. Par. 11, 6. ab urbe vicina solitudo, quae non longe a mari mortuo patebat, nomen accepit. II. Par. 20, 20. I. Mach. 9, 33.

---

[1]) V. Bedam in locis s. cap. 10. ed. c. p. 367. [2]) Hieron. Onom. p. 269.

Ziph זִיף, gemina urbs, una Idumaeae obversa, in parte australi Judaeae. Jos. 15, 24. Altera ibidem v. 55. inter Carmelum et Jota describitur, ubi et desertum, mons et silva est, in qua Davides profugus latitavit. I. Reg. 23, 14–24. 26, 1. 2. Ps. 53, 2.

§. 23. Civitas sacra Jerusalem cum suburbanis.

Absoluta descriptione Judaeae id officii incumbit, ut metropolim eius delineemus. Hoc vero ordine in exhibenda figura huius urbis versabimur ut a. primum de conditione eius anteexilica; b. de postexilica; c. de ea, ut hodie cernitur, denique d. de locis suburbanis dicturi simus.

Jerusalem יְרוּשָׁלַיִם, יְרוּשָׁלֵם, LXX. Ἱερουσαλήμ, N. T. Ἱερουσαλήμ et Ἱεροσόλυμα. Lat. Hierosolymae et Hierosolyma; antiqua שָׁלֵם, sedes regis Melchisedechi Abrahamo coaevi, ut manifestum est e Gen. 14, 18. coll. Ps. 76, 3. t. o., quo loco psalmista veteri nomine usus canit: est in Salem tabernaculum eius – Dei – et habitatio eius in Sion [1]. In hac sententia ex priscis scriptoribus iam fuere Josephus [2] Onkelos a. h. l. [3]. S. Hieronymus [4] et ante eum: Hippolytus, Irenaeus, Eusebius Caesariensis et Emisenus, Apollinaris, Eustathius [5]. Etymo suo [6] fundationem pacis s. salutis et incolumitatis [7] significat; et id aptissime, nam urbibus Hebraeorum per Davidem adscita II. Reg. 5, 7. pax non tantum huius urbis, sed totius terrae israeliticae confirmata est, quae eminentius stabilita fuit per Christum, cuius adventu pax Deum inter et homines restituta et omnigena salus allata est. Jer. 33, 14. s. Luc. 2, 14. 19, 42. Joann. 14, 27. [8]. Sita fuit haec urbs in tractu montano – regio

---

[1]) V. E. W. Hengstenberg, Commentar über die Psalmen, Berlin. 1851. III. 330. [2]) Antiq. I. 10, 2. I. pag. 32. [3]) Vertit. מַלְכָּא דִירוּשְׁלֵם Bibl. pol. Lond. I. 33. [4]) In epistola, quam nomine Paulae et Eustochii scripsit ad Marcellam XLVI. p. 200. „Recurre ad Genesim et Melchisedec regem Salem, huius principem invenies civitatis.“ [5]) Horum communem mentem fuisse docet „Melchisedec hominem fuisse Chananaeum, regem urbis Jerosolymae, quae primum Salem postea Jebus, ad extremum Jerusalem appellata fuit.“ Item ep. LXXIII. ad Evangelium p. 441. [6]) Prima quidem compositionis parte יְרוּ a. v. יָרָה fundare, altera שָׁלַיִם a שָׁלָה s. pax deducta, duali propter duas principes urbis partes posito. V. J. Simonis Onomasticum. p. 467. [7]) Q. d. Friedensgrund, vide Gesenii. Thesaur. s. h. v. p. 628. ubi aliae eruditorum opiniones de origine nominis recensentur et castigantur. [8]) Digna sunt, quae h. l. allegentur, verba s. Hieronymi in ep. Paulae et Eust. c. p. 200. „Allophylo quondam hoste superato et diabolicae percussa frontis audacia, postquam ille in faciem corruit I. Reg. 17, 18. exultantium animarum turba processit et concinnens chorus decem millium David nostri victoriam praedicavit,“ et paulo infra p. 201. „Post conculcationem ad pacis visionem — יְרוּ a בָּאָה

ate iam canente: fundamenta eius in montibus sanctis, Ps. 86, 1. montes n circuitu eius. Ps. 124, 12. – Judaeae, adeoque loco alto, ita tamen, t respectu montium, quandoquidem altiores sunt, in humili loco collocata eperiatur, quia vero ut summum sacrarium, qua fastigium morale habeatur, homines etiam e montibus et editioribus locis Hierosolymas proiciscentes „ascendere“ metropolim dicuntur. Ps. 121, 4. coll. Isai. 2, 3. Mich. 4, 1. Matt. 20, 17. 18. Joann. 2, 13. In qua tribu fuerit, Juda ne an Benjamin? disputatur. Quod pertinuerit ad Juda, patet e Josuae 15, 63. et Jud. 1, 8.; quod etiam ad Benjamin, liquet ex eodem Jos. 18, 28. Jud. 1, 21., qui loci conciliantur Jos. 15, 8. ubi linea divisionis harum tribuum in Jerusalem dicitur incidere. Divisa ergo fuit, pars septemtrionalis erat Benjaminitarum, australis tribus Judae; cum autem Davides eam expugnasset, pro auctoritate sua adiudicavit tribui Juda.

§. 24. Jerusalem, ut erat ante exilium.

Urbs Jerusalem, quae olim fere solo monte Sion[1] – qui caeteris eiusdem urbis montibus altior fuit, et ad occidentem et meridiem vergebat ita, ut ad septemtrionem et orientem perpetuus esset descensus, in cuius occidentali vertice arx Jebusitarum condita erat – continebatur, exigua erat. Ab expugnatione inde castelli Jebus[2] per Davidem, qui eam imperii sedem fecit et tentorium sacrum in eam transtulit עִיר דָוִד urbs Davidis dicta est. II. R. 5, 7. 9. III. R. 3, 1. 8, 1. 24. II. Esdr. 3, 15. Sensim tempore regum accrevit per accessum collium Acra[3] ad septemtrionem, et Moria[4]

videbunt derivando — erigimur, ex qua pace Salomon i. e. pacificus in ea natus est, et factus est in pace locus eius. Et in figura Christi sub etymologia urbis Dominus dominantium, et rex regum nomen accepit. Quanto Judaea caeteris provinciis, tanto haec urbs cuncta sublimior est Judaea.“

[1]) צִיּוֹן, quod nomen a divo Hieronymo „specula“ locus eminens explicatur v. Bonfr. ad Onom. p. 343. G. Outhovii observat. de mont. Sionis et Moriiah in B. Ugolini Thes. VII. 1061. seq. Ges. Thes. p. 1164. „locus apricus“ reddit. [2]) יְבוּס, quae gens coll. pag. XVIII. illam urbem cum vicinis montibus incolebat. Num. 13, 30 Jos. 11, 3. Jud. 1, 21. 3, 5. II. Reg. 5, 6. [3]) Ἄκρα — חַקְרָא chald. Arx, propugnaculum v. E. Castelli Lex. hept. Lond. 1686. I, 879. — a Josepho de bello V. 4, 1. II, 327. in descriptione Hierosolymorum — a. q. v. J. Berggren, Josephus der Führer im alten und neuen Jerusalem. Lips. 1854. — vocatus, nam stilo scripturae non habet hic collis nomen, sed appellatur tantum latera aquilonis יַרְכְּתֵי צָפוֹן Ps. 48. 3. [4]) מֹרִיָּה Comp. ex מָרְאֶה־יָהּ coll. Genes. 22, 8. 14. V. M. Liebentantzii. Diss. de terra Moriiah et monte visionis Dei, in Thes. B. Ugolini. VII, 1033. s. N. Fulleri, Miscellanea theol. Argentorati. 1650. II. 14, 261. s.

versus orientem. Sion Acrae ita erat oppositus, ut urbs ipsa utrique incumbens ἀντιπρόσωπος esset et pars una alteram respiceret. Inter Sionem autem et Acra media erat vallis Tyropoeon Τυροποιῶν — platea casseariorum — dicta [1]. Sion collium longe excelsior et longitudine directior sustinebat τὴν ἄνω πόλιν urbem superiorem [2]. Acra inferiorem τὴν κάτω πόλιν. Sion parte, qua urbem terminat ad austrum et occasum, profundam habebat vallem, quae cum ab utraque parte circumdata sit rupibus praecipitibus, aditum impediebat; praeterea Davides castellum seu urbem Jebus in suam potestatem redactam turribus munivit, — quas inter in orientali latere turris Hananeel erat, opposita portae anguli et torcularibus regis in latere occidentali Jer. 31, 38. Lam. 2, 8. coll. Zach. 14, 10. II. Esdr. 3, 1. 12, 29. 37. — et moenibus sepsit I. Par. 11, 7. [3]; quam cum a Joaso rege Israel, inde a porta Ephraim usque ad portam angularem deiecta fuissent, Ozias refecit et turres firmas iuxta portam anguli prope portam vallis atque in reliquis fecit. IV. Reg. 14, 13. II. Par. 25, 23. 26, 15. Acra figurae fuit corniculatae [4] lata valle a Moria divisa. Moria, locus in quo Deus Abrahamo monstraturum se dixit [5], ubi filium suum offerrat, collis praeceps et informis, Sioni ponte coniungebatur [6], ut appendix existimari potuerit et pars dici Sionis [7]. Joel 3, 17. Ps. 86, 2. Habuit Moria ad orientem et austrum vallem admodum profundam, e qua molem lapideam eduxit Salomon, e saxis plumbo iunctis, etiam nunc conspicuis in latere orientali, ut collis laxior fieret, majorque ambitus templi et omnia aequali solo insisterent. Lingua eius ad meridiem excurrens Ophel [8] vocabatur. Mich. 4, 8. II. Par. 33, 14. Acra et Moria moenibus, ad occidentem rivi Gihon, septemtrionalem tractum urbis ambientibus et ad orientale latus Sionis protensis, cinxit rex Ezechias. Idem etiam murum, quem condidit Davides, firmavit Joatham, II. Par. 27, 3. ubicunque dirutus erat refecit II. Par. 32, 5. Ipsum hunc versus Ophel duxit, altissimeque exstruxit, nec non propugnaculis et turribus, fenestris quoque ad mittenda proiectilia providit Manasses II. Par. 33, 14.; ut hac ratione septemtrionalis

---

[1]) Jos. c. l. מַכְתֵּשׁ· Zeph. 1, 11. mortarium a forma dictum. Vide Strauss. ad h. l. p. 20. Zach. 14, 5. גֵּי הָרִים· [2]) ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ Gal. 4, 26. [3]) Jos. Ant. VII. 3, 2. I, 370. [4]) ἀμφίκυρτος incurvatus Jos. c. l. dicitur, nempe formam lunae, quando impleri incipit, videtur habuisse. [5]) εἰς τὴν γῆν, τὴν ὑψηλήν LXX. [6]) Jos. de bello. II. 16, 3. I, 186. [7]) Unde cum de templo sermo est, illud Sioni adscribitur, quo spectant modi loquendi „Deum elegisse Sionem, habitare in Sion." Ps. 2, 6. 9, 12. 13, 7. 19, 3. 49, 2. 52, 7. 75, 3. 83, 8. Isa. 2, 3. 18, 7. A poetis s. et prophetis saepissime pro tota urbe Hierosolymorum ponitur. Ps. 96, 8. Isa. 8, 18. Soph. 3, 16. [8]) עֹפֶל, clivus.

urbis pars, in qua sola expugnari potuit, firmissime muniretur. Ita paulo humiliatis montibus et vallibus repletis, ipsa civitas eiusque partes continuatae fuere, praesertim tempore Salomonis, qui laxandam statuit civitatis sedem et locorum spatia magis explicanda, atque ideo tantum spatii sumpsit quantum erat a Mello usque ad gyrum [1]. Muri portis instructi erant, quarum plures in S. S. commemorantur v. c. porta figuli Jer. 19, 2. p. superior Benjamin ib. 20, 2. 38, 7. p. nova domus Domini ib. 36, 10. media 39, 3. inter duos muros, ib. 4. anguli IV. Reg. 14. 13. Zach. 14, 10. angulorum, scutariorum, IV. Reg. 11, 19. equorum II. Par. 23. 15. piscium Soph. 1, 10. Sed incertum est, fuerint ne exteriores totius urbis, aut in media urbe ex uno muro ad alium transitum praebentes, quum alias muri interiores perpetui necessarium commercium prohibuissent. Extra moenia fuerant horti ornati et copiosi, e quibus maxime horti regii, ad orientem versus austrum, ubi tres valles confluebant, aquaeductu Salomonaeo irrigui eminebant. Domus in urbe multae et magnificae conditae erant; celebrantur in Sione regia Davidis, ad modum turris seu castelli [2]. Praesidium Mello in loco cognomine situm – in quo olim aedificatae erant domus et coacti cives, qui quia prope templum erat, graviter tulerunt sibi ereptum – super voraginem lapidibus terraque aggeribus congestis, a Salomone exstructum ab Ezechia munitum. II. Par. 32. 5. Huic contiguum fuit palatium regium a Salomone ad normam Aegyptiacorum aedificatum, III. Reg. 7, 1–12. 9, 10. cui ab orientali parte gradus fecit, quo ibat in templum, quem ascensum mirabatur regina Sabae. Regium hoc palatium alias dicitur domus Libani III. Reg. 7, 2. 10, 17. II. Par. 9, 20. et proximum fuit templo III. Reg. 10, 4. IV. Reg. 11, 16. II. Par. 23, 15. Domus heroum. II. Esdr. 3, 16. In monte Moria fuit palmarium urbis aedificium templum, omni magnificentia et opulentia instructum, cum aedificiis lateralibus templo adstructis, in quibus summus sacerdos, alii sacerdotes, Leviteeque ministerio fungentes habitabant [3]. In angulo muri aquilonaris Castellum [4]. De aedificiis nobilioribus in Acra sitis nulla praesto sunt vestigia. Infra Sionem in excursu illius orientali erant in catacombis

---

[1]) מִלֹּא i. e. a profunda voragine, in externa parte Sionis opponitur enim internae II. Reg. 5, 9. in via, qua descenditur in Siloam, quae utramque civitatem superiorem et inferiorem media discludebat. II. R. 5, 9. III. R. 9, 15. 24. 11, 27. I. Par. 11, 8. II. Par. 32, 5. Cf. C. Sanctii e. S. J. in quatuor libros regum commentar. Antverpiae, 1624. p. 601. seq. 1106. s. [2]) Ut Villalpandi sententia est: Apparatus urbis ac templi. p. 76. [3]) De quo, res Salomonis enarraturi agemus. [4]) הַבִּירָה Nehem. 2, 8. βάρις, apud Jos. Antiq. XV. 11, 4. I. 780. arx Antonia, cuius antiquissimas fuisse origines e Nehemiae l. c. recte colligitur.

e petra scissis sepulchra regia IV. Reg. 9, 28. 23, 30. II. Par. 21, 20. 32, 33. II. Esdr. 3, 16. Plateae urbis per diversos anfractus dispositae varia nomina, nobis tamen minus pervia v. c. pl. portae civitatis II. Par. 32, 6. pl. orientalis ib. 29, 4. nactae sunt. Jerosolyma sita in montano — sc. Judae — fere penitus carebat rivis et fontibus, cui indigentiae tollendae, cum cisternae haud sufficerent coll. Jer. 38, 6., ne incolae aqua destituerentur, aquis aliunde prospiciendum erat. S. Hieronymus unum tantummodo fontem Hierosolymitanis fuisse, Siloam[1] auctor est: „Uno inquit fonte Siloe, et hoc non perpetuo utitur civitas et usque in praesentem diem sterilitas pluviarum non solum frugum, sed et bibendi inopiam facit.“ Interim habuit urbs coll. Jes. 43, 20. plures fontes, quorum tamen certa memoria periit. E Josuae 15, 7. 18, 16. patet fons Rogel[2], qui erat communis tribui Judae et Benjamin, quas dividit, et affixus videtur monti Sion, cui insedit civitas superior in latere versus eurum, ibi enim constiterunt Achimaas et Jonathas, ut quidquid rerum fieret ab Absalom Hierosolymis, ad Davidem perferrent. II. Reg. 17, 17. Alter fons Gihon[3], qui fuit e regione arcis Davidis ab occidente[4]. Aquarum non multa igitur erat copia, ut tamen sufficeret obsessis, etiam teste Tacito aderat[5] „fons perennis aquae: cavati sub terra montes; et piscinae.“ Placet, quod alii communiter probant, aquas per tubos et canales esse intra moenia civitatis inductas. Certe II. Par. 32, 30. IV. Reg. 20, 20. narratur cum obsideret Senacheribus Hierosolymas, Ezechias aquas inimicis subrepturus rivum aliquem obstruxisse, aquasque avertisse ad occidentem urbis davidicae, ferro rupem fodiendo et puteum ad aquam aedificando. Eccli. 48, 19. Ex his efficitur Ezechiam exitum Gihonis, qui erumpit e radice occidentali montis Sion et piscinam superiorem, —

---

[1]) Comm. in Jerem. c. XIV. ed. Vall. IV, 937. [2]) עֵין רֹגֵל عَيْنُ أَيُّوبَ Pol. Lond. II, 53. fons Jobi, ut nunc etiam audit Bir Aiub. [3]) גִּיחוֹן. [4]) Quidam recentiorum cum int. chald. syr. ar. ad arbitrium eundem esse ponunt cum Siloe. Interim de situ eius non licet dubitare, quia III. Reg. 1, 33. narratur, quod Davides, qui sciebat, prope Rogel ib. v. 9. factos esse conventus hominum illorum, qui regem proclamarunt Adoniam, Salomonem ad Gihonem fontem oppositum deduci jusserit, ne inauguratio impediatur, quis enim unquam admittat Salomonem eo missum fuisse ad regiam unctionem accipiendam, ubi perduelles et adversae factionis principes Adoniam regem celebrabant; hunc vero fontem, qui ab occidente aquilonari obtenditur, prudenter elegit Davides ad Salomonem inaugurandum, ut eum a coniuratis, qui ab oriente australi erant urbis, quam longissime removeret, neque illis ante tempus quidquam rei gestae patefieret. Cf. F. Keil, Commentar über die Bücher der Könige. Moskau, 1846. p. 7. s. [5]) Hist. lib. V. c. 11. et 12. edit. c. II, 186.

illonis etiam dictam, — replet secreto et abscondito modo divertisse in isternam [1], quae in interiore rupe excavata fuit, inter murum veterem rcis Sionis et exteriorem [2]; unde aqua per canales subterraneos deduceatur in alias piscinas civitatis, ut obsessis prodesset civibus. In multis raeterea S. Scripturae locis mentio fit cuiusdam aquaeductus, quem antiuiorem fuisse Ezechia coll. IV. Reg. 18, 17. Isa. 7, 3. 22, 11. 36, 2. I. Par. 26, 10. affirmare non dubitamus. Hunc vero aquaeductum Saomonis industria et prudentia fuisse constructum merito perhibet traditio [3]. Et quidem huius sublimis aquaeductus vestigia exstare Hierosolymis, ab tinerantibus [4] accipimus, conspiciunturque in via, quae Hierosolyma Bethlehem ducit, a latere dextero in campestribus. Aquaeductus hic, erectis pilis, convolutis fornicibus, exstructisque desuper canalibus suspensus, imaque vallium superans, ferebat aquas e piscinis Salomonis [5], usque ad ipsum montem Sion; ubi per utrumque montis latus bifariam divisus, per vallem Tyropaeon in ministerium templi bonam aquarum partem deduxit ad piscinam probaticam [6], ita tamen, ut in quibusdam locis ut assolet, aliquam aquae partem effluere permitteret, exstructis ad aquas recipiendas aptissimis receptaculis quibus animalia adaquari possent, aliis vero, quibus vestes lavarentur. Isa. 7, 3. Reliquam vero per latus meridianum montis Sion, ope canalis subterranei, in transiugum collis Ophel, pertusi in ipso fere angulo orientis et meridiei, derivavit in fontem Siloe [7]. — Hodie puteus Sanct. Virginis

---

[1]) מִקְוָה [2]) De quo II. Par. 33, 14. coll. Isa. 22, 11. [3]) Nam cum a. Templum omnibus numeris absolutum et undequaque perfectum Dei iussu exstruxisset, cui maxima aquarum copia necessaria fuit: et ad lavandas hostiarum carnes, et ad purificandos templi ministros et ad alios pene infinitos usus aliaque ministeria; verisimile omnino fit, aquas, quae propter montis, cui superstabat templum immensam altitudinem in templum ipsum induci non possent, ad radices montis in piscinam probaticam, et inde per meatus subterraneos — cavatos sub terra montes Taciti lib. V. Hist. 12. — ad receptacula sive cryptas induxisse. Quae res egregie confirmatur, b. Ecclae. 2, 6., ubi ipso Salomonis testimonio compertum fit, Salomonem plures piscinas Hierosolymis exstruxisse. Item probat. c. Nehemiae testimonium, II. Esdr. 2, 13. 14. qui narrat, se egressum pervenisse ad aquaeductum regis, qui aquas deduceret in hortum regis, grandi opere exstructum ib. 3, 16. Regis nomine autonomastice omnium regum potentissimum et sapientissimum intelligi in patulo est. V. Jos. Antiq. VIII. 7, 3. I, 440. Hieronym. Onomast. p. 295. d. Ad aquas templi alludunt denique prophetae Joel 3, 18. Ezech. 47, 1. s., qui locus repetitur in novissima antiphona ecclesiae „Vidi aquam.“ [4]) E. c. E. Robinson: Palästina und die südlich angrenzenden Länder. Halle. 1841. II. p. 166. seq. [5]) Quae sunt loca vasta spatiosa, natura et arte constructa, quadratae figurae, demissis muris circumdata et calce interius incrustata. [6]) Ovilem, Bethsaida Joannis 5. 2. [7]) שִׁלֹחַ. missum dictum, quod aqua ex aquaeductu mitteretur in eum. II. Esdr. 2, 13. fons draconis.

appellatur, quoniam pia habet traditio, Dei Genitricem cum esset Hierosolymis, ad illum se contulisse [1]. — „Qui non iugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebulliat et per terrarum concava et antra sax durissimi cum magno sonitu veniat“ [2]. Aquis huius fontis repletur piscina, ad quam Salvator noster misit coecum a nativitate. Joann. 9, 7. Luc. 13, 4. Ex hinc aquae in hortos regios derivabantur. Ezechias, qui aquaeductum, de quo prius diximus aedificavit, veritus, quod res erat, facili negotio aquaeductum nostrum Salomonicum posse ab hostibus aliqua ex parte subverti, ut aquarum beneficio, quo privaretur obsessa civitas, gauderent obsidentes hostes, inferioris quoque piscinae sive Salomoneae aquas ingestis lapidibus ab effluxu cohibuit. II. Par. 32, 30. Eccli. 48, 19. Postquam autem Senacheribus magna affectus ignominia, et Hierosolyma optata quiete potita est; aquaeductus Salomonis pristinae integritati restitutus fuit [3]. Hic aspectus Hierosolymae veteris anteexilicae fuit, quae Typo ecclesiae Novi Testamenti Isa. 52, 1. 66, 10. 13. Jerem. 33, 16. Joel 2, 32. Zach. 13, 1. Gal. 4, 26. Hebr. 12, 22. Apoc. 3, 12. 21, 2. inserviit.

§. 25. Jerusalem, ut erat post exilium.

Cum reditu ex exilio, vastata per Nabuchodonosorem urbs, maxime in ruderibus priscis a Judaeis reducibus auctoritate et exemplo Nehemiae instaurata est [4]. In moenibus, portis, domibus et reliquis aedificiis, dum penes Persas Graecosque summa rerum erat, nihil fere immutatum. Temporibus Machabaeorum: Acra consiliis Simonis principis, aliquanto depressior factus est, quo discrepantia inter altitudinem Acrae et illam Moriae tolleretur [5]; urbs ipsa adiectis quibusdam partibus praecipue a septemtrione

[1]) Cf. F. Quaresmii, Elucid. T. s. c. 24. p. 285 c. 27. p. 289. seq. V. e. T. Tobler: die Siloahquelle und der Oelberg. St. Gallen. 1852. p. 6. seq. 49. seq. [2]) Hieronym. Comm. ad Isa. 8, 1—4. ed. Vall. IV, 119. [3]) Ut videre licet apud Jos. de bello V. 4, 2. II, 328. His absolvimus difficillimam gravissimamque disputationem de fontibus piscinisque Hierosolymis, paulisper fusius, quod tota illa de hac re quaestio multiplici errore obscurata et turbata fuit, interim videndi: Villalpandus l. c. p. 187. E. F. C. Rosenmüller, bibl. Geographie. Leip. 1826. II, 2. p. 250. s. 288. s. H. Hamaker Commentatio in libellum de vita et morte prophetarum Amstelod. 1833. p. 70. Thenius i. c. l. p. 17. seq. Ritter Asien XVI. A. p. 272. Krafft l. i. c. p. 20. s. Gratz l. i. c. p 207. et p. 210. s. E. Robinson, Neuere biblische Forschungen in Palästina. Berlin. 1857. p. 318. s. Schwarz. l. i c. p. 85. [4]) Cf. librum Nehemiae c. II. et III, t. o. Esdrae II. Vulgati, quo accuratiorem et dilucidiorem, de s. urbe huius aevi, auctorem non habemus. Explanationem huius II. capitis dedit Villalpandus l. c. p. 141. s. [5]) I. Mach. 13, 50. c. Jos. Ant. XIII. 6, 6. I, 654.

producta est [1]. Crescente incolarum frequentia, pars nova veteri civitati accessit, brevi ante Christum, versus septemtrionem, ubi magna planities late patebat, e regione turris Antoniae, ab Herode templo adiunctae, fossaque profunda ab hac separata, quae civitas nova [2] a colle cognomine Bezetha dicta est. Terminabatur ab ortu valle Cedron, a meridie monte Moria, versus occidentem et aquilonem solo declivi; et porrigebatur partim ad hortos, partim ad sepulchra innumera, quae circumquaque in collibus et montibus vel ad eorum radices exsculpta adhuc existunt. Quare cum urbs versus boream omnis nuda esset, Agrippa muro tertio muniri fecit [3], qui a turri Hippica [4] versus occidentalem tractum seu usque ad turrim Psephinam se extendebat, deinde aquilonem spectans sese protendebat versus vallem Cedron, donec antiquo muro, cuius vestigia hodie adhuc reperiuntur, coniunctus desineret [5]. Hac ratione urbi versus occasum et septemtrionem tres fuerunt muri. Murus per artem obliquus, aut introrsus sinuatus, qui Sionem cingebat, quemque Josephus l. c. primum vel veterem dicit, a turri Hippica [6] protensus septemtrionem versus ad xystum, in occidentalem templi porticum desinebat; ab altera autem parte ad occidentem ab eadem quidem turri Hippica deflectens versus meridiem et orientem, usque ad fontem Siloae, orientali templi porticui coniunctus erat. Mons templi moenibus propriis vallabatur. Murus, quem secundum dicit Josephus, initium ducebat a porta Gennath [7], quaeque primi muri erat, solumque septemtrionalem tractum ambiens ad Antoniam usque pertingebat. Ita Hierosolyma versus septemtrionem tribus muris, Sion vero et Acra collibus in praeceps terminantibus, quae natura loci prohibente difficile adiri poterant, unico muro circumdati, castri arte et natura egregie muniti speciem referebat [8]. Urbs sacra maxima fuit tempore excidii, tum enim teste Josepho [9] circuitu stadiorum triginta trium universum patebat. Tempore Nehemiae undecim portas habuit, quae enumerantur lib. II. Esdrae c. 3., ubi Nehemias instaurationem murorum describit,

---

[1]) Joseph. de bello V. 5, 8. II, 336. [2]) Joseph. de bello. V. 4, 2. II, pag. 328. καινὴ πόλις. [3]) „Eiusmodi moenia coepit Hierosolymis circumdare, ut si absoluta fuissent, expugnari a Romanis nunquam potuissent. Joseph. de bello. II. 11, 6. p. 172. Cum Agrippa iam anno 44. p. C. supremum diem Cesareae obiisset, Claudius vero anno 41. p. C. imperator factus, Agrippae mandavisset, ut a moenibus aedificandis desisteret. Antiq. XIX. 7, 3. p. 948. aedificatio huius muri inter annum 41—44. pag. C. decem a morte Christi elapsis annis coepta sit oportet; tres namque sub Claudio Caesare annos regnavit. ib. 8, 2. p. 951. [4]) Ab amico Herodis sic denominata. de bello V. 4, 3. 329. [5]) Jos. ib. [6]) Davidis, castro pisano. [7]) גנת horti ab hortis vicinis. Olim porta vetus vocata. [8]) Tacitus Hist. 5, 11. [9]) De bello V. 4, 3. p. 329.

excepta una parte urbis, ubi nulla instauratione opus erat. Muri latus occidentale et meridionale portis fere carebat, quia ibi moenia urbis in margine montis Sionis ad alta praecipitia exstructa erant. Incipit Nehemias in oriente dextrorsum versus, usque quo redeat ad eandem portam. A porta gregis facit initium, et progreditur usque ad turrem centenariam, quae est Hananeelis. In orientali urbis parte prima erat porta ovium[1] eadem, quae porta gregis[2] appellatur, templo proxima, ac propterea omnium urbis portarum celeberrima, tum quod omnibus undequaque ad templum confluentibus breviorem facilioremque praebebat aditum, tum etiam quia victimae, quae in templum inferebantur e valle Josaphat, quae amoenissimis pascuis eas alebat, in urbem per eam portam inducebantur. Huic proxima erat probatica piscina, Joann. 5, 2. in qua lavabantur victimae. Ad septemtrionem versus deinceps sequebatur porta piscium[3], facile ita dicta a piscibus, qui ibi venales essent. Neh. 3, 3. 12, 39. Zeph. 1, 10. II. Par. 33, 14. Tum porta vetus[4], cui etiam nomen porta Ephraimitarum et p. Benjamin[5]. In parte muri septemtrionali erat porta anguli s. angulorum[6]. Tum sequitur ad occidentem porta vallis[7] tempore Nehemiae ab Hanun exstructa[8], per quam ibant ad vallem Hinnon, quae incurvabatur ab occidentali parte montis Sion, et hinc descendebat versus austrum. Tum porta sterquilinii[9]. II. Esdr. 3, 13 12, 31. Reliquae sunt adhuc: porta fontis[10], porta aquarum[11] in latere orientali regiae Davidis et portae fontis sita, ubi Ophel incipiebat et Nathinaei habitabant, II. Esdr. 3, 26. 8, 1. 3. 11, 21. porta equorum[12], quae media fuit inter portam orientalem et portam carceris, quam eandem cum porta gregis fuisse diximus. Quaedam illarum, quae insuper commemorantur v. c. porta iudicialis II. Esdr. 3, 30. in urbem collocandae veniunt. Insigniora aedificia hoc tempore erant fere sequentia: in monte Sionis fuit aula regia[13] principum Machabaicorum[14]. Distinguenda[15] ab aula Herodis, sita in quodam

---

[1]) ש״הַצּאן v. 1. coll. 12, 39. [2]) 3, 31. Neh. et porta carceris Neh. 12, 39., fortasse eo loco ubi nunc est porta clausa aurea dicta. [3]) ש״הַדָּגִים hodie s. Stephani. [4]) שַׁעַר הַיְשָׁנָה· [5]) A tribubus Benjamin et Ephraim, in quorum agros inde erat via, quam hodiernam portam damascenam habent viri a Hierosolymis peregrinantes. V. Robinson: Palästina. II, 117. [6]) ש״הַפִּנָּה II. R. 14, 13. II. Par. 26, 9. Jer. 31, 38. Zach. 14, 10. porta turrium muralium, quadringentis ulnis distans a porta ephraimitica. [7]) ש״הַגַּיְא· [8]) II. Esdr. 2, 13. in eo loco, ubi nunc est porta Jaffae vel Bethlehemitica. [9]) הָאַשְׁפּוֹת· [10]) ש״הָעַיִן respondens fonti Siloae l. II. Esdr. 2, 14. 3. 15.; ut porta inter duos muros describitur. IV. Reg. 25, 4. Jer. 39, 4. 52, 7. [11]) ש״הַמַּיִם Neh. 3, 26. eadem fortasse cum porta fictili חַהַרְסוּת Jerem. 19. 2. [12]) ש״הַסּוּסִים Neh. 3, 28. [13]) *βασίλεια Ἀσαμωναίων οἰκία.* [14]) Antiq. XV. 11, 5. p. 781. [15]) Coll. II. 15, 5. 16, 3. de bello. p. 184. 186.

colliculo eminenti, quam Josephus tribus illis famosis turribus, Hippica, Phasaelo, de fratris nomine, et Mariamne, ita vocabatur regina, coniunctam fuisse tradit[1]. Habuit ambulacra et quidquid ad delicias facere potest. Non longe inde patebat Xystus ad occidentalem partem templi, cui ponte, in quo Titus constitit et Judaeos ad deditionem hortatus est, iungebatur; locus quadratus, egregie structus, habens turres et porticus, in quibus licuit deambulare, aptissimus ad habendas orationes ad concionem, cum procul inde audiri possent[2]. In colle Acra Antiochus arcem condiderat, ut templum infestaret, et inde excurrentes milites eos conficerent, qui sacrorum causa illud adirent; haec a Simone Machabaeo capta et solo aequata fuit, ne occasionem praeberet novis moliminibus hostium[3]. Fuit etiam ibi regia Agrippae, proxime templo ad occidentem, e declivitate collis in altum exstructa, ut videre posset templum et homines in eo, quod aegre tulerunt Judaei, et ne ex ea amplius contemplarentur sacra in templo administrata, occidentalis exedrae templi murum altius extulerunt[4]. In angulo aquilonari muri templi in maiorem dimensionem exspatiantis aedificatum est ab Hasmonaeis praesidium[5] bene munitum et egregie firmum, quod Herodes insuper communivit et propter Antonii amici sui et imperatoris gratiam Antoniam vocavit[6]. Habebat speciem turris, et ex ea totum templum conspici poterat. Qua vero templi porticibus iungebatur, utrimque in ambas descensus habebat, per quas descendentes vigiles — semper enim in Antonia erat romanus miles — et variis in locis ad porticus stantes cum armis, festis diebus populum, ne quid novi moveret, observabant. Ibi degebat praetor romanus dum Hierosolymis versaretur[7]. Alia aedificia publica et privata, quae insuper apud Josephum variis in locis memoriae prodita sunt v. c. curia, archivum, regia Helenae e. s. p. sacram Scripturam non attinent, ac proinde a nostro instituto sunt aliena. Cum civitas Hierosolymarum surgeret in colles et montes, multo plura aedificia complecti potuit, quam si in plano fuisset; urbs enim una quasi alteri supersedit, vallis vero Tyropaeon dense et presse incolebatur; inde capax fuit tot millium[8] hominum.

---

[1]) De bello V. 4, 3. 4. p. 329. 330. [2]) Jos. de bello II. 16, 3. 186. VI. 3, 2. 6, 2. 8, 1. p. 381. 391. 395. [3]) I. Mach. 13, 49—58. coll. 1, 35. 6, 18. 14, 36. Jos. Antiq. XII. 5, 4. 9, 3. p. 609. 621. [4]) Antiq. XX. 8, 11. pag. 974. Cf. Die Akra Jerusalems in Raumeri Palästina. p. 441. s. [5]) Baris בִּירָה d. q s. [6]) Jos. Antiq. XV. 11, 4. p. 780. 781. [7]) Jos. de bello. V. 5, 8. p. 336. Mtt. 27, 27. Joann. 18, 28. 19, 9. Act. 21, 31. s. 22, 24. 23, 10. Cf. W. Krafft, Die Topographie Jerusalems. p. 163. E. Robinson, Neue Untersuchungen über die Topographie Jerusalems. Halle. 1847. pag. 106. [8]) Juxta Jos. de bello. VI. 9, 3. p. 398. nisi 97,000 captivorum.

§. 26. Jerusalem, ut hodie cernitur.

Hierosolyma, urbs sancta Veteris Testamenti, electae gentis caput et metropolis, prima etiam sedes fuit dominationis Christi super omnem terram [1]. In ea collegit primitias ecclesiae suae, voluit ut apostoli ab ipsa opus praedicationis ordirentur, et prius eius instructioni vacarent, quam dispergerentur in orbem, eam perennis sacrificii sanctione ac prima oblatione sacravit; huic unum ex ipsis Apostolis Jacobum, Petrus Apostolorum princeps Antiochiam inque alias regiones profecturus, constituit episcopum [2]. Ecclesiae hierosolymitanae, quamdiu urbs ipsa stetit, ceterae in Palaestina ultro subiiciebantur, sed postquam a Romanis ducibus Vespasiano et Tito, praeter perpaucas turres praesidii atque custodiae causa servatas [3] urbs funditus cum templo everteretur, ut vix habitatam fuisse aliquis crederet [4]; ipsa pariter eius ecclesia periit, seu potius ad montana trans Jordanem secessit in Peraeae regionem ac Pellae praesertim constitit, quemadmodum tradunt Eusebius [5] et Epiphanius [6]. Domicilium attamen mox in fumantibus ruinis veteris Hierosolymae, non contradicentibus Romanis [7], primum collocarunt Judaei, qui fidem Christi amplexi fuerunt, reversi desiderio s. D. N. Jesu Christi sepulchrum et locum Golgothaeum perpetuo colendi. Verum quum Judaei denuo seditionem movissent et arma sumpsissent sub Trajano [8], et rursus sub Hadriano, bellum exarsit saevissimum postremis Hadriani annis, in quo victor evasit Hadrianus, cuius tanta in rebellem urbem erat exacerbatio, ut quae flamma atque oppugnatio reliquerant, manus militum penitus deleret. Hic jussit turres a Tito relictas cum parte muri destrui et locum excisae civitatis sale aspergi, quo facto Domini vaticinium, Matth. 24, 2. quo eius exterminium praedixerat, quod in ea lapis super lapidem non esset relinquendus, completum fuit. His peractis excisam subinde reaedificavit pomoeriis urbis plurimum contractis, et ipsa figura veteris Hierosolymae mutata, adeo ut Abulpharagius [9] scripserit Aeliam هيليا Hadriani fuisse prope illam eversam Hiero-

---

[1]) Juxta Isai. 2, 3. vaticinium. [2]) V. Eusebii Eccles. Hist. l. II, 1. ed. Valesii. Paris. 1669. p. 38. Le Quien. Oriens. Ch. III, 101. [3]) Jos. de bello. VII. 1, l. II, p. 405. [4]) Cf. Euseb. dem. ev. l. VI, 18. e. c. 285. s. Hieronym. ad Zach. c. 13. ed. c. VI 904. s. V. Cellarii, de Hierosolymis nunquam instaurandis. Merseburgi. 1690. It. Not. O. A. II, 461. S. F. Holzfuss, Diss. h. th. de templi hierosolymitani Juliani imperatoris mandato frustra tentata restauratione. Halae. 1751. p. 3. s. [5]) Eccl. Hist. III, 5. ed. Vales. p. 74. s. [6]) Haeresi. XXIX, 7. e. c. I, 123. Item, Lib. de pond. et mens. n. 14. II, 171. [7]) Teste eodem Epiphanio, l. c. de pond. [8]) Euseb. Hist. IV. 2. p. 115. [9]) Dynastiae VII. Hist. comp. ed. Pococke Oxon. 1663. p. 121. t. a.

solymam [1]. Nam pars haud exigua, quae olim inter occasum solis et septemtrionem erat et cum illa locus, in quo nunc est ecclesia sanctissimi sepulchri intra eam est recepta, valles declives inter Sionem, Acram, Moriam et Bezethan fere prorsus evanuerunt et vix locis depressionibus et disiunctis cognoscuntur. Verbo orta est nova Hierosolyma super maceerias veteris, quae nomine Aelii Hadriani Aelia et a templo in medio eius Jovi Capitolino erecto, Aelia Capitolina nuncupata est [2], in quam Hadrianus copiosam gentilium coloniam transtulit, vetitusque omnibus Judaeis eius ingressus sub gravissimis poenis [3]. Urbem Aeliam Christiani ex gentilitate conversi in ea degentes ex pristino civitatis nomine, cui substituta fuit, Hierosolymam vocare perseverarunt [4] et episcopum sibi elegerunt, Marcum nomine pariter ex Ethnico - Christianis assumptum, Judaeo - Christianis eorum deinceps episcoporum gubernationi sese subiicientibus, in quorum dioeceses se receperant [5]. Adversis, quae etiam deinde urbi acciderant, finem fecit Constantinus M., quo regnante Christiani rerum potiti sunt. Basilicam, quam imperator ille c. a. 326. aedificaverat [6], mox haud exiguus aedificiorum numerus cinxit. Urbe a Chosroë II. Persarum rege [7] expugnata mons Sion funditus eversus est, nec amplius aedificiis compleri potuit, cum inde ab hoc tempore mira esset rerum humanarum vicissitudo in his terrae partibus. Supererant monachorum cellulae frequentes, circumdabantque magnam ecclesiam illic, ut perhibent ab apostolis fundatam, quod ibi spiritum sanctum acceperint [8], sed et illae a Mohammedi asseclis paulatim dirutae fuisse videntur [9]. Etiam moenibus

---

¹) V. Bedae, De situ Hierusalem in locis s. c. I, p. 363. Edrisii, Geographia Nubensis i. e. accuratissima totius orbis descriptio ex arab. l. v. a Gabriele Sionita. Parisiis, 1619. cl. III, s. 5. p. 110. „quae Ilia olim dicebatur.“ P. A. Jaubert, Géographie d' Edrisi trad. de l'ar. en fr. Paris. 1836. p. 341. ايليا ²) Anno c. 134. p. C. ³) Haec Tillemont Histoire des empereurs. Venise. 1732. Tom. II. p. 282. s. dabit. C. e. Eusebii Eccl. Hist. IV, 6. e. c. p. 118. ⁴) Le Quien. O. C. III. p. 106. ⁵) Ibid. p. 107. ⁶) Teste Eusebio, de vita Constantini. III, 30. s. ed. c. p. 499. s., quamque auctor itinerarii, fere anno CCCXXXIII. conscripti, „dominicum mirae pulchritudinis“ dicit. V. P. Wesselingii Vetera Romanorum itinera. Amstelod. 1735. p. 594. ⁷) A. 614., ut passim sumunt. Fabri Evag. II, 241. a. 609. figit. ⁸) Beda, de locis sanct. c. III, de monte Sion et de ecclesia super eam aedificata. p. 364. ⁹) Ut urbs iam anno 1130—49., quo Edrisius suam scripsit Geographiam, V. Gabr. S. praef. ad lect. IV. in longitudinem ab occidente in orientem patebat, ita maxima montis Sionis pars extra moenia fuit. Haec enim refert ille. ed. Gab. Sion. p. 114. „Egrediens per portam Sion — Seihoum Jaub. 345. — et quantum iactus est lapidis progrediens invenis templum Sion magnificum atque munitum, ubi est coenaculum, in quo comedit Christus Dominus cum discipulis, et mensa asservatur ad haec usque tempora, visiturque statuto tempore diei Jovis. Ex porta item Sion descenditur

et aedificiis, quae ad interiora civitatis pertinebant, multa adversa acciderunt, saepe saepius enim medio aevo capta et destructa est. Munitiones operaque a cruce signatis refecta, atque a Saladino corroborata sultanus Melek el-Mu 'addem [1] dirui jussit; etiam castellum a Christianis extructum, in loco, ubi olim regia Davidis fuit, deletum est. Hoc nunquam restitutum; moenia vero paulo post a Christianis instaurata sunt. Cum a Selimo I. Saracenis [2] avulsa fuisset, brevi [3] Suleimanus Turcarum imperator, muros civitatis refecit, quadratis lapidibus, quos maiori ex parte e destructis oppidis vicinioribus et ex Sanctuariis Christianorum accepit. Muri, quibus sepiebat urbem, quive illam hodiedum sepiunt [4], ita patent, ut veteris Sionis et Bezethae partem, Moriam, Acram integram, sed etiam Golgotham regionesque illius circumiacentes capiant [5]. In his quatuor portae apertae [6] et totidem clausae [7] offenduntur. In parte illa Sionis, quae est inter occasum et septemtrionem, nunc ostenditur coenaculum, in quo Salvator noster ultimam coenam cum discipulis suis fecit. Matt. 26, 18. s. Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. Joann. 13, 2. eis pedes lavavit et alia in eorundem gratiam et totius humani generis salutem operatus fuit, in quo ipso coenaculo Sion spiritus sanctus effusus fuisse creditur Act. 1, 13. s. [8]. Locum istum Helena aut Constantinus ipse exstructa ecclesia, in cuius postico coenaculum circumclusit, illustriorem reddidit [9]. Subinde evasit Patrum O. s. Francisci, nunc hospitale turcicum. Visuntur rudera turris hippicae, domus, quae dicuntur trium Mariarum, Annae pontificis, ecclesia s. Thomae, ecclesia s. Jacobi ab Hispanis aedificata, Catholicis ab Armenis erepta, quorum monachi in vicinia magnum coenobium incolunt. Causa dedicationis

in fossam, quae appellatur vallis inferni (Hinnon). In ipsa autem fossa est fons de Selvan (سلوان Jaub. 345. Siloe) ille nempe, in quo Christus Dominus curaverat infirmum, qui antea nunquam oculos habuerat."

[1]) Anno 1219. [2]) A. 1517. [3]) A. 1542. [4]) Quorum praeclaram delineationem dedit J. M. A. Scholzius Commentat. de Golgothae et sanctissimi D. N. J. C. sepulchri situ. Bonnae. 1825. p. 5. s. Item C. de Hierosolymae singularumque illius partium situ et ambitu. Bonnae. 1835. p. 2. 14. Schultz, Jerusalem, eine Vorlesung. Berlin. 1845. pag. 95. s. [5]) Murus hic qui urbem cingit, si circumeatur patet iuxta Prokeschium, Reise in das heilige Land. Wien. 1831. p. 87. quinque millia sexcentos decem et sex passus; quare peregrinatores plerique spatio unius horae plus minusve se circumcirca ambulasse merito asserunt. [6]) P. Jaffae occ. Sion austr. St. Stephani or. Damasci aq. [7]) Herodis, aurea, Moscheae Omari. p. el-Mugharibeh ad austrum moscheae el-Aksa, p. sterquilinaria. [8]) Hieronymus, ep. CVIII. ad Eustoch. p. 697. [9]) V. Bedam, de l. s. III. p. 364. Nicephorum Callisti Xant. Eccl. Hist. VIII, 30. ed. Francof. 1618. pag. 396. Par. Frontonis Ducaei 1630. I, 597. Edrisium inf. cit. F. Felicis Fabri, Evagatorium in terrae s. Peregr. ed. L. D. Hassler, Stuttgart. 1831. I, 241. seq.

huius ecclesiae perhibetur esse, quod in illius loco s. Jacobus glorioso martyrio feliciter cursum apostolatus consummaverit; corpus vero s. apostoli inde Compostellam in Hispaniam translatum fuit[1]. In parte abscissa Sionis extra moenia sunt campi frugiferi, coemeteria christiana, reliquiae sepulchrorum Davidis reliquorumve regum. In colle Moria etiam nunc a Sione et Bezetha locis depressioribus separato Mahomedani, cum duce Calipha Omaro 15 Hegirae i. e. 637. p. Ch. Hierosolymam expugnassent, devastassentque, in loco Salomonaei templi, auctore Abd-el-Meleko[2] Moscheam aedificarunt, quae Meccanae sanctitate proxima Kubbet el-Sachrah dicitur[3], cui ad austrum sita est altera el-Aksa appellata, quondam ecclesia Templariorum Praesentationi vel B. M. V. purificanti sacra. Collis Ophel nunc planus, colitur et arboribus oliviferis consitus est. Vallis Tyropoeon copia iteratarum ruinarum fere plana est. Judaeorum habitacula synagogaeque circa Sionem ad orientem inveniuntur. Ubi olim fuit collis Acra vel urbs inferior, nunc domicilia multa, diversis habitata et forum invenitur publicum, inter quod et ecclesiam s. sepulchri, ostenduntur rudera conventus equitum Joannitarum. In parte urbis veteris septemtrionali, qua erat nova civitas, nihil fere superest nisi ruinae et inter has ecclesia s. Annae in loco nativitatis B. M. Virginis, ad honorem concipientis et parientis s. Annae, magnifice et eximie stabilita, ad quam olim fuit abbatia sanctimonialium sub b. Benedicti regula Deo servientium[4]. Loca depressa, ubi nunc monstrant pristinam ecclesiam s. Magdalenae, domum divitis epulonis, partem viae, quam dicunt dolorosam, produnt Acrae vallem occidentalem et septemtrionalem[5]. Contra Golgotha et circumiacentes regiones plurima continent aedificia Christianorum; monasterium Latinorum Ordinis fratrum minorum s. Fr., graecorum monachorum, post quod est Basilica s. Sepulchri D. N. J. C.[6]. Aedificium vastum, tres ecclesias sub uno tecto comprehendens, in cuius ambitu continentur: a. sacratissimus calvariae mons, b. locus inventionis vivificae crucis, c. gloriosum Christi sepulchrum; et quidem est in formam crucis aedificata, secundum inferiorem medietatem subterranea, secundum superiorem eminens supra solum civitatis. Corpus ecclesiae sive longitudo respicit ad occidentem versus sanctissimum sepulchrum, quia in illo latere occidentali est ipsum sepulchrum Domini,

[1]) V. Acta Sanctorum Julii. Tom. VI. Ven. 1749. p. 12. s. Quaresm. E. II, 75. [2]) 686. p. Chr. [3]) Perperam conditorem eius habent Omarum V. Krafft, Topogr. 247. [4]) Quaresmii. E. II, 103. Sanctam Dei Genitricem Mariam Hierosolymis esse natam communis habet traditio, quae firmatur auctoritate s. Joannis Damasceni. L. IV. de fide ort. c. 14. ed. m. Le Quien. Par. 1712. I, 275. [5]) V. Scholz, de Hieros. e. c. t. p. 3. [6]) V. eius eximiam plane descriptionem in F. E. Fabri, Evagator. I, 281. s. II, 1—18.

sive camera e petra scissa figuram quadrati referens; cui e regione ad orientem est infra sacellum Adae, desuper mons et ecclesia montis Calvariae. Locus iste sacerrimus, in quo salus mundi pependit, nunc est graecorum schismaticorum, qui ibi officium divinum peragunt. Dexterum ecclesiae latus respicit ad aquilonem, sinistrum cum ostio, ex quo ad templum ingressus patet, respicit meridiem. In isto visitur petra unctionis Domini[1]. Haec et alia in memoriam revocant probantque, saevissimis excidiis saepissime repetitis, non omnia esse disturbata, eosque praeiudicio teneri, qui contrariam mordicitus defendunt sententiam. Jerosolyma florens 120000 numerabat incolarum, nunc 16 millia habet, e quibus 4000 Christiani, 7000 Judaei, reliqui Mohamedani sunt[2]. Qui ex occidente plerumque Jaffa peregrini religionis causa adveniunt, urbem[3] primum ei ad decem minuta proxime facti conspiciunt, quod desiderium illorum oculos suos conspectu urbis sacrae pascere cupientium mirifice retardat; uti omnes narrant, qui Hierosolymas profecti sunt.

Digressio. Authentia m. Golgothae et s. Sepulchri D. N. J. Ch. vindicata. Communis et saeculis fere XVII. omnium Christianorum fide confirmata traditio ecclesiastica habet: Salvatorem nostrum eo in loco fuisse cruci suffixum et sepultum, ubi nunc sanctissimi sepulchri basilica conspicitur. Hanc vero traditionem anno XXX. et VIII. superioris saeculi a bibliopola altonensi J. Korte — Reise nach dem gelobten Lande. Altona, 1741. p. 210—240. — homine acatholico in dubio vocatam — v. Raumer Pal. p. 356. — falsam esse plurimi, qui hac de re nostro aevo scripserunt, opinantur. Ita Ed. Robinson, Palästina. Halle 1841. s. II, 268. Idem, Neue Untersuchungen. ib. 1847. p. 52. s. — Contra quae disputavit: A. Schaffter, Die ächte Lage des h. Grabes. Bern. 1849. — Neuere bibl. Forschungen. Berlin, 1857. p. 332. s. T. Tobler, Golgotha. St. Gallen, 1851. p. 160. seq. Fallmerayer, Golgotha und das h. Grab. München, 1852. Ritter l. c. p. 422. s. Arnold in Herzogs R. E. V, 380. s. Golgotha enim aiunt, a quo hortus cum sepulchro parum abfuit, Joann. 19, 41. 42. ex lege mosaica Num. 15, 35. III. Reg. 21, 13. et romana v. Ciceronem de legibus. II, ed. Gen. 1596. IV, 449. s. ne aër putrefieret, necessario extra urbem esse debuit, nec alibi collocatur. Joann. 19, 20. Hebr. 13, 12. Quum autem haec duo loca media fere in civitate nunc ostendantur, continuant iidem, genuina Titi Hadrianique temporibus plane destructa, hodieque ignota esse. Quam in obiectionem propter summam rei gravitatem penitius condescendendum erit. I. Golgotham גל־גולגתה, Γολγοθᾶ, vario scribitur, unde sic dictus sit ille locus v. apud A. Bynaeum, de morte Jesu Christi. III. 5, 25. Tom. III. Amst. 1698.

---

[1]) Temporis iniuriae, omnia vorantis, nisi brevi subveniatur, corruet camera peculiaris resurrectionis dominicae, quam instaurare Latinis non permittunt. [2]) Cf. Ritter l. c. pag. 486. s. H. Petermann, Reisen im Orient. I. Leipz. 1860. pag. 233. [3]) „Cuius ut scribit Fabri I, 235. odor per orbem flagrans undique ad eam currere facit fideles.“

p. 262. seq. O. Thenium, de Golgotha et s. sepulchro in Ilgenii, Zeitschrift f. hist. Theol. 1842. IV, 10. s. J. H. Friedlieb, Archäologie der Leidensgeschichte. Bonn. 1843. p 136. s. — et s. sepulchrum — ex lege et consvetudine Hebraeorum, qua cautum erat a pollutione, qua contaminatum iri existimabant, si intra urbis moenia sepelirentur mortui, quave sepulchra in parte viam spectante condebant, ut viatores de mortalitate admonerentur — extra urbis moenia, Matt. 27, 32. Marc. 15, 20. 43. Luc. 23, 26. Joann. 19, 17. — huic, praetorioque vicina, Joann. 19, 20. praetorio tamen inferius, quod ex voce ὑπάγετε descendite, qua Pilatus summos sacerdotes et Pharisaeos custodiam pro sepulchro petentes alloquitur, Matt. 27, 65. — fuisse — prope viam publicam, ubi permulti transire solebant Mtt. 27, 39. Marc. 15, 29. Luc. 23, 55. — Novi Testamenti scriptores, etiam s. Paulus ad Hebraeos 13, 12. 13. „*Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes.*" — ita definiunt ut nullus dubitandi locus relinquatur. Ipsi porro evangelistae in sepulchro, e specu sive rupe prominente horti exciso, duorum locorum distinctionem indicant a. vestibuli, per quod b. descendebatur in ipsum sanctissimum sepulchrum. Mtt. 27, 60. 28, 8. Marc. 15, 46. 16, 5. Luc. 24, 2. 9. Joann. 19, 41. 20, 1. 3. — II. Omnia haec indicia, ex Novi Testamenti scriptis allata, bene quadrant in locum hodiernum sanctissimi sepulchri; qui liceat veterem, quam ei Josephus dederat formam cum alia mutaverit, arte a fidelibus exornatus, non est tamen adeo disruptus, ut essentialia eius duo receptacula non retineret. Nam adhuc sepulchrum sacrum in duo sacella distinctum reperitur, prius „Angeli", locum occupat, quo cecidit lapis a Judaeis sepulchrum obsignantibus positus, super quem sedit Angelus; posterius continet ipsum sepulchrum, solo inhaerens in modum arcae. Luc. 24, 3. Vide Cyrilli Hier. cat. XIV, 9. ed. A. Touttée. Ven. 1763. pag. 208. Hieronymi ep. CVIII. ad Eustochium. p. 697. Tobler, Golgotha. p. 299. s. III. Idem testantur documenta vetustissima. Scriptores quidem christiani, qui de urbe sacra tractarunt, fere omnes referunt Golgotham, in qua Dominus noster cruci suffixus sit, a parte urbis occidentali, ad septemtrionem montis Sionis extra muros civitatis fuisse. Plurium instar sufficiat s. Hieronymus, qui in Onomastico s. h. v. p. 207. ita refert: „*Golgotha locus Calvariae, in quo Salvator pro salute omnium crucifixus est, et usque hodie ostenditur in Aelia, ad septemtrionalem partem montis Sion.*" Quomodo vero acciderit, ut loca haec olim extra moenia jacentia, intra urbis pomoeria recepta fuerint, unanimi consensu sic narrant: Aelium Hadrianum, quum Hierosolymam, a se omnino destructam, reparandam sibi susciperet, hac ex parte adeo ampliasse urbem, ut locum supplicii et sepulturae dominicae intra eius ambitum comprehenderit. Idem humo aliunde advecta, aggestaque totum impleri, et ad mediocrem altitudinem elatum lapide consterni, sacramque speluncam sub hac lapidum congerie obtegi imperavit, atque ad tollendam omnem e Christianorum animis s. s. locorum memoriam Veneris statuam, una cum aedicula ipsi sacra imposuerat. Ita narrat Eusebius, de Vita Const. III, 26. p. 497. S. Cyrillus, Cat. XIV, p. 208. Pari modo Hieronymus, Ep. VIII. ad Paulinam. p. 329. Quod quare fecerit Hadrianus, nisi locus tunc temporis Christianis, qui eum ut sacrum visitarunt, fuisset in maxima veneratione, nulla ratio assignari potest. V. etiam Socratis H. E. ed. R. Hussey Oxon. 1855. I, 9. p. 83. c. I, 17. p. 104. S. Paulini, ep. XI. ad Sever. in M. Bibl. Col. 1618. V, 167. ed. Par. 1685. XXXI. Tom. I. p. 195. — IV. Mirabile est, quod ea, quae infideles tentarunt, locum

calvariae et sepulchri Domini ruderibus opplendo et idolo profanando, in odium Christi et fidelium, quos spirituali consolatione privare volebant, non tantum non successerint, sed a Deo versa etiam fuerint in salutem et honorem s. Crucis et locorum sanctorum, quia ipsi etsi nolentes, suis perversis operibus consecraverunt loca sancta et nostrae salutis instrumenta. Constantinus enimvero Magnus, dissipatis circa annum 326. idolorum monumentis, sepulchrum egesta humo, qua contegebatur refodit et aperuit, dum super illud elegantissimam ad ipsum monumentum aedem excitavit, τῆς ἀναστάσεως nomine attributo, in qua s. Cyrillus coram clero et plebe catecheses mystagogicas pronunciavit. Vide Cat. XVIII, 33. p. 300. et s. Epiphanius, teste d. Hieronymo, l. contra Joannem Jerosol. n. 11. ed. Vall. II, 417. ad concionem dixit. Idem, alia in loco passionis exstructa exornare statuit basilica, in honorem s. Passionis et Crucis etiam „Martyrium" dicta, a Christo capite martyrum, quae e regione Anastasis posita solis ortum spectabat et atrio subdivali ab ea separabatur, cuius solum Constantinus splendido lapide constravit, longissimis undique porticibus ad tria latera additis. Erat itaque obversa non ad orientem, ut fere semper moris erat, sed ad occidentem s. sepulchri ecclesia. Euseb. l. c. c. 35. et 36. p. 502. Utriusque aedificatio, anno 335., quo dedicata est in honorem Resurrectionis et s. Crucis, absoluta fuisse recte existimatur. Descriptionem quidem eius accuratam dederat Eusebius libro singulari ea de re conscripto, ut ipse testatur de vita Const. l. IV. c. 46. p. 549., qui quidem liber una cum multis aliis eiusdem lucubrationibus intercidit, eiusque loco compendiosa, quam dedit lib. III. vit. Const. 25—40. descriptione contentos nos esse oportet. ed. Valesii, 497—503. ed. Er. Zimmermann. Francof. 1822. p. 932—945. — V. Constantinum M., primum basilicae s. sepulchri auctorem, cuius opera et sumptibus aedificata est, in loco inveniendo s. crucis et sepulchri non esse deceptum, praeter ea, quae iam p. IV. monuimus, evincunt sequentia: „Tempore enim Constantini α. superstes adhuc fuerat archivium tum imperiale, tum provinciale, in quo custodiebantur descriptiones agrorum et omnis generis fundorum censui publico inservientes. Quam accurata fuerit apud Romanos haec descriptio vel ex solo Ulpiani hac de re testimonio liquet." Forma censuali ait, cavetur ut agri sic in censum referantur: *Nomen fundi cuiusque et in qua civitate, et in quo agro sit, et quos vicinos proximos habeat, et id arvum, quod in decem proximis annis satum erit, quot iugerum sit, vinea quot vites habeat, olivetum quot iugerum, pascua quot iugerum esse videantur, item sylvae caducae, omnia ipse qui defert aestimet."* Dig. de Censibus 50, 15. fr. 4. Unde facile erat Constantino hortum Josephi ab Arimathaea reperire. β. Nullo non tempore fuerunt Christiani Jerosolymis, si non multi, saltem aliqui, qui omnes acutis oculis vigilarunt in illius custodia. — VI. Succedentibus temporibus aedificabatur ecclesia s. Crucis, quae Cyrilli temporibus nondum aderat. B. P. Antonius Laurae s. Sabae monachus, in epistola liminari et nuncupatoria ad Eustachium Atalinae domus, in Ancyra metropoli Galatiae monachum, praefixa edit. Pandectes Scripturae d. i. Par. 1543. jam tres distinctas aedes memorat: s. Calvariae, s. Anastasis et Venerandae s. Crucis. Hanc diruit et incendit Chosroës, injecto in illam igne, asportata inde cruce, sed non diu postea sub Heraclio reparata est per Modestum vicarium patriarchae Hierosolymorum 628. coactis in Syria et aliis regionibus ad id negotium eleemosynis. Qua de re scribit Antonius l. c. p. IV. *„Modestus sanctitatis eximiae vir non eorum modo providam gerit curam sollicitus, quae per hanc vastam eremum sparsim disiecta sunt, monasteriorum: sed et moderandae huic civitati*

ac universae circum finitae regioni solerter prospicit, Deo eidem cooperante in omnibus. Gratia etenim plenus Spiritus Sancti, templa Salvatoris nostri Jesu Christi, quae quidem barbarico igne conflagrarunt, in sublime erigit omni prorsus digna veneratione, puta aedes s. Calvariae ac s. Resurrectionis, domum insuper dignam omni honore venerandae Crucis, quae mater ecclesiarum est." V. e. Willermi, Tyr. Hist. I, 1. s. p. 629. s. M. Sanuti Secr. Fid. Cruc. III, 1. s. e. c. p. 123. s. Papebrochii, Hist. chron. p. XXXI. Haec ipsa basilica fuit postea desolata et iterum instaurata, sed quorum opera utrumque factum sit non satis inter Historicos convenit. Vetustiores quidam, quorum sententiae adhaesit Baronius, — ad annum 1009. n. IV. ed. Lucae. 1744. Tom. XVI. p. 461. V. e. notam Pagii ibidem — id factum fuisse putant persvasione Hebraeorum per Amuratum Babyloniae principem. Id certum est Hequemum Calipham ex Mohamedanorum aegyptiacorum secta a. d. 1009. a fundamentis fere eruisse. *„Ecclesiam Dominicae resurrectionis — ait Willermus Tyr Hist. I, 4. p. 631 — funditus deiici mandavit."* Sublato e vivis nequissimo principe, filius eius Daher ad postulationem Romani, Graecorum imperatoris, Hierosolymitanis eius reaedificandae potestatem concessit, qui Constantino Monomacho Romani successore sumtus suppeditante, sub Nicephoro patriarcha dirutam instaurarunt. Vide Papebrochii, Hist. chron. p. XLVI. Varia secundum dominorum Jerosolymis imperantium mores abhinc huius basilicae fortuna fuit: *„Nam frequenti,* ut scite monet *l. s. c. Willermus T. rerum mutatione, dominos mutavit: secundum quorum dispositionem plerumque lucida, plerumque nubila recepit intervalla."* De hoc fere tempore refert Edrisius, Geogr. Nub. c. l. s. p. 112. *„Cum quis ingreditur per portam Almehrab — Jaub. 341. d' el-Mihrab, templi — quam ex parte occidentali esse diximus, pergit ad Orientem per vicum patentem, ad templum maximum, quod vocatur Alequeiam. — Jaub. 342. al-Cematon. — Et ad hoc templum invisendum concurrunt Romani ex omnibus suis regionibus tam orientalibus, quam occidentalibus. Descendenti vero in templum statim occurrit sepulchrum sanctum, praecelsum duo habens ostia et super illud testudo — Jaub. coupole — fornicata firmissima, solidissimae fortitudinis, artificiosissime elaborata. Et ad orientalem quoque portam istius templi leviuscule declinando ad meridiem habetur locus crucifixionis."* Capta a Christianis sub Godefrido Bullonio Dei misericordia sancta urbe, expediens visum est tres ecclesias copulare et unam amplam ecclesiam facere, quae petram unctionis cum aliis locis sacris contineret; et ita basilica s. sepulchri in illam redacta est formam, quae in praesentia cernitur. Digna sunt, quae per integrum laudentur hac de re verba Willermi T. Hist. VIII, 3. p. 747. 748.: *„Ante nostrorum Latinorum introitum, locus Dominicae passionis, qui dicitur Calvariae, sive Golgotha, et ubi etiam vivificae Crucis lignum repertum fuisse dicitur; et ubi etiam de cruce depositum Salvatoris corpus, unguentis et aromatibus dicitur delibutum, extra praedictae ambitum erant Ecclesiae, oratoria valde modica. Sed postquam nostri opitulante divina clementia, urbem obtinuerunt in manu forti, visum est eis praedictum nimis angustum aedificium: et ampliata ex opere solidissimo et sublimi admodum Ecclesia priore, intra novum aedificium veteri continuo et inserto, mirabiliter loca comprehenderunt praedicta."* — VII. Ex his patet sacratissimum hoc templum quoties fuit destructum ab infidelibus et a fidelibus reparatum, fuisse aedificatum ad similitudinem primo primi a Constantino M. erecti. Tum quia a. huius forma, ipsi priscae symbolicae rationi aedificandae adversa, religiose ob rationes suprafatas historicas observabatur. Tum quia b. nullibi refertur nova

fundamenta fuisse iacta, sed existentibus iam fundamentis fabricam novam fuisse superpositam. Tum denique c. quoniam, quae diximus in descriptione ecclesiae a Constantino excitatae ex Eusebio, pro maxima sui parte conveniunt et huic, quae hodie exstat. Vide Quaresmii, Elucid. T. S. V, 5. p. 358. seq. Fabri, Evagat. I, 323. s. II, 286. s. Item Descript. et Hist. basilicae s. resurrectionis ad calcem op. s. Cyrilli H. ed cit. p. 412. s.

§. 27. Loca suburbana.

Loca nunc adeunda, quae suburbana erant Hierosolymae, in sacris historiis memorata. In his I. Mons oliviferus est, urbi ad ortum, interiecta valle Cedron oppositus. Mtt. 21, 1. 26, 30. coll. Ps. 67, 16. 34. Ezech. 11, 23. Zach. 14, 4. Mons altus, fertilis et pinguis propter multas olim in eo crescentes oleas ita appellatus, quae etiam in praesentia non desunt, etsi alias iisdem magis abundavit, et non oleis tantum, sed et palmis, myrtis, pinis aliisque fructiferis arboribus. Tria habet culmina, unus tamen est propter eorundem continuationem. Multa eaque memorabilia in monte isto peracta fuere, mons inclytus et sanctus idcirco dictus. Dan. 11, 45. In hoc ipso monte, ut habet antiqua traditio [1] Christus apostolos suos orare docuit. Matt. 6, 9. Luc. 11, 2. In monte oliveti Christus videns sanctam civitatem flevit super illam. Luc. 19, 41. Mons olivarum Christum ascendentem in nube, oculis fidelium modo commonstrat, Marc. 16, 19. Luc. 24, 50. Act. 1, 9. et portam, qua ascendit in coelum, ultimis vestigiis Domini humo impressis [2]. Ceterum teste Eusebio [3] s. Helena Constantini mater, in ipso illo montis vertice „in memoriam ascensionis Christi omnium Servatoris“ sublimem s. aedem erexit [4]. Culmen alterum ad austrum, mons offensionis dicitur, ab imaginibus idolorum, ibi a Salomone collocatis. III. Reg. 11, 7. IV. Reg. 23, 13. Per tertium culmen, ad septemtrionem, via ducebat Hierichuntem. Ex monte olivifero, quod non licet ex aliis, videntur non solum civitas et templum, sed Arabiae etiam montes, Jordanis fluvius et sereno coelo mare mortuum. Ad hunc olivarum montem, in descensu erat II. Bethphage, ubi Christus

[1]) V. Fabri, Evag. I, 399. Quaresm., Eluc. II, 303. [2]) V. Eus., Demonst. ev. VI, 18. p. 289. S. Cyrilli Hierosoly. Catech. XIV, 26. p. 217. „Stat in hodiernum usque diem Mons Olivarum, eum, qui super nubem conscendit in hodiernum usque diem fidelium oculis tantum non demonstrans, ac coelestem adscensionis ianuam.“ Cf. Salom. Deylingii, Observat sacr. part. III. Lips. 1715. p. 156. s. [3]) De vita Constant. III, 43. ed. Val. p. 504. [4]) Cf. Sulpitii, sev. lib. II. Hist. Sacr. 49. ed. G. Hornii, III. Amstel. 1665. p. 371. 372. Bedam, de locis s. p. 366. Fabri, c. l. pag. 387. Baronii, Annales ad ann. Chr. XXXIV. ed. Luc. 1738. I, 194. seq. J. Mabillonii, Act. Sanct. O. S. B. Saec. 3. p. II, Venetiis 1724 p. 340. Vit. s. Willibaldi.

Dominus discipulos misit, ut jumentum adducerent, cui deinde insedit. Mtt. 21, 1. Luc. 19, 29. Partem oliveti montis fecit III. Gethsemani גַּתְשְׁמַנָא, hortus et villa a torculari olei ita dicta, quam Salvator noster saepius frequentabat. Mtt. 26, 36. Marc. 14, 32. Luc. 22, 39. Joann. 18, 1.[1]. Urbem sacram circumdabant porro valles, eaeque profundissimae a parte orientali versus austrum: vallis Cedron, cuius diversae regiones varia sortitae sunt nomina v. c.: Montium Zach. 14, 5. Benedictionis II. Par. 20, 26. Maxime inclaruit IV. Josaphat ע׳יְהוֹשָׁפָט, Joel. 7, 12. vallis longa et spatiosa, quae interiacet inter urbem et Oliveti montem, per quam torrens Cedron fluit, et quam aquis ex Oliveti monte et aliunde collectis alluit. In medio vallis Josaphat in extremitate aquilonari, prope hortum Gethsemani ostenditur sepulchrum Beatae Mariae Virginis, ex quo corpore et anima gloriosa assumpta fuit in coelum[2]. Josaphat cohaeret valli Geennom גֵּי הִנֹּם, Jos. 15, 8. quae ab australi parte montis Sion invenitur, Jos. 18, 16. filiorum Ennom dicta, quia hi sedes ibi fixerunt. In excursu eius orientali situs fuit locus Tophet — a quo et vallis denominabatur, IV. Reg. 23, 10. — sedes horrendae prorsus idololatriae, quam daemoniis — pro cultu Molochi foede cremando infantes — exercuerunt filii Israel. Jerem. 7, 31. 32. 19, 6.[3]. Quia frequentes ignes in hac valle instituebantur, non mirandum, quod Salvator noster, damnatorum locum infernum per analogiam Gehennam *Γέεννα* nuncupaverit, Mtt. 5, 22. 10, 28. ut docet s. Hieronymus[4]. Josias rex, ut locum contaminaret, mortuorum ossa et immundissima quaeque illuc iussit asportari. Ad meridiem fuit etiam ager ille figuli Haceldama *Ἀκελδαμά*, ager sanguinis dictus, quod pecunia, qua Christi sanguis et vita empta erat a Juda proditore, emerint eum sacerdotes in sepulturam peregrinorum. Matt. 27, 6. 7. Act. 1, 19. coll. Jer. 18, 2, 19, 2. Ita factum, ut caedis Christo a se illatae, perpetuum ipsimet posuerint monumentum. Nam talis locus semel sic profanatus non poterat alteri deinceps usui applicari, unde nec anno Jubilaei redibat instar aliorum agrorum ad primum haeredem. Lev. 25, 24. Ab austro occidentem versus occurrit VI. vallis

---

[1]) V. J. Tobler, die Siloahquelle und der Oelberg. p. 59. s. 191. s. [2]) Fabri, l. c. p. 374. s. Quaresm. l. c. p. 238. Mabill. u. s. [3]) V. omnino Phoenicum Theol. ex Sanchoniat. ed. J. C. Orelli. Lips. 1826. p. 37. M. Minutii Fel. Octavium XXII. XXX. ed. F. Oehler. Lips. 1847. p. 30. 38., nec non plura veterum, hanc in rem testimonia in G. Lumper, Hist. th. cr. st. Patrum. Aug. Vind. 1790. VII, 222—229. It. J. Seldeni, de Diis Syris Synt. Lips. 1668. p. 172. s. Phoen. Theol. ex Sanchon. ed. Orelli. p. 36. F. C. Movers, Untersuchungen ü. d. Religion und Gottheiten der Phönizier. p. 327. s. J. C. Müller, in Herz. R. E. IX, 714. J. Döllinger, Heidenth. u. Judenth. Regensb. 1857. p. 396. [4]) Comm. in Matth. 1. ed. Vall. VII, 62. Maldonatus, Comm. in Mtt. e. c. p. 133.

Raphaim רְפָאִים, a prisco genere hominum chananaeorum vocata, p. XX. pars summa in tribu Juda et extrema in Benjamin fuit. Jos. 15, 8. 18, 16. In hac valle et circumvicinis locis Davides saepe percussit Philisthaeos, eorumque idola cepit et combussit. II. R. 5, 18. 23, 13. [1].

§. 28. Philisthaea, Idumaea, Amalechitis.

A meridie in occasum, inter promontorium et ephraimiticos iudaicosque montes, in apertis planisque locis, littus maris mediterranei Philisthaei v. p. XXI. accolebant. Philisthaeorum regio usque ad mare magnum adiudicata fuit tribui Juda Jos. 15, 11. 47. et ex parte Dan 19, 43., sed aegre interdum Philisthaeis aliquid illius adimi potuit, donec communi cum universa Syria et Phoenicia fato Chaldaeos dominos experti fuerunt, et post Chaldaeos, Persas, Graecos, Syros, tandem a Romanis devicti in illorum quoque potestatem redacti sunt. In quinque discreta erat Philisthaea principatus — satrapias — quorum principes — satrapae — communem inter se aut foederatam rempublicam habuerunt et in sua quavis metropoli, scilicet in Accaron, Ascalon, Azoto, Gaza, Geth fixerunt sedem, Jos. 13, 3. quas ordine suo describemus. — I. Accaron עֶקְרוֹן, paullulum reductior a mari, Josuae 15, 11. 46. terminus Philistheae in septemtrione. Prima divisione Accaron cum vicis et villis Judae cessit, Jos. 15, 11. 45. ex hac tribu in Danitidem deinde relata fuit, 19, 43.

[1]) Commemorare e re fuerit illos inter, qui saeculis lapsis argumentum hoc de urbe sacra illustrarunt maxime excellere. V. Bedam, de locis sanctis lib. op. ed. Col. 1688. Tom. III. pag. 363—371. A. Reiszner, Jerusalem I. die alte Haubstat der Juden, II. das jrrdisch Paradyz. Frankfurt. 1563. Scriptores collectos in Gestis Dei per Francos, sive Orientalium expeditionum et regni Franc. Hieros. Historia. Hannoviae. 1611. Joannem Villalpandum Hispanum Cordubensem e S. J. in Apparatu urbis et templi Hierosolymitani Romae 1604; tum amplioris operis volumine, tum methodo et diligentia. Historiam chronologicam, sive Acta episcoporum et patriarcharum s. Hierosolymitanae ecclesiae descripsit Daniel Papebrochius e S. J. tractatu praelim. ad Tom. III. A. S. S. Maii ed. Ven. 1738. p. I—LXXX. Veterum et recentiorum documentis adiuti, ut caeteros sileamus, eandem materiam digesserunt: Scholtzius, quem saepe laudavimus. J. Olshausen, zur Topographie des alten Jerusalems. Kiel. 1833. T. G. Crome, Jerusalem in Ersch et Gruber Encycl. XV. Th. 2. Ab. 273—321. F. Liebetrut, Jerusalem. Berl. 1845. W. Krafft, die Topographie Jerusalems. Bonn. 1846. O. Thenius. Das vorexilische Jerusalem und dessen Tempel. Lips. 1849. Imprimis, Plan von Jerusalem, nach den Untersuchungen von Dr. E. G. Schultz. Gezeichnet v. H. Kiepert. Berlin. 1845. T. Tobler, die Siloah-Quelle und der Oelberg. St. Gall. 1852. Topographie von Jerusalem. Berlin. 1853. Grundriss von Jerusalem. St. Gall. 1853. Raumerus, Robinsonius, Schultzius, Ritterus, Gratzius, Arnoldus et alii in calce geogr. huius nominandi; sed adnitentibus illis sedule, plurimum adhuc superest eruendum.

a neutra autem possessa, quamvis principio expugnata, brevi tamen post amissa. Jud. 1, 18. Accaronitae primi arcam Domini remittendam censuere, ut a morbis, quos illius praesentia tulerat, liberarentur. I. R. 5, 10. 6, 17. Accaron famosum idolum habuit [1] ad quod misit Ochozias, rex Israel, ut illud de sua aegritudine consultaret, propter quod Elias ipsum increpavit, brevique moriturum praedixit. IV. Reg. 1, 2. s. — II. Ascalon אַשְׁקְלוֹן, sita ad mare in littore, inter Gazam et Azotum; pariter tribui Judae assignata fuit, raro tamen et ad breve tempus in eorum possessionem cessit. Jos. 13, 3. Jud. 1, 18. Samson triginta Ascalonitas occidit, vestibus exuit, easque dedit iis, qui aenigma ab ipso propositum solverant. Jud. 14, 19. Civitatis huius dignitatem laudat Plinius [2], veteris tamen magnificentiae exiles reliquiae nostris quidem diebus supersunt [3]. — III. Azotus אַשְׁדּוֹד, — quod nomen LXX. Ἀσιεδώδ et Ἄζωτός reddiderunt — civitas in tribu Juda, Jos. 15, 47. I. R. 5, 1. quam tamen Philisthaei detinuerunt. Ad hanc urbem ducta est arca, in templum Dagonis, quem Azotitae coluerunt. I. Reg. 5, 2. Fanum istud Judas, deinde Jonathas Hasmonaeus, capta et incensa urbe delevit. I. Mach. 5, 68. 10, 77–84. 11, 4. Salomonis regno videtur subiecta fuisse. III. Reg. 4, 24. Ozias rex moenia huius urbis demolitus est II. Par. 26, 6. Postea Tharthan, Assyriorum dux, eam expugnavit. Isa. 20, 1. Inter quinque satrapias Philisthaeorum media fuit et potens habebatur. I. Reg. 6, 17. coll. Jos. 13, 3. Amos. 1, 8. 3, 9. Soph. 2, 4. [4]. In prima apostolorum dispersione s. Philippus, post eunuchum baptizatum spiritu raptus, in Azoto Christum praedicavit. Act. 8, 40. A quarto saeculo ad sextum, sedes episcopi fuit; in indice episcoporum, qui synodo Nicaenae primae interfuerunt, legitur inter Praesules de provincia Palaestinae, Silvanus Azotius [5]. — IV. Gaza עַזָּה, urbs munita et valida, Am. 1, 7. et ex quinque civitatibus Philisthaeorum [6]

[1]) Beelzebub בַּעַל זְבוּב, Deus muscarum, credebant enim Baalem, quem cum summo Tyriorum numine eundem faciunt interpretes, muscas illis tractibus molestissimas arcere et salutem largire posse. V. Sanchon. l. s. c. p. 15. Calmet diss. de numinib. Phil. I, 488. s. Juynboll comm. p. XXI. laud. 217. Movers, Unt. u. d. Rel. d. Phön. p. 175. s. Hitzig. Urgesch. u. Myth. p. 304. s. Stark, Gaza. p. 260. s. Müller in Herzogs. R. E. p. 768. s. C. F. Keil, Handb. d. bibl. Archäologie. Frankf. 1858. I, 440. Judaei recentiores, ut huic idolo convitiarentur, nomen levi immutatione זְבוּל stercus enuntiarunt, unde explicatur Βεελζεβούλ Pharisaeorum, apud Matthaeum 12, 24. Cf. J. Lightfooti, hor. hebr. in h. l. ed. Carpzovj. Lips. 1684. p. 347. 348. [2]) Hist. nat. V, 13. p. 222. [3]) Descriptae a. M. V. Querin. Bulletin des pel. 3. Par. 1869. p. 75—81. [4]) „Usque hodie non ignobile municipium Palaestinae." Hieronym. Onom. p. 69. [5]) Le Quien, Or. C. III, p. 639. J. Harduini, Conc. coll. Par. 1715. I, 314. [6]) Eandem cum Cadyti urbe Herodotea II, 159. III, 5. esse evicit Hitzig dissert. pec. ed. Gött. 1829. Ges. Thes. 1010. et Stark, l. s. c. 218. s.

Aegyptum versus ultima, ex qua via erat ad portum aelaniticum maris rubri, unde a plurimis frequentabatur. Judae tribui adscripta, capta fuit per t. Juda et Simeon, sed Judaei non sustulerunt Gazaeos, quare se post in libertatem vindicarunt. Jos. 15, 47. Jud. 1, 18. In historia Samsonis Jud. 16, 3. narratur, ipsum portas Gazae ad montem — Judae usque, qui est e regione Hebronis — portasse; sed et postea Dalilae blanditiis victus et a Philisthaeis vinctus, oculis erutis Gazam ductus est et in carcere detentus. Ibid. 21. seq. Cum loci opportunitate magni esset momenti, variis idcirco casibus iactata est. Ita ab Ezechia rege subacta, IV. Reg. 18, 8. a Pharaone — Necho — destructa est Jer. 47, 1. Expugnata et diruta fuit etiam ab Alexandro M.[1] Machabaeorum tempore urbs erat rursus munita et bene defensa, ab Hasmonaeis aliquoties obsidione Syris, qui tenebant et munierant, erepta. I. Mach. 11, 61. 13, 43. 44. Cepit eam etiam et evertit Alexander Jannaeus, rex et pontifex ut refert Josephus agrumque eius vastavit, ex quo tempore videtur deserta fuisse; Act. 8, 26. sed demum restituta est a Gabinio[2]. Herodes M. Augusti munere eam obtinuit, quamquam filio illius non paruit, sed ab imperio Archelai avulsa Syriae attributa fuit[3]. Gazae erat celebratissimi numinis Philisthaeorum Dagonis templum — Veneris, sub forma foeminae media corporis parte expressae, quae inferiora habuit piscis, cauda in dorsum retorta, pedibusque a pisce non abludentibus[4], — cuius deiecta mole Samson amplius ter mille hostes partim super tectum, partim in templo stantes oppressit[5]. Jud. 16, 27. — V. Geth גַּת, in austro Philisthaeae; I. Par. 7, 21. II. Par. 11, 8. omnibus maxime meridionalis, ut Accaron maxime septemtrionalis habebatur, qua re veluti duo hinc et inde termini eiusdem regionis statuuntur. I. Reg. 7, 14. Geth, patria fuit Goliathi, I. Reg. 17, 4. David regni sui in universum Israelem initia eius expugnatione auspicatus est. II. R. 8, 1. Inter milites corporis regis Davidis custodes, legio Gethaeorum

---

[1]) Curtius, de reb. Alex. 4, 6. Arrianus, Alex. 2, 26. Plutarch. V. Alex. 25.
[2]) Antiq. XIII. 13, 3. I, 670. XIV. 5, 3. 691. [3]) Ant. XV. 7, 3. 761. XVII. 11, 4. I, 862.
[4]) Sanchon. p. 26. Ovid. Metam. IV. „quam versa, squammis velantibus artus, stagna Palaestini credunt celebrasse figura." V. Calmet, Dissertatio de origine et numinibus Philisthaeorum. Diss. V. T. I, 483. F. Creuzer, Symbolik u. Mythologie. d. a. V. Leipzig. 1811. II, 70. s. C. B. Stark, Gaza und die philistäische Küste. Jena. 1852. p. 274. seq. [5]) V. J. Bonfrerii e. S. J. in Judicum librum Commentarium in J. P. M. Curs. compl. S. S. Paris. 1839. VIII, 1008. seq. Exiguus etsi fuerit in illa primis ecclesiae saeculis Christianorum numerus, sub Diocletiano iam episcopum habuit Gaza Silvanum, qui martyr obiit. Euseb. H. E. VIII, 13. de Martyr. Pal. 13. ed. Val. 308. 343. Quae sub Constantino Magno erectae ab iis ibi fuerunt ecclesiae, eversae ac igne consumptae sunt sub Juliano, multis martyrio coronatis. V. Le Quien. Or. Ch. III, p. 603.

recensetur, cui praeerat Ethai. II. Reg. 15, 18. 19. 18, 2. Roboam Gethae restituendae, novisque munitionibus vallandae operam impendit; II. Par. 11, 8. sed mox iugum exuit. Tempore, quo prophetarunt Amosus et Michaeas, Geth urbs potentissima, Amos. 6, 2. Mich. 1, 10. atque a iure regni Juda exempta cernitur. Quare illi reducendae, Ozias, rex Judaeae, aetate Amosi, ac deinde Ezechias operam impenderunt nec frustra. coll. II. Par. 26, 6. Etiam Hazael, rex Syriae, eam expugnavit. IV. R. 12, 17. – Praeter has urbes fuerant: Jabnia, II. Par. 26, 6. Gebbethon, III. Reg. 15, 27. 16, 15. Siceleg, I. Reg. 27, 6. Themna, Gen 38, 12. Jos. 19, 43. Jud. 14, 1. et aliae, quae saepe Philisthaeis subjectae et ab iis habitatae leguntur. Generatim Israelitae Philisthaeos in ipsorum ditionibus reliquerunt, maximo suo detrimento; Philisthaei medii inter Israelitas habitantes tantas molestias, tot bella, totque mala et saepius tam vehementia Hebraeis struxerunt, ut non tantum eos debilitaverint, sed plus semel exitio propiores admoverint[1].

De Idumaea, quae laxe dicta australem Judaeae partem efficit, adhuc a nobis agendum est. Idumaea sive regio אֱדֹם, Ἰδουμαία, Marc. 3, 8. est terra, in qua habitarunt posteri Esavi fratris patriarchae Jacobi, qui etiam Edom – rufus coll. Gen. 25, 25. 30. – nominabatur[2]. Cum utriusque fratris, quorum ille praeter duas chananaeas, Gen. 26, 34. etiam Ismaelis filiam sibi uxorem adiunxerat, Gen. 36, 3. familiae et greges frequentiores essent, Esavus se a fratre seiungens e terra Chanaan se receperat ad illum tractum montosum, qui Seir שֵׂעִיר, appellabatur et infra mare mortuum situs Judaeam et Moabitin ab Arabia petraea separavit. Provinciam illam tunc incolebant Chorraei, Gen. 14, 6. hominum genus ferox, bellicosum, et speluncarum antrorumque amicum. v. p. XX. Cum isto populo initis coniugiis Esavus eiusque posteri se coniunxerunt, verum numero invalentes, indigenas finibus prorsus exterminarunt. Gen. 36, 8. seq. Deut. 2, 12. 22. „Unus ergo, ut scribit s. Hieronymus, ad Obad. v. 1. atque idem tribus nominibus appellatur: Esau, Edom, Seir, posseditque eam regionem, quae nunc Gebalena dicitur, et in finibus est Eleutheropoleos, ubi antea habitarunt Horraei“[3]. His ergo regionibus, quae, quoniam non eaedem semper fuerunt Idumaeorum sedes, vix accuratius circumscribi possunt, Edomitae habitabant. Interim quamvis Idumaea regio montosa foret, non omni tamen propterea fertilitate destituta fuit, Num. 20, 17. celebrantur agri et vineae. coll. Abd. v. 5. Oppida Idumaeae, quae in sacris historiis memorantur, sunt

[1]) Cf. p. XXI. item. E Bertheau, Zur Gesch. der Israelit. Gött. 1842. p. 186. s.
[2]) V. Hier. Onom. p. 151. [3]) Ed. Vall. VI, 364. Cf. Fulleri Miscell. s. V, 15. p. 662. s.

fere: Elath אֵילַת, Deut. 2, 8. iuxta quam, in littore maris rubri erat Asiongaber עֶצְיוֹן גֶּבֶר, Num. 33, 35. urbs et portus, ubi classem fecit rex Salomon III. R. 9, 26. ad maris pene intimum recessum[1]. Classis huius visendae causa Salomo adiit Elathum et Asiongaber. II. Par. 8, 17. Salomone fatis functo, diu nemo regum iudaicorum exstitit, qui animum ad suscipiendas navigationes applicuisset. Unus quidem inventus est Josaphatus, qui aedificatis in Asiongaber navibus id facere eniteretur, sed infeliciter, quum exstructa armataque classis suborta tempestate confringeretur. III. R. 22, 49. II. Par. 20, 36. Demum IV. Reg. 14, 22. Asarias, qui Idumaeos debellavit portum Elathi instaurasse legitur. Bosra בָּצְרָה, in montibus Idumaeae australis[2], contra quam prophetarunt Isaias 63, 1. Amos. 1, 12. Jer. 49, 22. Post Christum, urbs archiepiscopalis sub patriarcha Hierosolymitano[3]. Petra סֶלַע, metropolis Arabiae petraeae, cui nomen dedit. Plures huius nominis fuisse urbes recte monuerunt geographi. Sacram Scripturam vero huius etiam Petrae, quae mare mortuum inter et sinum elaniticum in valle sita atque altissimis rupibus cincta erat, et aedes quam plurimas in saxo excavatas habebat, meminisse, non levia vestigia sunt[4]. In civitatibus Idumaeae numeratur quoque saepissime Theman תֵּימָן, Gen. 36, 34. I. Par. 1, 45. Amos. 1, 12. Jerem. 49, 7. 20. quam tanquam regiam ponunt, a qua regio circumiecta etiam Theman dicta fuit.

Idumaeis proximi erant sedibus et cognatione Amalecitae, ab his tamen bene distinguendi[5], orti ab Amalech עֲמָלֵק, Esavi ex Eliphazo primogenito nepote. Genes. 36, 12. I. Par. 1, 36. Gens pessima, ideo excidio a Deo addicta, Exod. 17, 14. quae incolebat montes maxime

---

[1]) Elathi et Asiongaberis situm cognoscere non magnae est operae. Gemino velut cornu mare rubrum tendit, hinc in ortum inde, in occasum. Hoc ab Israelitis ex Aegypto egressis transmissum, excurrit in aquilonem versus mare mediterraneum, et heroopoliticum appellatur; illud continetur saxosis Arabiae montibus et dicitur aelaniticum, eique adiacent Elath et Asiongaber, portus non valde dissiti, quorum ille occasum, hic ortum spectat. Haec autem loca in Idumaea sita, hebraicae ditionis erant, ex quo Davides totam sibi Idumaeam subiecerat. II. R. 8, 14. Cumque tria millia talentorum auri ophirani Davides sibi esse commemoret, I. Par. 29, 4. P. D. Huetius Comment. de navigat. Sal. in Ugolini. Thes. VII, 287. colligit, iam inde maris rubri portum usurpatum esse ad longinquas navigationes. Cf. e. M. Lipenii diss. de navigio Salomonis. ibid. p. 350. s. [2]) Hier. Onom. p. 103. [3]) Le Quien. l. c. p. 775. [4]) Cellario II. p. 581. Isaiae 16, 1. et 42, 11. Postremo quidem loco habitatores Cedar, qui in Arabia Petraea sunt, iunguntur incolis Petrae. Gesenius in Thes. s. h. v. p. 958. Jud. 1, 36. IV. Reg. 14, 7. quoque ad nostram urbem trahit, sed haec iuxta „scorpionis ascensum“ fuit in regione Amalecitarum. [5]) Eosdem esse perperam tradit Nickes: de Estherae libro. Romae. 1856. pag. 74. seq. et centenis aliis vicibus.

extremos, qui Judaeae ad austrum sunt Aegyptum versus, Num. 14, 43. tum etiam valles ib. 25. inter mare mortuum et erythraeum. I. R. 15, 5. s. Civitates quoque Amalecitas habuisse non est dubitandum, idque de una, sine tamen nomine I. Reg. 15, 5. adfirmatur; alia fuit Petra, Jectehel, IV. R. 14, 7. de qua mox antea n. 4. egimus. Amalechitide, quod potius patronymicum nomen est, interrupta fuit olim regio Edomitarum a Judaea, dum Amalecitae omnes exstinguerentur; eorum ruina et interitus coniunxit Idumaeam cum Judaea. Ceterum Gen. c. 14, 7. Abrahami aetate diu ante natum sc. Amalec Moyses per prolepsim regionem hanc ditionem Amalecitarum nuncupat.

§. 29. Peraea.

Peraea *Περαία*, vi vocis quamvis regionem sonat, quae trans flumen aut mare est: ut est terrae s. pars, quae trans Jordanem sita est ad solis orientem, ideoque Josepho dicta: *ἡ περὶ Ἰορδάνην Περαία;* Plinio [1] „Peraea asperis dispersa montibus, et a ceteris Judaeis Jordane amne discreta." Late igitur Peraea, omnis ditio est trans Jordanem, a tribubus Ruben, Gad et dimidia Manasse possessa, quam victis regibus Schone Ammorrhaeo et Ogo Bataneae domino occupaverunt. Olim omnis ille tractus גִּלְעָד cum art. הַגִּלְעָד, Galaad dicebatur, quod nomen proprie regionem montanam designat in australi fluminis Jaboci ripa Gen. 31, 21—48. coll. Jud. 7, 3. cum urbe cognomine, Ose. 6, 8. c. Jud. 12, 7., uti ex Num. 32, 26 Deut. 3, 12. 34, 1. coll. Jos. 12, 2. 5. 13, 11. 25. 31. 22, 9. intelligimus. Pars aquilonaris, montibus Hermonis a septemtrione, Galaad ab austro inclusa, ad orientem Salecham usque patens, ubertate nobilissima: בָּשָׁן nuncupabatur. Deut. 3, 10. Jos. 12, 4. I. Par. 5, 23. Nova nomina regio Israelis trans Jordanem accepit, quum Romani in Palaestinae ditionem venissent, tunc enim sequentes districtus audiebantur: Batanaea [2], antiqua Basan, sed arctioribus limitibus circumscripta. Gaulonitis [3]; regio plana ad Jordanem, vergens ad meridiem a Hermone usque lacum Genesareth. Auranitis [4], חַוְרָן, Ezech. 47, 16. 18. Ituraea, Jethur, Gen. 25, 15. I. Par. 1. 31. ad septemtrionem Batanaeae extremum et ad orientem Gaulonitidis. Trachonitis Luc. 3, 1. monti Hermoni et Libano proxima [5]. Abiline, Luc. 3, 1. districtus aquilonaris, quam Ptolemaeus [6] inter Heliopolim et Damascum constituit. Peraea — arctiori notione sic

[1]) De bello l. II. 20, 4. pag. 207. Ibidem IV. 8, 5. pag. 296. Nat. Hist. V, 15. ed. Francof. p. 223. [2]) Antiq. IV. 7, 4. p. 225. [3]) Antiq. XVIII. 4, 6. p. 882. bell. IV. 1, 1. p. 263. [4]) Antiq. XV. 10, 1. p. 774. [5]) Antiq. XVIII. 4, 6. cit. s. [6]) Ed. venet. 194. 195.

dicta — propria, totius Peraeae australior pars, antiqua portio tribus Ruben et Gad. Denique: Decapolis, Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. 7, 31.[1] ut nomen fert, regio decem urbium praecipuarum, quae — sola Scythopoli, quae cis amnem fuit, agrum tamen habens trans eundem — in hac terrae sacrae parte sita erant. Nulla eius mentio sub primo templo, quo tempore omnes illae civitates israeliticae fuerunt. A babylonica autem captivitate ab ethnicis sunt occupatae, nec reduci ad prisca sacra ab Machabaeis potuerunt. Peraea major fuit Galilaea, sed: „pleraque aspera atque deserta, et agrestior, quam ut alat fructus mansvetiores. Caeterum solum molle in ea admodum est ferax, camposque habet variis arboribus consitos“ [2]. Maxime vero regio Basanis, quercetis, pascuis, pecudumque omnium copia inclita in S. S. celebratur. Num. 32, 33. Deut. 1, 7. Isa. 2, 13. Jer. 50, 19. Ezech. 27, 6. Amos. 2, 9. Mich. 7, 14. Zach. 11, 2.[3].

§. 30. Regio Moabitarum et Ammonitarum.

Trans Jordanem cum aliis suas sedes figebant etiam Moabitae et Ammonitae, communi stirpe oriundi. Gen. 19, 37. 38. Deut. 2, 9. Ac regio quidem Moabitarum, sive Moabitis campestria Moabi Num. 22, 1. 26, 3. 31, 12. 33, 49. Deut. 34, 1. Ruth. 1, 1. 2, 6. 4, 3. ab oriente maris mortui et Jordanis, inter rivulos Zared et Jabocum v. p. XXX. sita erat. Terra Moabitarum quamvis non adeo ampla, attamen fertilissima fuit, fame inter Hebraeos grassante, tutum iis ibi erat refugium [4]. Nobilis ibi crescebat vitis Isa. 16, 8—10. Jerem. 48, 32. 33., multis iisque optimis abundabat pascuis et vita pastoralis apud eos frequens erat et honorifica. IV. Reg. 3, 4. Ammonitae in montibus Galaad ac ultra diversos tractus tenebant, Deut. 3, 16. Jos. 12, 2. Jud. 11, 13. Moabitidi ad aquilonem positos. Magna eius terrae pars iis ademta est praevalente Ammorrhaeorum potentia, Num. 21, 26. qui foecunditate harum terrarum allecti, his locis et in Moabitide consederunt [5]. Hos tractus cum Moabitidis, tum Ammonitidis occuparunt Israelitae. Num. 21, 35. Jos. 13, 24. seq. Hac ratione Ammonitae in orientem compulsi, terram tribui Gad finitimam coluerunt, Moabitae fluvio Amone, mari mortuo et torrente Zared concludebantur. Utrique Israelitis exacerbati, propter terram, quam antiquitus habitabant occupatam, nihil

---

[1]) De bello. III. 9, 7. p. 253. Regio decapolitana quaenam fuerit, erudite disquisivit J. Lightfootus decad. chorogr. Marco praemissa c. VII. pag. 563—571. [2]) Jos. de bello. III. 3, 3. p. 223. [3]) Cf. C. Raumer, das ostjordanische Judäa, in A. Tholuck ann. litterarischer Anzeiger. Halle. 1834. I, 1—12. [4]) Cf. Ruth c. l. [5]) Vide pag. XX

inexpertum reliquerunt, ad hanc recuperandam et revera decem tribubus in exilium abductis occupasse videntur. Accessit odium, quum se ab Hebraeis magnopere contemtos esse vidissent. Semper avide arripuerunt occasionem, qua eos opprimere iisque resistere potuerunt, quod quo melius succederet, cum populis finitimis Israelitarum inimicis v. c. Amalecitis se coniunxerunt. Jud. 10, 9. 11, 12. s. I. Reg. 11, 1. II. R. Cap. 10–12. II. Par. 20, 1. s. IV. Reg. 24, 2. Pars quoque Madianitarum – dicti a Madian Abrahami filio ex Cetura Gen. 25, 1. 2. – sedes conjunctas cum Moabitis prope Arnonem habuit. Madianitae filiabus suis in castra Israelitarum inter Abarim et Jordanem, Balcaami consilio immissis, in foedam idololatriam et libidinem Hebraeos pellexerant; Num. 25. ideoque quinque eorum reges et masculi omnes, mulieresque deleti sunt, virginibus tantum servatis. Num. 31, 1. s. Quamvis excisi fuerint, tamen reliquiae in gentem innumerabilem succrescentes, cum aliis orientalibus populis et Amalecitis dominabantur Israelitis septem annis; usque dum Gedeon magna strage eos affecisset, Israelitasque a servitute liberasset Jud. c. 6, 7, 8. Judithae 2, 16. dicitur Holofernes abduxisse omnes filios Madian et praedavisse omnes locupletiores eorum.

§. 31. Urbes regionis transiordanensis.

Multae occurrunt in regione transiordanensi urbes, quarum notitia, usus non singularis est; aliae vero celebres atque dignae sunt, ut eas paucis enumeremus. Ex his sunt: Aroer עֲרוֹעֵר, contractum עָר, Jes. 15, 1. Moabitarum metropolis urbsque regia, ad Arnonis fluvii septemtrionale latus sita, ubi tractus amoenissimus erat, Deut. 3, 12. Jos. 12, 2. 13, 16. IV. Reg. 10, 33. a qua diversa est alia urbs Aroer, e regione Rabbat-Ammon Jos. 13, 25. iuxta Jabocum a Gaditis condita. Num. 32, 34. II. Reg. 24, 5. — Astaroth עַשְׁתָּרוֹת, Astaroth Carnaim, et simpl. Carnaim, regia erat sedes, regis Basanitici Ogi, cuius non semel fit in S. S. mentio, Deut. 1, 4. Jos. 9, 10. 13, 12. 31.[1] inter leviticas urbes recensetur; I. Par. 6, 71. eam Judas Machabaeus vastasse refertur. I. Mach. 5, 43. 44. II. Mach. 12, 21. 26. — Bethabara בֵּית עֲבָרָה, trans Jordanem, ubi Joannes baptizabat Joann. 1, 18.[2]. — Bethiesimoth בֵּית הַיְשִׁימוֹת,

[1]) An nuncupata fuerit ab idolo Sidoniorum Astarte dea Lunae Jud. 2, 13. 10, 6. omnino incertum est. Cf. Phoenic. Theol. ex Sanchon. p. 34. Luciani, de Syria Dea. op. ed. Lugd. 1549. p. 812. S. Augustini, qu. XVI in l. Jud. ed. Mig. III, 797. Selden de diis Syris. pag. 238. Movers 601. s. [2]) Origenes in evangelium Joannis Tom. VI. ed. Lomm. I, 238 fatetur in omnibus fere exemplaribus legi:

civitas tribus Ruben, Jos. 13, 20. a Moabitis occupata, cui Ezechiel 29, 9. cum aliis urbibus moabiticis excidium praedixit. — **Bethsaida**, Julias dicta a Philippo Tetrarcha, ad littus orientale lacus Genesareth in cuius vicinia, Christus turbam panibus miraculose multiplicatis pavit. Luc. 9, 10. — **Bosra**, Bosor בָּצְרָה, urbs levitica Jos. 21, 27. I. Par. 6, 78. et refugii, graves in hanc urbem minas pronunciavit Jeremias cap. 48, 24. 49, 13. — **Caesarea Philippi**, *Καισάρεια ἡ Φιλίππου*. Matth. 16, 13. Marc. 8, 27. Eadem, quae Paneas a monte Paneo [1], ubi oritur unus e fontibus Jordanis, dicta; in hac urbe Petrus Christum veri Dei filium confessus est. — **Edrei** אֶדְרֶעִי, [2] in limite australi regni Basan, Num. 21, 33. iuxta quam fuit debellatus Ogus, rex Basanis. Deut. 3, 1. seq. — **Gadara**, *Γάδαρα*, quam transamnanae regionis metropolim, potentem, munitam et opulentam facit Josephus [3]. — **Hesebon**, Hesbon, Esbon חֶשְׁבּוֹן, urbs celebris in planitie sita Jos. 13, 17. tribus Ruben, Num. 21, 27. vocatur urbs Sehonis regis Ammorrhaeorum, qui habitabat in Hesebon. Jos. 21, 39. leviticis civitatibus adnumeratur. Mentio eius fit: Cant. 7, 4. ubi oculi sponsae comparantur cum piscinis Hesebon. Multa vaticinantur in civitatem hanc Isaias 15, 4. 16, 8. 9. et Jeremias 48, 2. 45. — **Jabes-Galaad** יָבֵישׁ, illustris civitas, quam ab Ammonitarum obsidione liberavit Saul. I. Reg. 11, 1–11. Huius beneficii memores, Saulo postea mortuo et propudiose suspenso, vicem rependerunt Jabesitae. Fortissimi eorum videlicet tulerunt Saulis et filiorum corpora et in nemore Jabes-Galaadensi sepelierunt. I. Reg. 31, 8–13. coll. II. Reg. 2, 4. seq. 21, 12–14. — **Jaser**, Jazer יַעְזֵר, in orientalibus terminis tribus Gad, Num. 32, 35. Jos. 13, 25. eademque levitica civitas Jos. 21, 37. I. Par. 6, 81.

Bethania, sed persvasum sibi esse scribit, non Bethaniam, sed Bethabaram legendum. S. Chrysostomus quoque homil. XVII. in cap. I. Joann. ed. B. de Montfaucon. rec. Par. 1836. Tom. VIII. p. 111. eam lectionem praefert. Vide etiam Epiph. adv. haer II. 51, 13. p. 435. ed. cit. Significat autem Bethabara domum transitus et videtur is locus fuisse, ubi Israelitae Jordanem sicco pede transierunt. Cf. Bonfrerii notam s. v. Bethania ad Onom. Hier. p. 87. Patritii de evangeliis l. III. Diss. 43. n. 23. seq. p. 444. Comment in Joannem. Romae, 1857. p. 22.

[1]) Euseb. Hist. VII, 17. ed. Valesii. p. 264. Cellar. II, 526. [2]) In Onom. Esdrai p. 167. [3]) De bello. IV. 7, 3. p. 294. Quibusdam eadem urbs est cum Gerasa Γέρασα, Matth. 8, 28. ubi eos, qui a daemonibus vexabantur Salvator noster restituit sanitati. Marc. 5, 1. Luc. 8, 26. Sic tolleretur, quae interpretes vexavit enantiophania Matthaei laudato loco et Marci ac Lucae evangelistarum. V. i. s. Hieronymi Onomast. sub voc. Gadara et Gerasa et not. Bonfrerii p. 185. 201. qui verius utramque distinguit, et Gerasam versus orientem magis promovet, denique docet, ab his duabus civitatibus illustribus regionem interiectam Gerasenorum et Gadarenorum dictam fuisse.

Num. 21. narratur Moysem devicisse Sehonem et victores misisse, qui expugnarent Jazer. Judas quoque Machabaeus invasit et devicit Jazer. I. Mach. 5, 8. — Machaerus, *Μαχαιροῦς*, oppidum et castrum validum[1] ad australem terminum Peraeae, non procul a mari mortuo. In hoc castro iuxta Josephum Fl.[2] necari iussit Herodes, — qui iustas ob id poenas dabat — Joannem Baptistam. Ex quo coniicere licet Herodem diem suum natalem, in vicino Herodio celebrasse. Marc. 6, 14–29. — Mahanaim מַחֲנַיִם, [3] Jacobus e Mesopotamia redux in montem Galaad venit, ad locum iuxta torrentem Jabocum, a parte septemtrionali, quem locum a visis ibi Angelorum castris, iisdemque geminis Mahanaim nuncupavit. Gen. 32, 2. In eo postea urbs excitata fuit, quae idem nomen retinuit, fuitque una ex praestantissimis trans Jordanem urbibus, levitica quidem. Jos. 21, 37. Ibi Davides Absolomum fugiens castra habuit. II. Reg. 17, 24. 27. Ut patriarchae Jacobi iter duce Genesi prosequamur: e Mahanaim transvexit suos patriarcha torrentem Jabocum, et singulari certamine luctatus cum angelo loco nomen — Phanuel פְּנִיאֵל, — h. e. facies Dei — imposuit; Gen. 32, 31. ubi postmodum urbs condita et emunita, Jud. 8, 8. 17. quae nomen Phanuel retinuit. Profectus inde Patriarcha in locum — Soccoth סֻכֹּת, qui ita a tabernaculis, quae ibi fixit contra Jordanem nuncupatus est. Gen. 33, 17. Haesit nomen loco, ut videmus ex Josuae 13, 27. Jud. 8, 5. Ea ipsa civitas est, quae Gedeoni in Madianitas proficiscenti panem negavit, ut et Phanuel; principes autem huius civitatis Soccoth severe postea puniit, iis cum tribulis et spinis deserti contritis et imminutis. Jud. 8, 5. s. Ps. 59, 8. 107, 8. — Maspha sive Masphe מִצְפָּה, [4] Jos. 11, 3. regionem ad Libanum, qua parte ille spectat orientem, habet Masius[5]; Bonfrerio[6] patria Jephte, in qua castrametati sunt Israelitae contra Moabitas, Jephte in iudicem electus ad dominum fudit preces suas et votum temere vovit domino. Jud. 11, 11. seq. 34. seq. — Nebo, Nabo נְבוֹ, urbs celebris in montis

---

[1]) Secunda quondam arx Judaeae ab Hierosolymis. Plin. V, 16. H. N. ed. Amst. p. 278. [2]) Antiq. XVIII. 5, 2. p. 883. [3]) Hier. in Onom. decurtata voce Manaim p. 253. [4]) Inter urbes tribus Gad refertur Jos. XIII, 26. non autem ibi nomen est urbis, sed tractus et regionis, quia cum emphasi dicitur עַד־רָמַת הַמִּצְפֶּה usque ad urbem Ramoth, in tractu Masphe editiore. Cellarius. II, 557. et C. Lengerke, Kenaan. Königsb. 1844. pag. 677. Ramoth Galaad intelligit, de qua infra. Masio ad h. l. p. 162. urbs Ramath, trans Jabocum versus septemtrionem, oppidum leviticum et locus asyli. Presselio est sedes iudicis Jephte. [5]) In Josuam Comm. ed. M. Par. 1839. p. 84. Keilio, Comm. ü. d. B. Josua. Erlang. 1847. p. 206. Pressel in Herzogs. R. E. IX, 660. regio circa lacum Huleh, Meerom. [6]) Not. II. ad vocem Maspha in Onomast. p. 259.

Nebo[1], fastigio quodam, ut apparet ex Num. 32, 38. praesertim Isaiae 46, 1. Jerem. 48, 1. 22. — Nobe נֹבַח, ad cuius partem orientalem Gedeon ascendens, Madianitas fugientes persecutus est. Jud. 8, 11. — Pella, urbem Decapolis et aquis divitem esse scribit Plinius[2], eius meminit frequenter Josephus[3]. Quae primordia fuerint ecclesiae Pellensis retulimus p. LXXVI. S. Hieronymus in libro de locis hebraicis, non semel ab illa, aliarum urbium sumit distantias. — Rabba, Rabbath רַבָּה, – grandis sive populosa – metropolis Ammonitarum et sedes regia eadem est, quae a Joabo et Davide expugnata fuit, II. Reg. 11, 1. 14–18. ib. 12, 26–31. I. Par. 20, 1. s. E quibus locis constat divisam fuisse in inferiorem, quae aquarum dicitur et superiorem; inferiorem destruxit Joabus. De Rabba vaticinium occurrit apud Jer. 49, 2. seq. — Ramoth רָאמוֹת, quae passim ad aliarum eiusdem nominis civitatum distinctionem[4], Ramoth Galaad appellatur, in extremo limite orientali, urbs levitica et refugii. Deut. 4, 43. Jos. 20, 8. 21, 37. I. Par. 6, 80. Achab, rex Israel, et Josaphat, rex Juda, pseudoprophetarum vaticinio decepti, procedunt in Ramoth Galaad, sed vincuntur, occiditurque Achab. III. R. 22, 1. s. 37. II. Par. 18, 1. s. Joram Achabi filius in proelio contra Hazael regem Syriae iuxta R. G. vulneratus est. IV. Reg. 8, 28. II. Par. 22, 5. — Cariathaim קִרְיָתַיִם, urbs gemina appellata, forte quod duabus constaret partibus, aliquando sedes Emim[5], quos expulerunt eorumque regionem obtinuerunt Moabitae, postea tribus Ruben eam habitavit. Num. 32, 37. Jos. 13, 19. Jer. 48, 1, 23. Ezech. 25, 9. — Salecha, Selcha סַלְכָה, extremus terminus regis Og in limite australi; Jos. 13, 11. quae Gaditis cessit. I. Par. 5, 11. — Settim שִׁטִּים. tractus ita dictus ab arboribus acaciarum, in campestribus Moabi, ubi Israelitae constiterant, antequam trajicerent Jordanem, foedaque idololatria contaminati sunt. Num. 25, 1. e Setim etiam Jos. 2, 1. exploratores misit Josue duos viros ad investigandam terram Chanaan. Apud Michaeam 6, 5. Dominus ingratitudinem populi reprobans petit, ut reminiscatur, quid factum sit de Setim usque ad Galgalam i. e. transitus Jordanis. — Villae Jair. Jair vir strenuus, abnepos Manassis, I. Par. 2, 21. 22. coll. Num. 26, 29. Jos. 17, 3. – secundum matrem, filiam celeberrimi Machir, nuptam Hesroni e tribu Juda – occuparat tractum regni Basanitici, qui Argob אַרְגֹּב dicebatur. I. Reg. 4, 13. t. o.

---

[1]) Seu una parte montis Abarim, ubi Moyses mortuus est. Deut. 34, 15. v. p. XXV. [2]) H. N. V, 16. [3]) Antiq. XIII. 15, 4. p. 675. XIV. 4, 4. p. 690. Bell. I. 4, 8. ib. 7, 7. II. 18, 1. p. 62. 69. 197. [4]) V. c. a Ramoth in australi tribus iudaicae parte sita, Simeonitis Jos. 19, 8. postea aeque Levitis tributa. [5]) V. pag. XX.

et urbes numero sexaginta munitas in ea, quas de suo nomine vocavit: חַוֹּת יָאִיר, Havot Jair. Num. 32, 41. Deut. 3, 14. Quaenam autem illae fuerint, minime notum est. Illud vero constat, alium fuisse hunc Jair, aliaque oppida Jair, a Jair et oppidis de quibus post tercentos annos fit mentio in libro Judicum: 10, 4. Nam plura suppetunt, quibus aptissime persvademur, iudicem Israelis Jair, alium plane esse a Jair, de quo Moyses ll. loquitur. Ille natus erat quidem e tribu Manasse, perinde atque hic, et procul dubio e posteris prioris fuit, sed Jair Moysis potiebatur LX., urbibus et quidem captis; cum tantummodo XXX iudici israelitico Jair, quae repugnando pares non essent subditae fuerant [1].



Copiosiora, qui volet, ex his — praeter illa, quae iam p. IV, V, XLIV, XLV, LXXXVI. et hic illic disperse laudavimus — fere operibus itinerariis ierosolymitanis ac praesentis Palaestinae descriptionibus accipiet; quorum praecipua dum in sequentibus enumeramus, lectores monemus, haud paucos auctores eorundem sacris acatholicis addictos, eleganter quidem et multa eruditione scripsisse, sed nimis audacibus opinionibus indulgere et liberiore ratione sacram scripturam interpretari, hinc inde quaedam fidei catholicae evidenter opposita continere, suapte rejicienda; quod in universum de scriptis heterodoxorum valet. Sunt igitur: J. Rhenfredi, pericula critica IV. in loca Euseb. et Hieron. de situ et nom. in eiusdem op. phil. p. 776. s. 809. s. B. Altmanni, ep. Patav. peregrinatio Hieros. in Actis. S. Boll. Aug. II. ed. Ven. 1751. p. 366. s. Locorum Terrae sanctae exactissima descriptio A. F. Brocardo monacho, in Ugolini Thes. Antiq. sacr. VI, 1025—1068. Antonini Placentini itinerarium. ib. T. VII, 1207—1220. F. Felicis Fabri, Evagatorium in terrae sanctae, Arabiae et Aegypti peregrinationem scr. a. 1484. ed. L. D. Hassler, Stuttg. 1843. II. vol. Auctor ipsi

[1]) Unde opinionem — J. Clerici, V. T. Libri historici. ed. Tub. 1733. p. 115. E. Bertheau, Richter und Rut. erkl. Leipz. 1845. p. 149. s. Winer B. Realw. I, 533. — quae textum masorethicum Pentateuchi saepe fatis locis refictum habet, eo animo, ut recentior quidam ostenderet, quinam e Manassitis, etiam postea ad ortum Jordanis fines populi hebraici produxissent, iure meritoque explodimus. Vide interim Cornelii a Lapide, Commentaria in Pentateuchum. ed. Antv. I, 933. A. Calmet Comm. V. T. II, 490. 570. III, 398. E. F. C. Rosenmüller, bibl. Geographie. II, a. 279. seq. Eiusdem, Scholia in Pentateuchum comp. Lips. 1828. p. 692. Item, C. Raumer, d. ostjord. Jud. p. 9. s. Welte, Nachmosaisches in Pentateuch. Freiburg. 1844. pag. 172. M. Baumgarten theol. Commentar, z. P. Kiel. 1844. II, 432. C. F. Keil, Comm. ü. d. B. d. Kön. p. 50. 51. Kurtz, Geschichte des alten Bundes. II. B. pag. 508. F. W. Schultz, das Deuteronomium. Berlin, 1859. pag. 206. 207.

Robinsonio, Paläst. I. XXV. Rittero Erdk. XV, a. 47. multis iisque meritis laudib celebratus. J. Ziegleri, Terrae s. descriptio. Argentorati. 1536. Christ. Adrichomi Theatrum Terrae sanctae. Colon. Agripp. 1613. J. Cotovici, Itinerarium Hiero Antverp. 1619. F. Quaresmii, historica, theologica et moralis terrae sacrat elucidatio. Antwerp. 1639. II. V. N. Sanson. Index geographicus in Bl. Ugoli Thesauro antiquitatum sacrarum. V, 481—740. F. Conradi Hietling, Ord. Mi S. F. Peregrinus affectuose per terram sanctam et Jerusalem. Graecii. 1713. J. Ligh footi, Chorographica praemissa horis hebr. ed talm. in IV. Evang. ed. Carpzovi. Lip 1684. B. Lamy, Orat. presb. Apparatus chronologicus et geographicus ad Harmo evang. Paris. 1699. F. Spanhemii, Geographia sacra et eccles. in Oper. Tom. ed. Lugduni Bat. 1701. p. 1—204. C. Vitringae, Geographia s. ed. D. G. Werner Jenae. 1723. C. Cellarii, Notitia orbis antiqui ed. C. Schwartz. Lips. 1731. T. I A. Calmet, O. S. B. Dictionarium historicum, criticum, chronologicum, geographicu et litterale S. S. e gall. in latinum translatum a J. D. Mansi. Venet. 1734. II. Supplementum ad Diction. Lucae. 1731. T. II. Abbreviatum in Migne, compl. cur S. S. sub titulo: Dictionnaire archéologique et philologique de la Bible. Tom. II p. 791—1262. Ubi reperitur etiam A. F. Barbié: Dictionnaire géographique de l Bible. p. 1262—1492. M. le Quien, Oriens Christianus. Parisiis. 1740. praeserti T. III. exhibens Patriarchatum Hierosolymitanum. Hadriani Relandi: Palaestin ex monumentis veteribus illustrata, tabulis geographicis exornata. Traj. Bat. 171 Add. fecit, J. C. Harenberg, in Miscell. nov. Lips. vol. 4. 5. 6. L. Carsten de monumentorum iud. ex script. exot. collect. Hann. 1747. S. Bocharti, Geographi sacra. ed. Lugd. Bat. 1707. F. Schoderi, Hierozoici ex S. Bocharto, itinera variis comm. spec. 1—3. Tub. 1784—86. E. Kaempfer, Amoenitatum exot. po phys. med. fr. V. Lemgo. 1712. J. Jahn, biblische Archaeologie. Wien. 1797. 1—182. C. F. Klöden, Landeskunde von Palästina. Berlin. 1817. E. F. C. R senmüller, Handbuch der biblischen Alterthumskunde. II. Tom. p. I. et II. Leipzi 1826. s. F. Ackermann, Archeologia biblica. Viennae. 1826. p. 1—40. C. Raume Palaestina. Leipzig. ed. II. 1838. ed. III. 1850. Beiträge zur bibl. Geographi Leipzig. 1843., et qui hunc presso pede sequitur C. Hüther, Das heilige Lan Mainz. 1843. E. Bertheau, Zur Geschichte der Israeliten. Gött. 1842. C. Le gerke, Kenaan. Königsberg. 1844. J. Fr. Allioli, bibl. Erd- und Länderkund Landsh. 1844. Fr. Arnold, Paläst. hist. geogr. dargestellt. Halle. 1845. J. B. Frie reich, Zur Bibel, natur. hist. anthrop. u. med. Fragm. Nürnb. 1848. C. Ritte Erdkunde von Asien, die Sinai-Halbinsel, Palästina und Syrien. II. ed. Berli 1848—1852. Eiusd., Der Jordan und die Beschiffung des todten Meeres. ib. 185 Missions-Notizen aus dem heiligen Land. I—VII. Wien. 1846—1854. M. 1 de Bruyn, Palaestina ex veteris aevi monumentis ac recent. observ. illustrat Trajecti ad Rhen. 1852. L. Völter, Das h. Land u. d. Land der israel. Wanderun Stuttg. 1855. B. Montefranco, Prospetto generale dello stato attuale della Custod di terra santa. Napoli. 1856. L. Th. Westhaus, Palästina oder das hl. Land, z Zeit Jesu. Soest. 1856. O. Georgi, Die h. Stätten der Christenheit. Triest. 185 Bulletin de l'oeuvre de Pélerinage en terre sainte. Par. 1856—60. Nr. XVI. L. Gratz, Schauplatz der heil. Schrift. München. 1858. Cum decem et quinque tabu geographicis. R. J. Schwarz, Das heil. Land. Cöln. 1859. J. Sa-Massa, Pala stina, strictim descripta. Strigonii. 1860. J. A. Messmer, Das heilige Land und d heiligen Stätten. München. 1860. Item itineraria, de quorum usu philol. et archae

J. Simonis diss. in Onomast. N. T. Halis. 1762. Scholz, Reise in Palästina ıd Syrien. Leipzig. 1822. A. Prokesch, Reise ins heilige Land. Wien. 1831. Salzbacher, Erinnerungen aus meiner Pilgerreise nach Rom und Jerusalem. 'ien. 1840. E. Robinson, Palästina und die südlich angrenzenden Länder. Halle. 341. 2. Eiusd. Neuere biblische Forschungen in Palästina. Berlin. 1857. J. Rus-ɪgger, Reisen in Europa, Asien und Africa. Stuttgart. 1841—49. I. II. et IV. '. F. Lynch, Bericht über die Expedition nach dem Jordan und todten Meer. v. N. W. Meissner. Leipzig. 1850. F. A. Strauss, Sinai und Golgotha. eise in das Morgenland. ed. 3. Berlin. 1850. ed. VII. 1858. J. Mislin, les ɪintes lieux. Paris. 1851. 2. ed. II. 1858. III. T. Eiusdem de quelques Sanctuaires de ɪ Palestine. ib. 1855. Vern. germ. München. 1856. Item, Die heiligen Orte. Wien. 960. 3. vol. J. Schiferle, Reise in das hl. Land. Augsburg. 1852. et 1858. . Kerschbaumer, Pilgerbriefe aus Jerusalem. Wien. 1853. Fr. Dieterici, 'eisebilder aus dem Orient. Berlin. 1853. U. Loritz, Blätter aus dem Tagebuche ɪeiner Pilgerreise. Wien. 1856. A. Stolz, Besuch bei Sem, Cham und Japhet. 'reiburg. 1857. F. Hoványi, Néhány hét a szent földön. Bécs. 1858. T. Tobler,)ritte Wanderung nach Palästina. Gotha. 1859. Denique huc iure referendae sunt:)issertationes geographicae et historicae in G. B. Wineri, Biblisches Realwörter-uch. ed. 3. Lips. 1847. 8. J. Aschbachi, Allg. Kirchenlexicon. 4. vol. Frankf. Mainz. 1846—1850. Wetzeri et Weltei, Kirchen-Lexicon. Freiburg. 1847—'856. XII. Tomi. Herzog, Real-Encyclopädie für protest. Theolog. Gotha. I—XIII. 1854—1860. Terra sacra etiam compluribus tabulis geographicis repraesentata venitur, e quibus melioris notae sunt illae: Assheton, t. h. C. v. Palästina emend. E. F. C. Rosenmüller. H. Berghausii, Syriae tabula. Gothae. 1835. Eiusdem, Atlas zu Robinsons Palästina. Halle. 1841. J. S. Jacobs, Theatrum bellorum a cruce signatis gestorum. Paris. 1842. C. Ackermann, Bibelatlas. Weimar. 1832. ed. II. 1855. H. Kiepert, ed. 1842. 3. 7. 54. recentiss. Berolini. 1860. Item eiusdem, Bibelatlas. Berl. 1847. ed. II. 1859. J. Sepp, Palästina zur Zeit Christi. Ratisb. 1844. Allioli, Landshut. 1844. Raumeri, Gothae. 1844. ed. II. 1853. J. v. d. Cotte, carte top. de Palestine. Brux. 1847. Galiläa in Ritteri op. laud. C. Zimmermann, Syriae et Palaestinae ad idem opus, descripta in 29 iconibus. Berolini. 1850. A. Forbiger, orbis terrarum antiq. Norimb. 1853. L. Erbe, Reliefkarte der Stadt u. Umgeg. Jerus. Stuttg. 1854. J. H. Kurtz et Jung, Atlas zur Gesch. des A. B. Berlin. 1859. Etiam locorum monumenta, ruinae, montanorum catagrapha imaginibus donata sunt v. c. U. Halbreiter, Ansichten aus Palästina und Syrien. München. 1848. Eiusdem praeclarum Panorama Jerusalems ib. 1849. J. M. Bernatz, Album des h. Landes. Stuttg. 1855. E. Wörndle, Bilder aus dem h. Lande. Wien. 1856. His igitur pro instituta brevitate expositis, explicit commentatio praevia — cuius summam pagina sequens demonstrabit — ad Historiam Revelationis divinae Veteris et Novi Testamenti. Jam nostram ingrediamur provinciam, Deus adsit ausibus nostris!

PROLEGOMENA
AD
HISTORIAM REVELATIONIS DIVINAE VETERIS ET NOVI TESTAME

ARTICULUS ISAGOGICUS, DE LOCIS SACRIS QUAESTIONES SIV NOTITIA TERRAE SACRAE GEOGRAPHICA.

DESCRIPTIO TOPOGRAPHICA TERRAE SACRAE.

HISTORIAE

REVELATIONIS DIVINAE

VETERIS TESTAMENTI

PERIODUS PRIMA.

AB ORIGINE MUNDI ET REVELATIONIS USQUE AD TEMPORA REGUM,
SIVE AB ANNO 4274—1084. A. N. C.

CAPUT PRIMUM

A CONDITO ORBE USQUE AD ORTUM ABRAHAMI HISTORIAS REVELATIONIS DIVINAE ENARRAT.

§. 1. Prima mundi aetas.

Originem revelationis antecessit origo totius universi. Deus optimus maximus Gen. 1, 1. 2. Ps. 32, 6. Prov. 8, 22. 30. Act. 17, 24. nullius rei indigus ad gloriam suam manifestandam, in principio per Verbum, Joann. 1, 3. I. Cor. 8, 6. Ephes. 3, 9. Coloss. 1, 16. Hebr. 1, 2. 10. i. e. filium, qui ea de causa manus Dei dicitur a s. Irenaeo [1], creavit coelum et terram ex nihilo. Coelum inquam, non vacuum, sed coll. Gen. 2, 1. spiritualibus incolis plenum nempe Angelis [2]. Terram i. e. rudem ac indigestam, vitae, lucis, caloris ac ordinis expertem Gen. 1, 1. 2. Sap. 11, 18. molem, deinceps hoc nomine „terram" vocatam. Creavit etiam aquam illi undique circumfusam, quam arcana sua virtute fovebat Spiritus Dei [3], ut stabilis permaneret ad tempus. Hoc principium cadit in annum ante partum Deiparae Virginis circiter quater millesimum, ducentesimum, septuagesimum, et quartum. Cum conditae essent mentes illae nobilissimae, et maximis naturae gratiaeque donis insignitae, voluit earum conditor Deus, ut per eximia

[1]) Adv. haer. III, 21. ed. Adolphi Stieren. Lips. 1853. pag. 540. V. e. s. Athanasii Orat. contra gentes. 2. Op. ed. Ben. Paris. 1698, I. a. 2. s. A. S. Mazochii, Spicilegii bibl. I. Neapoli. 1762. p. 11. s. Patritii, de interpr. S. II, 27. s. [2]) Innocentius III. in Conc. Later. IV. Mansi. XXII, 981. Ven. 1778. Ita quoque s. Augustinus, l. I. de Gen. ad l. 1. III, 247. s. Thomas, Summae I. q. 61. art. 3. II, 260. [3]) V. s. Augustinum l. c. C. Aurivillii, Diss. ad Gen. I, 2. ed. J. D. Michaelis. Gött. 1790. pag. 277. s.

media ad aeternam gloriam ex iustitia promerendam assurgerent eisque ex meritis, gratiae illius innixis, beatitudo redderetur. Ex igitur quasi pacto Deum inter et angelos, quos intelligentia praeditos fecerat et arbitrii libertate donaverat, inito; permissi sunt omnes huic arbitrii sui libertati, qua bene usi aeternam beatitudinem consecuti, mali contra, quos superbia depravavit, damnati sunt. Isai. 14, 12. II. Petri. 2, 4. Jud. v. 6. [1].

Digressio chronologica, de annorum calculo ab orbe condito ad aeram christianam. Annorum ab orbe condito ad aeram christianam summa tam varia et multiplex est apud chronologos, ut vix unus cum altero consentiat. Ita quidem, ut praecipuos memoremus, Nicephorus, in chronographi ed. C. A. Credner I. Gissae. 1832. p. 16. ab Adam ad Salvatoris adventum colligit 5500 annos. J. Scaliger, O. de emendatione temporum. ed. Gen. 1629 p. 551. coll. 336. s. et l. Isagogic. Chronol. Can. Amst. 1658. p. 281, figit annum 3948. a. C. J. Salianus, Annal. Ecclesiast. V. T. Par. 1619. I, 43. Enchirid. chron. Colon. 1638. p. 326. ante C. D. 4052. Vossius, Diss. de vera mundi aetate Hagaecom. 1650. in qua pertinaciter defendit LXX interpretum calculum de spatio quod diluvium praecessit. p. 11. seq. ostendere voluit natale mundi tempus minimum 1440 vulgarem aeram anticipare, i. e. 5389 conditum esse. Jac. Usserius in Annalibus Vet. Testam. Londini. 1650. 1. anno ante aer. chr. 4004. D. Petavius, Ration. Temp. ed. Lugd. Batav. 1724. II, 51. ex vulgari calculo 3983. colloca Bengel, ordo temporum. Stuttg. 1741. p. 23. ae. Dion. a. 3943. L. Ideler Lehrbuch der Chronologie. Berlin. 1831. p. 41. 4713. J. Gehringer, Ueber die biblische Aere. Tübingen. 1842. p. 67. 4001. a. C. G. Seyffart, Chronologia sacra. Leipzig. 1846. I. Weltjahr. 5870. a. aer. Dion. v. pag. 25 coll. pag. 8. Cum vero certus aliquis ac fixus annus statuendus sit, in quo Chronologia nostra consistat, nos certis, quas hinc inde proponemus, rationibus adducti, ad nativitatem Christi numeramus annos ab orbis initio 4274., sic ut postremus horum respondeat ei, quem natali Christi vulgo praefiniunt. Huius portentosae varietatis, — v. Ideler. l. s. c. p. 443. — qua Chronologos adeo in diversas sententias abire reperimus, aliae in aliis causae sunt; et praecipua quidem quod Moyses genealogiam litteris s. mandaverit, non chronologiam, licet hanc genealogiae intexat, nativitatis et mortis annos notans, ea vero minus liquidam et explicatam temporum subductionem continet. In ipsa porro genealogia Moysis antidiluviana triplex est et magna lectionis diversitas. Alios enim numeros habent codices s. V. T. hebraicis litteris scripti cum latinis; alios charactere samaritano exarati, quaeque hos sequitur samaritana versio; tertios versio graeca LXX interpretum, quae postrema mille fere ac quingentis annis ab Adami ad Abrahami natalem amplius numerant, quam Hebraei latinique. Cf. Eusebii, Chronicon bipartitum. arm. op. J. B Aucheri. Venet. 1818. I. 55. Ad haec tertio, cum i

[1]) Haec est sententia s. Epiphanii haer. LXIV, 4. 21. LXV, 4. 5. p. 52 544. 610. seq. s. Hieronymi ad. Ezech. 16, 48. 28, 11. s. V, 181. 335. seq. et aliorum. Cf. L. Schmid, Erklär. d. I. B. d. Pentateuchs. Münster. 1834. p. 13. s.

Scriptura sacra annorum aliqua summa concipitur, ut cum vixisse vel regnasse quispiam tot annos dicitur, non semper usquequaque exploratum est, an rotundum consectata numerum, aliquot omiserit, qui ad summam explendam desint aut supra eam excurrant. Quarto, quod quidam annos Hebraeorum supputaverint lunares. Quinto denique, regni Judae Israelisque successiones, quae duobus libris Regum, totidemque Paralipomenon traditae sunt, non eodem modo ab omnibus numerantur. Probabili interim computatione annorum ab initio mundi numerus conficitur, quatenus, qui in genealogiis Pentateuchi reliquorumque librorum putantur anni, integri omnes habentur et praecisi, quod mori S. Scripturae, quae passim saepe minores numeros praecise exprimit, saepe menses annis addit, apprime congruit, — V. J. Tirini, Chron. s. in Comm. ed. Ven. 1747. Cap. X. p. V. — quos solos Chronologia persequitur. Sane ferri non potest, Gesenii — in Encyclopaedia Erschii sub voce: Biblische Geschichte; etiam s. t. Bibel. Lips. 1823. pag. 233. Wineri — Bibl. Realwört. I. p. 530. s. — Ewaldii — Gesch. I. ed. alt. 274. s. — aliorumve audacia, qua totam Scripturae chronologiam incertam faciunt. Priscos enimvero homines et Patriarchas ante diluvium habuisse compertam rationem temporum, mensium et annorum non indiget prolixa probatione. Cum Deus creasset sidera, imprimis duo illa luminaria magna, eorum usum ad distinguenda tempora ordinavit his verbis: sint in signa et tempora et dies et annos. Gen. 1, 14. Dies igitur, menses et annos, ut exhiberent orbi, sol et luna in mandatis acceperunt. Et hae temporum divisiones suffecerunt; quamquam attent observatores et horas adhuc, quum opus fuerit, ex loco solis arguere secure satis potuerint. Sed nunc quales tum menses tum anni fuerint, quibus tempora sua circumscripserunt Patriarchae inquirendum est. Profecto s. Augustinus — l. XV. de Civ. D. cap. 9, 12. 13. II, 66. 70. 73. suis quoque temporibus incredulos adfuisse testatur, qui contenderent, decem Patriarcharum annos, nostrum unum aequasse. Chronologus Jos. Scaliger, vir subactissimi in hoc studio ingenii — Opere de emendatione temporum. l. III. De anno priscorum Hebraeorum. ed. cit. p. 220. seq. — ostendit sine scrupulis, iis in usu fuisse חֹדֶשׁ יָמִים menses solares aequabiles, dierum trecentorum et sexaginta quinque, annum dierum שְׁנַת יָמִים, hoc est aequabilem ὁμαλόν. Ac eum sequuntur praestantissimi quique scientiam temporum professi: Ideler, Lehrb. der Chron. p. 198. s. Seyffarth, Chronol. p. 44. s. G. F. Jatho, Die Grundzüge der alttestamentalischen Chronologie. Hildesheim. 1856. pag. 3. Petit assertio ista probas suas e Geneseos c. 7, 24. 8, 3. seq. coll. 1, 14. 16. item III. Reg. 4, 7. I. Par. 27, 1—15. nec non Exod. 23, 16. 34, 23. Lev. 2, 14. 23, 10. seq. 39. Deut. 16, 13. Qui statuunt homines, ante et post diluvium usos esse mensibus lunaribus, sive per φάσιν lunarem numeratis, quos soliti fuerant per menses cavos certis temporibus adaequare solaribus, — quod ut apparet relate ad veritatem chronologiae sacrae eodem recidit — nullo, quod eis patrocinaretur gaudent S. Scripturae testimonio; nam ut verissime scribit vir summus Dion. Petavius — Rationarii Temporum, Partis II. lib. I. cap. 6. p. 15. — Moyses lunae, lunarisve mensis, cum de solemnibus festis agit, nusquam meminit, sed primum tantummodo vel septimum mensem nominat. Ipsi proinde huius sententiae patroni concedunt specimina annalis intercalationis apud Talmudicos, quos unice his viris sequi licet, incertissima esse. — Vide Joannis Seldeni, de anno civili et calendario veteris ecclesiae seu reipublicae iudaicae dissertationem. Lugduni Batavorum. 1683. 12. 23—25. — Quod demum ad dissensionem maximam inter graecos

atque hebraeos fontes attinet, in varietate iuxta certas leges disposita textus LXX et samaritani, — quam evicit J. D. Michaelis, Comm. de Chronologia Moysis ante diluvium, in Comm. s. r. Scien. Gott. Bremae. 1769. p. 119. seq. — praeferendus est Hebraicus, et qui cum illo facit Vulgatus, ob versionum cum hebraico textu consensum, quem LXX e ratione, quas lubenter cum s. Augustino c. l. nescire profitemur, corrigere ausi sunt. Cf. e. J. Gehringer, Die biblische Aere. p. 8—28. Chronographiam LXX interpretum perperam defendere adnisi sunt editores cursus completi S. Scripturae J. P. Migne. Tom. III. p. 1493. seq. Textum hebraicum et Vulgatam defendit contra Perronium M. le Quien linguarum et antiquitatis peritissimus opusculo: Defense du texte hébreu et de la Vulgate, quod eodem Tomo pag. 1525 et seq. legitur. Quibus utiliter animadversis, quaestio adhuc solvenda restat, quo anni tempore mundus creatus sit? Autumnali ne aequinoctio, an verno? nam de his solis interrogant, hiemis vel aestatis nemo meminit. Plerique vernum tempus praeferunt, nos cum Petavio — c. l. p. 53. — cui adstipulatur Patritius — De mense dioscoro et anno sabbatico, in libro: de Consensu utriusque libri Machabaeorum. Romae. 1856. pag. 169. — autumno magis orbem conditum arbitramur. Huius sententiae argumentum ducitur inde, quod ante exitum de Aegypto caput anni fuerit in autumno Exod. 12, 2. 23, 16. 34, 22. cur enim alioquin post egressum ex Aegypto iussi essent a Deo ad ver recurrere! Accedit tum, cum conditus erat mundus, arbores plenas fuisse fructibus, qui cibo primorum hominum inservirent. Igitur mundus a Deo conditus esse videtur autumno anni, ut saepius iam diximus a. C. 4274. Quae huic sententiae objici solent speciatim e dynastiis Aegyptiorum — inanibus illis, quas Eusebii Chronicon memorat. ed. J. Scaligeri. Amstel. 1658. pag. 36. coll. not. Scal. pag. 408. — Chaldaeorum et Sinensium observationibus, quo numerus noster superatur, commentitio nituntur calculo, et merito a viris doctis iam pridem explosa sunt. — Vide J. Delitzsch, Die Geschlechtertafel von Adam bis Noah, in eius Commentario in Genesin. ed. II. Lips. 1853. pag. 215. — Si cum longe plurimis chronologis aeram Dionysianam solidis quatuor annis praevertimus, Christus natus fuisset anno orbis conditi 4270, cui si adiiciuntur triginta, usque ad initia muneris publici Christi lapsi, annus 4300. o. c., quo ex hac sententia Christus munus suum auspicatus est, erat Jubilaeus, qui et revera Luc. 4, 19.: annus Domini acceptus vocatur.

§. 2. Ἑξήμερον.

Mundum etsi summus ille artifex constantem partibus suis et absolutum momento creare potuisset, paulatim tamen, succesione sex dierum admirabili plane sapientia condere maluit. Ps. 103, 24. Jer. 10, 12. Eccli. 1, 10. Primus mundi dies [1] vespere inchoatus

[1]) Quaestionem difficilem, quales dies hic et 8. 13. 19. 23. 31. fuerint? erudite dissolvunt: J. Bonfrerius, Pentateuchus Moysis, Commentario illust. Antverp. 1625. p. 99. F. L. Ystella, Comment. in sacram Genesim. Romae. 1601. p. 7. Salianus, Annal. I, 46. s. F. Schrank, Hexämeron, eine phys.-theolog.-

est, nox diem ducere videtur, fuitque is – quum sexta die totum creationis opus completum sit, Deusque septima die ab eo opere quieverit – dies dominicus. Priore sua parte tenebrosum habuit sub coelo silentium, posteriore condita est lux, quam aqua sive tenuis et immensus ille vaporum tractus excepit, nondum creato sole. Et ut diei noctisque spatia definiret Deus, eandem lucem nebulosi illius corporis agitatione circumtulit. Hanc lucem non a sole profectam, sed naturam quandam fuisse aethereAm, eamque longe tenerrimam, suisque privis viribus praeditam, quae luminum vis principalis vocatur, nemo est hodierni temporis interpretum, qui ignoret. Deprehensa luce fini suo convenientissima, Deus velut praeclarus artifex egregio suo opere laetabatur et lucis occasu et ortu praestituendo, suis utrumque finibus circumscripsit; tempusque luce ac tenebris divisum fuit. Tum dierum noctiumque vicissitudo initium cepit a rotatione globi terrae circa axim, quam inde a primo creationis momento exorsam esse opinamur, ut licet sol nondum adesset, dierum spatia computari possent. Gen. 1, 3. 4, 5. Secundo die firmamentum רָקִיעַ, *Στερέωμα*, creatum est a Deo; sive aër, qui globo superferebatur, et spatium illud, quod terram nostram undequaque cingit, et in quo in s. litteris non modo luna et sol, sed etiam remotissimae stellae collocantur, implere videbatur. Firmamento vis illa est indita, ut superiores aquas – nubes, e quibus pluviae gignuntur, ut ex Ps. 103, 3. 148, 4. Jobi 26, 8. Dan. 3, 60. iure concludi potest – quae sunt supra illud coelum, in quo volant aves, ab infimis – ut sunt stagna, lacus, fluvii, fontes, maria, quae sequenti die ortum babuerunt – separaret. v. 6, 7. 8. [1]. Tertio die v. 9. aquis, quas lapsu continuo Oceano iussit adfluere, terram nudavit et exaggeratis in altum montibus, item excavatis alveis, maribus, fluminibusque v. 10. suos limites

---

Erklärung der sechs Schöpfungstage. Augsburg. 1838. p. 34. 35. Item Comment. lit. in Genesim. Solisbaci. 1835. p. 30. 37. 47. Imprimis M. Baumgarten, Theol. Comm. zum Pentateuch. Kiel. 1843. I, 13. s. Singularem prorsus sententiam proposuit S. L. Hugius, Comment. de opere sex dierum Friburgi. 1821. v. p. p. 21.

[1]) Tot formarum ortus, quales descripsimus, longissimum quidem tempus videntur deposcere; verum quum Deo placuit, ut sint, erant necessario, nulla temporis particula interposita. Cf. J. F. Meyer, Ueber e. d. v. Bedeutungen des W. Wassers in d. h. S. in Blätter f. höhere Wahrheit. Frankf. 1820. p. 73. s.

posuit. Ps. 103, 6–8. Job. 38, 8–11. Exinde retectae terrae, immediato actu creationis, v. 11. foecunditas data est ad educendas teneras herbas; stirpes virides, arbusta et arbores easque adultas v. 12. Eodem die productus esse censetur Paradisus terrestris. **Quarto** die sidera: solem ac lunam stellasque collocavit in coelo, ut periodis suis tempus describerent, anni tempestates et diurna tempora efficiant et orbem collustrarent v. 14–19.[1]. Quibus rebus absolutis, terra, et aëre circumfusa, et plantis exornata, et astris illustrata, eousque erat exculta, ut animantium esse posset domicilium. Quare Deus **quinto** die animalibus aquatilibus, a maximis usque ad minutissima, et volucribus vitam dedit, elargita potentia gignendi sibi simile. v. 20–23. **Sexto** die, ut pisces ex aqua, animalia terrestria: bruta, quadrupedia, domestica et fera e terra prodire iussit Deus v. 24. et 25.

Digressio ad Gen. 1, 2. Jam quum narrationem mosaicam perpetua exegesi donare nobis non sit propositum — Praestiterunt id praeter S. S. P. P. s. **Basilium**, hom. IX. in Hexaemeron. ed. J. Garnier. Par. 1721. I, 1—88. S. **Gregorium** Nyssenum, l. de opere sex dierum. ed. Par. 1638. I, 1—43. et de hominis opificio. ib. 44—138. S. **Ambrosium**, Hexaemeron. l. VI. ed. R. O. Gilbert. Lips. 1840. nec non interpretes Geneseos supra laudatos. D. **Petavium**, Op. de theol. Dogm. ed. Ven. 1757. III, 110—307. Al. **Mazochium**, in Spicileg. 6. I, 15. s. J. E. Silberschlag, Geogonie. I. Berlin. 1780. J. B. B. **Venusi**, Gesch. d. Schöpf. ed. II. Lips. 1855. C. F. **Keil**, apolog. mosaicae tradit., de mundi hominumque originibus exponentis. Dorpati. 1839. A. **Tholuck**, Die Resultate der Wissenschaft, in Bezug auf die Urwelt. Tom. II. eiusd. Vermischte Schriften. Hamb. 1839. p 148—230. **Pianciani**, Erläut. zur mosaischen Schöpfungsgesch. a. d. i. Regensburg. 1853. Marc. de **Serres**, Die Cosmogonie des Moyses. Tüb. 1841. **Waterkeyne**, La science et la foi sur l'oeuvre de la création. Liége. 1845. Nic. **Wiseman**, Zusammenhang der Ergebnisse der Wissenschaft mit der geoffenbarten Religion. Regensb. 1840. ed. 2. 1850. F. **Michelis**, Entwicklung der beiden ersten Cap. der Genesis. Münster. 1845. J. **Richers**, Die Schöpfungs-Paradieses- und Sündflutsgeschichte. Leipzig. 1854. L. **Reinke**, Die Schöpfung der Welt. Münster. 1859 — nihil habemus, quod succinctae huic expositioni cosmogoniae mosaicae adiiciamus; nisi forte etiam quaerendum sit, quisnam verborum: „Terra autem erat inanis et vacua „תֹהוּ וָבֹהוּ" sit legitimus sensus. Recte iam **Fullerus**, Miscellan. s. III, 3. p. 194. s. docuit, primam illam molem, quae a Deo condita est, ut velut seminarium esset universae rerum naturae, indigestam et deformem

[1]) Sex hi versiculi proinde docent, Deum hac die luci, quam die primo creaverat, vim lucendi tribuisse, illius nempe motus potestatem, quo fit, ut latens lumen vere luceat, corporibusque vim excitandi hunc motum in lucis materia, appulsamque refringendi repellendique.

ctam esse, respectu admirabilis ordinis et pulchritudinis sequentis. Interim non t communis ista huius commatis expositio, sunt enim interpretes — J. H. Kurtz, ibel und Astronomie. Berlin. II. 1849. p. 95. s. F. Michaelis, In ephem. K. iteraturzeit. 1859. XLIV, 346 — quibus placuit Judaeorum recoquere senten-am, qua sumunt versum primum Geneseos a secundo sollicite esse distinguen-im, et priorem quidem loqui de prima mundi productione, qui Angelis rebellibus coelo detrusis, quoad partes suas omnes redditus fuerit תֹהוּ וָבֹהוּ Gen. 1, 2. inanis t vacuus. Huius instaurationem, qua voluntate Dei, ex aqua, sub quo demersus uit, iterum emersit, et quoad reliqua corpora siderea eam relationem accepit, uam etiam nunc habet, narrare iam versiculum secundum, et sequentes, usque ad nem capitis. Quibuscum ne faciamus, meminerimus et grammaticas et historicas ationes omnia alia svadere; namque sententiae isti contextus totumque argumen-m Cap. I. et II. manifesto repugnat. Esto Gesenio — in Thesauro s. h. v. p. 235., - et aliis — cum P. Drachio, Cath. Lex. hebraicum. Parisiis. 1848. p. 100.; ide interim et E. Meieri, Hebräisches Wurzelwörterbuch. Mannheim. 1845. ag. 514. — a. concedamus verbum בָּרָא, nativa significatione bifariam usurpari, ta ut ex nihilo aliquid facere, vel ex praeiacente materia novum aliquod et prae-larum in lucem proferre notare possit; pervetusta tamen sententia et communi-us fere interpretum iudaicorum et christianorum suffragiis recepta, istic in priori ensu accipit. Moyses certe mundi creationem narrans accurate verbum בָּרָא in ensu narrationis distinguit ab עָשָׂה facere v. 7, 21. coll. 24. Isai. 40, 26. 45, 12. 18. s. 88, 48. Hoc sensu sumit ecclesiae definitio, quam a Scriptura s. divellere aud licet. b. Elegans est observatio F. Delitzschii, Die Genesis ausgelegt. d. II. Leipz. 1853. p. 93. Moysem uti praesenti הָיְתָה, non autem tempore historico תְּהִי, quod eidem omnino adhibendum fuisset, si e mente suprafatorum interpretum ocutus foret. c. Quomodo mundus, qui, ut per observationes physicorum recen-iorum probabile fit, nulla vestigia continet vetustioris cuiusdam, locus vitae et perum Angelorum esse poterat? d. Hypothesis haec non explicat, qualiter fieri potuerit, ut mundus materialis centro quasi immaterialis, spiritualis innitatur. . Generatim non attendit nexum inter spiritum et naturam, qui qua ratione sine nte intermedio, i. e. homine cogitari possit, dissimulat. f. Tacet praeterea de ea uaestione: quinam factum sit, ut peccato creaturae spiritualis, infecta et perdita creatura naturalis atque materialis, instaurari potuerit? dum spiritualis in repro-batione perseveret. g. Eidem deest aliarum cosmogoniarum, quas antiqui scriptores memoriae prodiderunt approbatio; id quod ceterorum loco demonstrabit legenti Ovidius Metamorph. 1, 5—7. V. Lüken, Die Tradit. d. Menschengeschl. p. 30. s. Döllinger, Heidenth. p. 223. s. H. Mallet, in Herzogs. R. E. XIII, 650. Attamen plura insuper momenta suppeditabit C. Ammer in libello, Ueber die mosaischen Schöpfungstage. Regensburg 1851., quo contra hanc sententiam accurate disputavit.

§. 3. Ortus hominis.

Perfecta erant coelum et terra ac pulchritudine singulis con-veniente exornata. Coelum quidem lucidorum siderum fulgore, mare vero et aër animalibus natando volandoque utrumque permeantibus,

terra denique omnis generis plantarum ac pastus varietate; atqu haud dubie universa armenta, quibus nutu suo vitam Deus largit erat, singulari voluptate affecta exsultabant, gregatimque cum ali sui generis per silvas obvagabantur. Verbo, universus creatoru thesaurus paratus erat, quum is solum desideraretur, qui eo fr posset, et huius fruitione in beatissimum amorem tanti opific raperetur. Die sexto creatus est: homo. Illud etiam consideratio dignum, quod, quum mundus hic talis ac tantus, uno Dei verb in ortum productus sit, solius ad hominis creationem deliberat praecedit et futuri operis ab artifice forma, orationis pictura del neatur: faciamus hominem ad imaginem et similitudine nostram. v. 26. [1]. Ignoranti quidem his s. s. Trinitas non cl rissime enuntiatur, sed scienti quasi sponte in memoriam redi Sumsit Dominus limum a terra et plasmavit de rudi terra et a huc virgine corpus primi hominis Adami [2], fictoque deinde corpo animam inspiravit, quo animans ratione praeditus homo evasi Gen. 2, 7. Creato Adamo, iudicavit Deus bonum non esse e omnibus animantibus marem esse solum in specie sua, proinc v. 21. Adamo alto sopore ex improviso obruto, ut arctam int coniuges, quae intercederet societatem symbolo declararet man festo, tulit costarum eius extractam unam Mtt. 19, 5. Ephes. 5, 31 ex qua divinitus per materiae multiplicationem finxit foemina cui inspiravit spiraculum vitae, quandoquidem illam vivente

---

[1]) V. s. Gregorii Nyss. de hominis opificio. 3, I, 48. Ambrosius, Hexae VI, 7. p. 164. ad filium dixisse; s. Hilarius de Synodis. ed. Constant. Par. 169 II, 486. ad filium et spiritum s. assentiente s. Augustino in Gen. 22. III, 55 existimat. Cf. B. Pererii, Commentar et Disput. in Gen. ed. Colon. 1622. p. 111. [2]) אָדָם ab אֲדָמָה ex origine dicti, quod parentis humani generis simulque spec nomen est, non sine typica ad alterum Adam relatione, qui „Verbum existe ex Maria, quae adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adae reca tulationis." Irenaeus, adv. haer. III. 21, 10, pag. 540. c. Tertullianus, de car Christi. 17. IV, 83. v. Deylingii, Obs. s. II, 23. Sententia, qua plures parent generis humani statuuntur nostra aetate merito confutata habetur. Vide sis imprin praeclaram dissertationem in scripto periodico vernaculo: „Das Ausland." 29. Stuttg. 1856. N. 5. 1. Febr.: „Ueber die Einheit des Menschengeschlecht's." p. 10 106. 107. Item op. H. F. Link, Die Urwelt. II, 65. s. Wilbrand, Stammt d Menschengeschlecht von einem Paare ab? Giessen. 1844. Forichon et Maupi de l'origine de l'homme et de l'unité de l'espèce humaine. Louvain. 1844. H. Lüke Die Einheit des Menschengeschlecht's. Hannover. 1845. A. Wagner, Geschicl der Urwelt, Leipz. 1845. p. 241. s. [3]) Aug. de Gen. 9, 13. III, 402.

adduxit ad Adamum v. 22, 23. Utrumque igitur sexum eadem die 1, 27.[1] Deus ipse creavit ad imaginem et similitudinem suam. Gen. 1, 26. 27. 5, 1. 9, 6. Ecclae. 7, 30. Sap. 2, 23. Sir. 17, 1. Col. 3, 10. Ephes. 4, 24. Scilicet secundum intellectivam partem animae, sibi similem, i. e. sanctum et iustum, ut exponit s. Basilius [2]. Cum hac animi rectitudine alia egregia dona coniuncta erant, tum animae uti: mens rerum naturalium non minus ac moralium cognitione abunde instructa; sermo sive lingua, quae in Dei sermone prototypum suum habebat, atque quamvis finita et variabilis, uti anima ex qua promanavit, virtute attamen sua speciali praestabat, a qua paulatim post peccatum descivit; tum corporis, utpote eius immortalitas et vita omnis miseriae expers [3]. Post ea hominem, quem finxerat, tulit Dominus in paradisum voluptatis — גַּן־בְּעֵדֶן hortum in Eden [4], locum ob insignem amoenitatem 2, 8.

---

[1]) Quamvis Moyses seorsim modum referat et post diei sextae historiam, secus enim haud scribere potuisset v. 27. masculum et foeminam creavit eos, neque Deus dicere v. 28. crescite et multiplicamini et replete terram, atque ipsum aliquid post quietem diei septimae produxisse dicendum foret. Ex hac narratione Moysis de ortu primorum parentum, quam haud satis assequebatur, hausit Plato iudice Eusebio. — Praepar. ev. l. XII, c. 12. Vig. p. 585. — quae de primi hominis natura scripsit in Symposio, ubi vult eum primum ἀνδρόγυνον fuisse; quod delirium S. Scriptura satis confutat, dum narrat: primum solum Adamum fuisse creatum, deinde ex solitudine illius sumtam occasionem mulieris condendae. Insuper ipsa ratio dictat hermaphroditum Adamum haud quaquam fuisse conditum, siquidem corpus talismodi a scrutatoribus naturae monstrosum reputetur, quale quod natura naturata per se non producit, nedum Naturans, quando agit solitarie, ut factum in creatione. In hunc errorem inciderunt Rabbini in verba Adami: haec est caro de carne mea nugantes — vide J. C. Holl, de nuditate hominum in statu ante lapsum. Lips. 1684. §. IX. — et qui hos secutus est. J. Ch. Hoffmann, l. Weissagung und Erfüllung. Nördlingen. 1841. p. I. p. 65. [2]) Homilia in Psalmum XLVIII, 8. ed. Gar. I, 184. seq. [3]) Prolixius in explicatione horum non versamur, cum ad Theologos dogmaticos spectet. V. D. Petavii, Opus de Theol. dogmat. libr. 2. de hominis opificio I—VIII. c. III, 142—163. Pererii, Comm. p. 117. s. A. de Berlepschii, Anthropolog. chr. dogmata. Mag. 1842. F. Friedhoffi, Status primi hominis supern. Monast. 1850. J. B. Bossueti, Discours sur l'histoire univ. Op. ed. Liége. 1767. IX. 106. s. F. Delitzschii, Jesurun. Grimmae. 1838. p. 44. s. Tractatus, de locis quibusdam difficilioribus S. S. Francofurti. 1839. pag. 27. s. [4]) Paucae fortasse in S. Scriptura quaestiones inveniuntur, quae interpretum magis in diversa iactarint sententias, quam haec *„de Paradiso."* Multos multa dixisse, de hoc notat iam s. Augustinus de Gen. l. 8. III, 371. Idem porro s. Pater, ibi et de Civ. Dei. XIII, 21. ed. J. Strange. I, 546. quaestionem instituit, utrum Paradisus a Moyse descriptus sit spiritualis an materialis? In qua re hallucinatus est post Philonem

ita nuncupatum – collocavit; ac deinde ceteris animantibus – quae 1, 26. accurate recensentur – et quidquid exstitit, praeesse voluit

---

Origines, qui arbitratus est, paradisum hunc, qui terrestris vulgo dicitur, positum in tertio coelo fuisse, arbores vero aliaque, quibus velut terrestris quidam notatur locus, allegorice explicavit. Uberiora vide in P. D. Huetii, Origenianorum. lib. II. quaest. XII. ed. C. H. E. Lommatzsch, Berolini. 1846. II, 229. seq. — Respondet s. Augustinus, Paradisum simul materialem et spiritualem esse, sed diversorum habita ratione. Locus ubi situs erat, materialis est, verum beatorum status, cuius symbolum erat Luc. 23, 43. II. Cor. 12, 4. Apoc. 2, 7. spiritualis. Quo praecise loco Paradisus fuerit, voluit Deus latere, nec unquam certo definietur. Si attente percurrimus characteres, quos Moyses in descriptione Paradisi Gen. 2, 10—14. ponit, maxime nobis arridet sententia G. D. Huetii, — quam proposuit et solidis rationibus confirmavit in tractatu de situ Paradisi terrestris, in B. Ugolini, Thesauro A. S. VII, 509. s. — locum illum Eden coll. IV. Reg. 8, 12 Ezech. 27, 23. 36, 35. situm fuisse ad fluvium, quem confluens Tigridis atque Euphratis producit, qui ubi percurrisset hanc regionem, ingrediebatur hortum, intuitu cuius, iuxta alvei sui dispositionem in quatuor brachiorum initia dividebatur duo supra in respectu ad cursum aquarum nimirum Euphrates et Tigris, duo infra nempe Phison atque Gehon. Locavit proinde Paradisum in tractum transtigridanum e causis, quas licebit in eius commentariolo cognoscere. Huic sententiae vocis פַּרְדֵּס, Cant. 4, 13. Ecclae. 2, 5. Neh. 2, 8. arboretum, παράδεισος, v. Xenoph Cyrop. I. 3, 12. ed. c. a. Thieme. Lips. 1763. I, 25. etymologia, quae, ut accurate ostendit Meier, hebr. Wurzelwörterb. p. 679. non in Persia, ut facit Gesenius s h. v. vel India, sed in lingua semitica et ut probabile, Aramaea quaerenda est optime velificatur. Reiicienda autem et castiganda est quorundam critica, qu mosaicam loci delineationem, cum iis, quae apud historicos et geographos legun tur nimis stricte conferunt; atqui meminisse illos oportebat, tam longo intervall mutatam esse faciem illius regionis, ac fluviorum dictorum cursum, diluvio, vetustate et arte detortum, non eundem ergo priscis illis saeculis fecisse, qui poste fuerit. Qui ceterum sententias veterum et recentiorum interpretum hac de re nosse cupit adeat: Dissert. Pererii, op. s. c. p 88. s. H. Relandi, de situ Paradisi, in Thes A. S. Ugolini. VII, 581. s. J. Hopkinsoni, Descriptionem Paradisi. ibid. 607. seq S. Bocharti, Epist. ad L. Capellum de Par. situ. ib. 627. s. S. Morini, Diss de Parad. terr. ib. 633. s. J. Vorstii, Diss. e. t. ib. 695. s. C. Vitringae de sede parentum n. p. in Paradiso. Geogr. pag. 5. s. D. Petavii, de opifici sex dierum. II, 5. p. 152. s. Mazochii, Spicilegium. I, 30. s. C. f. C. Rosenmüller, Bibl. Geogr. I. a. 172. s. F. X. Pritz, Ueber das Paradies, in ephem J. Pletz, N. th. Zeitschr. Wien. 1830. p. 62. seq. E. Bertheau, Die der Beschreibung der Lage des Paradieses zu Grunde liegenden geogr. Anschauungen Götting. 1848. Gratz, Schauplatz der h. S. p. 9. s. Freib. Kirchenlexicon. III 387. seq. Herzog, R. E. III, 642. In hoc horto cum alias arbores ad usum hominis et voluptatem, tum insignes collocavit duas, alteram vitae, alteram scientiae boni et mali. Prior ab effectu nomen invenit, nam creditu arbor vitae peculiaris quaedam fuisse arboris species, cui esset virtus vitae ser vandae „quamquam corporalem cibum talem tamen illam arborem praestitisse, qu

v. 20. Hoc perfectum dominium protoparentibus in bruta animantia divinitus concessum, non tantum ipsorum naturae congruum, sed et illustri eiusdem decori ac ornamento fuit: cum excellentem homini dignitatem conciliarit atque maiestate plenam auctoritatem omnibus simul brutis venerandam [1]. Opere sextae diei completo, Deus desiit velle quidquam creari in mundo, et requievit die septimo, quem festum haberi voluit, 2, 2. 3. ab opere non simpliciter, quasi conservationis et gubernationis opera excluderentur, sed ab opere creationis, quo coeptorum finis describitur. Isa. 40, 28. Benedictionem quoque viro et mulieri elargitus est Deus, quae haudquaquam in foecunditate sola absolvitur, sed praecipue supernaturalium munerum affluentiam spectat. Quanta primi hominis, in hac sua conditione fuerit felicitas, ne sensu quidem comprehendere, nedum verbis exprimere potest quisquam [2]. In qua quidem supernaturali et indebita, propagandaque ad posteros integritate et felicitate, ut persisteret homo et ex ea ad perfecte beatam aeternamque vitam aliquando nulla morte interveniente transferretur, non modo volebat Deus benignissimus, sed et pro ineffabili illa bonitate, et illis nullius unquam voce satis depraedicandis beneficiis, nihil exspectabat aliud, quam ut collata eius benefacta agnosceret Adamus et Eva, intelligerentque, sui officii esse sincero animo Deo promptissime praestare obsequium. Quocirca ut obedientiam eorum exploraret, pro iure, quod ex creatione in creaturam habuit, de re quidem praestitu facili, novis coniugibus mandatum iniunxit, ut a fructu a r b o r i s s c i e n t i a e b o n i e t m a l i [3] sibi temperarent,

---

corpus hominis stabili sanitate firmaretur, non sicuti ex alio cibo, sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta.“ S. Aug. de Gen. 8, 5. p. 375. de Civ. D. XIII, 2. l. c. Posterior ab eventu sic appellata est, quod eius degustato fructu statim intellexissent, quanto amisso bono, quantum in malum incidissent.

[1]) V. J. Willemeri, Diss. de imagine Dei in Thesauro theologico-philologico. Amstelodami, 1701. I, 40. s. [2]) V. s. Augustinum, de Civ. Dei. XIV, 26. II, 46. s. [3]) „Arbor illa non habuit in gustu pomi sui vim cognoscendi boni et mali. Sed quia diabolus, quum vellet Evam et per eam Adam inducere ut gustaret, hoc ei quo facilius posset persvaderi mentiturus erat, quod in fructu arboris illius cognitio esset boni et mali, et si ex ea gustassent, Dii essent futuri; et illa propter hoc erat croditura, quod putaret cognitionem boni et mali in fructu illius arboris contineri. Ex eo, quod futurum erat ad inducendam Evam, tamquam ex antecedenti antequam fieret, ab eo, qui futura videt, immo, qui sic ea iam tamquam facta

idque sub mortis comminatione 2, 17. De hoc statu innoc et primaeva hominum felicitate multa continentur in antiqui rum gentium mythologumenis [1].

§. 4. Foederis creatorem inter et hominem viol per gratiam attamen restitutio.

Haud longa fuit hominis felicitas, Eva quovis hoste g rem perniciem Adamo attulit. Huius tristissimae tragoediae tectum diabolum fuisse expresse docet S. Scriptura [2]. Ipse (diabolus inimicus hominis in serpentis formam se insinua\ mulierem, quam propriae excellentiae occupabat ambitio, inordinatum nemini obtemperandi desiderium ad divini pra violationem sollicitavit. Gen. 3, 1–5. Eva serpentis sermone i per virtutem, quae arbori erat scientiam donandi, duxit (pretium, ut ex illa comederet v. 6. Nondum vero satis erat severo Dei mandato insuperhabito, de fructu illo comedisse, decerptum ex arbore fructum viro – quem abfuisse verosimile es niam solam mulierem alloquitur serpens – viro comedendum Sic inductus est Adam in praevaricationem. Peccatum intravit ir dum, et per peccatum mors. Rom. 5, 12. Atque ita serpens ille bolus felicitatem summam protoparentibus eripuit, dum eis v divinum, quo uno firmissime niti debebant, ita dubium reddi plane contrarium illius, quod Deus praeceperat, tandem pat

---

sint intuetur, arbor futuri de se mendacii nomen accepit." S. Hila Genesim. VIII, in Spicilegio Solesmensi. Parisiis. 1852. I, 162. V. e. s. A num, de Gen. 8, 14. p. 384. Rupertum Abb. de voluntate Dei. c. 20. ed. I 1631. II, 934. Alias sententias recenset. M. G. D. Ziegra, Dissert. de scientiae in Thes. th. ph. I, 47. s. Tract. de locis quibusd. diff. p. 7. s.

[1]) V. P. D. Huetii, Demonstr. evang. Par. 1679. p. 56. s. Lüken, Trad.]

[2]) Quae hic et alibi e. c. Sap. 2, 24. Joann. 8, 44. Rom. 16, 20. II. Cor. Apoc. 12, 4. 20, 2. de serpente ita sermonem instituit, ut levi negotio inte se ll. de alio loqui serpente, ac solo naturali. Cf. J. Frischmuthi, de sed serpentis in Thes. th. ph. I, 55. s. J. Paschii, de serpente seductore. ib. 6 Neque enim serpens loqui et ratiocinari potuisset, neque Deus eum tamqu tione utentem, prout statim percipiemus, allocutus fuisset; neque aliud inflicta serpenti poena. S. Patres, qui nobis adstipulantur, enumerat Patriti interpret. Script. II. q. 3. de Hevae et serpentis colloquio p. 44.

Rom. 5, 19. Fructu gustato innocentia erat amissa, etenim qui antea absque omni pudoris sensu nudi una fuissent, nunc nuditatem suam cognoverunt, dudum bene tectam innocentia, nunc ficulneis foliis obtegendam. v. 7. [1]. Nec mora, Deus ut iustus iudex nocentes ad tribunal vocat, et poenam denuntiat. Principe loco v. 14. decretoriam in serpentem – diabolumque, qui per illum locutus est – malesvadum pronunciavit sententiam, eamque terribilem [2]. Continet maledictionem serpentis prae omni pecude; nullum erit brutum seu inter domestica seu inter fera, quod magis homines horreant, dictisque abominentur et exitiali prosequantur bello. Pergit Deus diris devovere detestabile hoc animal, humumque pectore verrere jubet. Deus sententiam ferens in serpentem, qui Evam deceperat, illa simul protulit verba, quae quum futura generis humani redemptio iis primum fuerit praenuntiata „protoevangelii" nomen sortita sunt. Inimicitias ait v. 15. ponam inter te et mulierem. Inimicitias[3] Deus suscitaturum semet praenuntiat, veluti si de insigni quodam opere ageretur, quod peculiari ipsius Dei cura ac studio perficiendum foret. Inter te et mulierem. Haec in serpentem pure naturalem non quadrant, quem tamen Deus directe alloquitur; credere ergo necesse est, dicta esse ei, cuius vicem serpens gerebat, ipsi inquam diabolo. Mulieris vero nomine neque Eva, neque ceterae mulieres in universum designantur, idque ideo, quia non magis his, quam Adamo ceterisque viris inimicitiae cum diabolo futurae essent, sed singularis aliqua mulier, ἡ γυνή κ. ε. nimirum beatissima Virgo Maria, quae partu suo regnum diaboli evertit, quod in sequentibus magis declaratur. Et semen tuum et semen mulieris: continuat Deus.

---

1) V. J. Nirschl, Ursprung und Wesen des Bösen nach der Lehre des h. Augustin. Regensb. 1854. pag. 23. s. 2) Ex qua, quaedam in serpente completa sunt corporeo, tum quaedam in colubro illo spirituali diabolo scilicet. Malumus enim cum s. Chrysostomo — homil. XVII. in Genes. ed. B. Montfaucon. Parisiis. 1721. IV, 143. s. — et Theodoreto — interrog. XXXIV. in Gen. ed. Schulze, I, 46. — asserere maledictionem Dei, daemonem simul et serpentem respexisse, sicut iuxta legem Moysis quoque c. g. Exod. 21, 29. quaedam bruta puniuntur, veluti si malum elective ac libere perpetrassent; et ut asserere non dubitamus iure, quoniam naturalis iuris est, omne, quod damno esse potest amoliri. V. F. Mayeri, Diss. de peccatis et poenis brutorum in Thes. th. ph. I. 167. 3) אֵיבָה, nunquam alias denotat, quam quae intercedunt inter eos, qui ratione praediti sunt.

Semen mulieris זֶרַע non universum genus humanum, quod potiu natos, filios mulierum, vocatum reperimus, Job. 14, 1. 15, 14. Mt 11, 11., sed ut II. Reg. 7, 12. I. Par. 17, 11., virum unum significa qui diabolum expulit; agnum immaculatum, qui peccatum su cruore detersit, quocum B. M. V. adumbratur penitissime coniunct tamquam virga cum flore, θεοτόκος cum θεανθρώπῳ. Duas acie conspicimus oppositas Virginem cum divino filio ex una, et dra conem et progeniem eius ex alia parte proeliantem. Ipsa – i hebraeo quidem habetur הוּא ipse, ergo semen mulieris, i. e. Jesu Christus [1] – conteret [2] יְשׁוּפְךָ caput tuum, pariendo filium Jesum Christum, qui opera diaboli esset dissoluturus. Apoc. 12, 3. I. Jo ann. 3, 8. Ev. 8, 44. per quem, qui velint salvari queant. I. Tim 2, 5. Et tu insidiaberis calcaneo eius; quod est adversario rum insidias struentium [3]. Ita Deus Pater, qui una cum Fili et Spiritu sancto, satisfactionem mediatoris decrevit, ἐνσάρκωσει opere intercedente, consilium suum, quid ipse cum homine facer velit declarat, idque recte perceptum, non poterat non sua viter demulcere aegros sauciosque parentum nostrorum animos e magno replere gaudio. Hac autem ratione unio Deum inter e homines, quae iam funditus deperdita videbatur, restaurata fuit et nova via salutis, in promissione lytri a Filio facta, a Patre cum beneplacito accepta et ordine per Spiritum sanctum applicanda instituta fuit. Hominum vero erat in hunc Salvatorem – de qu

[1]) Ab exordio controversiarum inter catholicos et acatholicos de „Vulgata postremi in s. Hieronymum invehuntur, quasi propter B. M. V. hunc locum cor rupisset reddens ipsa, cum legendum sit ipse vel ipsum conteret caput tuum nam de semine, id est Christo loqui s. scripturam. Sed res eodem redit, nam ne que B. M. V. aliter, quam partu suo, caput serpentis contrivisse censenda est S. Hieronymi lectionem defendunt R. Bellarminus, de verbo Dei. II, 12. ed. cit p. 152. seq. et copiosius C. Passaglia, de immaculato Deiparae s. V. Concept comm. Romae. 1854. II, 916. s. [2]) Conterere, conculcare caput alicuius s. scrip toribus admodum usitata loquendi formula est, idemque valet: quod adversarium devincere. V. Gesenii, Thes. s. h. v. p. 1380. 1. P. Drach, C. Lexicon hebr Parisiis. 1848. p. 605. [3]) Verbum שׁוּף quod per τερεῖν vertit LXX καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, eo aptius transtulit Vulgatus, quandoquidem sub symbolo serpenti res agitur, et nativum est belluis huiusmodi aliis insidiari, ac nocere morsu calca neorum. c. Ovid. Metam. l. 10, 10. Accidit id revera Christo, quem Herodes ad huc infantem per insidias occidere tentavit, quamquam res intra insidias stetit Matth. 2, 16. seq.

divinae, primum per symbola et umbras, deinde quoad
·cumstantias plurima manifestare visum est – credere [1].
ut videamus poenas tanto debitas flagitio, quae adhuc-
ınt: v. 16. Mulctavit mulierem incommodis, quae prae-
ıdhaerent, doloribus puerperii iacturaque libertatis, qua
ıa fuerat. Sed nec Adamus, cuius opus maledictionem
erram [2], impunis manet; illi quippe, cum svasioni mulieris
denunciatur, v. 17–19. ut in poenam peccati, magno virium
n exercitio terram colat, quo pane vescatur. Post sen-
anc periit, ac concidit prima illa et iucundissima hominis
Adamus peccati noxam cum ipse praesenti mox poena
deinceps derivavit in posteros. Morti obnoxius Adam [3],
possessione paradisi, cum culpae socia coniuge Eva, in
us miserias expulsus est. Priusquam vero eiecti sunt,
lia Dei, cum videret protoplastos propter peccatum re-
ıembrorum pudorique ex prava concupiscentia orto sub-
ruptibiles admodumque passibiles ac debiles, velatos esse
.eoque tunicas pelliceas vere et proprie tales iussu suo

. int. C. Hase, Diatr. de protoevangelio in Thes. th. ph. 1, 83. seq.
s. c. p. 46. s. G. Meinertzhagen, Vorlesungen ü. d. Christologie des
en. 1843. p. 28. s. J. Bade, Christologie des A. T. Münster. 1850.
E. W. Hengstenberg, Christologie des A. T. a. Comm. ü. d. mess.
ırlin. 1854, I, 4. s. L. Reinke, ü. d. Protoevangelium, in eiusdem
r Erklärung des A. T. II. Münster. 1853. Passaglia, l. s. c. p. 812. s.
ie mess. Weissagungen in Pentateuch. Tüb. Quart. 1859. p. 214. seq.
. respicit s. Paulus in epistola ad Romanos 8, 19. s. dum de vanitate
entionem facit, quae invecta est mundo per peccatum hominis. — Cf.
und Fluch der Creatur, drei Sendschreiben von F. Baader an J.
ısburg. 1826. p. 28. s. — Vi cuius creatura, quae in usum hominum
na parte permissa est potestati principis huius mundi. Joann. 12. 31.
Coloss. 2, 14. propter quod et multae creaturae ritu ecclesiae bene-
Tim. 4, 5. et sanctificantur per verbum Dei et orationem, ut potestas
eas nocere parati cohibeatur. V. Dieringer, System der göttl. Thaten
ıthums. Mainz. 1841. II, 250. s. Lüft, Liturgik. Mainz. 1847. II, 491. s.
Bischofberger, de benedictionibus et exorcismis ecclesiae cath. l. II.
d. II. 1850. p. 12. seq. [3]) Cum enim homines non eo ipso die, quo
nortui sint, verba 2, 17. morte morieris, explicante ita s. Augustino
catorum meritis. c. 16. X, 121. de necessitate moriendi, qua se homo
ıit, mortis quasi initio, capienda sunt.

suo praeparare fecit. v. 21. [1]. Nullus amplius aditus patuit proto parentibus ad illum voluptatis hortum. Cherubini [2] a Deo fueran dispositi, in visibili forma, gladium flammeum prae manibus te nentes, ad paradisi aditum custodiendum. Adamus poenitens quamvis miseriis omnibus tota vita pugnaret, iniunctos labore patienter toleravit. A Deo bona promissa fide complectens v. Sa pient. 10, 1. s. posteros suos ad patrem usque Noae [3], sapientia d coelis profecta instruxit. Etiam Eva quamvis dote amplissima e bonis ingentibus spoliaretur, omnes tamen vitae difficultates e longaevitatis aerumnas sustinuit precibus et patentia; excitata al ipso Deo ad spem salutis atque vitae, uti apparet ex confession eiusdem Gen. 4, 1. [4]. Nobis vero plus eorum culpa profuit, quan obfuit, quae tantum ac talem meruit Redemptorem! [5].

---

[1]) Cf. Willemeri, de tunica Adami pellicea. Thes. th. ph. I, 105. s. Nuel terlein, de vestimentis protoplastorum pelliceis. ib. 113. seq. [2]) De his, taberna culum s. delineaturi, agemus. [3]) Lamechum, n. a. m. 874. Adamus vero morit 930, annis 56. post Lamechi nativitatem. [4]) Ad quae cf. Hensel, in Thes. th. pl 131. s. Schrank, Comm. in Gen. p. 127. s. Reinke, Beit. IV, 381. Adamum et Eva peccato suo, quatenus hoc peccatum eis personale erat, per poenitentiam expia Sap. 10, 1. salutem aeternam consecutos per fidem Christi Mediatoris, asserit fe communis S. S. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum — ita s. Irenaeus, l. III. 12, p. 546. Tertull. de praescript. c. 52. III, 40. Lactantius, Inst. lib. III, 5. e Fritzsche, Lips. 1844. II, 73. Athanas. orat. de pass. e. c. II, 90. Gregor N or. I. de beneficio passion. ed. Par. 1778. I, 439. Addamus denique s. Hierony Comm. in Mtt. 27. ed. VII, 233. s. Augustinum hic quaest. 161. ed. Mig. X, 2 — sententia, qui Encratitas hoc negantes damnant erroris, Adamumque in alios, imo prae aliis sanctis resurrexisse cum Christo Mtt. 27, 53. docent. V. B larminum, l. III. de amissione gratiae. c. 12. ed. Ingolstad. 1693. p. 312. s. Corn lium, a Lapide Comm. in Gen. p. 105. N. Alexandrum Hist. Eccl. ed. Ferrar. 17 I, 60. Andreae, Diss. de salute Adami, in Thes. th. ph. 96. [5]) Lapsum gentilib notum fuisse, saeculum aureum et fabula de Promotheo et Pandora innuere volu V. Marchini, Prolegomena S. S. in cursu completo. ed. Migne. C. c. p. 51. s. W. Ho mann, in Herzogs. R. E. I, 120. Interpretes de schola rationalistica, cum quib facit Jahnius, in append. Herm. Vienn. 1815. II, 206. s., et quae se historico-cri cam appellat — v. c. F. Hegel, Vorles. u. d. Philos. d. Relig. Berlin. 1840. 72 s. G. M. Redslob, in libello pessimae frugis: Der Schöpfungsapolog. Hambu 1846. p. 5. s. S. Lutz, Bibl. Dogmatik. Pforzheim. 1847. p. 112. s. Ewald, Gesc I, 349. s. Cl. Knobel, Die Genesis erklärt. Leip. 1852. p. 34. F. W. C. Umbre Die Sünde. Beitrag zur Theol. d. alten Testament. Hamburg. 1853. p. 29. — r iecta immediata quacumque demum Dei in naturam creatam efficacia, et neglec quovis inter libros sacros et profanos intercedente discrimine, historiam creatio mundi, hominum protoplastorum lapsum atque vitam, alii totam, alii ex pa

§. 5. Adami progenies.

Adamus et Eva, vere et proprie omnium hominum parentes, paulo post lapsum genuerunt: Cainum et Abelem; Gen. 3, 1. quorum ille agricultura, hic pastione pecorum vitam exercuit. In hac propagatione generis humani mox se discrimen inter semen mulieris et semen serpentis ostendebat. Cainus impius fuit, Abel iustitiam et pietatem colebat; id quod eventus sacrificiorum, quae obtulerunt luculenter declaravit. Cainus e fructibus terrae, Abelus de primogenitis gregis pinguia et optima munera Deo obtulit; sed quod diversa uterque id faceret mente – fide enim ait s. Paulus in epist. ad Hebr. 11, 4. plurimam i. e. copiosiorem Abel, quam Cain obtulit victimam – Abelis munus Deo acceptum, Gen. 4, 3. s. – quod facile coll. Gen. 15, 17. Lev. 9, 24. 10, 1. 2. Jud. 6, 21. II. Par. 7, 1. III. R. 18, 24. 38. ignis de coelo delapsus, victimas consumens testabatur – Caini ingratum fuit. Id quod cum animadverteret Cainus, et intellexisset, oblationem suam non fuisse tanti, quanti fuerat Abelis, se minoris apud Deum fieri sensit. Quamobrem ira et invidia percitus, neglecta salutari admonitione, ut animi perturbationem pro officio refrenaret, v. 6, 7. Abelem foras pellexit, nefarioque scelere trucidavit. v. 8. I. Joann. 3, 12. Merito et optime ad Hebr. 11, 4. Abel defunctus adhuc loqui dicitur; est enim prima et ea quidem typica vox martyrii Christi, c. l. 12, 24. quae in coelis exauditur. Duo

---

allegoriam esse affirmarunt symbolicam aut hieroglyphicam, vel mythum, et quidem aut historicum, cui insit veritas quaedam in facto posita, aut philosophicum, a quodam incultioris aevi sapiente cogitatione fictum. In his sententiis turpiter utramque scholam lapsam esse, dum intelligentia humana, quae tenuissima est, divinae sapientiae modum pervestigare et definire voluit, non est opus multis enarrare. Confutavit incredulorum, haec et similia ratiocinia — nostrorum quoque dierum e. g. Reinsch, Die Schöpfung, vom Standpunkt der spec. Naturforsch. u. d. h. Schrift. Erlangen. 1856., quae in eundem censum veniunt, quia eodem recidunt, quaeque magno cum apparatu proferuntur, sed ex positis principiis sine magno negotio diluuntur — quibus verba Moysis violenter torquentur, clarissimus vir: J. Hen. Pareau, in Disputatione de mythica sacri codicis interpretatione. Trajecti ad Rhenum. ed. II. 1824.; quin eius, quantum nobis constat, argumentis quidquam respondere vel opponere valuisset haec arbitraria S. Scripturae tractandi ratio, nata ex inopia fidei et contemptu veritatis revelatae. — Christum cum Adamo belle confert. S. Ambrosius, expos. evang. Lucae. IV, 7. 8. 9. I, 1336.

itaque illi fratres observante s. Augustino duas fecere maiore Civitates: civitatem Dei et civitatem diaboli, *„quarum e una, quae praedestinata est in aeternum regnare cum Deo, altera aeternu supplicium subire cum diabolo. Natus est prior Cain, civis huius saecul posterior autem isto — Abel — peregrinus in saeculo et pertinens ad civitat Dei, gratia civis sursum“* [1]. Misere inde lacerari coepit terrena civita *„mortiferas aut certe mortales victorias requirendo“* [2]. Ipsa vero sacrifici ut media Deum colendi et fidem erga Messiam declarandi, non ex ra tione sive sapientia humana, sed ex institutione divina offerebant

[1]) De Civitate Dei l. XV. 1, 1. 2. II, 51. 52. [2]) Ib. XV, 4. pag. 5 Duae istae civitates, quas s. Augustinus l. c. persequitur, non sunt mer lusus illius ingenii; iam tum enim in his duobus fratribus adumbrabatur eccles „quod ab impiis, terrenae civitatis, terrena felicitate gaudentibus, persecution iniquas passura fuerat.“ Item. l. c. 15, 15. p. 78. 79. Cf. J. v. Goens, disp. Augustino apologeta sec. l. de Civ. D. Amstel. 1838. p. 24. s. 64. seq. [3]) Int veteres disertis verbis hoc asserit Eusebius, demonstr. evang. I, 10. ed. R. I p. 35. ubi λογισμὸν sacrificiorum negat fuisse τυχόντα, vel ἀνθρωπίνως κεκινημέν et asserit potius eam κατα θείαν ὑπόνοιαν προβεβλημένον. Et revera originem horu inde a prima mundi aetate e divina institutione petendam svadent sacrae litter Enimvero in cultu Dei et sacramentis fidei instituendis arbitrio et placito n hominis ullius, sed solius Dei est locus. Imprimis homo per peccatum corrupt et reus debendi aeternam mortem, nullum ius habet statuendi de eo, quod D placeat, et quae via sit ad eius reconciliationem. Coll. Lev. 17, 11. Deut. 4, Matt. 15, 9. Rom. 9, 15. seq. Coloss. 2, 22. 23. At veterem illam sacrificioru religionem gratam acceptamque novimus Deo, quod evincitur e Gen. 4, 3. ce Hebr. 11, 4., ubi dicitur: Deum rata habuisse sacrificia Abelis et Noae. Certe sac ficia vetera debebant Christum praefigurare, insuper habere vim expiandi; ad ha autem requirebatur divina institutio. Unde merito primordia sacrificiorum crue torum ex institutione divina repetuntur. V. i. Lev. 17, 11. Verisimillimum e Deum protoparentibus lapsis, per caedem pecudum — e quibus tunicis prot parentes vestitos novimus — ostendisse quid per peccatum meruerint, et u patefecisse sacrificiorum ritum, futurum Messiam, eiusque satisfactoriae et expi toriae mortis typum exhibentium. Adamus interim, quin suam sobolem in h cultus divini genere informaverit, vix dubitare poterimus. Imo ne somnian quidem alicui subvenire potuit, mactatis combustisque pecudibus coli Deum d bere, est namque in illa mactatione, combustione, et oblatione aliquid, a q natura humana abhorret, quoque Deus, quia homini ius in vitam animantis p se haud competit, offendi potius, quam placari potuit. Cf. J. Boulduc, de eccle ante legem. l. III. Lugduni. 1626. p. 8. s. Deylingii, Obs. s. II, 4. p. 40. s J. H. Heideggeri, de historia s. Patriarch. exercitat. Amstel. 1688. I, 174. se At. Beckii, de sacrificiis Veteris Testamenti. Ulmae. 1720. p. 3. J. H. Kaltho Handbuch der hebr. Alterthümer. Münster. 1840. p. 223. s. Neumann, Die Opf des A. B. in Annal. d. Zeitschr. f. chr. Wissensch. 1852, 238. Oehler, in Herzog R. E. 10, 616. seq.

§. 6. Genealogia Adami Cainitica.

Non diu latuit Caini crimen, mox etiam adfuit caedis ultor Deus, eumque volens ad culpae agnitionem adducere miti oratione obiurgavit. v. 9. Quumque illum celeri morte punire potuisset, infinita sua clementia vivere quidem permisit, sed exilio mulctavit. Audita damnationis suae sententia, eamque iam ex parte maledictionis sentiens, reus perculsus est, et conquestus de divini iudicii rigore, iuxta quod perinde esset, ac si capite poenas luere condemnatus fuisset. v. 10–14. Deus, salutis nefarii curam gerens, ipse quodammodo sibi Cainum defendendum sumsit, atque securitatem promisit, tam verbo, dando vitae Caini fidem publicam, quam opere, signo illum distinguendo v. 15.: „Tremore corporis et furiatae mentis agitatu" [1]. Cainus de gratia divina desperans, ad saeculi huius negotia devolutus est. Rustico, quo utebatur vitae instituto, non poterat commode regiones cum familia pervagari, sed fixam sibi eligebat habitationem in terra Nod, ad orientalem plagam Eden, in transtigridanis partibus, ubi tentoria non solum figebat, sed certas etiam stabilesque casas exstruebat, quae lapsu temporis, ubi hominum numerus crevit in oppidum a filii Henochi, quem ex sorore sua eademque uxore [2] suscepit, nomine dictum v. 16, 17. [3]. „*Dedicatur hic terrena civitas ubi conditur. Initium et finem habet terrenum*" [4]. Henoch filius Caini genuit Iradum, hic Maviael, hic Mathusael, hic Lamechum impium – diversum a Lamecho penultimo patriarcharum antidiluvianorum, Gen. 5, 25. 28. I. Par. 1, 3. Luc. 3, 36. – quem primum bygamum v. 19. fuisse Sacra Scriptura – verborum alioquin mirum in modum parca – aperte

---

[1]) Ut explicat s. Hieronymus ep. XXXVI. ad Dam. 2. ed. Vall. p. 161. s. Altiore utique consilio in exemplum aliorum, quo a simili scelere deterrerentur. Cf. P. Stokmanni, Cain contra necem praemunitus, in Thes. theol. phil. 134. seq. [2]) Quam Moyses non nominat, cum tantum mares recenseat, qui necessarii erant, ut ad Noe, indeque ad Abrahamum deducatur genealogia. Matrimonia tum temporis cum sororibus concessa fuerant, „quod profecto, ut scribit s. Augustinus, de Civ. Dei. XV, 16, 1. p. 81. quanto est antiquius compellente necessitate, tanto factum est postea damnabilius religione prohibente." [3]) Urbium amplissimarum initia, etiam Romae orbis terrarum dominae — Cf. serm. s. Leonis in Nat. s. s. Petri et Pauli. ed. Tyr. I, 310. — plerumque tenuia esse solent. V. Deylingii, Obs. s. III. 3, 15. [4]) August. de C. D. XV. 17. l. c. p. 84. 85.

meminit, ut polygamiae perniciosissima consvetudo atro stigmate notaretur. Et sane iustissima est Lamechi reprehensio, polygamia, quae tum naturali, dum divino iuri adversatur, Gen. 1, 27. 2, 24. Matth. 19, 4. 5. incontinentiae in homine improbo certissimum erat documentum. „Ubi primum hominum scelus, apposite scribit Tertullianus [1] homicidium, in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit, quam duae nuptiae.“ Posteri Caini patris pressere vestigia. Rebus huius saeculi impliciti ac quaestui servientes, de colendo Deo parum erant solliciti. Vitae commodorum studiosi artium fiunt inventores. Jabel namque Lamechi ex Ada uxore filius, nomadicae sub tentorio vitae, inter Cainitas primus auctor fuit v. 20. Jubal, instrumenta musica, tam ἐντατικά, quae digitis vel arcu pulsabantur, quam φυσητικά, quae inflantur excogitavit; seu rerum ad voluptatem et carnis delectationem [2] spectantium fit inventor. v. 21. Tubalcain, ex Sella susceptus, ferrum tractare v. 22. homines docuit, forte etiam usum noxium armorum invenit, quem Lamechus 4, 23. 24. fortitudinem et animositatem celebrans laudavit verbis thrasonicis [3]. Cum igitur tam perversi fuerint Cainitarum mores, fieri non aliter potuerat, quam ut doctrinae coelestis, a protoplastis haereditate acceptae, obliti, idololatriae semet dederent [4].

§. 7. Genealogia Adami-Sethiana.

Stirpi cainiticae, quae invisam Deo ac rebellem procreavit sobolem: adversam, i. e. piam et religiosam propagavit Sethus, qui Adamo, aliquanto post necem Abelis natus est. CXXX. a. aet. Adami. Gen. 5, 3. Huius posteri, partim ob stirpis suae auctorem pientissimum, disciplina patris sanctissima imbutum – qui Abele occiso fuit princeps civitatis Dei – partim ob suammet virtutem, –

[1]) De monogamia. 4. II, 116. [2]) Ita s. Ephremus, Opp. ed. rom. Syr. lat. Romae. 1737. I, 47. [3]) Quae occasionem dederunt, ut Cainum tritavum ab illo per errorem occisum esse suspicarentur. Sic: Hieronymus, ad Damas. p. 163. Origenes. ibid. Theodoret. q. 44. in Gen. e. s. I. 1, 57. Cornelius, a L. a. h. l. p. 104. Salianus, Annal. Eccl, V. T. I, 215. Enchir. p. 4. Ystella, Comm. p. 53. Schrank, Comm. p. 159. Cf. J. Hillingeri, Homicidium et vindicta Lamechi, in Thesaur. th ph. 141. seq. [4]) Vide Tertullianum: de idololatria. I, 29. seq.

cum Angelorum viverent vitam – filiorum Dei nomine sunt appellati. Gen. 6, 2. [1]. Seth, anno aetatis quinto super centesimum, genuit Enos, quia, postquam in doctrina et disciplina patris multum profecit, Gen. 4, 26. primus Deum publicis ritibus venerari coepit: dum verum Dei cultum, a Caini posteris obliteratum, filios Dei doceret, et quosdam etiam conventus ageret. Postquam complures filios filiasque genuerat, et ex posteris Noam viderat, anno aetatis 912. diem suum obiit. Cainan, 90 anno patris ortus, Enosi filius, annos 70 natus, genuit Malaleelem. Malaleel, anno 65 natus, genuit Jaredum, qui centum sexaginta et duos supra annos numerans genuit Henochum, Gen. 5, 6–19. vitae sanctimonia et prophetiae dono illustrem. Judae. v. 14. 15. Cum sincere et integre in suo munere versaretur, Deo placuit fide, Heb. 11, 5. quare eum, postquam sobole auctus Lamechum nepotem viderat, vivum adhuc ex hominum societate ad vitam meliorem eripuit e vitae terrestris miseria: exemplo manifesto hominibus, alias superesse sedes, in quibus ipsi vita perpetuo quieta sint fruituri [2]. Mathusala

[1]) Ita sentiunt s. Joannes Chrysost. Hom. XXII. in Genes. ed. Par. 1721. IV. 195. s. S. Augustinus, de Civ. Dei. XV, 23. II, 96. s. Cyrillus, Al. l. IX. c. Julian. VI, 297. Theodoretus interr. XLVII. in Gen. p. 47. Ut merito communissima verissimaque sententia reputetur. V. i. e. Keil, Zeitschr. f. l. Theol. Leip. 1855. p. 220–256. 1856. 21—37. J. H. Kurtz, Die Ehen der Söhne Gottes, mit den Töchtern der Menschen. Berlin. 1857. p. 48. s. [2]) Errant enimvero, qui arbitrantur verba Gen. 5, 22—24. innuere Henoch naturaliter fuisse mortuum, sed immatura morte. His repugnat a. ipse locus noster accuratius consideratus, si enim Moyses ablationem per mortem — ut vult v. c. Oehlerus, Veteris Testamenti sententia de rebus post mortem futuris illustrata. Stuttg. 1846. p. 37. s. Cf. H. A. Hahn, de spe immortalitatis sub veteri Testamento gradatim exculta. Vratisl. 1845. p. 9. s. F. Boettcher, de inferis. p. 126. s. non per translationem ad Deum intellexit, cur mutavit orationem; cum enim de reliquorum patriarcharum morte scriberet, dicit: et mortuus est, de Henocho ait: „et ambulavit Henoch cum Deo et non apparuit, quia tulit illum Dominus." Ablatio Henochi narratur, ut consequens ambulationis cum Deo. Accedit b. Interpretatio omni exceptione maior s. Pauli in epistola ad Hebraeos 11, 5. 6., ubi apostolus docet translationem Henochi esse testimonium ipsius fidei. c. Sacra Scriptura iisdem verbis, quibus hic narrat raptum Henochi utitur IV. Reg. 2, 11. 12. ad describendum raptum Eliae. Quare verba Moysis emphatice capienda sunt: h. s. Henoch nec inter vivos, nec inter mortuos apparuit, quia tulit illum Dominus, morte non antecedente. V. G. Menken, Versuch einer Anleitung zum eigenen Unterricht in den Wahrheiten der hl. Schrift. ed. III. Brem. 1833. p. 227. s. De utroque viro porro Henocho et Elia ducibus s. s. Patribus; s. Irenaeo lib. IV. 5, 1. p. 727, Chrysostomo, hom. XXI.

filius Henochi, natus a. 187 genuit, Lamechum, cui anno 182 vitae nascitur Noe c. l. v. 25–27. [1]. Ita Adam – mortuus anno mundi 930 – et Mathusala, totam illam temporum periodum, quae a creatione usque ad diluvium extenditur, vivendo expleverunt [2]; resonuitque Adae vox per continuas aetates ad renovandam creationis, lapsus, et poenae memoriam, ad testandam spem salutis, quae post castigationem divinam generi humano reliqua fuit.

---

in Gen. 4. l. c. p. 187. Hieronymo, l. c. Joann. H. II, 440. adv. Pelag. 3. ibid. p. 794. Augustino, de peccat. mer. I, 2. 3. M. X, 111. Gregorio. M. hom. XXIX. in evang. I, 1572. doctissimorum Theologorum ea est sententia: Henochum et Eliam vivere, corpore quidem ex se corruptibili et mortali, sed divina virtute incorrupto; et ad hoc vivere ut venienti Anti-Christo se opponant, electos in fide conservent, et tandem Judaeos convertant. Invenient quidem apud multos fidem, ab Anti-Christo tamen martyrio afficientur, sed tertia die post gloriosi redivivi in coelum ascendent, uti sequitur e locis Mal. 4, 5. Sirac. 44. 16. 48. Matth 17, 10. Apoc. 11, 4. Atque C. R. Bellarminus, de hac sententia, de rom. Pontif. l. III, 6. ed. Ingolst. p. 357. scribit: „*Nobis non puerilis imaginatio, sed verissima sententia videtur Henoch et Heliam in suis personis venturos; et contrariam vel esse haeresim vel errorem haeresi proximum.*" Bellarmino calculum adiiciunt: Salianus, Annal. I, 233. s. Cornelius, a Lap. Comm. in Gen. p. 105. Bonfrerius, Pentateuch. Comm. p. 142. Calmetus, Comm. V. T. I, 155. Diss. de patriarch. Henoch. Diss. III, 523. s. J. de la Haye, Bibl. max. Lut. Par. 1660. I, 68. Boulduc, de eccl. ante leg. p. 125. s. Natalis Alexander, l. c. p. 65. et summus Pontifex Benedictus XIV. De Serv.Dei Beatif. et Beat. Can. ed. Bass. I. 14, 12. 13. p. 55. 56. Schrank, Comm. p. 171. s.

[1]) Et annos quidem Moysem numerare, ubi annorum nomen legimus, non menses — ut suspicati sunt quidam — vel inde liquet, quod non pauci ex his, quos recensuimus patriarchis, inde 60 usque ad 105 an. patres facti dicuntur. Anni ante diluvium si menses essent necesse foret, hos omnes V. VI. VII. v. VIII. annos natos, sub ferula, filios suscepisse. Nec finis apparet ad quem usque in chronologia menses pro annis numerandi sint. Cum sensim longaevitas eorum, quos Moyses vixisse narrat, ad Abrahamum decrescat, sitque adhuc Abrahamus nobis multo longaevior, quippe qui annos 175 vivendo explevit, stante suprafata hypothesi, nusquam dabitur subsistere, sed consequetur: Abrahamum 75 menses natum cum uxore 65 mensium. coll. Gen. 12 et 15. — puer sex annorum — de sterilitate uxoris — quinquennis — conqueri solitum! Vide Michaelis, diss. s. c. p. 117. [2]) Quod causam huius longitudinis vitae attinet, in diversas abeunt interpretes sententias. Sunt, qui hoc optime primorum hominum constitutioni vel escis, quas ex plantis hauriebant, censent referendum. Attamen vera haec sint licet, singulari nihilominus Dei providentia opus erat, ut adeo longaevi fierent homines, cuius fortassis ea sapientissima ratio afferri possit, traditionis ad posteros transmittendae necessitas. Sic enim poterant plurima capita revelationis, ad salutem humani generis pertinentia, ab Adamo accepta per Mathusalam, Noe et eius filiis tradi; inde per Semum ad Abrahamum — n. 1948 m. 2327 a. C. — traduci.

§. 8. Diluvium.

Noe [1], filius Lamechi – illius ex gente Sethi, annos 500 natus, tres genuit filios: Japhetum, Semum et Chamum Gen. 5, 32. – in pessima incidit tempora. Posteri Sethi, quos ut diximus filios Dei S. Scriptura nominat [2], moribus in deteriora lapsi, cum Caini gente matrimonia iunxerunt; ex quo commercio utriusque civitatis fit confusio, nascuntur gigantes, insolentia et temeritate famosi Gen. 6, 1–4. [3]. Tum hominum in omne flagitiorum genus effusorum, in immensum fere aucta improbitas, Dei iram in se vertit; et cum elapsis 120 annis, quos Deus ipsis, ut ad bonam frugem redirent, concessit, meliores non evasissent v. 3. 6. 7. 11. 12. nullaque amplius superesset spes emendationis, infensus Adami posteris Deus, diluvio mundum perdere decrevit. v. 13. Unus e Sethi sanguine Noe supererat, qui in fide et obsequio perstabat, v. 9. quem solum Deus propter probitatem cum suis delendorum numero exemit. I. Pet. 2, 5. Hunc de consilio suo certiorem fecit, et navigii [4] genus, quod remis velisque et aliis navis proprietatibus destitutum, arcae permagnae formam haberet, undique clausum, construere iussit, tantae amplitudinis, ut ipsum cum familia sua atque animantibus terrestribus et volucribus, necessarioque alimento capere posset. v. 14. s. Centum annos in ea ex ligno cupressino fabricanda Noe posuit. Arcae moles, trecentos longa cubitos, lata quinquagenos, in altum tricenos assurgebat v. 15. triplici tabulatorum ordine, in quibus suas quibusque generibus animalium mansiones distribuit.

---

¹) נֹחַ, Jos. Νώεος Ant. I. 3, 2. p. 13. ²) Ita quoque s. Ephraemus, explanatione in Pentateuchum. ed. op. Rom. 1737. syr. et lat. I, 48. ³) נְפִלִים, apostatae, homines violenti, qui magnitudine et robore ad aliorum oppressionem abusi sunt s. Num. 13, 33. 34. Deut. 3, 11. I. Reg. 17, 4. V. Calmeti, Dissert. de Gigantibus I, 104—109. Angelos enim nomine filiorum Dei, qui mulierum commercia expetivissent, non posse intelligi — monstravit s. Joannes Chrysostomus, homil. XXII. in Genesim. p. 195. s., ubi ea de re ex professo disputat — utpote in quibus non est libido, ut earum pulchritudine allici possent, quam ut causam scriptura affirmat. Accedit supplicium, quo Deus in homines solos propter haec crimina animadvertit, quod argumento est, homines, non angelos noxios fuisse. V. e. F. L. Ystella, Comm. in s. Genes p. 60. B. Pererium e S. J., Comment. et Disputationum in Genesim. T. II. Lugduni. 1693. p. 10. s. Athanasii Kircheri e S. J. l. Arca Noe, in tres libros digesta. Amstel. 1675. p. 8. s. ⁴) תֵּבָא, κιβωτός.

Lux et aër per aperturam quandam sub tecto in longum arcae circumeuntem immissus fuit v. 16. [1]. Absoluta fabrica arcae, Noe cum familia, octo in summa hominum capita, purorum animantium septena, impurorum paria singula eam conscenderunt. 7, 1. 2. 3. [2]. Anno [3] aetatis sexcentesimo Noe, antequam aquae diluvii in terram demitterentur v. 6. 7. 8. 9. eas fugiens, in arcam se recepit, v. 13. 14. 15. quo facto, mense secundo, die septimo decimo, vastissimi marium gurgites, et profundissimae cavernae prorumpentes v. 12. atque imber per quadraginta dies et noctes non intermittens, tantam aquarum copiam in terrarum orbem effuderunt, ut fluctus quindecim cubitos super montes altissimos redundarent, omnesque homines et animantes terrestres exstinguerent, iis exceptis, qui imminente eluvione cum Noa arcam intraverant. v. 23. [4]. Quod autem tanto tempore duraverit, divinae misericordiae debet adscribi; lentis enim aquarum incrementis, hominibus, quantum ad corpus perituris, dabatur spatium poenitentiae. Centum et quinquaginta diebus, quibus degebat Noe in arca cum suis, stabant aquae sine incremento vel decremento. Venit tandem exoptatissima temporis plenitudo, qua Deus memor promissi, quo spoponderat se Noam ex aquis diluvii erepturum, fidem ut exsolveret praecepit, ut ventus afflaret et aquas repelleret, ita deinceps totidem 150 diebus aquae minuuntur c. 8, 1. Septimo

---

[1]) Non navem, sed arcam, iubetur fabricare, compositam superficiebus sex rectangulis, quae quidem aeque bene natat, ac navis, sed ob fundum planum proramque et puppim planas, undis magis resistit, nec ita facile in remotissimas terras deferri poterat; non enim erat Noe peregrinaturus, sed conservandus. Accedit, quod parallelepipedum suo ventre plus contineat spatii, quam figura elliptoidea earundem in longum, latum, profundum, dimensionum. Fabricam arcae Noae, item habitaculorum distributionem, adiectis quoque iconibus illustrarunt: Athan. Kircherus, opere de arca. p. 16—116. J. Es. Silberschlag, Geogonie. II. Tom. Zur Erklärung der mosaischen Sündfluth nach phys. und math. Grundsätzen. Berlin. 1780. p. 63—97. [2]) Ceterum innuitur in hac relatione, discrimen inter animalia munda et immunda, fuisse iam in orbe primo servatum. Multa enim eorum, quae lege Moysis sancita sunt ex institutione divina, inde ab exordio mundi fuere apud probos, cuiusmodi est: sabbatum, sacrificia, abstinentia a sanguine et suffocato, nuncupatio votorum, oblatio decimarum. [3]) 1656 a condito orbe, 2619 ante Christum, autumno, mense facile Octobri. [4]) Cf. F. W. Sack, Die Sündfluth mit forschendem Auge betrachtet zur Aufklärung der Naturgeschichte. Breslau. 1782. p. 78. s.

mense, die: vigesimo septimo mensis [1], arca solo haesit v. 4. in montibus Ararat [2]. Decimo mense ab initio diluvii, prima die mensis [3], apparuerunt cacumina montium v. 5. Cum undae non amplius verberarent arcam, post dies quadraginta – inde a 300, quibus creverunt et defecerunt aquae – sive decimo die undecimi mensis, emisit Noe corvum v. 6. Ex corvi volatu, qui humidis etiam gaudet locis, et cadaveribus insistere potuit, satis cognoscere nequibat Noe, quo in statu esset superficies terrae; emisit ergo post illum eodem die columbam v. 8., quae, quia terra limosa et foeda adhuc erat, illic requiescere non potuit, hinc non multo post rediit v. 9. Post septem dies [4] iterum exploraturus terrae siccitatem emisit columbam, quae rediit cum ramo olivae, unde cognoscere potuit Noe, non montes tantum, sed etiam colles et loca plana, quibus maxime gaudent oleae, siccata fuisse v. 10. 11. Post alios septem dies [5] iterum emissa est columba, nec rediit, ex quo agnovit Noe, nec victum, nec locum, in quo delitesceret, defecisse, i. e. terram iam posse incoli v. 12. Mense secundo, septimo et vicesimo die mensis [6], prorsus arefacta est superficies terrae v. 14. Tum Deus sicut ante diluvium iusserat, ut Noe cum animalibus ingrediatur arcam, sic idem iubet post finitam eluvionem, ut cum illis ex arca egrediatur v. 16–19. Mirifice hic lucet excellens et perfecta Noae obedientia et Dei providentia, quippe cuius miraculo factum est, ut cuncta animalia prompte Noae morem gererent. Diluvium ipsum cum baptismo s. Petrus I. 3. 19. s. facit antitypon. Aquae diluvii significationem dederunt aquarum mundarum, quibus purificandi erant fideles ab omnibus impuritatibus suis. Ezech. 36, 25. Ad quod respicit ecclesia in benedictione fontis hunc in modum deprecans: „*Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluvii effusione signasti, ut unius eiusdemque elementi mysterio et finis esset vitii et origo virtutis*“ [7].

---

[1]) 148 anni. [2]) Quos in Armenia sitos esse, docent geographi optimae notae. V. C. Raumer, Der Ararat, ein Beitrag z. bibl. Erdkunde, in aun. Hertha. 1829. XIII, 333. s. Hoff, Geschichte d. Erdoberfläche. Gotha. 1834. III, 369. Ritter, Erdkunde. p. X. 364. s. [3]) 221 anni. [4]) 347 a. [5]) 354 a. [6]) I. e. 365 anni solaris, quem integrum egit in arca Noe. [7]) De mystica arcae expositione. V. Kircherum, l. c. pag. 149. seq.

Digressio de natura et qualitate diluvii. Hanc Geneseos c. VI—VIII. narrationem pariter atque creationis et lapsus protoparentum historiam, permulti recentiorum acatholicorum interpretum, et naturae, qui se vocant scrutatorum haud pauci, mythum esse dixerunt, e variarum eluvionum, variis temporibus regiones quasdam mergentium, memoria conflatum, quos viri de vindiciis traditionis mosaicae optime meriti — q. v. i. — adeo redarguerunt, ut uberiori obiectionum expositioni et confutationi supersedere possimus. Aliquas solum difficultates expedire conabimur, quae res ipsa habet, et quae ea respiciunt, quae de arca, deque animalibus in eam recipiendis et servandis, et totius terrarum orbis inundatione tradidit Moyses. Et arcam quidem non modo Celsus, acerbus ille religionis christianae irrisor, propter inconcinnam, quam putabat mensurarum rationem „κιβωτὸν ἀλλόκοτον ἅπαντα ἔνδον ἔχουσαν" — Origen. c. Cels. IV, 41. ed. Lomm. XIX, 66. arcam ridiculam, ubi omnia inclusa fuerant — appellavit, verum etiam nostri temporis eruditi, in iis rebus numerarunt, quae tam ab ratione, quam a verisimilitudine abhorreant; tametsi plures v. c. anno iam 1604 Petrus Janson, Mennonita Batavus; et 1611 quidam civis Hornanus, Petrus Joannes Livorn, ex illius norma naves aedificassent ad mercaturam faciendam aptissimas, quae non tantum agilem tenebant cursum, sed etiam pondere maiori, quam communes eiusdem amplitudinis naves, onerari potuerant. Cf. J. D. Michaelis, orient. und exeg. Bibliothek. XVII. Theil. Francof. 1782. p. 28. Non potuisse sufficere aiunt arcam ita constructam; ast perperam, rei peritis contrarium evincentibus. Vide Kircherum, l. c. p. 51. s. Silberschlag, l. c. p. 80. s. Neque enim abs re est observare, magnitudinem cubiti, de quo hic sermo est, non esse extra controversiam positum, proinde in vanum recidere, quae inde petuntur obiectiones. Quare cum inter omnes constet, non posse effici, ut nos, qui de structura et dispositione interiorum arcae partium nihil certi sciamus, nec cubiti quidem Hebraeorum longitudinem noverimus — v. E. Bertheau, Gewichte und Masse der Hebräer, in l. z. Gesch. p. 54. s. — arcae dimensionem atque amplitudinem idonea ratione definiamus, quo tandem iure iterum iterumque iactitatur, arcam fuisse minorem, quam quae omnes animalium terrestrium species capere posset. Qui ita censuere, unde nam cognoverunt, quot animalium arca ceperit, quotque illorum species tum temporis in terra vixerint? Praeterquam enim, quod tria animalium genera non fuerint ingressa arcam; nimirum aquatilium, quibus nil nocere poterat aqua, alterum illorum, quae ex putrescente materia generantur; tertium eorum, quae ex diversae speciei animalium commixtione gignuntur, quis enumerabit, quot illorum species in arca servatae sint! Sobrii etenim naturae indagatores non audent diiudicare, species ne per saecula perennent, an temporum decursu degenerent, atque aliae pereant, aliae oriantur; quare valde adhucdum disceptant, utrum ab initio tot et tales animantium species exstiterint, quales et quod hodie cernuntur an minus? Quoniam centum abhinc anni vixdum praeterierunt, ex quo animalium natura diligenter describi imaginibusque illustrari coepta est, ita ut certi mutationum sensim sensimque ortarum non possint constitui limites. — V. G. H. Schubert, Or. von dem Vergehen u. Bestehen der Gattungen und Arten in der organ. Natur. München. 1830. — Certe fossilia superstitia testantur, alias animantium species interiisse, alias easque hodiernis satis similes, degenerasse. Iam haec omnia si quis ratione animoque lustraverit, non putamus fore, ut is etiam animalium,

ie Noe in arca sustentaverit, summam computare periclitetur, nedum ut iusto ıfidentius affirmare ausit, fieri non potuisse, ut arca Noae, singula quotquot Creatoris consilio servanda erant animalia ceperit. Totum denique telluris ›bum aquis fuisse obrutum constat e Moysis testimonio Gen. 6. 17. 7, 11. 20. . Nam a. Deus iubet Noam ex omni animante paria in arcam intromittere ad eciem conservandam, cui praecepto obsequitur Noe; si non fuisset diluvium iversale, alioquin facilius fuisset, ea ex regionibus, in quibus non interierant tere, quam in arca alere. b. Nequit intelligi omnes aves interiisse, si vicinia luvii expers fuisset, ad quam avolare potuissent. c. Altitudo aquae, quae celssimos superavit montes etiam ostendit tectum fuisse totum terrarum orbem; ac ae quum aquae residere coeperunt, aqua nusquam alibi, quam in alto montis go haesit; corvus vero et columba non habent, ubi pedem figant. d. Omnes erant rrupti, Deus in omnes voluit animadvertere, opus igitur erat, ut totum terram orbem aquis obrueret. e. Quomodo secus Gen. c. 10, 1. S. Scriptura asserere tuisset, omnes terrarum populos a Noe originem duxisse. Idem confirmat f. atnta telluris investigatio, ut scite iam advertit Tertullianus — de pallio. II, 221. - adhuc maris conchae et buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni robare, etiam ardua fluitasse. Gravissima huius rei argumenta c. l. Buckland, in reliquiis diluvianis" a se editis — Londini. 1823. ed. II, 1825. — congessit. ı non modo straturam quandam, ex luto, glarea et ruina montium undique illutam, quod incrementum vocavit diluviale, per omnes fere terrae, partes inestigavit, sed etiam permultis in cavernis, quae ingentis farciminis ossei mole undant, item in disturbata omnium ferme montium et vallium, Alpium, Carathicorum aliorumque forma deprehendit vestigia eluvionis universae, eiusdemque ibitae copiosissima. Itaque vir doctissimus tot ac tanta diluvii, totam terram im mergentis, testimonia in libro laudato exhibuit, ut sibi et aliis de veritate arrationis mosaicae maxime persvaderet. Quam obiioiunt dubitationem, ex defectu ssium humanorum petrificatorum petitam, levior est, quam quae argumento huic rogare queat; quum neutiquam de omnibus ossibus humanis petrificatis, quae d hunc usque diem effossa sint, probatum sit num illa serioribus temporibus cum eliquiis animalium priscorum confusa fuerint nec ne, atque etiam si haec res ad iquidum perducta esset, tamen inde nihil evinceretur, homines enim teste Moyse ntimam Asiae regionem, quam omnium minime Geologi perscrutati sunt, incoluerunt, qua re adhuc reliquiae huiusmodi hominum antidiluvianorum postero tempore inveniri possunt. Etiamsi autem foret, ut nullae hominum reliquiae, tamquam indubitati diluvii testes invenirentur, tamen veritas narrationis mosaicae eo non labefacteretur; etenim iis, quae Geologi investigando terram, eluvionis maximum terrarum vestigiis accedit g. argumentum haud contemnendum ex traditione omnium populorum, cum mosaica huius rei expositione mire consentiente. V. Platonem, in Kritia. ed. Bas. 1561. p. 738. Lucianum, de Syria Dea. ed. Lugd.). 813. Dionysium Halicarn. Ant. rom. l. I. ed. Sylburgii. Lips. 1691. p. 14. Ovidium, Metam. I. Ammianum Marcell. l. XXII. e. c. p. 410. Justinum, Hist. II, 1. '. 16. Varronem apud s. Augustinum, de Civ. Dei. XXIII, 10. II, 239. Joseph. Archaeol. I. 3, 6. 16, Eusebii, de praep. evang. IX, 12. ed. Vig. p. 414. Oracula Sybillina. λ. α. v. 191. s. λ. ζ. v. 9. s. λ. ϑ. v. 5. s. ed. J.H. Friedlieb. Lips. 1852. p. 18. 30. 166. Parallelas comparationes dabunt: Kircher, p. 136. s. Bochartus, Geogr. · s. 17. s. F. J. Stolberg, Gesch. d. Relig. J. Chr. Wien. 1817. I, 303. seq.

E. C. T. Rosenmüller, das alte und neue Morgenland. Leips. 1818. I, 33. seq. Mone, Geschichte des Heidenthums im nördl. Europa. Leips. 1823. II, 492. s. Buttmann, Mythologus. Berlin. 1828. I, 180. s. C. Kröger, Abriss einer vergl. Darstell. der ind. pers. chin. Relig. Eisleben. 1842. p. 112. 164. Weber, Indische Studien. Berlin. 1850. p. 161. seq. F. Nève, la tradition indienne de déluge. Par. 1851. H. Lüken, Die Traditionen des Menschengeschl. Münster. 1856. p. 170. s. Delitzsch, Comm. p. 234. s. Knobel, Comm. p. 69. s. E. Nägelsbach, in Herzogs. R. E. X, 399. Explorato, qui inter mosaicam antiquissimi mundi historiam atque gentilium de generis humani primordiis traditiones, usque ad ultimas terras pervagatas intercedit nexu, consensus intimus, qui sine contumacia negari nequit, res in facto positas in Genesi narrari clamat. Vide interim Keilium praeclare disserentem, in apologia mosaicae traditionis. p. 40—50. F. H. Link, Die Urwelt und das Alterthum. Berlin. 1822. II, 75. s. N. Wiseman, Zusammenhang der Ergebnisse. etc. ed. 1840. p. 250. s. G. Cuvier, Die Erdumwälzungen. d. v. G. Giebel. Leipz. 1851. p. 9. s. A. Wagner, Gesch. d. Urwelt. Leips. 1845. p. 517. s.

§. 9. Palingenesia mundi.

Noe arca egressus nihil prius habuit, quam ut Dominum et sospitatorem suum recognosceret; igitur ut internae mentis, externa in Deum fides et religio consonaret, aedificavit altare, et Deo victimas eucharisticas obtulit. Gen 8, 20–22. Ephes. 5, 2. Sacrificium Noae et magis etiam fidem, ac animum pium sanctificantis, qui instar aromatis odorem bonae fragrantiae edidit, Deus benignissime accepit [1]. Post haec pollicetur Deus pro tota posteritate, se nequaquam terrae amplius maledicturum, deinde salvam se restituturum oeconomiam totius naturae in eo ordine, quem ante diluvium tenuit [2]. Et quum terram propter malitiam hominum vastasset Deus, hinc novae terrae usus videbatur homini illicitus; proinde quo hominibus constaret ipsos eandem occupare posse, Deus tum benedictionem olim datam repetiit, et Noae novo terrae incolae rursus dominium in eam et animalia concessit. Gen. 9, 1–3. Ut homines in societate quietam vitam degerent, politiae futurae prospexit. Promulgavit v. 4. s. sine ambagibus, poenaque constituta sanxit leges: de non comedendo sanguine, vel animalis vivi membro, et vindicando per supplicium homicidio. Denunciavit usum carnium in rem

[1]) Ut enim homini grati sunt svaves odores, sic Deo gratum fuit hoc Noae sacrificium, utpote et fide in Christum omnibus V. T. sacrificiis praefiguratum a Noa oblatum. Cf. M. J. Busch, de odore sacrificii Noachici. Thes. I, 150.
[2]) Vide Deylingii, Obs. s. de constitutione quatuor anni temporum. I, 4. p. 18.

ibariam – nam ante Gen. 1, 29. nisi fructus arborum simul cum ıerbis indulgebantur – et ea proposuit, quae ad restaurationem foeleris adeo nuper collapsi spectarent; ut fides in semen mulieris iique superstructa pactio gratiae, unicum ecclesiae antiquae funlamentum, etiam in mundo postdiluviano stabiliretur [1]. Ad hanc idem roborandam Deus cum Noe foedus percussit, v. 9–17. quo gratiam suam et misericordiam hominibus obligavit promittens terram diluvio non amplius esse perdendam. Admirabili deinde, qua est Deus, indulgentia et sapientia promissioni suae robur addidit, quum huic foederi cum Noa inito, iunxit signum: iridem solenne gratiae symbolum. Ezech. 1, 28. Apoc. 4, 3. 10, 1. [2]. Abhinc Noe agriculturae et vitibus serendis operam dedit, ac vino cuius vim adhuc nesciebat paulo largius hausto, in ebrietatem, ex eaque in somnum solutus est, quo atrocissime in se delinquendi occasionem Chamo filio praebuit. Chamus filiorum minimus Noam patrem, nudatis verendis indecore stratum in tentorio, irrisit fratribusque monstravit; hi aversi retro gradientes, pallio parentem tegebant. Hac occasione patuit, e parvo in diluvio servatorum numero iterum exstitisse improbum et impium. Quod is impune non tulit: evigilans enim Noe, cum facinus hoc, pietatemque Japheti et Semi didicisset, Chamo maledixit, Semo vero et Japheto bene precatus est, piis et ardentibus votis, quae paucissimorum complexu verborum, tum gentium, tum ecclesiae, futura fata comprehendunt [3].

---

[1]) Insignis erat statim post lapsum protoparentibus patefacta promissio, qua Deus eis semen benedictum contriturum caput serpentis spopondit, quae quidem promissio — in pia Sethiana sobole semper memori fide servata, continebat nucleum fidei patriarcharum. — Non impleta erat hactenus promissio et videbatur per diluvium non leviter obscurata, maxima parte seminis Evae simul subversa, unde timor oriri potuit imbecillitati humanae, si plura eiusmodi mala eventura essent, non amplius velle Deum hominem tolerare. [2]) Vide Deylingium, l. c. p. 21. de Iride, foederis divini signo. J. P. Lange, Vermischte Schriften. Meurs. 1841. I, 5. s. Iris naturaliter significationem habet pluviarum non magnarum et diuturnarum et subinde serenitatis, quae post imbres, sudo in posterum coelo conspecta, certiores faceret homines de mundo non amplius fluctibus irae divinae perdendo. Cum autem signum non possit esse prius re signata, e mente Moysis iridem, ut meteoron antehac non existens describi, sponte sua consequi videtur. V. Baumgarten, theol. Comm. I, 124. Sed alii aliter v. c. Scheucher, Phys. s. I, 60. Schrank, Comm. p. 251. qui non dubitat, illam ante diluvium non minus vulgarem fuisse, quam nostris temporibus, et nisi signi instar, quod promissi memoriam revocaret, promissoris auctoritate datam esse. [3]) Cf. Fulleri, diss. de tribus filiis Noachi. Miscell. II, 4. p. 160. s.

v. 25–28. [1]. Revelatione eorum, quae acciderent saeculis sequentibus, accepta per spiritum Christi, horum quoque summam cum filiis communicavit. Benedictus ait s. t. o. v. 26. Jehova Deus Semi, qua locutione foederali Noe Christi nativitatem ex posteris Semi praedixit, quem ceu unicum benedictionis vel in Semum, vel in Japhetum derivandae auctorem supponit [2]. Tradit v. 27. verbis: Dilatet Deus Japhet et habitabit in tentoriis Semi; posteros Japheti fore praecipuos, qui ecclesiae hactenus inter posteros Semi stanti, Christoque „in ecclesiis, quas filii prophetarum apostoli construxerunt" [3], nomen darent, celebraturi Deum, qui hactenus erat Deus Semi. Chami autem stirpem in huius filio Chanaano exsecratus est, cuius genus ad vilissima servitia mancipandum esset [4]. Quem hoc vaticinium exitum sortitum sit, nihil fere attinet dicere; res est inter Christianos notissima, ut loquitur s. Hieronymus [5] Noam de nobis prophetare „*qui in eruditione et scientia scripturarum eiecto Israel versamur* [6]. Noe tandem, 950 annos natus, cum ex Semi posteris Thare vidisset, diem suum obiit. Gen. 9, 29. [7].

---

[1]) Singula fere verba, singula vaticinia eaque amplissima sunt, et omnium fere subsequentium prophetiarum epitome. Unde Noam in chorum prophetarum iure retulit s. Augustinus, de Civ. Dei. XVIII, 38. II, 280. [2]) Cf. Fr. Fabricii, Christologia Noachicha et Abrahamica. Lugduni Batavorum. 1727. p. 55. 96. 97. 159. s. L. Reinke, Ueber den Fluch und Segen Noachs. in Beitr. z. Erkl. d. a. T. IV. p. 47. s. Himpel, Tüb. th. Quartalschr. 1859, der Segen Noachs. p. 222. s. Talem quippe Messiam tamquam semen illud mulieris benedictum acceperat in primo mundo a suis maioribus Noe genearchus; talem vero denuo tradit posteris in hoc altero, usque ad consummationem saeculorum futuris. [3]) Aug. c. Faust. XII, 24. ed. Bened. VIII, 238. [4]) Cur vero maledicatur hic v. 26, 27. et 28. Chanaan, cuius nullum adhuc exstabat crimen? de rationibus illius rei non est disputandum, sed tota haec causa in abyssum iudiciorum Dei inperscrutabilem reiici debet. Quamvis id satis constet, Deum posteros inobedientes visitare ob peccata parentum. SS. PP. Ambrosius, de arca et Noe. c. 30. ed. Ben. I, 273. Chrysostomus, hom. XXIX. in Genes. e. c. p. 291. Augustinus, de Civ. Dei. XVI, 2. II, 111. Theodoretus, quaest. 58. in Genes. c. 1. p. 71. coniiciunt Noam arbitrasse, Chamum magis filii sui calamitatem, quam sui ipsius infortunium dolere. [5]) Hebr. quaest. in Genes. III, 317. [6]) Hoc ipsum facile colliget, qui posteros Semi et Chami contulerit cum posteris Japheti. Japhetitae maximam tenuerunt et tenent imperio suo orbis partem; deinde gentes ex Japheto ortae numero et amplitudine vincunt ceteras. Testantur id fere solae epistolae s. Pauli. Gal. 3, 28. Colos. 3, 11. Chami posteritas modicos, vel nullos religionis christianae radios admisit. [7]) Secundum computum Judaeorum Abrahamus 58 annum iam egerat cum Noe vita fungeretur. Iidem septem praecepta filiis Noae data esse narrant,

§. 10. Gentium origines ex stirpe Noae.

E posteris Noae: Japheto, Chamo et Semo omnium gentium et populorum primae origines derivantur Geneseos capite decimo, quod continet genealogiam cum ethnographicam tum geographicam[1].

---

quibus vita hominum carere nequibat. Quare vis eorum tam late ad omnes pertinuit, ut qui ea nescirent hos interficere in bello et ex hominum communione tollere iussi sint Israelitae. Sex priora etiam Adamum accepisse volunt; septimum Noae additum fuit: membrum vivi animalis ne comedunto! Quae autem omnia vana et inania sunt. V. J. Frischmuthi, diss II. de septem Noachi praeceptis ad Gen. IX. in Thes. I, 154. Nat. Alexandri, H. V. T. l. c. p. 119.

[1]) In hac explicanda inde ab edito Joannis Davidis Michaelis Spicilegio geographiae Hebraeorum exterae post Bochartum — P. I. Gött. 1769. P. II. ib. 1780. — invaluit opinio, nomina quae laudato capite recensentur, non tam singulorum virorum, proprio vocabulo filiorum, nepotum pronepotumque Noae, quam potius coloniarum esse. Nec vero omnes, qui ubicumque terrarum fuerant enumerari gentes, sed eas, quae terram Israelitis, Aegyptiis, ac forte Phoenicibus cognitam habitabant. Referre scriptorem copiosius de populis proxima cognatione Israelitas attingentibus, ut de Arabibus Joctanitis, deinde et de Aegyptiorum et Phoenicum coloniis, denique etiam de Europae maritimis, quae navigationibus Phoenicum patefacta erant; nec de accolis maris Caspii ab oriente et occidente silere quae regiones olim celebriores fuerant ob commerciorum cum India commoditatem. Insedit haec opinio plurimis recentioris aevi interpretibus e. c. J. D. Michaeli, c. l. p. 1–7, 20. Gramberg, Libri Geneseos secundum fontes rite dignoscendos adumbratio nova. Lips. 1828. p. 27. G. A. Schuman, Genesis hebr. et graec. Lips. 1829. p. 176. 7. Movers, Pol. Geschichte der Phönizier, p. 269. G. d. Colonien v. c. p. 247. ad quae vide nos Tüb. Quart. 1857. pag. 436. A. Knobel, Die Völkertafel der Genesis. Giessen. 1850. p. 9. s. eiusd. Comm. in Gen. p. 96—100. — Labores huius viri penitioris eruditionis laude insignes, maioris pretii essent, si aequivocationibus, quas vocant rationalisticas, non indulsisset. — Gfrörer, Urgeschichte — quo opere I, 1 –144. ille tantum Knobelii expositiones descripsit. — p. 85. J. G. Müller, Wer sind denn die Semiten. pag. 5. seq. C. C. J. Bunsen, Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte. IV. Gotha. 1856. p. 443. V. a. ib. 1857. p. 130. s. Interim Samuel Bochartus, in opere, quod Geographiam sacram, seu Phaleg et Canaan, inscripsit quodque amplissimum magno doctrinae et eruditionis apparatu digestum continet in hoc caput commentarium, eius authentiam tuitus est, atque nova argumentorum accessione palam fecit, ex hoc uno capite Moysis multo plura et certiora posse erui de populorum originibus, quam ex omnibus quotquot supersunt vetustissimarum gentium monimentis. — Nos, quae in Bocharti rationibus bene se habent, retinere non dubitavimus, reliqua, quae emendari postulant correximus. — Necesse enim esse, ut olim iam Tertullianus adversus Praxeam II, 249. recte asseruit „*id esse verum*, *quodcumque primum*, *id esse adulterum*, *quodcumque posterius*.“ Quod vero maxime clamant critici nomina nostri capitis non esse personalia, sed gentium alia, alia urbium, ac

In ipso vero exponendi huius capitis initio, quaedam generatim advertenda sunt. a. Contigisse saepe unius hominis posteros varie dispersos et in diversis orbis plagis habitasse; et patrum nomina indidisse locis et regionibus. b. E vetustis his nominibus plurima in monimentis profanis maxime corrupta [1] esse adeo, ut veteris nominis vix levia supersint vestigia; quare satis habendum, si in sequentibus propemodum locorum situs demonstretur et si probabilia tantum nec falsitatis arguenda afferantur. c. Quamquam Sem vulgo Asiae dominus assignetur, Japhet Europae, et Cham Africae, non ita tamen res accipienda est, quasi e tribus hisce fratribus posteri nonnisi intra tres illas assignatas parentibus portiones mansissent; constat enim plures e filiis Japheti et Chami regiones in Asia frequentasse. d. Moyses h. c. multiplicem Noae posteritatem descripturus, eos tantummodo, qui veluti capita, principes ducesque aliquarum

regionum, quia multa in illis pluralis numeri leguntur, v. c. v. 13, 14. quae ab unius singularis hominis appellatione utique abhorrent, id solum rem non evincit, cum ut recte iam J. Simonis advertit in Onomastico V. T. p. 215. et alia personarum nomina non pauca s. S. in numero plurali efferantur. Nos oeconomiae, quam commentariis nostris p. XII. praescripsimus obtemperantes, tabulam hanc genealogicam ita describemus, ut quasi sub uno intuitu Japhetitarum, Chamitarum et Semitarum — hoc enim ordine semet excipiunt, quia Moyses quasi continuo prosequendo, quod coeperat, c. 9. v. 27. ubi de benedictione Japheti recitaverat, continuat in principio c. X. historiam de filiis eius; addit dein Chamitas ac tandem claudit Semitis, quorum historiam consequenter prosequitur in sequentibus — nomina et verosimillimas sedes exhibeamus. Eos autem qui velint de illius tenore accuratius erudiri inviamus praeter libros iam memoratos ad Josephi Antiq. I. c. 6. p. 20—26. Eusebium, in Chronico bipart. arm. ed. J. B. Aucheri. Venet. 1818. P. II. Chronicus Canon. pag. 5—8. S. Epiphanium in Ancoratu, ed. D. Petavii. II, 116—119. S. Hieronymi, librum hebraicarum quaestionum in Genesim ed. Vallarsii. III, 317—323. Migne Paris. 1834. Tom. III. pag. 950—955. Calmeti, Commentarium literalem in Genesim. I. pag. 217—274. J. F. Buddei, Historiam ecclesiasticam Vet. Testamenti. ed. V. Halae. 1778. I, 151—169. Rosenmüller, bibl. Geographie. I, 221. s. II. 34, 93. s. A. Feldhoff, Die Völkertafel der Genesis, in ihrer universalhist. Bedeutung. Elberf. 1837. W. Krücke, Erklärung der Völkertafeln, im ersten Buch Moyses. Bonn. 1837. J. Goerres, Die Völkertafel d. Pentateuchs. I. Die Japhetiten und ihr Auszug aus Armenien. Regensburg. 1856. H. Kiepert, prol. ad hist. geogr. Atlas der alten Welt. Weimar. ed. 8. 1850. Eiusd. Ueber die geogr. Stellung der nördl. Länder in der phön. hebr. Erdkunde. in scripto periodico Monatsbericht der preuss. Acad. d. W. 1859. Febr. p. 99. s. A. Knobel, ut s. A. F. Gfrörer, Urgeschichte des menschlichen Geschlechts. Schaffhausen. 1855. J. G. Müller, Wer sind denn die Semiten. Basel. 1860.

[1]) De hac nominum depravatione l. c. p. 21. queritur Josephus „nomina siquidem scribit propter scripturae decorem, Graeci ad delectationem legentium mutaverunt.“ Et paulo ante. c. 5. p. 20. „Graeci gentes nominibus sibi intellectis insigniunt.“

gentium fuerant commemorat, reliquis, qui eorum dominio subdebantur, ne recensus in infinitum procederet, omnino silentio pressis, e. Cum Moysis consilium hic fuerit referendi quidquid pertinet ad regionum distributionem inter posteros Noae, temporum ordinem servare non potuit, quare prolepsi quaepiam retulit ad tempora diu post confusionem babylonicam spectantia; dispersio enim gentium sensim et intra longum temporis spatium confecta est. Quod qui non attenderit saepe in his decernendis coecutiet, imo et quo se vertat, in tanta nominum aequivocatione prorsus ignorabit!

Japheto[1], pars Asiae non contemnenda et Europa obtigit, magnarum mundi partium minima, sed cultissima et longe populosissima, multisque abhinc saeculis humanitatis sedes et politioris literaturae, Graecorumque altrix et Romanorum, qui usque ad Africae et Asiae penitissima imperii sui limites longe lateque promoverunt. Japheti septem filios[2] recenset Moyses 10, 2–5. et nepotes totidem. De septem filiis duo solum in nostram Europam migrarunt nempe: v. 8. Thyras[3] et Javan[4], quorum ille Thraciam et Mysiam obtinuit atque Europae fere quidquid est septemtrioni obversum, hic illas Europae partes, quae ad meridiem vergunt et mediterraneo mari imminent, Graeciam puta et Italiam[5]. A quatuor filiis Javani: Elisa[6], Tharsis[7], Chetim[8] et Dodanim[9] totidem provinciae sunt denominatae. Ab Elisa Peloponnesus[10]. Chetim, qui dicuntur Eusebio, Latini et Romani sunt[11]. Dodanim[12], Dardanes seu Troes.

---

1) יֶפֶת. qui coll. Genes. 9, 24. 11, 10. cum 5, 31. 10, 21. fuit fratrum natu maximus. 2) בְּנֵי יֶפֶת. 3) תִּירָס, permutatis ס et ξ = Θράξ. Euseb. Chron. arm. II, 7. 4) יָוָן. 5) Cf. s. Hieronymi, Comm. in Ezechiel. V, 311. Villalpandi explan. in Ezech. p. 15. Arnold in Herzogs. R. E. V, 20. s. A. Gutschmid, Beiträge zur Geschichte des alten Orients. Leipz. 1858. pag. 124. s. 6) אֱלִישָׁה. 7) תַּרְשִׁישׁ. 8) כִּתִּים. 9) דֹּדָנִים. 10) Est Bocharto, l. c. p. 155. s. in quo Elis vetustissima est, et amplissima regio, cuius una pars Homero vocatur Alisium. Josephus, Αἰολεῖς, et post illum Michaelis, I, 81. Knobel, l. c. p. 81. ad Aeoliam, Asiae partem, in quam perantiquae ex Graecia coloniae ductae sunt referunt. Eusebio l. c. Thessali. 11) Chetim, nomen Italiae et quidem mediae circa Romam habet etiam Bochartus, l. c. p. 157. quocum facit Villalpandus explanat. Ezech. 27, 6. p. 9., et Vitringa; accedit E. T. C. Rosenmüller, Scholia. V, 302. coll. Dan. 11, 29. 30. Hävernick, Comm. ü. d. Proph. Ezechiel. p. 458. — Knobel, p. 95. et ante Gesenius, Thes. s. h. v. p. 726. Citium Cypri intelligit, celeberrimam Phoenicum coloniam. Praeivit his Jos. Antiq. I. 6, 1. p. 21. nec non s. Hieronymus, qui l. c. p. 318. scribit: „*Cethim, sunt Citii, a quibus usque hodie quoque urbs Cypri Citium nominatur.*“ J. G. Lackemacherio, Observ. phil. X. 3, 201. s. Macedones, quorum regio olim teste Hesychio Μακεττία fuit appellata. 12) Quam lectionem auditis et comparatis testibus, quos exhibet Michaelis l. c. p. 115. s. alterae רֹדָנִים, Rodanim. I. Par. 1, 7. contra Moversium, Krit. Unters. ü. d. Chronik. Bonn. 1834. p. 36.

Tharsis, Tartessus, Hispaniae nobilissimus olim portus et insula in Bae ostio [1]. Ex Europa in Asiam traiicientibus primo se offert Gomer v. 2. 3. cum tribus filiis Ascenez [3] Riphat [4] et Thogorma [5]. Gomerum pass Cimmeriorum [6] faciunt progenitorem, antiqui asiatici populi ad littus se temtrionale maris nigri, ex quo Celtae, Galliae primi incolae egressi sunt Ascenez, Ascania sive Phrygia [8]. Riphat, Celtae [9]. Thogorma, ultim Gomeri filius condidit coloniam prope Gomer ad Aquilonem Judae Ezech. 38, 6. equorum et mulorum praestantia nobilem, quos ad Tyri rum nundinas Thogormaei deducebant Ezech. 27, 14. [10]. Thubal et Mosc v. 2. [11] semper in Sacra Scriptura iuncti inveniuntur, ut cognati popu v. c. Ezech. 27, 13. 38, 2. Moschi sunt et Tibareni, qui occupav runt quidquid est montium a Phasi usque ad pontum cappadocium [1]

---

item Geschichte der phön. Colonien. Berlin. 1850. p. 610. praeferendam censemu et cum Gesenio, in Thes. 1266. more Phoenicum contractum putamus e חֲנִים V. eiusd. Monumenta phoenicia. Lips. 1837. p. 432. Mazochii, Spicil. p. 271. s.

1) Ita esse, nemo melius Bocharto. l. c. p. 163. perfecit. Cf. Movers, G schichte d. Col. p. 611. s. 2) גֹּמֶר. 3) אַשְׁכְּנַז. 4) רִיפַת. 5) תֹּגַרְמָה. 6) Odyss. X 14. s. Herodot. IV, 11. 99. coll. Ezech. 38, 6. 7) Nec sane abludit antiquissimu Celtarum nomen Kymr cum Hebraico Gomer conspirans. Mich. l. c. p. 22. Th. Bayer, Comment. de Cimmeriis, in opuscul. Hal. 1770. p. 126. s. Rosenmüll Scholia in Gen. p. 66. Geogr. I, 235. Knobel, Völkert. p. 14. s. Vaihinger, Herzogs. R. E. V, 235. 8) Judaeis recentioribus Germania. Illustrarunt suamq fecerunt hanc Judaeorum interpretationem: Knobel, p. 39. s. Gfrörer, p. 37. s. 47. Vaihinger, p. 238. s. Sed nullum huius nominis vestigium inter antiquos Germani populos comparet, nec quisquam veterum hac explicatione Judaeis praeivit. Je 51, 27. iunguntur Ararat et Menni et 28 Mediae. Jos. l. c. p. 21. Aschanazi sunt quos Graeci Ῥηγῖνες nominant, iidem Hieronymo, p. 318. s. Cum proinde inte pretatio haec non satisfaciat, quia testibus idoneis caret, melior et praestanti est sententia Bocharti l. c. p. 172., qua Ascenezo Phrygiam minorem et Bith niam assignavit, quod his regionibus sinus olim fuerit Ascanius, urbs et reg Ascania, insulae denique Ascaniae. Cf. Strabon. l. XII. ed. Amstel. II, 211. se P. Cassel, in Herzogs. R. E. VI, 447. s., ubi et de Reginis Josephi et Hierony disputat. 9) Knobelio, l. c. p. 43. et Vaihingero, 241. s., qui secundum Pl tarchum. Vita Camilli, 15. ed. c. p. 63., per montes Riphaeos, v. Virgil. Geor I, 240. III, 381. Plin. H. N. IV, 12. 24. 26. VI, 14. Pompon. Mel. de sit. or I, 19., ex parte una ad Oceanum borealem, ex altera in regiones concesseru inter Alpes et Pyrenaeos. Joseph. Antiq. I, 6. p. 21. et s. Hieronymus, q. heb in Genesim Paphlagones intelligit, quam sententiam vindicat Bochartus. l. c. p. 17 10) Eusebius, Chronic. arm. II, p. 7. Armeniam interpretatur, quae opinio no exteris modo, sed ipsis Armeniis, v. Mosis Chor. Hist. arm. I, 8. ed. Whisto p. 24. traditione multiplici accepta sedet. Vide Mich. l. c. p. 76. s. Rosenmülle b. Geogr. I, 251. s. Hävernick, Comm. ü. d. P. Ezech. 465. 11) תֻּבַל וּמֶשֶׁךְ. 12) Bochart cui accedit Michaelis et Hävernick, Comm. ad Ezech. Villalpando, in Ezech. XXVII

gog [1], s. Hieronymus l. c. conditorem Scytharum habet, Ambrosius [2] thorum [3]. Fortasse nomen collectivum populorum Caucasi est [4]. Ut Babyis, Aegypti et Sodomorum nomen, etiam illud Magogi mystice ponitur Apocalypsi 20, 7. pro hostibus civitatis Dei [5]. Madai [6], Medos esse res lorata est, et apud omnes in confesso [7].

Chamo praeter Aegyptum atque Africam universam, Syriae magna s obtigit atque Arabiae. I. Par. 4, 40. Accesserunt: Babylonia, Suana, Assyria, quas Semi filiis eripuit Nimrodus Chami nepos. Chamo rant quatuor filii [8]: v. 6–20. Chus [9], Mesraim [10], Phut [11] et Chanaan [12], quibus descendebant totidem populi, in eiusdem numeri terris sedes entes [13]. Chus tum Abessiniam seu Aethiopiam Africanam, tum Arabiam tralem complectitur in Asia [14]. Huic sententiae bene respondent quae sequencommata, in quibus sex filii Chusi, Saba [15], Hevila [16], Sabatha [17], Regma [18], athaca [19] v. 7. et Nimrodus [20], v. 8. atque duo ex Regma nepotes: Saba [21], Dadan [22], a Moyse recensentur. Saba, coll. Num. 12, 1. pars Aethioe septemtrionalis, priscis Meroë [23], Hevila [24], Chaulataei, *Αὐαλῖται*, abiae populus. Gen. 25, 18. I. Reg. 15, 7. [25]. Arabia tota tam felix, m deserta cessit posteris Chusi. Sabatha, a quo Sabotha urbs opulissima Atramitarum in Arabia felici sita nomen traxit. Regma [26], civitatem gama persici sinus [27], quae incolis erat nigerrimis et magnam mercaturam reuit, habent. Sabathaca, urbs Zingi [28]. Sabam s. Hieronymus [29] Arabiam

p. 15. Thubal sunt Iberi praeeunte s. Hieronymo, Comm. in Ezech. V, 311. spani, qui ab Ibero flumine hoc vocabulo nuncupantur.“ Mosoch Cappadoces bel, p. 199. s. aeque Thubal Iberos habet, Mosoch autem gentem ligyam, Ligures.

1) מָגוֹג· 2) De fide ad Grat. l. II. c. 16. ed. Ben. I. 495. 3) Cum s. Hieronymo, praeivit Josephus faciunt Bochartus, l. c. 186. et Knobelius. 4) Rosenmüller, l. Geogr. I, 241. 5) V. August. l. XX. de Civ. Dei. c. 11. I, 390. 6) מָדַי, Mad, Máda eripturis cuneatis. Cf. C. Lassen, Die altpersischen Keilinschriften von Persepolis. n. 1836. p. 63. 7) Cf. Arnold, in Herzogs. R. E. IX, 231. s. 8) בְּנֵי חָם· 9) כּוּשׁ· 10) מִצְרַיִם· 11) פּוּט· 12) כְּנָעַן· 13) A Chus secundum Josephum Antiq. I, 6. 2. i sunt *Αἰθίοπες*, Aethiopiae incolae, quam duplicem laudant veteres Afriam et Asianam. V. Mich. p. 147. 14) Cf. Champollion Figeac, Gesch. u. Beschreig von Egypten. a. d. Franz. Stuttg. 1840. pag. 32. seq. 15) סְבָא· 16) חֲוִילָה· 17) סַבְתָּה· 18) רַעְמָה· 19) סַבְתְּכָא· 20) נִמְרֹד· 21) שְׁבָא· 22) דְּדָן· 23) Nunc Atbara a. Mich. l. c. p. 179. 24) Duplex eodem nomine populus, noster aliusque tane ortus, v. 29. h. c. memoratur, neuter autem illam Hevilam habitasse etur, quam Phison Paradisi fluvius circumibat, atque a reliqua seiungebat Asia, a. 2, 11. ut opinatur Calmetus, Com. ad h. l. p. 861. V. p. 12. 25) Cf. Isai. 43, 3. Vitringae, Comm. ad h. l. ed. Herborn. 1722. II, 526. 26) Ptolem. l. VI, 7. Ven. 219. 27) Cf. Movers, Handel und Schiffahrt. p. 303. 28) Ptol. 4, 7. 148. interpretatur a Michaelis. l. c. pag. 197. Knobelius, in Comm. 107. cum charto. p. 218. Samydacem, Ptol. l. VI, 8. p. 225. Tabula insig. urbium. ed. on. p. 41. Carmaniae urbem intelligit. 29) In l. hebr. quaest. p. 320. iuxta Ps. LXX.

esse tradit. Dadan regio, in qua et oppidum eiusdem nominis ad sinum persicum, unde in Indiam commodum fuit navigare [1]. Fusior fit Moyses in digerenda Genealogia Chusi, quia Nimrod eius filius, v. 8–12. Chami nepos, vir audax et strenuus – quem magnum venatorem coram Domino appellat – initia fecit monarchiarum [2]. Hoc factum est tum, cum Noachitae pedetentim ex montosa Armenia facile iuxta cursum Euphratis et Tigridis descenderent in planitiem Sennaar [3], quae omnem cum Babylonia Mesopotamiam campestrem amplectitur, ibique habitarent [4]. Nimrodus praeter Babel – sive Babyloniam a linguarum confusione sic dictam – cuius primus conditor fuit, aedificavit tres urbes: Arach [5], Achad [6] et Chalanne [7]. Assur [8], filius Semi imitatus Nimrodum secessit ad fontes Tigridis, in regionem, cui nomen indidit Assyria condiditque ibi Ninivem [9], non utique imperium et urbem validissimam cuiusmodi tempore Theglathphalasaris, Salmanassaris et Sancheribi reperimus, Isa. 10, 9. s. 37, 10. s. IV. R. 15, 29. 17, 24. II. Par. 33, 11. sed primariam Assyriae gentis sedem regnique principium; item urbes Rechoboth, Chale et Resen [10], quas certius disponere non valent interpretes [11]. Mesraimo, qui et Aegyptum condidit,

---

[1]) Cf. Movers. l. c. p. 304. Hieronymo, gens Aethiopiae in occidentali plaga. [2]) Quod perinde est ac contra Dominum s. Augustino — lib. 16. de Civ. Dei c. 4. coll. Ps. 93, 16. Jobi 15, 13. ed. Migne. Tom. VII. p. 483. — quia erigebat cum suis populis turrim contra Dominum, „quae est impia significata superbia." V. e. J. F. Schroeeri, imperium Babylonis et Nini ex monumentis antiquis. Francof. 1726. p. 52. [3]) שִׁנְעָר· [4]) V. Kerkherdere, antiquitates babylonicae, in Prodromo Danielico. p. 103. s. Schroeeri, imp. Bab. p. 106. s. Tuch, Commentationes geographicae. part. I. de Nino urbe. Lips. 1845. p. 3. s. Satis enim constat haec per anticipationem dici regnumque illud Nimrodi post babelicam aedificationem coeptum. Tunc mansit Nimrod in eo loco, cum alii omnes alio atque alio dispergerentur, principatus sui custodiendi ac proferendi gratia. [5]) אֶרֶךְ, quam Bochartus cum Salmasio facit, pag. 236. Araccam Ptolemaei. Tom. VI, 3. ed. Par. p. 306. Ven. pag. 212. in Susiannae et Babyloniae confinio ad Tigridem infra confluentem Euphratis. [6]) אַכַּד, LXX 'Αρχάδ, Jonathani ad Ezech. 27, 25. כַּנֵּה, s. Ephraemo comment. a. h. l. et s. Hieronymo, de situ et nominib. loc. hebr. in Genesi. ed. Vall. III, 127. Nesibis, Bocharto. p. 237. Sittace in Assyriae provincia, cui cognomen Argad, de amne Argade. [7]) כַּלְנֵה, quae ipsissima reputatur cum Calno. Jes. 10, 9. Amos. 6, 2. Ephraemo Syro nec non s. Hieronymo, quaest. hebr. in Genes. p. 320. Κτησίφων, pagus antiquissimus et nobilissimus ad Tigrim e regione Seleuciae. Vide Assemanum. Tom. III. Bibl. orient. p. II. p. 622—626. Rosenmüller, Bibl. Geogr, II. a. p. 25. s. [8]) אַשּׁוּר, non alius ab illo, qui v. 22. Apertis enim Moysis verbis vim inferunt, qui Assur pro regionis, non pro hominis nomine accipiunt. [9]) נִינְוֵה· [10]) רְחֹבֹת עִיר, כֶּלַח, רֶסֶן. [11]) Tuch. l. c. p. 14. Sunt apud geographos veteres nomina maxima affinia his civitatibus, sed non satis inducunt probarum ad rem determinandam. Reliquum est, ut obiter notemus, iam olim Clericum — in Comm. in Gen. 10. p. 92. s. — dubia movisse de authentia

v. 13.[1], sex erant filii: Ludim[2], Anamim[3], Laabim[4], Nephthuim[5], Phetrusim[6], et Chasluim[7]; de quibus egressi sunt Philisthiim et Caphtorim[8]. Africam diviserunt inter se duo Chami filii, Mesraim et Put vel Phut. Mesraimo obtigit Aegyptus et pleraque Africae ad Tritonidem usque Paludem; Phuto quidquid trans Tritonidem ad Oceanum usque Atlanticum continetur. Phud Jer. 46, 9. Ezech. 27, 10. 30, 5. 38, 5. Nah. 3, 9. autem, ut habet s. Hieronymus, ad Isai. 66, 19.[9] Lybies – est – omnisque Africa usque ad mare Mauritaniae, in qua fluvius, hodie qui Phud dicitur; et cuncta circa eum regio Phutensis appellatur[10]. De Chanaan filio Cham, qui cum filiis Sidone, Hethaeo,

---

v. 8—12. utpote qui videantur indicare auctorem, qui in istis regionibus versatus est, neque probabile sit, auctorem quicumque demum fuerit, ad tam specialem regionis descriptionem descendere voluisse, si vixerit multis saeculis antequam Israelitis commercium aliquod intercessit cum gentibus trans Euphratem habitantibus? Sed haec obiectiones nisi coniecturae sunt, quae sagaciter refutavit H. Witsius l. l. de prophetis et prophetia c. XIV. p. 99. Interpolatos esse sumit nihilominus Gramberg. l. c. ab Elohista repetens, Schumann, l. c. p. 188. et fere omnes recentiores v. c. Knobelius, Völkertafel. p. 339., qui illos concinnatori Geneseos, ut ei vocare placuit, iehovistico attribuit. V. Comm. p. 107. quocum facit, qui Knobelium in hoc capite interpretando presso fere pede sequitur Delitzsch, Gen. p. 294. Cum copulam, qua hi versiculi cum antecedentibus iuncti sunt iam demonstraverimus, iustamque indoli scriptoris sacri respondentem dederimus explanationem ab ulteriori disquisitione resilire licebit. V. interim Baumgarten, theol. Comm. I, 141.

[1]) Cf. J. Perizonii, Aegyptiarum Originum et Temporum Ant. investig. Trai. ad Rh. 1736. pag 7. s. [2]) לוּדִים. [3]) עֲנָמִים. [4]) לְהָבִים. [5]) נַפְתֻּחִים. [6]) פַּתְרֻסִים. [7]) כַּסְלֻחִים. [8]) פְּלִשְׁתִּים, וְאֶת־כַּפְתֹּרִים. Ludim, J. R. Forsterus — epistolae ad J. D. Michaelis, huius spicilegium iam confirmantes, iam castigantes. Goettingae. 1772. — vir de antiqua Aegypti Geographia et Historia optime meritus. p. 13. Ludaeos credit, incolas regionum, quas Aegyptii olim appellabant Anases. Anamim, Knobel, Völkert. p. 285. coll. aeg. voce Sanemhit, Tsanemhit nomen regionis septemtrionalis Aegypti habet. Laabim, Forsterus nomum Lybiae agnoscit, p. 15. quae Nili inundatione fertilitatem potissimum accipiebat. Ita fere iam s. Hieronymus l. c. p. 320. Nephthuim, Forsterus vestigia legens P. E. Jablonskii, in Pantheo Aegyptiorum. Francofurti. 1750. II. Lib. V, 3. p. 115. s. 4. p. 120. s. intelligit Naptuchaeam, sive terram desertam inter Aegyptum et sinum Arabicum. Phetrusim, Forsterus cum Jablonskio. l. c. §. 5. p. 222. s. nomum Phaturiten Theabidis facit, quae prima pars Aegypti colonis frequentata fuerit. Vide Plin. Hist. N. V, 9., unde et a Prophetis patria Aegyptiorum appellata. Isai. 11, 11. Jerem. 44, 1. 15. Ezech. 30, 14. Chasluim, Forstero p. 17. regio Casiotis inter Gazam et Pelusium, a monte Casio nomen gerens. Caphtorim, his videntur fuisse magis ad occidentem circa Tamiathin vel Damiaten, ex quibus successu temporis quidam in insulam Cretam traiecerunt. V. p. XXI. [9]) IV. 816. [10]) Vide Joseph. Antiq. I, 6, 2.

Jebusaeo, Amorrhaeo, Gergasaeo, Hevaeo, v. 16. 17. occupavit regionem in et circa terram sacram [1].

Semi auctoris et satoris israeliticae gentis, quem Deus fratri natu maiori Japheto praetulit, non ex meritis, sed ex mera gratia, filios notissimos, ab oriente incipiens et in occidente desiturus recenset Moyses. v. 21. 22. Aelam [2], Assur [3], Arphaxad [4], Lud [5] et Aram [6]. Subiicit prosapiam deinde duorum filiorum, Arami et Arphaxadi, reliquorum filiis silentio praetermissis. Ab Aelamo sunt, quos Lucas Act. 2, 9. Elamitas, Strabo [7] Elymaeos vocat, quosve Josephus et s. Hieronymus l. l. Persarum auctores et principes ponunt. De Assur supra iam dictum est, quod populum et imperium assyriacum condiderit. Arphaxad, genealogia Messiae illustris vir est, Luc. 3, 36. a quo Moyses narrat, 24. 11, 12–26. prognatos esse maiores Abrahami et Loti, felicisque Arabiae incolas. Arphaxadum plures Josephum secuti Chaldaeorum fecerunt parentem [8], qui ex Arrapachitide Assyriae, regione Armeniae vicina descendissent in partes Babyloniae [9]. Lud, Lydos, Asiae minoris populum, a quo Lydiae provincia nomen accepit, illuc excurrentem Josephus interpretatur [10]. Ab Aram videntur illi populi sati, quibus in S. Scriptura praefigitur vox Aram [11]. Filii Aram enumerantur quatuor: Us [12], Hul [13], Gether [14], Mes [15]. Ex terra Hus, Arabiae desertae parte septemtrionali, natus est Jobus. 1, 1. [16]. In universum,

---

¹) Ut diximus XIX. s. Aracaeum, v. 17. הָעַרְקִי, Arcem vel Arcas, oppidum haud procul Tripoli in radicibus Libani situm designare, iam vidit Josephus eumque secutus s. Hieronymus; Sinaeus, הַסִּינִי, urbs in vicinia Libani, Sin ab s. Hieronymo in quaest. pag. 321. appellata. Aradium, הָאַרְוָדִי, Aradus, insula in Phoenicia, cum cognomine urbe, nunc Ruad sive Rowada; Samaraeus, הַצְּמָרִי, Zamaraei, in Phoenice, quorum urbs nobilis fuit Simyra, nunc Sumra. Amathaeus, הַחֲמָתִי, urbs celeberrima Syriae ad Orontem, Graecis Epiphania dicta, s. Hieronymus in Ezech. XLVII, 15. 16. V, 598. ²) עֵילָם. ³) אַשּׁוּר. ⁴) אַרְפַּכְשַׁד. ⁵) לוּד. ⁶) אֲרָם, qui monente Hieronymo l. c. ab Euphrate fluvio partem Asiae, usque ad indicum Oceanum tenent. ⁷) L. XV. ed. Amstel. 1652. p. 488. 9. V. H. A. W. Meyer, K. exeg Handbuch, über die Apostelgeschichte. Gött. 1854. p. 50. Vaihinger in Herzogs R. E. III, 747. ⁸) Copiose hac de re disputat: Schroeerus, imp. Bab. p. 86. s et P. Schleyer, in diss. Würdigung der Einwürfe gegen die alttestamentalischen Weissagungen aus dem Orakel des Jesaja über den Untergang Babels. Freiburg 1839. p. 301. s. ⁹) Knobel, l. c. p. 165. s. ¹⁰) In quam sententiam pene omnes eunt post Bochartum. p. 83. ¹¹) V. c. אֲרַם נַהֲרַיִם, Syria interamnis, Mesopotamia Gen. 24, 10. אֲרַם דַּמֶּשֶׂק, Syria Damascena. Isa. 7, 18. אֲרַם צוֹבָה, Syria Sobaea ubi Palmyra et vicinae urbes. III. Reg. 9, 18. II. Par. 8, 3. 4. ¹²) עוּץ. ¹³) חוּל ¹⁴) גֶּתֶר. ¹⁵) מַשׁ. ¹⁶) Hul, Josepho et Hieronymo est Armeniae pars. Knobelio l. c. p. 285. stirps aramaea Chul Syriae, unde forte ortum nomen κοίλη Συρία Gether, s. Hieronymo, in q. h. p. 322. sunt Armeni, quos Acarnanios vocat

si familia Arphaxadi [1] addatur, tabula nostra: Japheto XIV., Chamo XXXI., Semo XV. tribuit nomina; proinde in summa LXX. Numero septenario decies sumpto [2].

§. 11. Aedificatio turris babelicae et confusio sermonis.

A Japheto, Chamo et Semo filiis Noae propagatum humanum genus intra ducentos annos a diluvio nimium quantum incrementum habuit, ut non una amplius regione capi posset. Alias proinde sibi sedes homines quaerere cogebantur. Prius tamen, quam in has immigrarent a seque mutuo divellerentur, vesano prorsus fastu ingentem turrim in campo Sennaar aedificare decreverunt, Gen. 11, 1–9. cuius apex ad coelum usque pertingeret, quamve commune sui monimentum posteris relinqueret terrigenae civitatis proles [3]. Ad perimenda haec molimina, linguae confusionem aedificantibus Deus immisit, nam eadem omnium mortalium erat hactenus lingua. Hanc sermonis unitatem frustrandis illorum conatibus prodigioso modo sustulit, fuitque haec labii confusio peridoneum medium, ad turbandas istorum conditorum mentes eosdemque ad secessionem adigendos. Per eam quippe factum est, ut alter alterius sermonem non intelligeret v. 7. Ita commercio vocis ablato, aedificandi consilium abiecerunt et a coepto destiterunt. Sic poena linguarum dispersit homines, donum linguarum dispersos in unum populum recollegit [4]. Unicam fuisse linguam antequam conderetur turris Babel

Calmeto, l. c. p. 264. Huraei. Mes incolae montis Masii, Nesibi urbi a septemtrione imminentis. Cf. Michaelis, II, 141.

1) De qua mox. p. 43. 2) De symbolica huius summae significatione cf. Baumgarten, in Comm. I, 158. 3) Aug. de Civ. Dei. XVI, 4. II, 115. Operosus in eius descriptione est S. Bochartus, in Phaleg. I, 9. s. p. 35. s. Athanasius Kircherus, Turris Babel, sive Archontologia, qua turris fabrica, confusio linguarum et gentium transmigrationis historia describ. Amstel. III. v. 1673–5. Tractat de loc. quib. diff. Francof. 1839. Turris Babel. p. 49. s. S. Preiswerk, Morgenland. ann. 1839. I. Quinam autem auctores famosi huius operis fuerint Moyses indirecte solum prodit, quum dicit civitatem et turrim aedificasse filios hominum v. 5. per quos intelligi improbos, profanos, illam hominum societatem, secundum hominem viventem, quam terrenam dici civitatem docuimus. p. 23. Cf. Deut. 32, 8. Quod autem in aedificatione hac gravissime peccarint apparet inde, quia voluerunt sibi celebre nomen, seu celebritatem famae ac gloriae comparare. 4) H. Grotius, ad Actor. c. 2. Op. theol. ed. Amstel. 1679. II, 581. V. M. Baumgarten, Die Apostelgesch. Halle. I, 55. s. Ex his conspicitur absque ulla veritatis specie dici, non linguas dispersas, sed sermones aedificantium, qui consiliis divisi diversarum sententiarum auctores exstiterunt, et ita per orbem terrarum dispersi sunt, ut tenent: Vitringa, Obs. Sacr. Franecq. 1712. I, p. 109. s. Clericus, Comm. in Gen. p. 105. Contra q. diss. M. G. Ziegra, in Thes. Th. I, p. 169. s. Deyling, de ortu Babelis. Obs. s. III, p. 19. s. Schroeerus, l. c. p. 48. s. Calmetus, Diss. I. p. 140. s. V. Hoffmann, Weiss. u. Erf. I. p. 96.

etiam in traditione veteri gentilium servata est [1]. Hebraeam autem linguam fuisse „initium oris et communis eloquii et hoc omne, quod loquimur, universa antiquitas tradit" [2]. Quod ex illa molitione reliquum fuit, initium Babylonis

---

[1]) Locum ex Abydemo hanc in rem facientem laudat Eusebius, Praeparationis evangelicae libro IX., XIV. ed. Fr. Vigeri. Paris. 1628. p. 416. [2]) S. Hieron. ep. XVII. ad Dam. p. 50. Ita docet Jonathan, B. Uz. in Paraphrasi ad Gen. 11, 1. Targ. Hierosolym. ib. in Pol. Lond. IV, p. 19. Aben. Esra in Bibl. Magn. Joann. Buxtorfi. h. l. Id ipsum habet s. Hieronymus in Sophoniae III., quum asserit, ad v. 14. „linguam hebraicam esse omnium linguarum matricem." ed. Vall. VI, 730. Et s. Augustinus, de Civitate Dei. lib. XVI. c. 11, 1. p. 127. „Quia ergo in eius familia — Heberi — remansit haec lingua, divisis per alias linguas ceteris gentibus, quae lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebraea est nuncupata." Et lib. XVIII. c. 39. p. 282. „Non itaque credendum est, quod nonnulli arbitrantur, hebraeam tantum linguam per illum, qui vocatur Heber, unde Hebraeorum vocabulum est, fuisse servatam." Quae thesis quamvis fere omnes recentiores interpretes refragatores habeat, qui de illa praeiudicatum esse confidenter docent, idoneis haud destituitur argumentis, quae fere his continentur a. Primum sumitur ex identitate linguae Abrahami, cum illa Heberi proinde et Semi atque Noae; iuxta Genes. 11, 1, vero liquido constat usque ad confusionem linguarum primigeniam perdurasse linguam, Deumque cum Noa eadem lingua locutum esse, qua cum Adamo. b. Aliud sumitur ab etymologia nominum propriorum quotquot exstant a mundi creatione usque ad dispersionem gentium, quae omnia congruunt cum vernaculo Hebraeorum sermone, et ita congruunt, ut cum alio nunquam. Statuendum est igitur, sive hebraicum sermonem ipsissimum esse Adamicum et Noemicum, sive eo deducendi sumus, ut largiamur neotericis, Moysem genuina singulorum nomina ad arbitrium produxisse, novis hisce suis ex hebraeo sermone deductis in locum veterum et primigeniorum substitutis. Substitutio eiusmodi est contra indolem ac morem tum sacrorum, tum profanorum scriptorum. Nec verisimile est Spiritum veritatis, qui una cum rebus gestis nomina etiam personarum, qui eas gesserunt nos edocere voluit vera reticuisse? Faciamus tandem Moysem ita egisse, anne poterant eam pariter legem traditioni gentium, quae saepe in ipsis nominibus conspirans invenitur imponere? unde tam concors nominum affinitas et similitudo? antiquissimas gentium appellationes ex nominibus hebraicis propagatas ostendit: S. Hieronymus libro de situ et nominibus locorum hebraicorum. ed. Vall. III. a, 121. s. c. Tertium sumitur, ab ea Hebraicae linguae indole, secundum quam vetustatem suam et supra ceteras antiquitatem prodit. Hebraicus sermo in libris sacris expressus simplicissimus est prae ceteris. Simplicitas exinde apparet, quod omnes radices tribus tantum literis absolvantur, paucissimis varietur coniugationibus, dialecti deficiant, peregrinis vocibus careat; pauca composita habeat, constructiones brevissimas, res tamen accurate exprimentes. Sane Wilh. ab Humboldt — Op. Ueber die Kawisprache nebst einer Einl., über die Verschiedenheit des menschlichen Sprachbaues und ihren Einfluss auf die geistige Entwicklung des Menschengeschlechts. I. d. Abhandl. d. k. Akad. der Wiss. zu Berlin. 1836—1839. Einl. p. CCIV. V. — non veretur semiticum ramum linguarum, in quo alioquin lingua hebraica principem tenet locum, eum appellare qui flexionem

fecisse creditur [1]. Ceterum tempus, quando hoc omne contigerit, Moyses tametsi nonnihil obscurius designat, cap. 10. v. 25. quum refert, Heberi natos esse duos filios, quorum uni nomen Phaleg, i. e. divisio factum est, eo quod in diebus eius divisa fuerit terra. Revocari ad nostram narrationem merito possunt, quae Poetae de gigantibus cecinerunt [2].

§. 12. Progenies Semi Arphaxadica.

Post Arami prosapiam expositam flectit Moyses Gen. 10, 24–30. ad familiam Arphaxadi – quam repetit c. 11, 10–26. – praecipuaque cura texuit genealogiam Semi – per Arphaxadum – quod is proprie stirps fuerit populi israelitici, atque in illo potissimum coeperint insignia Dei beneficia, quibus Dominus hunc populum cumulare dignatus est [3]. Arphaxadi memoratur filius: Sale [4], natus anno aetatis Arphaxadi quinto supra trigesimum; v. 12. nepos Heber [5], pronepotes ex Hebere Phaleg [6] et Jectan [7]. Huius porro Jectanis filii tredecim: Elmodad [8], Saleph [9], Asarmoth [10], Jare [11], Aduram [12], Uzal [13], Decla [14], Ebal [15], Abimael [16], Saba [17], Ophir [18], Hevila [19], et Jobab [20], quorum habitationem v. 30. figit Moyses a Messa [21], usque ad Sephar [22], montem orientalem [23].

---

et purum principium structurae sermonis typo verissimo et maxime conciso exprimat. Defendunt hanc sententiam: St. Morinus, exercit. de lingua primaeva. Ultraj. 1694. Bode, de primaeva linguae hebr. antiquitate. Halae. 1740. Carpzovius, Critica s. V. T. Lips. 1748. p. 164. s. C. Löscher, de causis ling. hebr. Francof. 1706. I, 2. 3. p. 13. s. B. Waltonus, Prol. III, 5. s. p. 15. s. J. Simon, Introd. h. c. in ling. hebr. Halae. 1753. p. 8. s. J. T. Buddeus, Hist. eccl. V. T. I, 170. s. Anton, de lingua primaeva eiusque in ling. hebr. vestigiis. Viteb. 1800—4. J. H. Pareau, institutio interpret. Traj. 1822. p. 25. Obs. 2. H. A. Ch. Hävernick, Handb. der h. k. Einleitung in d. A. T. I, 1836. p. 141. s. M. Baumgarten, theol. Comment. I, 155. s. Cf. e. F. Delitzschii, Jesurun. l. II. p. 43. s. Eiusd. Comm. in Genes. p. 309. s. A. Tholuck, Verm. Schriften. II, 254. s. C. F. Keil, Lehrbuch der hist. krit. Einleitung. Frankfurt. 1853. p. 34. s.

[1]) Cf. Bocharti, Phaleg. p. 36. s. [2]) V. c. Ovidius, Fastorum. l. 5. v. 39. 40. Exstruere hi montes ad sidera summa parabant. Et magno bello sollicitare Jovem. Virgilius in Aeneide. VI. v. 582. — qui manibus magnum rescindere coelum aggressi superisque Jovem detrudere coelis. Scriptorum profanorum testimonia de primordiis Babyloniorum, quae hic cum historia sacra amice conspirant, lege apud Schroeerum. l. c. p. 56. s. [3]) In posteris Semi maiora etiam ab hebraico textu, qui ab Arphaxado usque ad Nachorem 220 numerat annos, divortia sunt Samaritanorum, 870 et LXX, 1000, sua tamen hebraico constat veritas. V. Bengelii. O. T. p. 51. Michaelis. l. p. 6. c. p. 179. s. [4]) שֶׁלַח. [5]) עֵבֶר. [6]) פֶּלֶג. [7]) יָקְטָן. [8]) אַלְמוֹדָד. [9]) שָׁלֶף. [10]) חֲצַרְמָוֶת. [11]) יָרַח. [12]) הֲדוֹרָם. [13]) אוּזָל. [14]) דִּקְלָה. [15]) עוֹבָל. [16]) אֲבִימָאֵל. [17]) שְׁבָא. [18]) אוֹפִר. [19]) חֲוִילָה. [20]) יוֹבָב. [21]) מֵשָׁא. [22]) סְפָרָה. [23]) Mirum

Sale, Arphaxadi filius, annos triginta natus genuit Heberum. Postquam complures filios filiasque genuerat et ex posteris Isaacum viderat anno aetatis 433. diem suum obiit. Gen. 11, 14. 15. Heber, Salae filius, annos 34 natus genuit Phaleg, v. 16. 17. in cuius tempora incidit dispersio gentium. Phalegi filius erat Rheu [1], v. 18. 19. nepos Sarug [2], v. 20. 21. pronepos Nachor [3], v. 22. 23. abnepos Thare [4], v. 24. 25. adnepos Abram; v. 26. 27. anno fortasse 130 natus patri Tharae, quia natu minimus fuit, ut liquet e 12, 10. coll. 11, 32.; incertum etiam, quo anno Thare genuerit Aranum [5], patrem Loti, praematura ut videtur morte e vivis ereptum. Gen. 11, 27–29. A Hebero nomen traxit gens hebraica, quae primitivae i. e. hebraicae linguae usum constanter retinuerat. Eadem quoque in cuncta Semi posteritate Dei largitoris munificentiam maxime experta est eo, quod veram Dei cognitionem et cultum conservaverit, selecta fuerit, ut ecclesiam ipsius constitueret, leges ipsius et s. Scripturas reciperet, imo in longe ventura saecula propagaret, ac tandem Messiam orbi daret. Populos a tredecim filiis Jectanis oriundos Moyses ponit Messam inter et Sephar. His velut intento digito designat Moyses Jectanitarum sedes. Obscurum tamen nonnihil est, qui sint hi limites [6]. Vero proximum esse videtur omnes posteros Jectanis [7] habitasse in interiori Arabiae australis versus occidentem parte, etiamsi unus alterve illorum in vicinas terras deduxerit coloniam. Illic insedit Elmodad [8]. Saleph, qui nomen dedit Salaceniis [9]. Asarmoth, Arabum Hadramaut [10], Graecorum et Romanorum Chatramamitis, ipsa Arabiae regio myrrhifera et thurifera [11]. Jare [12], qui hic dicitur nomen retinuit insula Jeracum [13]. Aduram,

---

a s. Luca evang. c. 3. v. 35. et 36. inseri Cainan, Καϊνάν, inter Arphaxad et Sale, quem in hebraico textu non commemoratum graeca versio patriarchis addit. Gen. 10, 22. 24. 11, 12, 13. Qua de re disseremus T. II. de geneal. Christi verba facturi.

[1]) רְעוּ. [2]) שְׂרוּג. [3]) נָחוֹר. [4]) תֶּרַח. [5]) הָרָן. [6]) Bocharto l. c. p. 144. Mesa, portus est celeberrimus ad mare rubrum, ad quem frequentes appellebant Aegyptii et Aethiopici mercatores. Michaeli, Mesene, ad Tigridis ostia sita civitas. II. p. 205. Knobelio. l. c. p. 182. locus et vallis Bisha, in regione Jemenae. Sephar, Bocharto, p. 145. urbs Σάπφαρ. V. Ptolemaei, Tabulam urbium insignium Arabiae felicis. ed. Geogr. veteris scriptores graeci minores. Oxoniae. 1712. vol. III, 40. Calmeto. l. c. p. 88. quaedam in Armenia regio. [7]) Qui et a paraphraste Arabico Khatan appellatur. [8]) Knobelio, p. 194. stirps djorhomitica, quorum principes frequenter nomine Modhadh distinguuntur, quod conveniret, maxime si al articulus foret arabicus, non pars nominis. [9]) Ptolemaei, iuxta Aruraeos montes. VII, 1. Indiae intra Gangem. ed. Ven. p. 254. [10]) V. Abulfedae, descript. Arabiae. ed. s. c. Oxon. III. p. 19. [11]) V. Ptolemaei, Arabiam. ed. Oxon. III, 21. [12]) Heideggero. I, 707. [13]) Quam l. c. Ptolemaeus VI, 7. Arab. fel. p. 223. disponit adiacentem iuxta sinum Arabicum.

Atramitae [1] esse sumuntur. Uzal, urbs Sanaa antiquissima et celeberrima Arabiae australis [2]. Decla, ignota stirps Arabiae felicis [3]. Ebal, putant ex Arabia felice traiecisse in alias sedes et nomen fecisse emporio Avaliti [4]. Abimael, regio Mahra [5]. Saba, Sabaei Arabum propter thura clarissimi [6]. Ophir, eruditi quaerunt in Arabia [7] vel India [8]. Huetius [9] censet esse orientalem Africae oram, a promontorio aromatum ad extremum usque Africae limitem. Hevilah et Jobab, accuratiori definitioni eruditi defectu monumentorum pressi supersedent. Praeter hanc Noae posteritatem de nomine recensitam, credibile est plures alios fuisse, quos tamen Moyses reticuit, quod nullius distinctae gentis auctores fuerint, sed eorum posteri inter cognatos posteros vixerint [10].

---

[1]) Plinii, Nat. Hist. VI, 28. [2]) Cuius imaginem exhibet Abulfeda descript. Arabiae ed. Oxon. III, 54. Cf. Movers, Handel und Schiffahrt. p. 302. [3]) Sim. Onom. p. 164. [4]) Hoc ostendere adnisus est Bochartus. p. 123. s. [5]) Abulfedae. c. l. p. 66. Knobelio. p. 196. [6]) Plin. l. s. c. Plura de his dabit praeter iam laudatos Rosenmüller, Bibl. Geogr. III, 166—176. Movers, Handel. p. 298. [7]) Bochartus, Phal. l. 2, 27. Rosenmüller. l. c. p. 177. Keil, Untersuchung ü. d. Hiram-Salamonische Schiffahrt. Dorpat. 1834. p. 21. s. Gesenius, in Thes. 141. s. Winer, R. W. II, 183. [8]) Ita iam LXX, H. Relandus, in Ugolini, Thes. VII, 447. s. Lipenius, ib. p. 387. Ritter, in excursu ad Tom. XIV. Geogr. p. 348—431. Pressel, in Herzogs. R. E. X, 695. [9]) Comment. de navigat. Salam. c. II. in Thes. Ugol. VII, 295. Quocum faciunt Vitringa, Geogr. s. p. 113. Movers, Handel u. Schiffahrt. d. Phön. Berlin. 1856. p. 58. s. [10]) Ceteroquin post has omnes fusius forsan quam par erat adductas expositiones fatendum, haec omnia etymologiis niti, quae secura ad persuasionem argumenta non subministrant.

CAPUT ALTERUM

AB ABRAHAMO USQUE AD ORTUM MOYSIS HISTORIAS PATRIARCHARUM ENARRAT.

§. 13. Vocatio et peregrinatio Abrahami.

Quum superstitio pariter ac morum improbitas passim invalesceret et ipsa Sethi posteritas et in illa Heberi, Jos. 24, 2. 3. eodem quoque veneno afflaretur, visum fuit Deo Abramum – qui ea indole erat praeditus, ut eum in omnibus divinae voluntati pariturum praevideret Is. 29, 22. 41, 8. Rom. 4, 3. s. Jac. 2, 23. – e natali loco Ur in Chaldaea, Haranen transferre. G. 11, 28.[1]. A patris autem obitu Abramus annos septuaginta quinque natus iubetur abire in terram, quam ei Deus demonstraret, Act. 7, 5. 6. Hebr.

---

[1]) Duas vocationes Abrami, coll. Act. 7, 2. s. 55. alteram in Ur, alteram in Haran esse distinguendas iam s. Augustinus de Civ. Dei, XVI, 15. 16. II, 133. scite monuit. Priori pater illius cum altero filio suo nepoteque ex Aran obtemperavit, iterque in Chanaan ingressi sunt, sed substiterunt in Haran, ubi mortuo patre suo secundum vocatus est, non iam ut iret in Chanaan, sed coll. Act. 7, 4. ut habitaret ibi. Quae hic commemoratur אור כַּשְׂדִּים verisimillime est eadem cum Ur, cuius meminit Ammianus Marcellinus l. XXV, 8. II, 57. reditum romani exercitus sub Joviniano post mortem Juliani describens. Ab hac urbe, quae erat inter Nesibin et Tigridem recta via transeundum erat Haranen. Carre A. Marcellini XXIII, 3 I, 335. Charan. in excerpta ex Chrysococcae Syntaxi, ed. Geogr. v. Script. Oxon. III, 4. Ur in Mesopotamia fuisse probant. ll. Gen. 24, 10. Jos. 24, 2. 3. Act. 7, 2. Si autem Gen. 11, 28. Moyses Ur Chaldaeorum vocat prolepsi utitur, et Chaldaeam intelligit Mesopotamiam, perinde ac omnem secus Tigridem regionem amplectentem. Cf. Act. 7, 2. Accedit quod Abramus et qui eum secuti fuerant nomades fuerunt, nulla autem terra nomadum vitae aptior fuit solitudine borealis Mesopotamiae, in qua sita erat Ur Ammiani. C. Wagneri, diss. de Ur Chaldaeorum, Thes. theol. I, 173. s.

11, 8. i. e. Chananaeam. Abramus אַבְרָם, divinitus admonitus – patriam relinquens, nihil veritus ingredi terram, quam natio valida et copiosos in ramos diffusa possideret – movit comite Loto לוֹט, ex fratre nepote Gen. 12, 5. emensusque terram per longum venit in Sichem [1], ubi Deo, per quem possidendae aliquando Chananeae promissione beabatur, altare aedificavit. Inde concessit ad austrum versus montanum Judae, ibique tetendit tabernacula inter Bethelem [2] et Hai, quae loca sibi propinqua erant; ubi similiter altare condidit et victimas mactavit. v. 8. Deinde quum aliquantisper ibi commoratus esset, ingruente fame in Aegyptum, cuius fertilitas – non tantum frumenti, sed et pascuorum – in toto antiquo orbe inclita fuit, descendere coactus est cum uxore Sarai [3]. In Aegyptum adventans propter pulchritudinem uxoris suae Sarai in discrimen venit [4], quare vitae suae metuens tacuit uxorem, dixit sororem [5]. Pharao [6] aulicorum suorum lenociniis adductus Sarai rapuit ut ei nuberet, Abramo vero munera propensissima donavit; v. 16. sed tamen a Deo monitus destitit

---

[1]) V. p. LVI. Locum, ubi deinde urbs Sichem exstructa erat, fere medium inter Galilaeam et Hierosolymam, cui ager amoenus subiectus fuit. [2]) P. LIX. Quae tum Luza vocabatur. [3]) Eadem fortasse Abraham via, per quam ivit Maria Virgo cum infante Jesu Christo et b. Josepho patre nutritio iuxta mare rubrum perrexit. [4]) Quae licet LXV annum ageret pulchra et specie decora erat, cum vita hominum tum longior fuit, et adeo ipsa senectus amplius distaret. [5]) Hoc factum Abrami iam olim damnavit Faustus Manichaeus — cui pluribus respondet s. Augustinus. l. XXII. c. Faustum. c. 22. 23. 36. 37. ed. M. p. 421. s. — impacta calumnia Abramum mentitum esse, et Sarai uxorem dissimulasse, ut ditior fieret, quod sane ne quid durius dicatur avari animi indicium fuisset. Revera Sarai soror fuit Abrami, quamvis non uterina, fuit nimirum filia fratris Arani: „Fratres autem sive sorores generali nomine consanguineos solere apud veteres appellari, scriptura testatur.“ S. Aug. l. c. p. 423. Necdum enim, ut in excusationem eius dicit s. Hieronymus in quaestionibus h. in Genesim. p. 335. illo tempore tales nuptiae lege prohibitae erant. „Vera tacuit, non falsa locutus est; quibus veris audiendis eos minus idoneos iudicavit. Non enim dixit, non est uxor mea, sed dixit, soror mea est: quod erat revera, tam propinqua genere, ut soror non mendaciter diceretur.“ Cf. s. August. contra mendacium. cap. X. VI, 533. Haec ipsa valent de sermone Abrami cum rege Abimelecho. c. 20. v. 11—13. V. G. Estii, Annotationes in praecipua ac difficiliora S. Scripturae loca. Ven. 1759. p. 13. [6]) Communis titulus veterum Aegypti regum in A. T. idem ac rex Jos. Antiq. VIII. 6, 2. I, 436. V. Jablonski, voces Aegypt. a. script. vet. in Opusc. I, 374. s.

a cogitatis uxoremque Abramo intactam reddidit; veritus nimirum ne tanto peccato adversus homines sub speciali Dei providentia constitutos commisso, iram divini numinis in se domumque suam, nec non totam Aegyptum provocaret. Unde Abramum cum illa dimisit et ad limites regni deducere iussit. v. 18–20. E finibus Aegyptiorum egressus Abramus cum Loto, quem itineris socium habuit, lentis itineribus in Chananaeam rediit 13, 1–4. per Bethel, quo loco iterum altare Deo struxit, in hoc gratias acturus Domino, qui ex tot periculis, quae in Aegypto subiit, incolumem eruit. Cum vir sanctus rixas suos inter et Loti pastores observasset, – quia pascua gregibus ipsius, Loti et priscorum incolarum satis esse non poterant – Abramus iustus omnes discordiarum cum Loto causas antevertere laborabat, quare seorsum habitare deinceps statuit Hebrone ad convallem Mambre [1] et maior licet natu, locupletiorque, nepoti suo optionem dedit, ut in quascumque terras velit se se reciperet. Lotus longe amoenissimam regionem Sodomae planam elegit [2]. Ea tempestate reges vicinarum gentium Amraphel, Arioch, Chodorlahomor et Thadal [3], postquam circumiacentes regiones trans Jordanem sibi adiunxissent, toparchas Pentapolitanos bello aggressi sunt in valle Siddim [4]. Praelio inito exercitus pentapolitanus victus est; neque in fuga et caede exercitus stetit victoria, nam magnam praedam ceperunt, et inter abductos Lotum quoque cum familia fortunisque omnibus abduxerunt. 14, 1–12. Quod cum a profugo comperuisset Abramus, Loti in captivitatem per orientales reges rapti calamitatem non tulit negligenter, sed copiis e vernis trecentis decem et octo instructis, victores ex improviso invasi atque per intempestam noctem ita fudit, ut in fugam eos compelle ret, et usque ad Dan [5] persequeretur; iis fugatis salva omnia cum Loto suo recuperavit. v. 13–17. Victori reduci cum praeda occurri rex Sodomae in valle regia iuxta Salem [6]. Abramus, qui novera iure sibi deberi non tantum impendium, sed etiam aestimationem

[1]) Vide p. LXIV. [2]) Quae ante subversionem urbium quinque, quibus hae habitabatur planities, Jordane irrigua fuit. 5—15. Unde Moyses paradiso terresti et Aegypto comparat. Cf. pag. XXIX et XXX. [3]) De quibus diligenter disputa Mazochius, Spicileg. in Genes. p. 77. [4]) V. p. XXIX. [5]) Cf. Deyling. Obs. s. I, (p. 24. [6]) V. p. LXVI.

laboris, cum vir esset pii non tantum, sed et excelsi animi, sibi quidem nihil sumere voluit, sed cum cives, tum praedam ab hostibus reductam liberaliter restituit [1].

§. 14. Melchisedechi persona et Mysterium.

Ad eandem regiam vallem egressus est etiam Melchisedechus rex Solymorum [2], sacerdos Dei altissimi! qui proferens panem et vinum – id est offerens, coll. Jud. 6, 18. – Deo in gratiarum actionem, pro Abrami victoria, per hoc ipsum, typum sacrificii Christi in Eucharistia exhibuit. Melchisedecho, intuitu sacerdotii et sacri ministerii, coll. Hebr. 7, 4. Abramus decimam omnium spoliorum partem dedit, eoque ipso illum maiorem se confessus est, a quo et benedictionem accepit. Quae vero S. Scriptura de

[1]) Narrationes fabulosas Rabbinorum de Abrahamo collegit: B. Beer, Das Leben Abrahams, nach Auffassung der jüdischen Sage. Leipz. 1859. [2]) V. p. LXVI. Rex iustus מַלְכִּי־צֶדֶק, Μελχισεδέκ, vel a nativitate boni ominis causa vel ob famam et laudem iustitiae dictus, cum perbelle eius civitatis rex sit Melchisedechus, ubi etiam verus rex iustitiae et pacis per illum adumbratus apparuit. Melchisedechum eundem cum Semo Noae filio fuisse tradunt Judaei. Quibuscum facit J. Boulduc, de ecclesia ante legem. p. 170. s. Sane Semum tunc adhuc in vivis fuisse, ex annorum supputatione, quos ei S. S. tribuit certum est. Sed haec opinio repugnat Cap. VII. v. 3. ep. ad Hebraeos, ubi Melchisedechus describitur, sine matre, sine genealogia, quorum nihil in Semum cadit, ut iam recte vidit Theodoretus, quaest. 64. in Genesim. ed. J. L. Schulze, I, 77. Sententia Originis, qui teste Hieronymo — prima in Genes. homilia, quae tamen iuxta Villalpandum hodie non exstat — eo delapsus est, ut Melchisedechum Angelum fuisse dixerit nullos nacta est sectatores, praeter Didymum perpetuum Origenis pedissequum. Mittimus Melchisedechianos a s. Epiphanio — haer. XXXV vel LX I, 468. s. — s. Augustino — de haeresibus XXXIV. ed. M. VIII, 31. — s. Hieronymo — ep. ad Evangelum presbyterum LXXIII. ed. Vall. I, 10. — notatos, qui Melchisedechum non hominem fuisse, sed praeclaram quandam virtutem — Epiph. l. c. — vel ut Hierax Spiritum sanctum esse existimarunt. Idem p. 472. Hominem fuisse Melchisedechum s. Paulus, ut aliis indiciis, ita hoc imprimis argumento prodit, quod dicat eum fuisse assimilatum filio Dei. l. c. s. S. Hieronymus, et quos citat veteres scriptores, Melchisedechum habent hominem Chananaeum, ex gentibus, quae Palaestinam incolebant, veri attamen Dei, et adeo Christi in carnem venturi notitia imbutum. Neque enim dubitandum, hominem infidelem non fuisse dignatum tam illustri officio: typum gerendi personae et sacrificii Christi. Unde rursus palam fit priscam illam traditionem promissi Messiae, tempore Melchisedechi nondum extra familiam Abrahami penitus obsolevisse, et Melchisedechum verae ecclesiae membrum fuisse.

Melchisedecho narrat revera inserviisse typo Messiae [1], clarissime patet: a. Ex cap. VII. epistolae ad Hebraeos, ubi Apostolus per totum caput – Davidem [2] secutus – Christi sacerdotium comparat cum ministerio Melchisedechi. b. Ex Canone Missae, ubi Melchisedech summus sacerdos sanctum sacrificium immaculatam hostiam obtulisse dicitur, quorumve verborum iam meminit s. Ambrosius, – de sacramentis [3] – perspicuum est antiquissimam et totius catholicae ecclesiae publicam fidem [4] exsistere: Melchisedechum sacerdotem fuisse, et similitudinem sacerdotii Christi ad sacerdotium Melchisedechi oblatione panis et vini in sacrificium effici. Huic interpretationi suffragatur c. Unanimis consensus s. Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum. Videatur: s. Justinus M. [5], Eusebius [6], s. Joannes Chrysostomus [7], s. Ambrosius [8], s. Epiphanius [9], s. Hieronymus [10], aliique bene multi.

---

[1]) Qui oblaturus erat Deo sacrificium incruentum, primum quidem ipse in ultima sua coena, deinde per ministros suos usque ad finem mundi. Luc. 22, 19. 20. I. Cor. 11, 24. [2]) Ps. CIX. v. 4. de Messia canentem: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Cf. v. 17. cap. VII. ep. ad Heb. [3]) Lib. V. c. 6. II, a. 372. [4]) Coll. Conc. Trid. sess. XXII. c. I. [5]) Dialogo cum Tryphone. ed. Otto. p. 33. 107. [6]) Lib. V. demonstrat. evang. cap. 3. p. 223., ubi cum Ps. 109. oracula explicat inter alia haec habet: *„Quemadmodum ille, qui sacerdos gentium erat, nusquam videtur sacrificiis corporalibus functus, sed vino solo et pane, dum ipsi Abraham benedicit, ita sane primus ipse Salvator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotii munus obeuntes, vino ac pane, et corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repraesentant, quae sane mysteria, Melchisedech tanto ante spiritu divino cognoverat, et rerum futurarum imaginibus usus fuerat.“* [7]) Homil. XXXVI. in Genesim. p. 366. [8]) De fide l. III. c. 11, 88. p. 513.; de Abraham I. c. 3. 16. I. a 288. [9]) L. s. c. p. 4. 471. [10]) In quaest. hebr. pag. 328. seq. *„Melchisedech autem beatus Apostolus sine patre et matre commemorans, ad Christum refert et per Christum ad gentium ecclesiam. Omnis enim capitis gloria refertur ad membra, eo quod praeputium habens Abrahamo benedixerit circumciso et in Abraham Levi, et per Levi Aaron, de quo postea Sacerdotium. Ex quo colligi vult, sacerdotium ecclesiae habentis praeputium benedixisse circumciso sacerdotio Synagogae. Quod autem ait: tu es sacerdos, — Ps. CIX, 4. — in aeternum secundum ordinem Melchisedech: mysterium nostrum in verbo ordinis significatur: nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane et vino: id est, corpore et sanguine Domini Jesu.“* Cf. A. Bellarmini, lib. V. de Eucharist. de Missa I. c. 6. ed. c. p. 1321. s. Nat. Alex. l. c. p. 176. s. Nobiscum facit ecclesia orientalis universa. Acatholici hunc locum ad mysterium Missae pertinentem pervertunt, dum duce Josepho Flavio — qui in Antiq. I. 10, 2. I, 32. verba Moysis ita reddit: „ἐχορήγησε οὗτος ὁ Μελχισεδέκης τῷ Ἀβράμου στρατῷ ξένια, καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων παρέσχε, καὶ παρὰ τὴν

§. 15. Promissio de multiplicando semine Abrami.

Post bellum cum orientalibus regibus gestum Deus Gen. 15, 1. Abramo apparuit, et postquam eum in terra aliena peregrinum metu dehortatus fuisset partem promissionis ipsi antehac c. 12, 2. 3. [1] factae de semine illius multiplicando instaurat. v. 5. Hac promissione Abramo ter, 12, 2. 3. 18, 18. 22, 18. Isaaco 26, 3. 4. ac demum nepoti Jacobo 28, 13-15. semel repetita tria pollicetur Deus; ingentem posteritatem, dominium Chananaeae, et bona per ipsum eiusque progeniem omnibus gentibus adventura [2]. Promissioni huic, qua v. 4. ipsi filius et gens numerosissima ex illo oritura promittitur Abramus, quamvis iustis adhuc careret haeredibus, ad quos promissio illa transire queat, simplicissime acquievit. v. 6. coll. Rom. 4, 3. 18. Gal. 3, 6. Jac. 2, 23. Deus autem, ne unquam

εὐωχίαν αὐτόν τε ἐπαινεῖν ἤρξατο, καὶ τὸν θεὸν εὐλογεῖν ὑποχειρίους αὐτῷ ποιήσαντα τοὺς ἐχθρούς" — dicunt, non ideo protulisse Melchisedechum panem et vinum, ut sacrificaret, sed ut cibo et potu recrearet exercitum a victoria redeuntem. Ita Clericus, Comment. a. h. l. pag. 128. s. Heidegger, hist. Patriarch. II. pag. 63. Rosenmüller, Scholia a. h. l. pag. 93. Knobel, Comm. p. 137. Sed hoc Josephi commentum ex ipso textu falsitatis convincitur; nam Moyses narrat Abramum ex praelio cum ingenti praeda, in qua erant etiam ea quae ad cibum pertinent rediisse, imo addit in fine capitis milites Abrami cibum sumsisse antequam iis occurreret Melchisedech. Efficacissime autem nostra sententia probatur ex causa, quae subditur v. 18. cur protulerit panem et vinum: erat enim sacerdos Dei altissimi, per quod significatur eum protulisse panem et vinum ad sacrificandum non ad pascendum exercitum. Quaestiones ad pleniorem Melchisedechi cognitionem pertinentes solvunt: Pererius, Comm. et Disp. in Gen. ed. Colon. pag. 515. s. J. L. Helbig, in Pandesia sacra. Coloniae. 1713. p. 504. s. J. Boulduc. l. s. c. p. 190. s.

[1]) „Faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus, atque in Te benedicentur universae cognationes terrae." [2]) Quae bona cuius generis fuerint iam quaeritur? Cum gentes nulla bona temporalia consecutae fuerint per Abramum, perque eius posteros — quorum nomen vix ultra finitimas gentes permeavit — quae magnis hisce promissis congruere videntur, alia bona spectanda sunt, quibus beatae forent, quaeque iure ac merito in votis habuerunt, nimirum, ea quibus Christus ex Abrami stirpe progenitus eas cumulavit, ut explicat Apostolus ad Galatas, 3, 8—10. 13. 14. 16. ad Heb. 6, 13. 14. 17. 18. canitque Zacharias non secus ac beata Virgo Maria. Luc. 1, 54. 55. 68. 69. 72. 73. Cf. Rufinum, in Hist. eccl. I, 1. ed. Rom. 1740. O. Th. Cacciari. J. Boulduc, ecclesia ante legem. III, 4. p. 327. B. Pererii, Commentar. in Gen. c. XV. p. 524. seq. L. Reinke, Beiträge zur Erklär. des A. T. IV, 111. s. Himpel, Die Verheissungen an die Patriarchen. Tüb. Guartls. 1859. p. 235. s.

dubitaret, adiecit velle se solenni inter homines ritu foedus cum ipso inire. Sumeret itaque animalia: v. 9. vaccam, capram, arietem et turturem eaque iugularet. Paruit Abram et ita dissecta disposuit, ut pro foederum ritu transiri possent, quo facto Deus promissionem suam explicat [1]. Per quietem cum ad solis occasum intempesta esset nox vidit Abramus flammam fumo admixtam, quae inter caesas medio pertransivit victimas, ex quo indicio Deum secum foedus inire et sanctissimo ritu adstringi intellexit [2]. Incertus Abramus, utrum ex Sarai an ex alia uxore promissum sibi a Deo filium sit suscepturus, Gen. 16, 1–3. laudabili quidem desiderio prolis divinitus promissae, uxoris sterilitatem causatae consilio Agarem הָגָר ancillam, sibi tori sociam adiunxit, quae concepit filium. Cum autem ancilla propterea insolenter adversus heram ageret, modo quem Sacra Scriptura reticet, eam Sarai castigavit, ita ut Agar fugam apprehenderit. In hac fuga, Agarem in deserto – via Sur quae tendit in Aegyptum – iuxta fontem invenit Angelus Domini [3], qui fugitivam v. 7–9. solatur, eique mandat, ut revertatur et dominio Sarai, quamvis aspero se submittat. Tum v. 10–12. amplissime annuntiat Agari semen numerosum, et filium Ismaelem יִשְׁמָעֵאל proxime nasciturum describit a nomine moribus et sedibus. Agar e consolatione praesentissima ipsam erigente agnovit, se resque suas Deo curae cordique esse, et reversa ad domum Abrami peperit filium, cui Abramus, qui tunc sextum super octogesimum egerat vitae annum ab Agare sermonem Dei edoctus, nomen Ismaelis imposuit.

---

[1]) Eam quidem certo, certius eventuram, sed eventum dum viveret, non esse exspectandum, posteros enim eius, etiam postquam obiisset, diu proprias sedes non esse habituros, sed duram servitutem quadringentis annis — supputandis a tempore, quo peregre habitare coeperunt in Aegypto — esse experturos. v. 13. Act. 7, 6. Haec certe ita evenerunt, multiplicato adeo copiose semine, ut post 430 annos, a quo posteri eius in Aegyptum descenderunt, Gen. 46, 6. non obstantibus tot tantisque persecutionibus, etiam ad filiorum usque recens natorum in Aegypto caedem, Israelitae tamen Abrami posteri ex tam paucis LXX vel LXXV animabus cum Jacobo illam regionem ingressis, in suo ex Aegypto exitu comperti fuerint excrevisse ad sexcenta millia peditum virorum gestantium gladium! Cf. Exod. 12, 37. [2]) Ex hoc loco s. Thomas, S. III. q. 31, a. 2. ed. Parm. 4, 134. probat Abramum fuisse sacerdotem, et idem ostendit canon Missae, nominans sacrificium Abrahae. [3]) De quo uberius ad calcem huius Periodi disputabimus.

§. 16. Circumcisio Abrahami.

Placuit Deo quinta apparitione facta Abramo, multis sane rebus quam fuere priores insigniore atque praestantiore, fidem eius corroborare, signo adnexo mutati seu aucti nominis Abrami eiusque uxoris. Hac vice quidem nomen Abrami [1], in Abraham vertit [2]; Sarai [3] cum Sarah [4], boni ominis causa mutavit, ad declarandam utique foecunditatis eorum atque posteritatis exuberantiam. 17, 1–8. Promissio enim quam Deus Abrahamo fecerat, addicebat ipsi numerosam prolem, gentesque plurimas ab eo oriundas. Foedus quoque quod c. 15. cum illo pepigit, renovare voluit, addito etiam foederis sigillo „Circumcisione,“ tessera praebendorum beneficiorum; quam postero die mox Abraham cum Ismaele omnibusque domus suae maribus subivit [5]. Nec vacat perpetuum hoc foederis monumentum mysterio. In circumcisione namque notanda est: Analogia cum re significata, nimirum: significatio labis originalis; adumbratio Messiae, sine concursu viri ex Abrahami semine nascituri; circumcisio spiritualis in regeneratione posita. Deut. 10, 16. 30, 6. Jer. 4, 4. 6, 10. Act. 7, 51. Rom. 2, 28. 29. Philipp. 3, 3. Excisio praeputii notabat [6] ablationem τοῦ σαρκικοῦ sive eius status, in quo est homo ambulans secundum carnem et non secundum spiritum; Rom. 8, 4. eos esse spirituales filios Abrahami, qui pravas cupiditates resecarent. Nec dubitandum docente ita divo Paulo circumcisionem ad divina per populum electum exsequenda consilia plurimum valuisse [7]. Nam circumcisio erat character haud facile delendus et ipsis oculis usurpandus, quo ut distinctivo signo Deus gregem israeliticum quasi cauterio notavit [8], ut cognoscibile perseveret

---

[1]) אַבְרָם, pater altus. [2]) Addito ה; אַבְרָהָם coll. v. 5. אַב הֲמוֹן גּוֹיִם, pater multitudinis populorum. [3]) שָׂרָי, princeps mea, ut interpretatur s. Hieronymus q. h. p. 331. quod esset solius Abrami. [4]) שָׂרָה, princeps κ. ε. non domus suae tantum sed omnium recte credentium. coll. v. 16. [5]) Qua ratione quibusve instrumentis circumcisio fiat, legere licet in J. Leusden, Philologo. h. m. Leydae. 1696. p. 381. J. J. Scheuchzeri, Physica s. Aug. Vind. 1731. I, 119. II, 450. s. J. P. Trusen, Darstellung der bibl. Krankheiten. Posen, 1843. p. 40. s. J. F. Schröder, Satzungen und Gebräuche des Talm. u. rabb. Judenthums. Bremen. 1851. p. 331. s. [6]) Ut scite iam monuit auctor anonymus inter opera s. Athanasii, orat. de sabb. et circumcis. e. c. II, 58. [7]) Ad Rom. 4, 11. [8]) S. Hieronym. in cap. 3. ep. ad Gal. VII, 423.

genus Abrahae [1]. Signum erat memorativum, ut Hebraei aemuli essent paternae fidei et crederent in Messiam, qui promissus erat [2]. Ritus tandem fuit, quo se Israelitae Dei unius veri cultui devotos profitebantur; froenum ad indomitos Judaeorum impetus cohibendos et ne gentibus commiscerentur [3]. Quae cum idcirco sacramenti significationem haberet – cum loco baptismatis datam fuisse Hebraeis non semel dicat s. Augustinus [4] – falluntur, qui eam ab Aegyptiis, Phoeniciis, Aethiopibus, – apud quos velut etiam Colchios, Syros et Arabes admittebatur – repetunt [5]. Hebraeos non ex imitatione, sed ex positiva Dei institutione circumcisos fuisse, tenor ipse Gen. cap. 17, 9–14. coll. Joann. 7, 22. abunde probat [6].

§. 17. Theophania Abrahami in convalle Mambre.

Cum haud multo post priorem apparitionem Dei c. 18. v. 10. in ipso fervore diei sederet Abrahamus ante ostium tabernaculi, oculosque elevasset tres viros adventare conspexit, qui c. 19, 1.

[1]) Electum genus ante Abrahami tempora nulla diversitate notabile reliquis hominibus permixtum vixit. Sed ex qua tempestate illud in populum suum elegit Deus, dignosci voluit quadam diversitate. Iren. l. IV. a. haer. 16. 1. p. 603. Justinus, dial. c. Tryphone. 19. p. 65. [2]) S. August. serm. 151, 6. V, 876. [3]) Chrysost. hom. XL. in Genes. I, 409. Nihil inde aptius et magis consentaneum fuit, quam ut signum foederis, in quo Deus fidem suam de multiplicando semine Abrahami oppignoravit, ipsi carni imprimeretur, solique mares ea lege tenerentur. 17, 10. 11. [4]) De Civ. Dei. XVI, 27. p. 151. de nuptiis et con. 2, 11. X, 450. ib. op. imp. l. I, 1073. Greg. M. Mor. IV, 3. I. p. 112. Cf. Thomae, III. q. 70, a. 4. ed. Parm. 4, 320. s. [5]) Ita F. Marshamus, Canon chron. aegypt. ebraic. graec. usque ad imperii persici initia. Lips. 1676. p. 73. 74. J. Spencer, de legibus Hebraeorum ritualibus. Cantabrigiae. 1727. I. 5, 4. p. 54. etiam apud Ugolin. XXII, 1031. s. et multi recentiorum. J. D. Michaelis, mos. Recht. ed. III. Frankf. 1799. 4, 19. s. Jahn Archaeol. I. 2, 277. Winer R. W. I, 158. H. Ewald, Alterthümer d. V. J. Gött. 1848. p. 97. s. J. L. Saalschütz, d. mos. Recht. ed. II. Berlin. 1853. p. 248. 249. inter quos ex nostris Movers, Rel. d. Phön. p. 315. 362. 363. Quorum argumenta si ad examen revocentur, liquet circumcisionis usum ita se habere, ut morem universalem sacrificiorum, quae pariter ubivis terrarum inveniuntur. [6]) Cf. J. Meyeri, Tractatus in B. Ugol. Thes. I, 544. s. Calmeti, Diss. de Circumcis. III, 309. s. S. Deylingii, de orig. circum. in Obs. s. II, 66. s. Natalis al. H. E. V. T. p. 184. s. A. Bynaei, diss de J. Chr. circumcisione. Amstel. 1689. p. 17. s. Jablonski, in Proleg. ad Panth. Aegypt. VII. p. 22. Buddei, H. E. V. T. I, 199. s. Sturz, diss. circumcis. transl. ad Jud. n. v. factam. Ger. 1790. M. Baumgarten, th. Com. I, 189. seq. Delitzsch, Genesis. 375. s. Keil, Handb. der bibl. Archaeologie. I, 309. s.

ngeli vocantur, quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum et ospitio v. 1–8. perofficiose excepit. Hospitalitatis huius fructum uberimum percepit s. Patriarcha; nam horum unus [1] Angelus Domini – e. Dei filius [2] – Saram uxorem, cuius incredulitatem reprehendit, etate provectam filium enixuram et regionem pentapolitanam proediem eversum iri praedixit 9–21. Quod postquam communicasset)eus cum Abrahamo, duo angeli comites audito peremtorio ıngeli Domini decreto, ut exsecutores iudiciorum divinorum Solomam iverunt, ubi ea ipsa vespera advenerunt. Gen. 19, 16. s.)iscedentibus a se duobus angelis convivis, Abrahamus subsistente um ipso Dei filio, homo Deo quasi intimus, pater magnus pluimarum gentium, misertus infelicium hominum, intercessionibus ibi defungendum putavit; et opere quidem ipso Domino, pro ırbibus perdendis sexies supplicabat. v. 22–33. [3] Poterat Deus huic ntercessioni multa opponere, verum qua est benignitate erga suos, ndulsit ea in re servo suo, et iterum ac saepius rogatus, a uinquaginta iustorum numero descendit usque ad decem, quorum nerito pepercisset toti illi regioni; quoniam autem in Sodomae ırbe decem pii viri non sunt inventi, frustra intercessit. Duo aneli illi, qui paulo ante discesserant, Sodomis apud Lotum simili ospitalitate, qua antea ab Abrahamo sunt recepti 19, 1–3. Sodomoum – sub quibus censentur, Gomorrhaei, Adamaei et Seboimitae audacia et procacia praeposterae libidinis masculae [4] crescente, ntequam sententia excidii exsecutioni daretur, angeli singulari)ei erga Lotum eiusque familiam gratia, eum ab imminente civitatis alamitate pene per vim liberarunt, 12–25. Primo quidem consilium i impertiti sunt, ut omnem familiam suam ex eo loco educeret, um proxime instet perditio. Cum autem nihilominus cunctaretur otus, illucescente aurora saluti eius consulentes eum opere pso compellebant, ut civitatem cum suis desereret addito inter iscedendum severo mandato: ne respicerent! Orto sole Lotus

[1]) Ambros. l. II. de off. c. 21. 104. ed. Gilb. p. 133. „pro hospitalitatis ercede fructum posteritatis recepit.“ [2]) Diserte enim Moyses v. 1. c. 18. dicit ehovam apparuisse Abrahamo, quin imo ipse Christus id satis evidenter docere istimandus est: Joann. c. 8. v. 56. Cf. s. Cypriani, Test. II, 5. 2, 36. [3]) Aperto stimonio intercessione Sanctorum, qui peccatores sunt salvari posse. [4]) Cf. Saiani Annal. I, 453.

tuto in receptu civitatis Segor [1], deinde vicinum in collem collocatus est; excepta uxore, quae cum divini mandati rationem non haberet, curiosius respiciens, in statuam salis est conversa. v. 26. Mox Sodoma divinis ignibus [2], quibus admixtus erat coll. Deut. 29, 23. sal, – quo adustionis cruciatus augebantur – conflagravit. Ardorem libidinis ut advertit s. Gregorius M. [3], igne pensavit, foetorem vero et peccati turpitudinem sulphure [4]. Abrahamus pridie illius iudicii praemonitus, eum ipsum in locum, ubi cum Deo conversabatur ascendit, et observavit religiose, quid factum esset, v. 27–29. atque iustitiam et gratiam Dei admiratus est [5]. Filiae autem Lot 30–33. existimantes humanum genus interiisse [6]

[1]) Zoar, quae in gratiam eius ab incendio servata fuit. Antea Bala dicta fuerat, postea Zoar parva, ex his Loti Gen. 19, 20. verbis: numquid non modica est? [2]) Quos immisit Dei filius, eo quod dicatur v. 24. pluisse Dominus a Domino; ita Justinus dial. c. Tryph. 56. p. 187; 127. pag. 435. Euseb. demonst. ev. I, 5. p. 11. V, 9. p. 234. Hilar. de syn. c. XVI. c. 32. II, 486. S. Hieronym. in c. 3, Osee VI, 129. in Zach. c. 2. p. 797. Concil. Syrm. apud s. Hilarium, l. c. 129. et Hefele, Conciliengeschichte I, 621. Vid. e. Bonfrerium, C. a. h. l. p. 214. [3]) Moral. l. XIV. in caput 18. beati Job. ed. B. I, 444. [4]) „Sulphur quippe foetorem habet, ignis ardorem. Quia itaque ad perversa desideria ex carnis foetore arserant, dignum fuit, ut simul igne et sulphure perirent." [5]) V. p. XXIX. i. H. Baumann, dissert. de statua salis. Thes. I, 194. s. Schrank, Comm. in Gen. p. 425. s. Miraculum hoc solitas naturae vires non superare et missis rhetoricis figuris hoc nonnisi narrare: bitumen agri sodomitici fulmine fuisse accensum; uxorem vero Loti horrendo spectaculo diriguisse aut semianimem collapsam statuae instar illic remansisse; in cuius honorem posteri Loti ab oriente lacus, cuius littora salis essent ditissima, cumulum salis congesserint, decantata est exegeseos, quae se criticam vocat interpretatio. Haec facta e numero miraculorum ad consvetos naturae eventus redigere tentavit iam H. Grotius, annotat. ad Genesim. Op. theol. ed. Amst. 1679. I, 15. Clericus, Diss. I. de Sodomae finitimarumque urbium eversione, et diss. II. de statua salina in append. Comm. in Genesim. ed. Tüb. 1733. p. 362. J. D. Michaelis, Comment. de natura et origine maris mortui. Bremae. 1763. p. 118. s. 131. s. Verum causa nulla adest, cur a proprietate literae ad figuratam locutionem confugiamus. Narratio ipsa in suis circumstantiis considerata edicit, igne coelitus delapso oram illam conflagrasse. Critici qui se vocant, verbis loci nostri vim inferunt et testimonia Sapient. 10, 6. ac Christi Luc. 17, 29. 30. ubi cum hoc incendio comparat ultimam catastrophen mundi, v. autem 32. memoriam uxoris Loti diserte facit; nec non Judae, qui ep. v. 7. poenam hanc exemplum habet poenae aeternae, quam in stagno ignis et sulphuris patientur impii, perperam negligunt. Interim fatendum iustissimam fuisse Dei poenam qua tam graviter punita est uxor Loti, quamvis enim actio externa levis esse videatur, ex circumstantiis tamen — divina prohibitione et liberationis beneficio — apparet peccatum fuisse gravissimum. [6]) Sulpic. S. Hist. I, 10. ed. Hornii. p. 32.

concubitum inebriati patris appetiverunt [1]. Eventus abominandi facinoris fuit: primogenita peperit filium, quem vocavit Moab [2], – a quo genus ducunt Moabitae – minor alterum filium Ammon [3], – qui pater est Ammonitarum – quibus nominibus turpitudinem criminis prodiderunt.

§. 18. Nativitas et oblatio Isaaci.

Per idem fere tempus Abrahamus relicta convalle Mambre [4] Geraram migratum abiit [5]. Interea concepit Sara – nonagenaria sterilisque antea – anno vero centesimo Abrahami, „ut ipse partus non naturae opus, sed effectus divinae potentiae videretur“ [6], in lucem edidit iuxta angelicam promissionem semen benedictionis Isaacum [7] filium longe carissimum, 21, 1–7. Is. 51, 1. 2. Rom. 4, 9. Hebr. 11, 11. 12. qui primus octavo a nativitate die circumcisus est [8]. Procedente pueri aetate, cum Sara observaret ab Ismaele Isaacum crebra illusione vexari, metueretque ne forte Isaacus ex consortio cum Ismaele feroces eius mores indueret, Deo etiam arbitro interveniente Abrahamum permovit, ut Agarem

---

[1]) Non foedae libidinis amore, praesertim fumantibus adhuc Sodomis, sed perversa generis sui conservandi cupiditate. [2]) מוֹאָב, de patre sc. genitus. [3]) בֶּן־עַמִּי, filius populi mei. V. p. XCII. [4]) In terram magis australem et Aegypto proximiorem. [5]) Ubi cum diutius manere statuisset Sara, quam ibi quoque sororem esse dixerat, ab Abimelecho — אֲבִימֶלֶךְ commune nomen regum philisthaeorum — eripitur 20, 1—6. Quam tamen Abimelech a Deo flagellante monitus 7—14. inviolatam, magnificeque donatam non solum restituit, sed et Abrahamum muneribus oblatis demulcebat et totius terrae suae copiam animo propensissimo ei fecit 14—18. Abrahamus rursus pro Abimelecho intercessit, precibus quidem efficacissimis. Cum hoc Abimelecho posthac Abrahamus pro se suisque posteris foedus religiose sanxit, Gen. 21, 22—23. loco, cui nomen Bersabee factum est. Vide pag. LIX. [6]) S. Gregorius Nyss. de Deitate Filii et Spiritus s. II, 904. [7]) יִצְחָק, ita vocatum a risu admirationis et gaudii indice coll. 17. 19. „Riserat inquit s. Augustinus de C. D. XVI, 31. p. 156. „et pater, quando ei promissus erat, admirans in gaudio, riserat et mater, quando per illos tres viros, iterum promissus est dubitans in gaudio.“ Attamen immutatam Saram et ei qui promiserat deinde credidisse, auctor est Apostolus ad Heb. 11, 11. [8]) Sara Isaacum ipsa lactavit, quo exemplo provocat h. l. s. Ambrosius, de Abraham. l. I. c. 7. 63. I, 303. meminisse foeminas dignitatis suae, et lactare filios. Haec enim matrum gratia, hic honos!

cum filio e familia dimitteret. 11–14.[1]. Postea, periculum quoddam virtutis ac fidei Abrahami facturus Dominus – utrum se plus an proprium filium diligeret – praecepit ei quadam nocte, ut tolleret filium suum atque sibi illum in holocaustum offerret in monte Moria[2]. Gen. 22. Accepto hoc gravissimo mandato Abrahamus nihil cunctatus, sed religiosissime obsecutus, cum puero et servis perrexit ad locum ipsi divinitus indicatum[3]. Perfecto tridui itinere, Abrahamus v. 4. vidit cominus locum sacrificio destinatum. Semotis famulis, unico comite filio suo Isaaco, v. 5. cui imposuerat ligna, contendit ad montem, rebus ad holocaustum necessariis, igne et cultro secum sumtis. Cum Isaacus omnia quidem parata cerneret, victimam vero ignoraret, v. 7. quaesivit ex patre: ubinam esset hostia? Abrahamus totam rem adhuc celare volens, Isaacum remisit ad divinae providentiae asylum inquiens: Deus sibi providebit hostiam fili mi! v. 8. Sic perventum ad montem, in quo Abrahamus aedificavit altare, lignisque in eo digestis ligavit Isaacum atque imposuit super illud[4]. Ad extremum processerat, iamiam iugulaturus filium! Isaacus attamen, quasi iam immolatus, nullum indicium praebuit animi reluctantis. „Verum ubi pia illa mens sua omnia consummavit et nihil intermisit, ostendens bonus Dominus, se non occidi puerum, sed potius

[1]) Quia dimissorum in desertum Bersabee V. p. LIX. curam Abrahamus penitus abiecerat, Agari in illo deserto vaganti, Deus dives consolationibus, ne Ismaelem quem sub arbore abiecerat perire cerneret, aquae fontem demonstravit, ex quo ei copiam fecit potus, quem filio praeberet. Ismael ita coelitus ereptus, venationi et sagittandis feris incumbens in montibus et silvis Arabiae vitam egit, donec ex Aegypto uxorem duceret, ex qua principes prosapiarum illustrium generavit. Gen. 25, 12. s. Agari et Ismaeli populus sub lege a divo Paulo comparatur. Gal. 2, 24. s. [2]) V. p. LXVII. [3]) Qui tribus fere diebus dissitus fuit. Distantia haec loci, quo immolare missus est filium, haud parum fecit ad gravitatem mandati. [4]) Qui quamvis elabi potuisset, si voluisset, non secus tamen secum agi voluit atque aliis cum victimis; et ut involuntarios motus, quos ipso invito natura edere potuisset se percuti sentiens, impediret, se vinciri passus est. v. 9. Mirari hic subit ad stuporem usque tantam tum Abrahami obedientiam, tum patientiam Isaaci. Acceperat quidem Abrahamus promissionem de semine ipsi in Isaaco suscitando, quo sane ab exigendo hoc mandato, quippe sponsioni divinae in speciem contrario, absterreri poterat, sed fidem tamen illibatam retinuit in Deum, qui etiam filium mortuum excitare et sic promissiones suas adimplere valeret. Hebr. 11, 18. 19.

i virtutem detegi volentem haec imperasse" [1], Abrahamum [2], ı mactaturus manum ad ensem iam applicasset, impedivit per ;elum Domini. v. 12. 16. Iam plene satisfactum esse, nolle se ilio quidquam sinistri fieret, sed solveret illum atque in pedes itueret. Ne vero rediret domum nullo sacrificio peracto, Deus nia sua cura paravit etiam victimam sc. arietem, quem et pater llit pro filio suo [3]. Certiorem insuper reddidit Deus Abrahamum, promptum sibi serviendi studium eximiis coeli favoribus, istique ex eius stirpe ortu remuneratum iri. v. 15. 16. Isaaco plurimum gloriae accessit, quod electus esset, ut sit omnium ecipui mysterii figura: crucis [4].

§. 19. Reliqua vita Abrahami et Isaaci.

Moria Bersabeen indeque Hebronem concessit Abraham, expleto anno aetatis centesimo et vicesimo mortua est Sara, ı. 23, 1-3. quam Abrahamus in spelunca duplici [5] sepelivit. t obitum Sarae tertiis nuptiis Ceturam – קְטוּרָה – c. 25. duxit, ut eret vitae sociam, quae praecipuam gereret rationem senectutis

---

[1]) S. J. Chrysostomus, Homil. XLVII. in Gen. p. 477. [2]) Qui „quantum efunctionem cordis pertinet, immolavit." Salvianus, de guber. Dei l. I. ed. Bal. i. Cf Theophylacti. Comm. in Joann. c. c. p. 822. [3]) „Vidisti, exclamat s. J. Chrymus, Dei clementiam! Et sacrificium consummatum est, et patriarcha relim suam mentem declaravit, et a voluntate coronam reportavit: et Isaac pto rediit cum innumeris coronis." l. c. p. 478. [4]) Sane Isaacum in sacrifiı oblatum et substituto ariete liberatum, ut typum Christi, pretiosissimi ficii pro humani generis redemptione sistit s. Paulus in ep. ad Hebr. l. c. v. 17. ens, „unde eum et in parabolam accipit." Isaacum Christi figuram uno praedicant Veteres. — E quibus videantur: s. Ambrosius l. s. c. p. 305. p. 71. s. dlianus, adv. Judaeos. 10. IV, 316. s. Aug. de Civ. Dei. l. 16. c. 32. II, — In parabolam accepit Abrahamus Isaacum, i. e. cum significatione magni erii mortis Salvatoris in cruce, cui Deus adaptavit corpus, quo fieri posset ficium. Fuerat vero Isaacus non tantum parabola Christi immolati verum a morte ad vitam resuscitati; enimvero quia teste Apostolo l. s. l. credidit ham posse Deum mortuos ad vitam revocare, idcirco datum est illi, ut filium t a morte vivum reciperet, idque in parabola sive figura Christi! Cf. Frischmuthi, V. ad Gen. 22. Thes. I, 197. Pererii, Comment. super c. XXII. Gen. ed. p. 639. s. De vita Abrahami leg. Roos, Fusstapfen des Glaubens Abraham. 1837. [5]) מַכְפֵּלָה. ab Ephrono Hethaeo cum praedio 400 siclis emta, pag. LXIV.

eius [1]. Abrahamum eo quod multo longiorem aetatem sibi promittere non posset cogitatio subiit, de matrimonio Isaaco conciliando; cumque Chananaeam aliquam ipsum ducere nefas iudicaret [2], servum suum Eliezerum spectatae fidei et probitatis in Mesopotamiam misit, ut ibi acciperet coniugem Isaaco. 24, 1–9. Eliezer prout iussus fuerat assumtis pretiosis muneribus 10–29. perrexit in Mesopotamiam ad civitatem Haran, in qua Nachor habitarat, ibique accedente parentum fratrumque consensu Rebeccam רִבְקָה, sponsam obtinuit 30–60.; qua adducta Isaacus [3] matrimonium illud se ratum habere testatus est, eamque tenerrimo affectu dilexit. v. 61–67. In hoc suo coniugio Isaacus viginti annos continuos vixit improlis [4]. Tandem ad exitum vitae Abrahami [5], Rebecca mariti precibus Gen. 25, 21. et fide ardente prolem impetravit, unoque partu gemellos Esavum [6] et Jacobum [7] peperit, quorum cum adhuc in utero essent lucta [8], utriusque gentis ab iis descensurae [9], fata praesignificabat – 25, 19–23. Fame cogente Isaacus [10] Geraram diverterat [11]. Interim adolescens Esavus factus est venator [12], et quia erga patrem in hoc maxime erat officiosus [13],

---

[1]) E Cetura Abrahamus quamvis senex coll. 25, 2. sex suscepit filios: Zamran, Jecsan, Madan, Madian, Jesboe, Sue. Quia taliter diversi generis habebat proles, hoc discrimine iis bona distribuit, ut Isaacum haeredem ex asse institueret, reliqui autem acciperent munera sive aliquam mobilium bonorum partem. 3—6. [2]) Propter improbitatem earum et maledictionem Noae. [3]) Tum annum aetatis quadragesimum agens. [4]) Neque sine causa id factum est, voluit enim Deus exercere Isaacum, ut spes et patientia eius magis vigeret et intelligeret semen promissum non tam naturali successione, quam divino favore multiplicatum iri. [5]) Qui anno 175 diem suum obiit pariterque in spelunca duplici ab Isaaco et Ismaele sepultus est. 25. v. 7—11. [6]) עֵשָׂו, qui et שָׂעִיר hirsutus a pilis, אֱדֹם, rufus a colore dictus. V. p. LXXXIX. [7]) יַעֲקֹב. [8]) In quo minor Jacob, in egressu plantam Esavi apprehendens praevaluit, velut fratrem remoraturus ne prius exiret. [9]) Israelitarum et Idumaeorum, qui habitatione, moribus et religione inter se erant discordes et ob id perpetuo divisi. [10]) Gen. 26, 1—7. mandatum accepit, ne secutus exemplum patris Abrahami in Aegyptum concederet, sed potius terram Chanaan inhabitare pergeret, addita promissione efficacissima de benedicendo ipso et semine eius. [11]) Ubi cum habitaret conditionem uxoris dissimulavit. Postquam locupletatus est Isaacus, Philisthaei inter quos degebat, invidia perciti illum variis modis vexando Bersabeen remigrare cogebant. v. 12—25. Mox tamen ipse Abimelech rex Bersabeen venit, ibique foedus cum illo iniit. v. 26—33. [12]) Istud quidem vitae institutum cum feroci eius indole admodum conveniebat. [13]) Quod senis parentis palatum cibis gratis venatione conquisitis recrearet.

Isaaco in deliciis erat. Rebecca vero Jacobum dilexit propter mite et placidum ingenium et minime fucatam pueri indolem. „*Haec quidem illi faciebant naturalem dilectionem sequentes, vaticinium autem paulatim implebatur illud scilicet maior serviet minori*“ [1]. Deus arcana quadam ratione Isaaci affectum flexit, ut iudicio paterno praeferret Esavo Jacobum. Esavus vice quapiam redux ex agro Jacobum compellavit de pulmento lentium, et pro vili pulte obtinendo primogeniti ius [2] vendidit [3]. 27–34. Interea Isaacus aetate ingravescente [4] luminibus oculorum obductis, cum mortem non procul crederet abesse, primogenito suo Esau – ut moris erat – benedicere parabat; sed cum votorum suorum in ipsum collationem iamiam facturus erat parens, Jacobus astu substitutus est a matre Rebecca in locum Esavi pro benedictione paterna [5]. 27, 1–17. Reluctabatur Jacobus veritus, ne fraude propter dissimilem sui et Esavi conditionem detecta, pro benedictione maledictionem reportaret. Rebecca attamen securo animo Jacobum esse iussit, simulque ut obediret persvasit. v. 18–29. Ita Isaacus Jacobo benedixit in haec verba: Det tibi Deus de rore coeli [6], et de pinguedine terrae [7]. Et serviant tibi populi, et adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum [8], et incurventur ante te filii matris tuae: qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur, v. 28. et 29. et qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Qua benedictione sub temporalibus bonis veluti typis et symbolis spiritualia et aeterna principaliter intendit [9]. Esavus e venatu, quo illum pater miserat, redux ad honores sibi ereptos cum lacrimis aspiravit et benedictionem expetiit, sed frustra. Benedictio siquidem

---

[1]) S. Joann. Chrys. hom. L. in Gen. p. 497. [2]) Quod ob multas praerogativas, inter ceteras originem Messiae, quae illud consequebantur expetendum erat in familia. [3]) Venditio et emtio haec detegebat utriusque fratris conatum et animum. Esavus homo profanus, ut illum appellat s. Paulus, ep. ad Hebr. 12, 16. praesentibus et caducis affectus, vilipendebat spiritualia, quae Jacobus maximi faciebat; quorum revera Jacobus factus est particeps. [4]) 137. a. aetatis. [5]) Qua patriarchae veluti testamento instituebant divinae promissionis haeredes, eamque ita posteris transmittebant, in quorum familiis foederis gratia propaganda erat usque ad Christum venturum. [6]) Sub quo comprehenditur pluvia, quae a rore nisi aquae copia non differt. [7]) Solum uberrimum, abundantiam frumenti et vini. [8]) Quod ad posteros Jacobi pertinet; neque enim Esavo neque ullis, qui ex eius posteritate erant imperavit Jacobus. [9]) Coll. ep. ad Hebr. 11, 20. 12, 6.

a parente, liceat rem omnem edocto, minime revocabatur. Intellexit Isaacus „res gestas in terris sed coelitus, per homines sed divinitus“ [1]. Obtestatione tamen et misera Esavi sorte motus Isaacus videtur Deum rogasse, ut si fieri posset etiam huic filio quaedam dicere permitteretur, et hanc quidem Esavi et posterorum sortem reperit: v. 39. 40. in pinguedine [2] terrae et rore coeli desuper [3] erit benedictio tua. Vives in gladio [4] et fratri tuo servies: tempusque veniet cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis [5]. Indignatione et odio idcirco frendens Esavus fratri mortem minabatur, v. 41. in contemtum matris filias gentilium sibi connubio iunxit, Gen. 25, 34. et patris coeci auxit aegrimoniam, ad quem leniendum aliam sibi uxorem quaesivit, patrui sui filiam. 28, 9. 37, 3. Non cognovit efferatus ipsis illis paternis verbis, quae sibi clara erant, decretum Dei contineri, et non esse consilium contra Dominum [6].

§. 20. Res gestae Jacobi.

Odio inter fratres orto, Jacobus consilio matris Rebeccae, quae timuit carissimo filio suo, cuique annuit Isaacus, iter suscepit in Mesopotamiam ad Labanem avunculum, ut ibi ageret et de uxore sibi prospiceret. Quo in itinere Gen. c. 28. cum pervenisset ad

[1]) De Civ. Dei XVI, 37. 165. [2]) Coll. מִן in מִשְׁמַנֵּי, a pinguedine terrae, LXX: ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, sc. aberit habitatio tua. [3]) Non te tellus opima ditabit. [4]) Vi et armis ex finitimis gentibus spolia coarcervabis. [5]) Sane posteri Edomi Idumaei, quamvis a Davide subiecti, non semper tamen Hebraeis servierunt et per plura saecula regibus suae gentis parebant. [6]) Quod etiam paulo post expertus est. Incidit hic quaestio: an astutia utriusque tum Rebeccae, tum Jacobi excusari possit? Inter s. s. Patres non desunt — e. g. S. Chrysostomus. hom. LIII. in G. p. 505. s. S. Hieronymus. ep. XXXVII. ad Damas. I, 169. s. S. Gregorius M. Moral. l, XI. in c. 12, 6. Job. I, 371. lib. I. hom. VI. p. 1213. Theodoretus q. 79. s. in Gen. I, 90. — qui Jacobum defendant dicentes: quod Jacobus et Rebecca certi fuerint de decreto Dei, ac proinde operam sedulam navare debuerint, ut effectum sortiretur divinum consilium. Non tantum non dubitamus eos revera excusandos esse sed et fatemur illos laudem mereri, quod benedictionem hanc maximi fecerint et sedulitate ac vigilantia quaesierint media, quibus providentiam divinam circa fines sibi propositos adiuvarent; etiamsi forte in iis adhibendis non forent ab omni veniali culpa et errore immunes. Cf. Bonfrerium, ad h. l. p. 242. Calmet. Com. p. 442. Pererium, l. c. p. 753. Schrank, Comm. in Gen. p. 531. s. 541. s.

a locum [1], nocte praeventus, sub dio quietem capessivit et t. In hoc somnio obiecta est ei visio mystica: cernebat nimiam a terra ad coelum empyreum porrectam, per quam ascent descendebant spiritus illi ministratorii: Angeli; in vertice etit Dominus, qui ad Jacobum verba fecit, plena gratiae et onis. v. 13. 14. [2]. E Bethel digressus emenso itinere venit in amiam [3], in viciniam urbis Haran, c. 29. 1. s. ubi iuxta puteum Rachelem רָחֵל, Labanis avunculi filiam natu minorem habuit. Confestim Jacobus videns cognatam suam, amovit putei crepidinem operientem 1–8. et cum ipsi narrasset et, osculatus est eam. Rachel festinans, haec narravit patri agnovit filium sororis suae et hospitaliter excepit. Postaque Jacobus de familia Labani esse coepit, omnis servitia illi praestabat. Cumque greges Labanis haud rasset, ac si propterea mercede conductus fuisset, et nnia ad eam rem pertinentia faceret, Labani vehemenuit, unde factum est, ut conveniret inter illos, qua cobus apud Labanem esset mansurus. v. 9–15. Jacobus loco, pro septem annorum servitute paciscitur Racheam sibi oblatam conditionem ultro recepit Laban et eam spopondit [4]. v. 15–21. Elapso septennio Laban abiecta

---

Coll. v. 19. Luza subiit Bethel. V. p. LIX. [2]) De terrae Chanaan posde semine multiplicando et de benedictione per illud in universum fundenda, nec non de praesidio in peregrinatione. Mysterium scalae inristus, Joann. 1, 51. ubi velut typum et emblema foederis gratiae, per a cum humano genere initi, sistit. Sed et symbolum erat divinae procirca Jacobum. coll. v. 15. Is enim qui in coelo gloriosam habet sedem, errae iungit, intermediis voluntatis et decretorum suorum ministris: , qui iussa Dei facturi descendebant et ascendebant rationem de iis quae ipsis exequenda commissa fuerant. V. Theodoreti. q. 83. p. 93. Ex-Jacobus exclamavit: Vere Dominus est in loco isto! ibidemque erexit quem capiti suo supposuerat, oleo unctum in titulum sive monumentum. 17, 15. Deut. 16, 22. Loco vero, in quo inclita illa visio oblata est thelis fecit, denique votum nuncupavit se — si Deus adfuerit — reducem Deo altare statuere et decimas persolvere; comburendo eas iuxta ritum is in sacrificium, quando quidem sacerdotium adhuc non exstaret. [3]) Quae e ad orientem est. [4]) Perplacebat nempe conditio homini avaro, quo tamquam mancipium sine pretio ita collocaret, ut etiam ex genero diuamoda esset percepturus.

agnati, soceri, patris affectione, in mercede danda insignem dolum admisit. Nocte appetente, amito suo astute Leam לֵאָה – propter lippitudinem oculorum posthabitam – Jacobo tradidit in thalamum. Hanc suam fraudem deinde excusavit consvetudine, et levare conabatur oblato altero coniugio Rachelis, pro nova annorum hebdomade. Acquievit Jacobus amore Rachelis iniustae petitioni, impletoque famulatu, initio septennii secundi optatis nuptiis potitus, novam sponsam veteri praetulit. v. 21–30.[1]. Post toleratam diutinam – quatuordecim annorum – servitutem et ancipitem in Mesopotamia fortunam, cum nuncius a matre promissus non sequeretur, Jacobus tandem de reditu cogitavit et tum desiderio parentum, tum servitutis taedio liberam petiit a Labane dimissionem, neque aliud donativum, nisi liberos et uxores. Sed ille commodam sibi eius sedulitatem expertus exoravit, ut in curandis gregibus ipsius, ea quam maluisset mercede permaneret. Jacobus, uti erat optimus, novo inito pacto gratificatur et famulatum ad sexennium prorogavit; interim praecavens sibi a soceri avaritia tot iam experimentis probata, non indicit ullam mercedem arbitrariam sed talem quae a sola benedictione divina pendeat[2]. Deus exantlata a Jacobo mala remuneraturus, dormienti per somnium Gen. 31, 10. 11. artificium ostendit, quo multiplicandis foetibus furvis et maculosis non frustra uteretur[3]. Ita Jacobus meliorem gregis partem brevi

---

[1]) Rachel diu erat infoecunda, sed tandem ipsius Dominus misertus eam filio praeclaro Josepho Gen. 30, 22. ornavit. Lea autem, quam Deus foecundam reddidit Gen. 29, 31—35. Rubenem, רְאוּבֵן, Simeonem, שִׁמְעוֹן, Levi, לֵוִי, et Judam יְהוּדָה, peperit, a quo tribus peculiaris et tota gens Judaica appellata, et ex cuius sanguine et stirpe in plenitudine temporum Messias natus est. Postremo enixa est Issachar יִשָּׂשכָר Zabulon et זְבֻלוּן v. 15—24. filios; Dinamque דִּינָה filiam. Cum uxorum rogatu harum famulas Jacobus secundarias uxores adscivisset; ex Bala, בִּלְהָה, Danem דָּן et Nephtalimum נַפְתָּלִי; ex Zelpha זִלְפָּה, Gadum et Asserem גָּד, אָשֵׁר filios suscepit. Has nuptias contra Faustum Manichaeum, qui inde criminis accusabat sanctum patriarcham, excusat divus Augustinus contra Faust. l. XXII. c. 48 et 49. VIII, 429. [2]) Merces haec erat: ut omnes tam oves quam hoedi, qui maculis in vellere aspersi nascerentur, atque omnes nigri velleris insuper sibi cederent, ceteros vero Laban haberet. [3]) Virentes igitur virgas detracto hinc inde cortice, varios colores exhibentes in canalibus ponebat, quo greges ad potum cogebantur. Quibus greges Labanis ita afficiebantur, ut foetus concolores parerent. „*Hoc autem totum factum est, ut iustus reipsa compertam haberet Dei erga se providentiam et Laban videret, quantum Dei auxilium haberet*

mpore in suum convertit peculium. Quo Labanis filiorumque us in se invidiam concitavit, qui indignationis suae non obscura chibuerunt indicia, quasi eorum direptione seipsum ditasset. 31, 2. Interea Deus per somnium Jacobum monuit, ut in patriam reearet, pollicitus eam ob causam suum illi auxilium. Haec Jacobus coribus aperuit, quae cum annuerent, continuo se tempore admoım opportuno dum Laban ad tondendas oves peregre proficiscitur, ım tota familia et gregibus e domo Labanis subduxit et iter hanaanem versus suscepit. v. 17. Cum iter trium dierum iam nfecisset, Laban turmis armatis fugientem persecutus est, quem ptima die in montibus – qui postea Galaad dicti sunt [1] – invenit. etracturus Jacobum ut mancipium erat, nisi monitu Dei cohitus fuisset ab omni iniuria. v. 24. Post acerbas expostulationes, ndem mutuis querelis finis impositus est, Laban blanda quadam precatione usus et protestatus, non esse sibi nocendi animum l Jacobo vel eius liberis, foedus cum Jacobo iniit pro se suise posteris, v. 44. cuius rei monumentum acervum lapidum in perstuum illius vinculi testimonium erexerunt. Reconciliati, alter ab tero discessit 32, 1. Labanus quidem Haranem, Jacobus Chanaeam versus iter prosequitur. In ipsa via cum Jacobus ad torntem Jaboc, ad orientem Jordanis venisset occupavit eum timor atris. „Clemens Dominus animare iustum volens, et omnem eius etum discutere fecit“ [2], ut exercitus sive turma angelorum tuterium coniunxerit se castris ipsius Jacobi [3]. Eo temporis spatio, ıo Jacobus a domo patris aberat, Esavus ad meridiem terrae hanaan montem Seir occupaverat [4]. Intererat Jacobi, ne Esavo l minima daretur offensionis causa, imo vero multa cumularetur rbanitate; igitur adventum suum fratri nunciandum curavit. Quo le audito, quadringentis viris stipatus ei obviam processit. Jacob

---

cob.“ *S. Chrysostomus, hom. LVII. p. 559. Cf. Theodoretum, q. 89. p. 97. Chrystomi verba, ut saepe facere solet repetentem; e latinis s. Hieronymum, quaest. br. in Genesim. ed. Vall. III, 354. Jacob „ita omnia temperavit, ut et ipse laboris i fructum acciperet, et Laban non penitus spoliaretur.“* V. e. Benedicti. XIV. de atif. Serv. Dei. l. IV, 1. cap. ult. 16. 17. ed. Bass. 1767. IV, 245. Scheuchzeri, hys. s. I, 83. A. Knericht, diss. de foetura Jacobi artificiosa. Thes. p. 228. s.

[1]) Vide p. XXV. XCI. [2]) Chrysostomus, hom. LVIII. p. 562. [3]) Ex quo ccursu, loco indidit nomen Mahanaim. V. p. XCV. [4]) V. p. LXXXIX.

perterritus ad eum demulcendum dona praemisit et rogabat ne mittentem dedignaretur, qui et ipse eum salutaturus veniebat. Transmissis per torrentem uxoribus, ancillis, liberis Jacobus unus ab aliis in adversa ripa mansit, precibus usque ad illucescentem diem vacaturus. Hac occasione eum solum Angelus humana specie aggressus est, quocum usque mane luctam exercuit, ex qua sole iam oriente victor, boni ominis ergo Israelis[1] nomen obtinuit Gen. 32, 28. Oseae 12, 4. 5. Post luctam illam victoriamque in ea reportatam Jacobus fratri suo Esavo, quem iam prius cumulaverat muneribus splendidis, fit obvius, eumque amicum expertus est[2]. 33, 1, s. Jacobus fratri reconciliatus iter continuavit et postquam aliquanto tempore Soccothi[3] sedem habuisset, traiecto flumine in Chanaan advenit et prope Sichemum[4] in praedio a filiis Hemor emto v. 18. tentoria fixit ibique altare fortissimo Deo Israelis exstruxit. v. 20. In prima hac terrae Chanaan, post reditum ex Mesopotamia,

---

[1]) יִשְׂרָאֵל, qui principem se praestabat Deo. Sim. Onom. p. 52. Gr. Ἰσραήλ. Matth 2, 6. Metonymice passim hoc nomen pro eius posteris sumitur, Israelitarum non vero Jacobitarum appellatione notis. Angelum hunc Christum, filium Dei fuisse concors est veterum s. s. Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum sententia. Ita v. g. Justinus, dial. cum Tryph. 126. d. p. 425. Tertullianus, adv. Prax. 14. IV, 265. S. Hilarius, de Trinitate. V, 19. p. 115. S. Joannes Chrysostomus, l. s. c. Theodoretus, q. 92. p. 99. Quae opinio nobis verisimilis fit, tum inde quia a. benedictionem ab hoc Angelo Domini petiit, b. Oseas c. 12, 5. 9. eum Jehovam vocaverit; tum c. quia id testificatur Jacobus, quando luctae locum appellat פְּנִיאֵל faciem Dei, — coll. p. XCV. — in quo sc. viderit Deum de facie ad faciem, visione formae et speciei elegantissimae. „Per haec autem omnia docemur inquit Theodoretus, c. l. p. 100. unigenitum filium Dei, et Deum hoc loco apparuisse Jacobo," cui maxime proprium est, ut se propter servorum suorum salutem exinaniret. Hanc vero luctam a vigilante Jacobo non in somno toleratam esse evincit imprimis illud, quod ex illa lucta claudus manserit. Totum vero illud factum est, ut formido animae eius eximeretur eique persvaderetur, fore ut occursus ille fratris nullum ei periculum creet. „Nam qui tantam virtutem accepisti, ut cum Deo luctari valueris, multo magis homines superabis." Chrysostomus. Cf. e. P. Cassel, Weltgesch. Vorträge. Berl. 1860. p. 17. s. c. l. [2]) Esau, cuius ira per longum temporis tractum, quo senuit Jacobus deferbuit, muneribus placatus Jacobum cum suis deducere volebat, sed altero id deprecante quod brevioribus itineribus propter varia omnis generis impedimenta procedere cogeretur, in Seiritidem reversus est. Posteros Esavi recenset Moyses Gen. c. 36. ut notas faceret Hebraeis tribus edomiticas, ne eas contra quod praeceperat Deus, oppugnarent. Aetatis ad quam pervenit Esau et mortis, nunquam meminit S. Scriptura. S. Paulo ad Rom. 9, 13. coll. Mal. 1, 2. est figura reproborum uti Jacobus praedestinatorum. [3]) Vide p. XCV. [4]) V. p. LVI.

ione c. 34. cum versaretur, maxime eius afflictioni fuit stuprum ichemo Hevitarum principe Dinae illatum. Hanc iniuriam Si- n et Levi – Dinae fratres uterini – violenti alioquin ingenii ines, caede omnium Sichemitarum et direptione ulti sunt [1]. ıta Sichemi urbe, Dei iussu habitacula sua transtulit Bethelem; s vero Rachelem idola [2], quae e domo patris abstulerat remo- iussit. Purgata familia ingressus est iter et salvus pervenit ıelem, ubi altare aedificavit et voto suo, quod vovit cum hinc opotamiam concederet, Gen. 28, 20. satisfecit. Sacrificium offe- i apparuit Deus, atque protectionem suam et immensam poste- em promisit. v. 9. Iter deinde austrum versus iniit, Isaacum em in convalle Mambre degentem invisurus. Cum in ipso re esset Rachel prope Ephratam [3] peperit Benjaminum בִּנְיָמִן, 8. quo in partu difficillimo uxorem hanc svavissimam perdidit, nctae eodem in loco et lacrymas dedit et sepulchrale monumen- posuit. v. 20. Deinde iter prosecutus tabernacula in Migdal-eder, rrim gregis, מִגְדַּל־עֵדֶר, – ubi accidit Rubenis cum Bala, concubina is incestus [4]. Tandem ad superstitem patrem, a quo multum ac ob metum fratris aberat, Hebronem rediens, cum illo viginti annis vitam egit. Pie defuncto una cum Esavo fratre funus ıvit. v. 29.

§. 21. Fata Josephi.

Josephus [5], patri filiorum erat dilectissimus [6]. Tenerrimum ı ipsum animum dissimulare Jacobus non potuit, quin ei etiam rnis signis indulgeret; tunica enim polymita [7] Josephum induit. ularis ille parentis erga Josephum affectus invidiam fratrum

---

[1]) Vindicta haec quantopere displicuerit Jacobo apparet ex eius ad filios bensione v. 39. s. et maledictione, Gen. 49, 6. 7. quibus acriter tuetur Ja- ius Dei, quod in hoc facto non uno modo violatum esse noverat. [2]) Te- m, deos pennates. D. q. v. J. C. Wichmannshausen, diss. in Ugolini, Thess. I, 539. s. A. Pfeifferi, exerc. ib. p. 549. s. [3]) Sive Bethlehemum. Vide p. LIX. tius poenam iuxta Gen. 49, 4. luit in tota posteritate, nam tribus illa numero er exigua, et viribus minus potens fuit. [5]) יוֹסֵף, Ἰωσήφ. Sacra Scriptura riam Jacobi subito missam facit. c. 37. seq. quam historia Josephi vi religiosa cunditate plenissima excipit. [6]) Quia a Rachele carissima uxorum pater senex genuerat. [7]) Id est variegata et multicolori.

peperit, hinc auctam maxime, quod fratres de crimine pessimo accusaret, v. 2. somniaque[2] candida simplicitate narrasset. v. 7–10 Quadam die Josephus ad inspiciendos greges, revisendosque fratres a patre missus, opportunus iniuriae fuit; namque viso Josepho dixerunt alter alteri ecce somniator! venit et consilium necis eius ceperunt, patri postea a bellua discerptum renunciaturi. Sanguinariis fratrum consiliis intercessit solus Ruben, qui primum impetrare voluit, ut vitae Josephi parceretur; postea suggessit, ut illum veste detracta in cisternam vacuam coniicerent, ex qua emergere nequiret. 12–25. Adolescentulum igitur in puteum siccum demisere. Ex tam impio facto, quasi re bene gesta ad convivium transiverunt, a quo tamen aberat Ruben. v. 29. Fratribus relicto in miseria Josepho secure epulantibus, comitatus mercatorum ex Ismaelitis et Madianitis mixtus, eo tum Aegyptum quo aromata et resinam deferebant petebat, quibus svadente Juda viginti argenteis sive siclis venditus est Josephus atque ab his ignaro parente in Aegyptum deductus Putiphari militiae praefecto Pharaonis pretio traditus est[3]. Eius autem tunicam hoedi sanguine perfusam detulerunt ad Jacobum, ut a fera dilaceratum Josephum inde coniiceret, qui accepto tristissimo nuncio verbis lugubribus ingemuit, vestimenta scidit et pro more illius vetusti temporis saccum induit[4]. 25–36. Josephus in domo heri sui divinae benedictionis sensum uberrimum percepit. Etenim Putiphar deprehensa fide et sedulitate servi et prospero rerum omnium successu, ipsum familiae suae praefecit. Felicitatem hanc interturbavit improvisus casus: pudicitiae nimirum eius ab uxore Putipharis tentatae nefas[5]. Iniquae petitioni non acquiescentem, oblata occasione remotis arbitris, facto

[1]) Quod quale fuerit sacer auctor non tradidit. [2]) Divinitus sibi oblata quibus duodecim fratrum manipulos ante manipulum suum prosterni, solem etiam lunam et duodecim sidera sibi cultum exhibuisse. [3]) Cf. E. W. Hengstenberg, Die Bücher Mose's und Ägypten. Berlin. 1841. p. 21. [4]) De luctu Hebraeorum cf. M. Geieri, Diss. in Ugolini, Thes. XXXIII, 145. s. J. M. Reinhardi, d. de sacco et cinere. ib. 167. s. Wichmannshausen, de laceratione vestium. ib. 1101. s. [5]) Huic tentationi gravissimae, formae praestantia occasionem subministrabat. 39, 1—6. Mulier „*a formositate capta, et diabolico incendio suscepto in iuvenem postea insilire tentat, malamque illam cogitationem in mente servans, tempus inquirebat et solitudinem, quae possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. Verum ille noluit, neque paruit, neque verba illius suscepit.*“ S. Joann. Chrysostomus. hom. LXII. in Gen. p. 575.

agressa est impudica mulier. Magnus tamen vir [1], qui venditus servile nescivit ingenium, comprehensus aufugit [2]. Foemina ut est in proverbio aut amat aut odit; sic fecit scelesta Putipharis uxor, amorem convertit in odium, et crimen cui ipsa obnoxia erat Josepho innocenti impegit. Consvetis mulierum armis: mendaciis exaggerationibus mariti furorem provocat et capiti Josephi perditionem conciliat. v. 7–19. Ita Joseph credita mulieris criminatione a Putiphare in carcerem – regium – est coniectus [3]. Durus ille sub initium carcer Dei erga Josephum curam minime exclusit [4]. Josephi innocentia facile Putiphari innotuit, quare eum mitius habuit, illique tantum non libertate donato, ceteros carcere detentos custodiendos commisit. v. 23. Verum Deus non solummodo virum bonum esse Josephum ostendit, sed et spiritu prophetico praeditum. Erant in eadem custodia ministri regis duo, praefectus pistorum et pincernarum, in carcerem ab irato Pharaone coniecti, c. 40. qui cum somnia sibi oblata [5] Josepho retulissent, ea Josephus expeditissime interpretatus est. Pistorem quidem poenas capite luiturum, pincernam muneri restituendum pronunciavit, postremum pro laetissimo hoc nuntio requisivit, ut vinculis exemtus sui rationem haberet apud Pharaonem, quo et ipse, qui furto sublatus huc venerit, aliquando libertati restitueretur. v. 12. 13. Interpretationi huic propheticae liquido fidem fecit eventus. Attamen pincernarum princeps Josephi oblitus est, aut rem donec occasio offerretur distulit. Hoc nimirum hominum passim ingenium est, adversis rebus polliceri multa, at

---

[1]) Ut pulchre scribit in hanc rem s. Ambrosius, de Joseph. Patriarcha. I. a. 492. 3. [2]) „*Qui cum ab uxore domini conveniretur, teneri veste potuit, animo capi non potuit. Itaque vestem exuit, crimen excussit, et relictis quibus tenebatur exuviis, spoliatus quidem sed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento pudoris. Non enim est nudus, nisi quem culpa nudavit.*“ [3]) Coll. Ps. 104. v. 18. „Ferream catenam ipse castitatis martyr subivit“. S. Ambros. l. c. Merito hic s. Joannes Chrysostomus. l. c. Dei erga Josephum misericordiam, qui Putipharis animum cohibuit a caede Josephi, quam attentare poterat, si quidem uxoris accusationi fidem habuisset „sin credebat ait s. Pater, quod Aegyptia finxerat, tunc neque carcere dignus erat, sed plecti capite et extremam poenam pati debebat.“ [4]) „Visitat Deus — scribit s. Ambrosius. c. l. — et in carcere suos; et ideo ibi est plus auxilii, ubi est plus periculi.“ [5]) Primus sibi visus erat mustum ab uva depromtum in phiala, ut consveverat regi offerre. Cf. Wiseman, Zusammenh. der Ergebnisse. p. 393. Alter vero aves, quae in caput suum advolantes, panes et edulia regi apparari solita, quae deferebat in canistro, absumere. Cf. Hengstenberg, Die Bücher Mose's und Ägypten. p. 25.

prosperis obliterare. Biennio post [1] somnium Pharaoni [2] pariter a De immissum est: vidit is 7 boves pingues ab aliis 7 macie consumt comedi, iterumque 7 spicas plenas ab aliis 7 languidis pen tus confici [3]. Pharao vehementer consternatus est, cum frust de sensu illorum somniorum hariolos suos consuluisset. Tum J sephi meminit pincerna et Pharaoni aperuit, qualiter Josephu somnia in carcere positorum enodasset. Pharao sine mora e car cere ad se Josephum deduci curavit; qui postquam a rege somni audivisset, extemplo interpretatus est: 7 proximis annis maximam frugum ubertatem futuram; consequentibus 7 inopiam. His ad iecit Josephus consilium fidelissimum, quo Pharaoni svasit, ut prospiceret de praefectis annonae regionatim constituendis, et de modo conservandi frumentum in horreis; quibus cunctis cari tatem septennii averteret. Placuit consilium Pharaoni, vidensque divinum in Josepho spiritum, eum summum rerum publicarum administratorem, solo rege minorem denunciavit. Qua dignitate Josephus adauctus etiam insignia regia: annulum, vestes, ca tenam et currum accepit [4]. Interim praeco clamare iussu est, ut omnes Josepho ceu proregi [5] obsequerentur. Man dante eodem Pharaone „צָפְנַת פַּעְנֵחַ" vocari coepit – i. s. Hiero nymum – „Salvator mundi eo quod orbem terrae ab imminente famis excidio liberavit" [6]. His omnibus addidit rex matrimo nium Josepho procuratum, Aseneth [7] Putipharis [8] sacerdoti

[1]) C. 41. v. 1. triennio, inde ab initio captivitatis coll. 40, 4. [2]) Sesostri. I. iux Bunsen, Aegypt. Stelle. V, b. p. 353. Cf. Uhlemann, Chron. u. Gesch. d. a. Aeg. III, 2 29. 154. s. [3]) Hae duae visiones proprie, ut ex interpretatione liquet, eandem rem e primunt. [4]) Cf. Wiseman. l. c. p. 347. Hengstenberg. l. c. p. 29. [5]) וַיִּקְרְאוּ לְפָנָיו אַבְרֵךְ 41, 43. patri tenero, ut reddit s. Hieronymus. lib. quaest. hebr. pag. 367. „ quippe dicitur pater, rech delicatus sive tenerrimus; significante scriptura, qu iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit: sed iuxta aetatem tenerrimus ad lescens et puer." Alii aliter v. c. Jablonski, in Opusc., quibus lingua et anti Aegypt. illustr. ed. J. G. Te Water. Lugd. 1804. I, 4. seq. et J. Rossi, in Et mologiis aegyptiacis. Romae. 1808. p. 1. „inclinate caput." Q. inf. H. r. רך quasi praeco clamasset: genuflexio! H. s. V. ut omnes coram eo genu flectere [6]) Hanc interpretationem suam fecit Jablonski, Opusc. I, 207. s. v. Psonthomphanec nec non rei aegyptiacae doctissimi: L. Picques et Rosellini. q. v. apud Gese in Thes. s. h. v. p. 1181. [7]) אָסְנַת, Pulchra. Sim. Onom. p. 607. Jablonski, Pant I, 56. s. in hoc nomine reperit vestigia deae Neithae — Minervae — Sai in Aegyp inferiori religiose cultae. Cf. e. M. Uhlemann, ü. d. Bildung d. altägypt. Eigenname Wien. 1859. p. 8. [8]) A praefecto militiae diversi.

Heliopolitani [1], filiam Josepho despondendo, ex qua duos sustulit filios מְנַשֶּׁה v. 50. 51. Manassen et אֶפְרַיִם Ephraimum. Tum Josephus abundantibus per totam Aegyptum frumentis, magnam copiam collegit, multiplicatisque horreis adversus futuram famem consuluit. Septem quos praedixerat, copiae annis lapsis, septem anni inceperunt, quibus fame cum Aegyptus, tum maxime vicinae regiones premebantur. Ea tempestate spes atque salus Aegypti et adiacentium terrarum in illo sita erat. v. 56. Omnes undique in Aegyptum conveniebant, ut frumentum sibi prospicerent, quos Pharao ad Josephum, in quem unum rem totam contulerat, inviat [2]. Instar ceterorum eadem necessitate compulsus Jacobus filios in Aegyptum misit, Beniamino tantum secum domi retento, ne quid calamitatis ei accideret 42, 1. 19. Qui cum eo advenissent Josephum more regio adorabant [3]. Josephus ut primum agnovit [4] fratres suos, aspere cum ipsis velut exploratoribus egit [5]. Variis modis agitati tandem cum frumento quod emerant ad Jacobum redierunt, qui tristi nuntio de retento in vinculis

---

[1]) Oniensis, Soli consecrati. Aeg. Phontphre summum sacerdotem solis notat. Vocabulo aegyptiaco urbis On LXX ἡλίου πόλιν, id ipsum significante. V. Jablonski, Panth. Proleg. XVIII. I, 136. s. [2]) Josephus c. 47. totam pecuniam, quam ex annona exteris vendita collegit in aerarium intulit. Fame grassante Aegyptii armenta sua annona commutarunt; denique postremo famis anno libertatem suam Josepho addixerunt. Sic Josephus Pharaoni ius omne terrae et hominum acquisivit, agrosque colendos Aegyptiis ea conditione assignavit, ut quintam proventuum partem lege perpetuo regi solverent. Ab hac lege soli sacerdotes immunes erant, quibus ex aerario publico tempore famis annona praebebatur, ideoque agros suos vendere non fuerant compulsi. V. Jablonski, Prol. XIX. Hengstenberg. l. c. p. 32. s. [3]) Ita adimpletum est somnium, c. 37, 7. s. [4]) Josephus fratres mox agnovit, erant enim omnes aut prope omnes, cum illum venderent ea aetate, quae ad virilem accedit; post hanc vero usque ad senium non multum mutatur vultus et forma. Adde alia varia memoriae adiumenta. Attamen a fratribus mutuo non est agnitus; etenim extra illorum consortium exegerat annos integros XXII. Simeone vinculis addicto ad promissi fidem, abeundi potestatem fecit, modo iuniorem, cuius meminerant, se adducturos polliciti essent. Sub aspero vultu Josephi non modo lenem et mansvetum affectum latuisse, sed et tenerrimum prodidit eo, quod omnes occasiones aucupatus fuerit, queis conditionem paternae familiae penitus cognosceret, et quod in mandatis dederit, ut fratrum digredientium sarcinae implerentur frumento, alimentis pro itinere et pecuniis, quas proxime appenderant. [5]) Dure habiti a Josepho fratres cogebantur suam in conscientiam ingredi et admissum fratricidium in animum revocare.

Simeone et adducendo Beniamine perculsus v. 36. amare conquestus est. Caritas annonae in dies invalescens c. 43. fratres iterum compulit in Aegyptum, qua vice patre quidem aegre ferente Beniaminum, ut convenerat, deduxerunt [1]. 1–9. Quam primum ad Josephum advenerunt fratres, is oeconomo in mandatis dat, ut eos suum in hospitium adduceret, quo communi cum ipso prandio vescerentur [2]. Finito convivio c. 44. Josephus ad intimos animorum fraternorum secessus expugnandos, ultima eaque vehementissima tentatione ipsos invadere statuit [3]. Audita Judae oratione c. 45. tandem vis fraterni amoris, quem sub austero vultu hactenus suppresserat, maximo impetu se effudit. Semotis arbitris omnibus, in lacrymas solutus uberrimas, fratribus suis se levato velo patefecit, paucis hisce – cum initio dolor plura non permitteret – verbis: ego sum! Deinde extemplo quaesivit, an pater adhuc viveret. Denique fratres conscientia patrati antehac sceleris trepidantes et novissima metuentes erexit, eo potissimum argumento, Dei nutu factam esse ipsius in Aegyptum deportationem, ut suo

[1]) Jacobus tandem consentiens in abitum Beniamini, quia nullum aliud occurrebat remedium, ut erat humanissimo ingenio una misit viro illi muneris nonnihil, aromatum, resinae, et fructuum, v. p. XLI. quos Aegypti regio plana et depressa, et ob id frumenti tantum capax non ferebat. [2]) Hic vero novus metus, a mala conscientia sceleris adversus Josephum commissi profectus, fratribus incessit, ne propter pecunias in saccis suis reportatas, insidias ipsis strueret, et in servitutem gravem ipsos redigeret. In ipso convivio fercula seorsim apposita sunt Josepho et Aegyptiis, qui cum illo comedere soliti fuerant, atque Hebraeis, facile ob religiosam quandam rationem. Beniamino partem quinquies maiorem, omnibus mirantibus apponere iussit. Cf. Hengstenberg. l. c. pag. 35 [3]) Oeconomo in mandatis dedit, ut in eorum iamiam abiturorum saccos pecunias in Beniamini vero sarcinam simul argenteum, ex quo ipse amabat bibere calicem sive scyphum reconderet. D. q. v. Raumeri, diss. in Thes. I, 241. Dimissos e aliquo usque progressos oeconomum insectari iubet, qui illos durius allocutus es v. 5. coll. 15. pessimeque dixit sibi eos prospexisse, quod viri illius non humana tantum sed et divina scientia praediti scyphum abstulerint; non enim eos latitare posse, quia scientia qua pollet omnia scrutatur et haud difficulter colligere quit furtum hoc ipsos non alios comisisse, ubicumque enim, humana scientia eius deficit, divina defectum supplet. Fratres bonae conscientiae hac in re fisi, oeconomo intrepide reposuerunt; sed ubi singulorum sarcinis reclusis, in sacco Beniamin scyphus repertus fuit, re plane improvisa attoniti ad Josephum regressi sunt coram quo Judas longam pro dimissione Beniamini habuit orationem, v. 18—30 qua se se pro Beniamino mancipium obtulit, ne pater illius amissi dolore confectus interiret.

ibi adventu eorum miseriae prospiceret. Quare protinus fratres cum muneribus et mandatis dimisit ad patrem, ut illum omnesque suos in Aegyptum adducerent regionem Gessen acceptum, in qua sedes figerent. Singulos tandem fratres et praecipue Beniaminum amplexatus, iis vestimentum pretiosum, Beniamino vero duo dispertitus est. Postquam Jacobus a filiis reducibus superstitis et regnantis in Aegypto Josephi nuntium accepit, renovato ad memoriam filii dolore – veluti ab alto somno excitatus – prae stupore quasi obriguit; ubi vero non verba modo audivit, sed splendida etiam et magnificentiae regali congrua dona intuitus est, quae Josephus ipsi miserat, tum demum sese collegit. v. 20. 21. Hoc pacto Jacobus c. 46. nuntio gratissimo Josephi superstitis sibi redditus, caritate filii, quem semper in deliciis habuit motus, cum universa familia sua colonus migrat [1] in Aegyptum; quam ingressus Judam praemisit ad Josephum, ut illum de adventu patris certiorem faceret. Josephus patri in occursum veniens hoc eidem consilium dedit, ut regi exponeret se suosque liberos pastores esse et ita terram Gessen pascuis optimam et ad reditum in Chananaeam peropportunam in habitationem impetrando, Aegyptiorum – quibus pecudes quas Israelitae manducandas alebant, numinum loco erant – odium et invidiam evaderent [2]. Tali ratione Jacobus senex filio suo Josepho, quod non speraverat, iterum coniunctus in optimo terrae Gessen - quam a Pharaone nactus est – loco domicilium habuit. Mortem instare ratus c. 48. filios Josephi, Manassem et Ephraimum pro prole adoptavit [3]. Summum tandem diem in Aegypto obiit, praeclaro prius

[1]) Cum Bersabeen venisset locum Abrahami et Isaaci commoratione nobilem, victimis mactatis percontabatur divinum de adeunda Aegypto oraculum. v. 3. 4. Deus Jacobo fiduciam fecit adeundi Aegyptum, custodiam in itinere promisit, simulque reditum — sc. posterorum — in terram Chanaan. Responso hoc animatus Jacobus perrexit cum universa familia sua — numero universim sexaginta et sex; coll. 46, 26. quibus si addantur, Jacobus ipse, et Josephus cum duobus filiis exurgit numerus septuaginta animarum v. 27. Cf. Tornielli, Annal. s. I, 243. – et impedimentis suis. [2]) Cf. Hengstenberg. l. c. p. 37. [3]) His ut ceteris filiis benedicens, minorem maiori divino instinctu praeposuit, commutans manus dexteramque, quam Josephus capiti Manassis applicuit, super caput Ephraimi extendens. Formula bene precandi haec erat: Deus, in cuius conspectu ambulaverunt patres mei Abraham, et Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in praesentem diem; Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. 48, 15. 16.

de posterorum suorum et ipsius Messiae Gen. c. 49. – de quo §. s. – fatis edito vaticinio. Recitata hac praedictione Josephum, utpote prae ceteris fratribus idoneum iuramenti religione obstrinxit, ne in Aegypto ipsum sepelire curaret, sed potius in terra Chanaan [1]. Mortuum parentem Josephus provolutus lacrymis irrigavit et osculis prosecutus est. Hac pietate defunctus ad suprema officia persolvenda se accinxit. Gen. 50, 1–15. [2]. Josephus vir insignis, pietate et sanctitate praestantissimus, postquam divina favente benedictione vidisset abnepotes et centum decem vitae suae annos explevisset in Aegypto reddidit spiritum; cum prius fratres – eos nimirum, qui adhuc superstites erant – iure iurando obstrinxisset, ut ex Aegypto – in posteris – aliquando ascensuri in terram Chanaan, ipsi quoque ossa eius, eodem deportarent. 23. 24. 25. [3]. Huic adiurationi satisfactum esse novimus ex Exodi 13, 19. coll. Jos. 24, 32. et Act. 7, 16. [4].

---

[1]) Ubi iam antea sepulti erant in spelunca duplici: Abrahamus, Isaacus, Rebecca et Lea. „Non quod de sepultura valde sollicitus esset: sed ut suam familiam consolaretur, et doceret Dominum Deum traducturum illos omnes ex Aegypto, et daturum illis terram promissam." Theodoret. q. 108. p. 109. Considerabant enim iustum hoc non mandaturum fuisse, nisi omnino scivisset, redditum ipsorum futurum et liberandos se a servitute Aegypti." Chrysostomus, hom. LXVII, 4. p. 640. [2]) Cadavere aromatibus pro more regionis condito, Josephus internunciis apud Pharaonem usus, discessum liberum a Pharaone petiit, quem etiam nullo negotio impetravit. Funus in Chanaan prosecuti sunt: tum primores Aegypti, famuli Pharaonis, nec non universa domus Jacobi. Post mortem Jacobi fratres male sibi conscii, peculiari anxietate torquebantur, ne patre non amplius superstite Josephus vindictam illatae sibi iniuriae reposceret; unde per interpretem fortassis Beniaminum, patris in agone constituti mandata allegant, quin et ipsi genubus eius advoluti sponte servitutem promittunt. Josephus eos bono animo esse iussit verbis: num quid pro Deo sum ego? Quod factum est Dei consilio, et providentia accidit: num ergo ei me opponam et in vestram perniciem vertam, quod ille in salutem constituit? 16—21. [3]) Maximi cuiusdam boni loco duxit in ea terra quiescere, in qua Christus Salvator nasciturus, et quam suo sanguine rigaturus esset, cuius proinde merito ad vitam aeternam suscitandus foret. [4]) Hoc pacto ossa Josephi iuxta Siraciden 49, 18. visitata sunt, τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐπεσκέπησαν. Cum Deus per Moysem singularem curam habuerit ossium Josephi ut ex Aegypto transferrentur in Chanaanitidem, etiam „post mortem prophetaverunt" ibi populi liberationem et futuram resurrectionem.

Digressio de privo historiarum Josephi charactere. Historias Josephi, a cap. 37—50. l. Gen. copiosius — nisi quod cap. 38. narretur Judae cum Thamare incestus nullo modo silendus, cum e Thamaris progenie prodierint Davides, Salomon et omnes reges Judae, coll. Matth. 1, 3. ipse adeo Messias. (Cf. Grimm, die vier Frauen im Stammbaum des Herrn b. Matth. Tüb. Quartalsch. 1859. p. 429). Neque ut perperam sumunt critici a compilatore est additum, bene enim cohaeret cum inscriptione XXXVII, 2.: תֹּלְדוֹת יַעֲקֹב, generationes Jacobi, i. e. res gestae Jacobi in filiis — quam reliquorum Jacobi filiorum exponi fecit Spiritus sanctus tres potissimum ob causas. Primo, quia per Josephum, et occasione ab ipso nata factum, ut Jacobus descenderet in Aegyptum, qui descensus cum vicissim ascensui occasionem dederit, explicandus fuit, absque illo enim historiae populi hebraici mancae intelligi non poterant. Secundo, quia eximium praebet providentiae divinae exemplum, cuius vix ulla exsistit illustrior pictura his ipsis historiis, ex quibus refulget admirabilis illa Dei mundum gubernantis ratio, quae quoniam a sensu nostro remota est, non statim liquido apparet, tanto vero solertius nobis prosequenda est, quo certius res etiam in speciem fortuitas Dei manu dirigi agnoscimus. Sap. 8, 1. „*Pensemus scribit ad nostram rem s. Gregorius — Mor. l. VI. in cap. 5. beati Job p. 194. — ergo rei gestae ordinem, pensemus, quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis divina comprehendat. Ideo ab eis venditus fuerat Joseph ne adoraretur, sed ideo est adoratus, quia venditus. Astute namque aliquid agere ausi sunt, ut Dei consilium mutaretur, sed divino iudicio, quod declinare conati sunt, renitendo servierunt. — Sapientes ergo Dominus in ipsa eorum astutia comprehendit, quando eius consiliis humana facta etiam tunc congrue serviunt, cum renituntur, atque omnipotentis Dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur: quia saepe et hoc dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium frivole resultat.*“ Tertio, quia Josephus luculentus erat typus Jesu Christi. S. Scriptura id quidem nusquam disserte enunciat. Verum qui Christum amat, imaginem quoque eius amat, ubicumque in aliquo subiecto Veteris salutis Oeconomiae eius attributa et eventus efformatos detexerit, Christum inventum amplectitur. Cf. s. Bernardi, Sermon. XV. in Cantica. ed. Par. 1667. III, 83. s. Josephum typum Christi esse sequentia sustinent: a. Singularis et admirabilis lusus divinae providentiae in dirigendis fatis totius vitae Josephi, imprimis profunda eius humiliatio et inopinata exaltatio, dudum ante ab ipso — ut propheta — praedicta, c. 37, 7. s. monet nos cogitare de mystica aliqua tot mirabilium casuum et eventuum ratione, quam nemo nisi in Redemptoris nostri exaltatione et humiliatione invenerit. „*Joseph discutiatur et Jesus inveniatur agnus paschalis: qui tanto dulcius comeditur, quanto latens abstrusius et studiosius quaeritur et difficilius invenitur.*“ D. Quericus, Abb. de resurr. Dom. serm. I. inter op. s. Bernardi. ed. cit. VI, 1198. s. Curae fuit peculiari spiritui s. in historiis Josephi praemonstrare Jesu Christi duplicem illum statum vitae longe diversum humilem et gloriosum, ne Judaei ad hunc lapidem ancipites haererent. — Pererius libr. de XI. proph. p. 82. ad titulum יוֹסֵף, filius accrescens, respicere opinatur Joannem B. Joann. 3, 30. dum ait: illum, Christum, oportet crescere, me autem minui. — Quare non abs re statuitur, Jacobum a spiritu sancto actum in prophetica sua benedictione G. 49, 26. Josephum vocasse Naziraeum נְזִיר אֶחָיו, secretum fratrum suorum, quod ex divino consilio inter fratres suos esset eximius, singularis,

quippe quem Deus elegerat, secreverat inter fratres, ut illum typum faceret, ‹
iusdam illustrioris, puta: **M e s s i a e**! Consideranti historias Josephi facile sequen
in iis figurae Christi occurrent. Innocentissimus iuvenis, quod fratrum vitia
prehenderet iis odii dedit occasionem, quod auctum fuit, cum futurae sı
gloriae praesaga somnia narraret. A patre missus fratres quaerit, neci destinat
venditur, vestisque multo sanguine infecta patri mittitur, Jacob mortuum ploı
fratres absentis obliviscuntur; Josephus interim summis in Aegypto honorib
augetur, denique a fratribus adoratur, eosque sibi fideles habet. Jesus Christ
agnus innocentissimus, vitia populi sui reprehendit, ob id principibus et sac
dotibus huius gentis exosus, ad necem quaeritur, venditur etiam ac occidit
sed morte devicta, triumphator nobilis sepulchrum deserit et ad coelum ascen
adoratus a cunctis nationibus. V. Irenaei, fragm. XVII. pag. 836. Euseb. pra
evang. l. VII. c. 8. p. 311. S. Ambrosius, l. c. p. 659. Vitringa. Obs. S. II, 488.
Ignatii, a s. Franc. Synopsis magnalium d. Josephi. Leodii. 1684. p. 124. 168. 5
Stolberg, Gesch. d. R. J. Ch. I, 195. s. Menken, Wahrh. d. h. S. p. 123. s
Heim, Bibelstunden. Tuttlingen. 1845. p. 540—549. Kurtz, Gesch. d. A. B.
222. s. Delitzschii, Comm. in Genes. II, 65. s. Auberlen, in Herzogs R. E. VII, !
Quidam v. c. Julius Firmius Maternicus, de errore prof. rel. c. 13. ed. Oehl
p. 81. s. Auctor, de mirabilibus S. Scripturae. I, c. 15. — inter opera s. Augusti
— ed. M. III, 1263. Bonfrerius, Comment. in Gen. 41, 56. p. 302. Heidegger, Hi
Patr. II, 639. putabant Josephum. coll. Deut. 23, 17. nomine שור, Serapis,
numerum Deorum aegyptiorum fuisse relatum, quia Aegyptiis mos erat be
meritorum ita ad posteros propagare memoriam. Sed huic opinioni refraga
Sacra Scriptura, quae narrat, mortuo Pharaone, sub quo vixit Josephus, surrexi
regem alium, qui Josephum non noverat, cui successit tertius aeque Hebra
infensus. Certe intestinum Hebraeos et Aegyptios inter odium, quod per saec
continuatum est, impossibile reddit, Josephum ab Aegyptiis honore divino cult
fuisse pro numine. Cf. Jablonskii, Pantheon. II, §. 14. 15. p. 206. s. Historias Jose
patriarchae enarrat: Josephus Fl. Antiq. II. 2—9. I, 68—79.; allegorice exponit Ph
peculiari libro, quem βίον πολιτικοῦ, vitam viri civilis, inscripsit. ed. Mangey.
41—80. Sanctus itidem Ambrosius et Chrysostomus, c. l. nec non s. Gregorius M
nus, qui l. II, hom. in Ezechielem. h. VII. ed. c. I, 1414. s. pie et iucunde res Jose
perstringit.; quam vero expositionem ex ore Calixti dedit Stephanus Tuckerman, ed.
Helmestadii. 1654. continet nisi exilem in postrema.c. c. XIV. l. Gen. interpretatione

§. 22. Prophetia Jacobi.

Impertita filiis Josephi benedictione solenni, porro eorum adoptio peracta elapsoque modico inter haec tempore, advocavit omnes fili suos, quasi postremum valedicturus illis [1]. Jacobus in alloquendo fili

[1]) Novissima verba, quae proximus morti Jacobus dixit duodecim filiis, q parentes fuerunt duodecim tribuum, ex quibus populus electus coaluit, ia pridem usu recepto „b e n e d i c t i o n e s d u o d e c i m P a t r i a r c h a r u m“ appella tur; cum tamen, ut vere monuit s. Ambrosius — in lib. de benedict. Patriarc cap. II, 6. p. 515. — nec non Theodoretus — quaest. 110. in Gen. p. 111. ·

servat ordinem generationis et ortus eorum quantum ad primos quatuor, et duos ultimos. Orsus est igitur v. 3. 4. prophetiam a Rubene, quod is primus esset filiorum et ait: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea,* quod eum genuisset tempore, quo viribus maxime polleret; *principium doloris mei*, ob incestum cum noverca sua commissum, quod crimen eo gravius notatur, quia cum esset primogenitus filiorum nescivit servare patri reverentiam; *prior in donis, maior in imperio*, etenim in divisione haereditatis paternae et in regali quodam dominatu fratribus primogenitus praeponebatur; I. Par. 5, 1. coll. Deut. 21, 17. *effusus es sicut aqua,* praeceps fuisti, levis sicut aquae veloces, quae diffluunt; *non crescas,* subaudiendum: dignitate supereminente aliis, propagatione familiae [1], *quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius.* Egerat Jacobus de Rubene primogenito, nunc sermonem dirigit in Simeonem et Levi fratres Rubenis ex eadem matre Lea, qui in occisione Sichimitarum erant socii, unde par fuit, ut utriusque eadem sit reprehensio. *Vasa iniquitatis bellantia*, arma quibus perverse usi sunt, detestatur Jacobus. *In consilium eorum non veniat anima mea, et in coetu illorum non sit gloria mea*, absit ut ego tanto sceleri ulla ratione assensus sim. *Quia in furore suo occiderunt virum*, est enallage pro viros, Sichimitas; *et in voluntate sua*

minime congruat is titulus cum ipsa oratione Jacobi, per quam maledicitur Rubeni item Simeoni et Levi. Quamobrem Ambrosius l. c. „*Nonne redargui magis, quam benedici videtur? Et ideo prophetia magis quam benedictio est. Prophetia enim annuntiatio futurorum est, benedictio autem sanctificationis et gratiarum votiva collatio.*" Declarant hoc ipsum verba, quibus Jacobus primo affatus est filios: Congregamini, ut annunciem, quae ventura sunt vobis in diebus novissimis. „*Venite inquit — interprete divo Chrysostomo, homil. LXVII. in Gen. p. 636. — et discite a me, non praesentia, non quae post parvum tempus eventura, sed quod accidet in ultimis diebus. Et haec vobis non a memet ipso annuntio, sed afflatus a Spiritu et idcirco, quae multis postea generationibus contingent praedico. Etenim e vita hac migraturus volo unicuique vestrum quasi in titulo et columna aerea memoriam insculpere.*" E dictis liquet hanc prophetiam Jacobi, non tantum ad bona temporalia et terrena, verum etiam ad spiritualia et sempiterna pertinere. Novissimos vero dies — cum J. Brunone, p. 10. l. i. e. — intelligimus a Jacobo usque ad Christum; ita ut quae praedicuntur a Jacobo filiis suis completa agnoscamus in eorum posteritate durante adhuc statu Veteris Foederis, simulque tempore Christi. Cum itaque caput XLIX. Geneseos, in quo laudata prophetia habetur vaticinia contineat multis postea saeculis adimplenda, difficile et obscurum est; commune enim est vaticiniorum, recondita esse et arcana. Cf. s. Irenaei. ad haer. IV, 26. p. 643.

[1]) Cf. Deut 33, 6. Revera ex libro Numerorum, apparet tribum Ruben non aeque amplam ac numerosam fuisse sicut ceteras tribus, praesertim autem Juda.

suffoderunt murum, urbem vastarunt. *Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio quia dura*, nec nisi omnia funditus evertendo ac delendo cessabat. *Dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Israel.* [1]. Jacobus postquam tres priores filios graviter reprehendisset, ad Judam perveniens, non sicut praeteritis v. 5. 6. 7. infausta et infelicia annunciat, sed fortunata prospera et iucunda; v. 8. 9. 10. 11. 12. ob illam maxime causam, quod de tribu Juda Christum in salutem et redemtionem humani generis nasciturum praeviderit. Laetabundus et prae gaudio exultans Judam sic alloquitur; *Juda* [2], *te laudabunt fratres tui; manus tuae in cervicibus inimicorum*, inter fratres primum obtinebis locum praeliando proelia domini, te dimicante inimici terga vertent. *Adorabunt te filii patris tui*, ut principem. *Catulus leonis Juda:* fortissimus I. Par. 5, 2.; *ad praedam fili mi ascendisti*, post victoriam. *Requiescens accubuisti ut leo et quasi leaena, quis suscitabit eum.* His significatur pacifica et stabilis habitatio Judae in terra promissionis. Sequitur nunc v. 10. ferme palmarius non huius vaticinii, sed totius Geneseos locus [3]. Continetur hoc commate, quod sic vertit Vulgatus: *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium;* locupletissimum vaticinium de Christi adventu. J. t. o. *Non auferetur* [4], *sceptrum de Juda* [5], regimen [6]; *et dux*, legislator [7]; *de femore eius* [8], ex semine vel stirpe eius; *donec* [9], non abolebitur penitus antequam; *veniat qui mittendus est Tranquillator* [10]; *et ipsi erit aggregatio*

---

¹) Quod ita evenit, Simeon non tulit separatam partem terrae sacrae, sed eam accepit in medio tribus Juda. coll. Jos. 19, 2. s. Levi divisus erat per omnes tribus; proinde disiuncti erant invicem. V. p. XLV. XLVI. Admirabili credulitatis constantia Jacobus ex fide in promissionem divinam concepta, hic et in seq. tamquam dominus terrae, quam promiserat Deus, eius portiones distribuit, quas nullo iure dominii possidebat. Judicabat enim tamquam de propria facultate, sola fide possessor. Hebr. 11, 21. ²) Tu diceris et iuxta nomen tuum יְהוּדָה a יָדָה, laus, celebratio, v. Simonis, Onom. p. 42. continget tibi. ³) De quo tamen etiam aliqua s. Per. III. dicturi sumus. ⁴) לֹא־יָסוּר, non recedet, infert, non quamcumque concussionem, sed omnimodam ruinam reipublicae iudaicae. ⁵) שֵׁבֶט virga, insigne dominii τοῦ κυρίου. ⁶) Sub quacumque reipublicae forma, quod etiam post reditum e Babylone mansit penes tribum Judae, quamvis non sub corona regali, tamen sub cidari ducali. Ezech. 21, 26. ⁷) וּמְחֹקֵק est enim summi principis condere leges. ⁸) מִבֵּין רַגְלָיו de inter pedes eius. ⁹) Particula עַד כִּי non insinuat, eo momento, quo tranquillator veniret, repente et quasi uno ictu disiiciendum regimen iudaicum, verum admittit quandam latitudinem. Potuit his conformiter fieri, ut paulatim incipiat ruere politia iudaica, ¹⁰) שִׁילֹה, a radice שָׁלָה. eadem quae p. LXVI; quam etymologiam Hengstenbergii, Christolog. I. 67. dudum ab A. Pfeiffero, in dubiis vexatis S. S. Dresd. 1713. p. 205. s. et Crusio, in hypomn. II, 24. s. propositam, ut adeo

gentium [1]. Obedient illi populi et sponte accipient leges eius. Ps. 71, 11. 12. Altera vaticinii pars continetur: v. 11. 12. *Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem o fili mi asinam suam.* Tam grandes terra Judae prolatura erit vites, usque adeo onustas, ut posset asinus ad unam vitem alligari, uvis ex illa sola onerari. *Lavabit in vino stolam suam*, hyperbolice indicat abunde superfuturum vinum, ut quemadmodum aqua, sic eo lavari possent vestes; *et in sanguine uvae pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino et dentes eius lacte candidiores.* Felicem, rebusque ad vitam commode ducendam abundantem incolet terram [2]. Quarto loco v. 13. Jacobus ad Zabulonem sermonem convertens ait: *Zabulon in littore maris habitabit, et in statione navium pertingens usque Sidonem.* Assignat Zabuloni stationem in Palaestina maritimam commercio opportunam [3]. Meminit v. 14. 15. Isscharis praenunciatque in divisione terrae Chanaan tribum Issachar sortituram et fertilitate et amoenitate soli regionem optimam ac felicissimam [4]. Postquam benedixisset filiis Liae transfert sermonem ad filios ancillarum,

---

Schiloh tranquillator pacificator sit, re probe expensa, minus gravari difficultatibus et ceteris non immerito praeferendam esse censemus. Coll. Isai. 9, 6. Zach. 9, 10. Luc. 2, 13. 14. Joann. 14, 27. 20, 19. 21. 26. Ceterum lectio Vulgatae, Messiam commendat, quem Dominus misit, cuiusve missio inter omnia, quae Deus largitus est, maxime optata et salutaris fuit hominibus.

[1]) וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים et ei adhaereant populi, non tantum Judaei, sed et maxime gentes Messiam recipient, atque in eo suam spem collocabunt. Complementum vaticinii non est ordiendum a momento editae prophetiae, verum ab eo potissimum tempore, quo sceptrum solenniter in tribum Judam collatum est, a regimine Davidis. [2]) Vide p. XXXIII. LVIII. E priscis s. s. Patribus et scriptoribus ecclesiasticis: s. Justinus, M. Apol. I. §. 32. 54. I. 81. 127. dialogo cum Tryphone §. 52—54. 196. seq. S. Irenaeus 4. 10, 2. p. 239. Tertullianus, adv. Marcion. 4, 40. III, 249. Cyprianus, Testimonior. I, 21. II, 29. S. Ambrosius. l. s. c 4, 24. p. 520. s. J. Chrysostomus, hom. LXVII. 3. p. 628. Theodoretus. l. c. p. 115. et quos hic sequuntur: Pererius, in mystica vaticinii de Juda explanatione, p. 31. Bruno, p. 166. s. Patritius, p. 115.; ponunt etiam versibus 11. et 12. sermonem esse de Christo et quae his continentur esse translata. Exhibere v. 11. opera Christi redemtoris, quae sanguinis sui, suaeque vitae impendio hominum generi erat praestiturus; v. autem 12. significari gloriam, quam Christus e passione sua percepturus erat. coll. Luc. 24, 26. [3]) Vide p. XLVI. Zabuloni praescribens Jacob situm eius regionis, quam posteritas in partitione terrae Chanaan acceptura erat, quamvis exiguum et leve dixisse videatur tamen magni momenti fuit id praedici, ut intelligerent Hebraei, quam terram Chanaan ipsi obtinuissent, eam neque casu obtigisse illis, nec humana potentia sed divina gratia et ope. Quippe cum animadverterent tot saeculis ante, id et promissum et praedictum fuisse. [4]) Cuius rei eventu comprobatae vel unus campus Esdrelon, maxima ex parte intra sortem Issacharis contentus, argumentum esse potest. Vide p. XXV. XLVI.

et primum agit de *Dan* filio Balae v. 16. 17. 18. Praevidens Jacob tribum Dan, quae satis alioquin obscura foret, maiorem in modum a Samsone, Jud. 13—16. qui ex ea tribu natales traxit, illustratum iri, propterea ait: *Dan iudicabit populum suum sicut et alia tribus in Israel* [1]. Subiungit, *fiat*, prophetice fiet, erit, *Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro.* Samson terrificus, incautos nec opinantes agressus hostes, magnas saepe strages edidit. — Quod sequitur: „*Salutare tuum expectabo Domine*" suspirium piissimum est prophetae de cuius sensu §. seq. — *Gad* filio Zelphae v. 19. praedicitur; liceat eius posteri, magnam difficultatem experturi sint in debellandis Chananaeis ad extremum tamen eos debellabunt, et eiicient e terra, ad quam obtinendam praegredientur ipsi reliquos fratres suos [2]. *Asero* v. 20. praenuntiat Jacobus terram, quae abundabit omnibus, quae ad vitam pertinent rebus, ager eius procreabit fruges usque adeo pretiosas, ut eas sibi reges tamquam delicias expetituri essent [3]. *Nephtali*, fratri Dan: dicitur v. 21. *cervus emissus et dans eloquia pulchritudinis*, i. e. coll. Deut. 33, 22. in tuta atque ubere collocatus regione, exultaturus svavi libertate ut cervus, qui in herbosis amoenisque saltibus libere versatur; urbanis moribus omnium facile studia sibi conciliaturus. Postquam dixit de filiis Liae et ancillarum, tandem sermonem instituit de filiis Rachel et incipit a Josepho, quia ipse ex ea erat primogenitus. Quemadmodum supra in filio suo Juda, ita nunc in Josepho copiosus est laudum eius praedicator; sciebat namque prophetico spiritu illum multis in rebus esse Christi figuram. Sumto ex nomine argumento dicit v. 22. 23. *Filius accrescens Joseph*, merito quidem ipsum appellatum esse: incrementum; *filius accrescens et decorus aspectu* [4] *Filiae discurrerunt super murum, sed exasperaverunt eum et iurgati sunt, inviderunt que illi habentes iacula.* Quod pertinet: ad pulchritudinem, ut tota puellarum turba eum intueretur; et ad odium invidiamque, qua fratres Josephum persequebantur. v. 24. *Sedit in forti arcus eius*, omne robur in Deo; *et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis Jacob;* Sap. 10, 13. s. *inde pastor egressus est, lapis Israel.* Duces fortes et stabiles instar lapidum firmamenta reipublicae: Josue, Debbora, Gedeon, Jephte, Jair. Insuper v. 25. *Deus patris tui erit adiutor tuus et Omnipotens benedicet tibi benedictionibus coeli desuper, benedictionibus*

---

[1]) Ita s. Hieronymus, quaest. hebr. p. 377. „Nunc autem videns in spiritu comam nutrire Samson Nazaraeum tuum, caesisque hostibus triumphare; quod in similitudinem colubri reguli que obsidentis vias nullum per terram Israel transire permittat." [2]) Cf. Jos. 13, 24. s. 22, 1—6. [3]) V. p. XLVI. XLVIII. [4]) „O Joseph, qui sic vocaris, quia adauxit te mihi Deus, sive quia inter fratres tuos maior futurus es." Hieronymus. l. c. p. 378.

Abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvae. Pro liberalitate, qua excepit patrem et fratres tribuit illi benedictiones omnigenas. v. 26. *Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius; donec veniret desiderium collium aeternorum.* Sicut benedictiones patrum meorum completae sunt in me, ita benedictiones meae complebuntur in te, nec deficient, donec veniat desiderium collium aeternorum, i. e. Messias desideratus a priscis patribus, qui propter pietatis et fidei sublimitatem sunt instar collium aeternorum! Optat geminatis verbis bona, quae precatus est filio suo abunde et cumulate impleri in capite Josephi, qui sit *Nazaraeus*, i. e. separatus, segregatus a fratribus suis. Postremo v. 27. *Beniamino* filiorum minimo dicit: *lupus rapax, mane comedet praedam et vespere dividet spolia.* Lupus, cum valde urget fames, audax et violentus est ad rapiendam escam. Jacobus igitur figurato sermone insinuare vult: Beniaminitas fore fortes, robustos et bellicosos. Quod revera accidisse coll. Jud. 20, 16. I. Par. 8, 40. 12, 1. 2. I. Reg. 11, 13. manifestum est [1].

---

[1]) Atque haec de prophetia Jacobi pro instituti nostri ratione dicta sint. Qui uberiora volet, adeat praeter iam enumeratos interpretes veteres: Origenis homiliam XVII in Genesim, quam explicandis commatibus XII. prioribus destinavit, latine tantum in Rufini versione servatam. ed. Lomm. VIII, 281. s. E. Rufini, de Benedictionibus Patriarcharum. l. II. ed. Dom. Vallarsii. Veron. 1745. I, p. 7—18. Comm. in Gen. XLIX. p. 23—50. S. Augustinum c. Faustum. XII, 42. ed. M. Tom. VIII, 275. s. de tribus effatis Judae gloriam celebrantibus. Paulini diac. Mediol. de Bened. Jacob Patriarchae, apud Vall. Op. s. Hieronymi. III, 773. s. Et inter recentiores, qui de subiecta materia tota, vel particula, inde a v. 8—10. integros tractatus conscripsere, e nostris quidem sunt Benedictus Pererius e S. J. Libro de undecim prophetiis Jacobi, ad calcem Tom. II. Commentar. et disput. in Genesim. Lugd. 1593. J. Bruno O. M. s. Fr. In benedictiones duodecim patriarcharum commentaria et quaestiones analyticae. Venetiis. 1604. J. L. Helbig, in Pandesia sacra. p. 849. s. Jahnius, in appendice Hermen. fasc. II. p. 168—192. cui tamen perobscurum, vagum et indefinitum est hoc Jacobi effatum, quod de Messia exponi vix potuisset, nisi prophetae lucem accendissent! Laurentii Reinke, Die Weissagung Jacobs über das zukünftige glückliche Loos des Stammes Juda und dessen grossen Nachkommen Schilo. Münster. 1849. J. Bade, Christologie des alten Testament's. Münster. 1850. I. p. 85—115. Himpel, Die Prophetien der Genesis, die Segnung Judas durch Jacob. Theol. Quartals. 1860. p. 41—116. Ex acatholicis — praeter Valandum in Thes. I, 261. s. E. L. Vrimoet, de Schiloh, Judae illustri germine. diss. Trai. 1722. — J. C. Friedrich, Der Segen Jacobs, eine Weissagung des Propheten Natan. Breslau. 1811. J. J. Staehelin, Animadversiones quaedam in Jacobi vaticinium. Gen. c. 49. Basileae. 1827. Ch. Werliin, de laudibus Judae, Gen. 49, 8—12. celebratis Havniae. 1838. L. Diestel, Der Segen Jacobs in Genes. XLIX. historisch erläutert. Brunsv. 1853. J. V. N. Land, disputatio de carmine Jacobi. Lugduni Bat. 1858. Hi omnes et qui Ritterum —

§. 23. Fides Patriarcharum et mores.

Fides Patriarcharum fuit eadem, quae praecedentium aetatum; vi cuius omnem spem salutis in semine primis parentibus promisso locabant [1]. Luculenta commendatio fidei Patriarcharum exstat apud s. Paulum, ad Hebraeos cap. 11. [2]. Attente legenti cap. laud. epist. divi Pauli ad Hebraeos statim duo occurrent. Alterum Apostolo curae esse, ut demonstret fidei Patriarcharum ante omnia privum fuisse, ut crederent v. 3. mundum partibus inter se coaptatis factum esse atque constructum, idque verbo Dei [3]. Alterum, quod fide creationis omnium ex nihilo, sustentarint prisci hi sancti fidem aeternae vitae; quam celebrat Apostolus a v. 10–17, dum ait: „Patriarchas iuxta fidem defunctos esse, non acceptis promissionibus, sed a longe eas aspicientes, confitentes quia peregrini sunt super terram, qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere coelestem ideo non confunditur Deus, vocari Deus eorum, paravit enim iis civitatem.“ Haec fides in immortalitatem [4] subtilius ex

---

Asien. XVI. ed. II. p. 620. — sequutus, cum illis facit ex nostratibus Moversius — Politische Geschichte d. Phön. p. 305. s. — prophetiam Jacobo abiudicant atque carmen habent, cuius redactor e mente Landii. l. c. p. 98. ad Salomonis aevum referendus, illud eo consilio finxisset, ut vinculum, quo tribus omnes coniungebantur politicum communis originis memoria confirmaret. Quae expositio e praeiudicatis opinionibus nata, ipso textu refutatur, quo constat Jacobum praedixisse res a morte sua usque ad Christum per XIV fere saecula, quarum eventus fidem oraculo nostro asserit! Erudite nec perfunctorie de hoc capite scripsit J. H. Kurtz, Geschichte des alten Bundes, ed. prim. I, 256. s. II, 546. s.; sed displicet eius ratio interpretandi, quae hic a prophetico sensu plurimum recedit. Plures adhuc magno numero suppeterent, quos v. in Calmeti Bibliotheca sacra praef. Dict. h. cr. et L. Reinke. l. s. c.

[1]) Quam testabantur in primis sacrificiis in historiis patriarcharum passim obviis, quae eius sacrificii, quod Messias pro peccatis universi orbis aliquando oblaturus erat, confessionem continebant. V. p. 16. s. 20. [2]) Ubi in universum animadvertimus, ab Apostolo eiusmodi fidem praedicari, quae pro obiecto habeat: repromissionem, v. 9, 13. 17. 39. cuius potior pars fuit promissio illa, quae facta est protoparentibus, repetita Abrahamo, Isaaco demum Jacobo. V. p. 51. [3]) Vide Guil. Estium, ad h. l. p. 720. s. C. J. Staeudlin, theologiae moralis ante Christum historia, in Comm. theol. editis a Velthusen et Kuinoel. Lips. 1815. II, 360. s. [4]) Cum his diebus quoque pertinaciter negetur a criticis, qui se vel etiam obscuram patriarchis aeternae vitae spem tribuere volunt. V. S. Lutz, Biblische Dogmatik. Pforzheim. 1847. p. 99. s.

ipsis Geneseos monumentis erit vindicanda. Mittimus narrationem Gen. 5, 24. de Henochi translatione, quae ad conformandam immortalitatis spem plurimum valebat [1]. Transimus ad Gen. 25, 8. 9., ubi legimus, Abrahamum senio confectum, congregatum esse ad populum suum [2]. At proparentes eius in Chaldaea sepulchro mandati sunt, Abraham in Chananaea; anima ergo viri sancti cum patrum suorum animabus convenire debebat; cuius beatae reconciliationis ipse Deus nobilem ingessit spem ib. 15, 15.: Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Jacobum certam immortalitatis spem fovisse, vestigium deprehendimus, Gen. 37, 35. ubi de nece filii sui Josephi eiulans clamat: descendam ad filium meum in infernum [3]. Nunquam suum et filii cadaver iungi posse noverat moestissimus pater, ratus cuiuspiam belluae ventrem tumulum esse filio suo [4]. Aliud argumentum propositum evincens ex eo ducitur: Patriarchae dilexerunt Deum, eumque quaesierunt ut summum bonum, quo solo beari possent; vicissim Deus obstrinxit se Abrahamo Gen. 15, 1. ego ero merces tua magna nimis! At si post mortem non credidissent futuram vitam, quomodo fuisset inventus a quaerentibus, qualiter remuneratus hoc studium quaerendi Deum? Quid muneris contulit Deus sanctissimo viro, eius posteris Isaaco et Jacobo, ceterisque iustis dum viverent, quod divinae promissioni et liberalitati par esset? Sperandum ergo erat animae Abrahami praemium aliud sane post obitum in aeterna vita. Ipsum taedium vivendi, quod disertius notatur in Jacobo Gen. 47, 9. arguit spem vitae melioris, quam sane nunquam praestitit temporalis vitae curriculum. Haec spes salutis mortem Jacobi solabatur: Salutare tuum exspectabo Domine! Gen. 49, 18. sed in

---

[1]) Ut docuimus p. 23. [2]) De hac phrasi, quae saepius in S. S., cum de morte iustorum sermo est, legitur haec animadvertit s. Ambrosius, l. de Cain et Abel. I, 185. „*Ex quo cognoscitur nec illud otiose scriptum esse, sed perpense atque examinate: et appositus est ad patres suos. Intelligi enim datur quod patrum similis fuerit fide. Unde claret non ad sepulturam corporis, sed ad consortium vitae relatum.*“ Cf. Gen. 35, 29. 49, 32. [3]) שְׁאוֹל a שָׁאַל, cavo, dictus. Cf. L. Reinke, Die mess. Psalmen. Giessen. 1857. I, 167. s. [4]) Qui unus fere locus sufficere videtur, loca, in quibus שְׁאוֹל propria significatione occurrit, non de sepulchro, sed de mortuorum, quod vocamus regno ac sedibus esse exponenda. Contrarium fidenter asseruit E. Schedius, in dissertatione ph. cr. ad cant. Hiskiae. Isai. 38, 10. Lugd. B. 1769. p. 20—42., cui obsecuti sunt recentiores interpretes pene omnes.

sepulchro non erat salus nec exspectatio salutaris, quia Jacobo finis vitae perhibetur fuisse finis exspectandi. Tandem Deus promisit se ipsis et semini illorum futurum in Deum. Gen. 17, 7. Ex qua appellatione Christus in evangelio effecit Matth. 22, 32. patriarcharum vitam perennem: quia non est mortuorum Deus sed viventium, sc. iustificator et glorificator [1]. Ad eundem modum s. Paulus ad Hebr. 12, 23. notat fideles accedere: ad ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in coelis, i. e. sanctos patriarchas, qui priscis saeculis placuerunt Deo per fidem. Quare Balaam tantis votis optabat: „moriatur anima mea morte iustorum, nempe Patriarcharum, et fiant novissima mea horum similia.“ Num. 23, 10. [2]. Vita iam moralis, fidei conformis fuit. Verum si quoad integritatem morum quidam naevi cernantur Patriarcharum: „tu haec audiens dilecte, ne simpliciter praetercurre, sed tempus cogita, quo facta sunt, et ab omni culpa libera.“ [3]. Quibus ita constitutis cum s. Augustino [4], sine ulla ambiguitate dicimus eos eadem, qua Sancti Novi Testamenti, salute salvos factos esse [5].

[1]) Non enim vellet praesertim nomine ad perpetuam memoriam assumto se vocari Deum eorum, qui nec sunt, nec futuri erunt; sed in perpetua morte mansuri. Unde cum illis, velut primis atque honoratissimis Dei amicis, recubituri dicuntur in regno coelorum omnes electi. Matth. 8, 11. 12. Luc. 13, 28. 16, 23. [2]) A singulorum consideratione abstinemus, quae ab hoc loco in rem praesentem derivant. Illos, qui de quaestione hac commentati sunt longa serie recenset F. Boettcher in libro, de inferis rebusque post mortem futuris. Dresdae. 1846. p. 8—16. [3]) S. Joann. Chrysostomus, hom. LXVII. in Gen. p. 641. [4]) Epist. CLXIV. ad Evod. ed. Ben. II, 573. s. [5]) Hoc sibi vindicant adeo vehementes Patriarcharum aspirationes, quibus se summo Deo coniunctos ostendebant, ipsorum pia et sancta in terris conversatio, viva fides, fidelis spes, atque absoluta illa iustitia in qua inventi sunt a Deo, integra nimirum tum originalis, tum actualium peccatorum, si quae commiserant, remissione impetrata, ita quidem, ut vere iusti et Dei amici, dilecti sanctique a Domino dicerentur. Cf. J. Cadonici, d. A. Augustini, quae videtur sententia de beatitate sanctorum Patriarcharum. Venet. 1763. p. 5. s. 202. s. 248. s.

§. 24. Recensus eorum qui res Patriarcharum exponendas susceperunt.

Exarte pro viribus adnotavimus varii generis subsidia literaria, — quorsum adhuc referenda sunt: Theodori Hackspanii, *Notarum philologico-theologicarum in varia et difficilia S. S. loca Pars I. ed. Altdorfi. 1664. p. 26—272.* Leonardi *a. s.* Martino, *Carmel. Examina scripturistica in Genesim, quorum dilucidationes ac resolutiones compendiose ex s. s. P. P., nec non ex praecipuis S. S. interpretibus sunt desumptae. Gandavi. 1765. 189—423. M.* Wouters, *O. E. S. A. dilucidationes selectarum s. scripturae quaestionum. P. I. in Genes. Wirceburgi 1773. — quibus Historiae Patriarcharum illustratae fuerunt. Superest ut per seriem temporis enumeremus viros tum inter nostros, tum inter alienos a sacris nostris, qui aut annales aut opera sua historica ab ipsa mundi ecclesiaeque V. T. origine auspicarentur. In numero horum merito cooptari possunt:* Sulpitius Severus *— Nitiobrix, Primuliacensis in Africa presbyter — l. I. sacrae Historiae, 1—21. — quam lectissimis commentariis instruxit G. Hornius. ed. III. Amstel. apud Elzeviros. 1665. p. 1—60. — A.* Torniellus, *Novariensis Congr. s. Pauli Cl. r. Annales sacri et profani, ab orbe condito ad eundem Christi passione redemptum. Francof. 1611. 1-257. J.* Salianus, *Avenionensis S. J. presb. Annales ecclesiastici Veteris Testamenti. Lutetiae Parisiorum. 1619. Tom. I. per integrum. J.* Usserius, *Armachanus, Annales Veteris Testamenti. Londini. 1650. 1—16. G.* Fabricius, *Historiarum sacrarum l. X. Jenae. 1658. 1—58. J. B.* Bossuet, *Ep. Meld. Discours sur l'Histoire universelle. Par. 1681. II. Tom. ed. Oper. Leod. 1767. T. IX. 1—12. ling. germ. vers. a Cramer. Schaffh. 1775. seq. Cl.* Fleury, *moeurs des Israélites. Par. 1681. germ. Enkhus. 1718. Hung. a Prim. Aepp. J.* Kopácsy, *s. t. Az izraelitáknak szokásaik és erkölcseik. Veszpr. 1801. 2. II. Tom. J. H.* Heidegger, רָאשֵׁי אָבוֹת, *sive de Historia sacra Patriarcharum exercitationes selectae. ed. II. Amstel. I. 1688. a. diluv. II. p. dil. accedit chronologia s. Patr. ib. 1689. P.* Mezger, *Sacra Historia s. l. V. de gentis hebraicae ortu progressu, bene et male gestis, variaque fortuna. Aug. Vind. 1700. p. 2—138. J.* Spanhemius, *Historia ecclesiastica a condito Adamo ad aeram christianam. Oper. ed. Lugd. Bat. 1701. I, 257—318. Joann.* Harduinus, *S. J. Pr. Chronologia Veteris Testamenti, ad Vulgatam versionem exacta et nummis antiquis subinde illustrata. in Op. sel. ed. Amstel. 1709. 513—524. C.* Vitringa, *Hypotyposis Historiae et Chronologiae s. a. m. c. usque ad finem saec. I. ae. v. ed. I. Leovardiae. 1716. 1—25.* Joach. Langius, *Historia ecclesiastica Veteris Testamenti. Halae. 1718. 1—125. ed. abr. 1722. 7—48. J. A.* Bengel, *Ordo Temporum a principio per periodos oeconomiae divinae hist. atq. proph. deductus. Stuttgardiae. 1741. 1—68. G.* Wähnerus, *Antiquitates Hebraeorum. Götting. 1743. I. 28—222.* Alexander Natalis, *Ord. Praedic. Historia ecclesiastica Veteris Testamenti, opera et studio C. Roncaglia, Luc. Congr. M. D. Ferrariae. 1758. I, 1—214. J. H.* Amat. de Graveson, *Ord. Praed. Historia ecclesiastica Veteris Testamenti. ed. J. D. Mansi. Ven. 1761. I. T. p. i. J. F.* Buddeus, *Historia ecclesiastica Veteris Testamenti. ed. V. Halae. 1778. I, 42—352. (J. J.* Hess.*), Geschichte der Patriarchen. Tübing. 1785. II. Tom. p. i. A. H. Niemeyer, Charakteristik der Bibel. Halle. ed. a. 1795. II, 1—350. F. L. C. a* Stolberg,

Geschichte der Religion Jesu Christi. ed. Vienn. 1817. I, p. i. E. F. C. Rosenmülle Das alte und neue Morgenland. Leipz. 1818. Tom. I. p. i. H. Leo, Vorlesunge über die Geschichte des jüdischen Staates. Berlin. 1828. 8—11. G. Menken, Ve such einer Anleitung zum eignen Unterricht. ed. III. Brem. 1833. 108—126. 1 Bertheau, Zur Geschichte der Israeliten. Göttingen. 1842. 138—227. J. M. Jos Geschichte des israelitischen Volkes. Leipz. 1850. I, 23—75. J. H. Kurtz, Gesc des alten Bundes. Berlin. I. ed. 1. 1848. ed. 2. 1853. H. Ewald, Geschichte d Volkes Israel ed. II. Götting. 1851. I, 342—536. D. B. Haneberg, Abbas O. I B. Versuch einer Geschichte der biblischen Offenbarung als Einleitung ins alte un neue Testament. Regensb. 1852. 11—57. A. Fr. Gfrörer, Urgeschichte des mensc lichen Geschlechts. Schaffhausen. 1855. I, 18—143. II, 328. s. A. Messmer, G schichte der Offenbarung, oder Grundlegung, Vorbereitung und Ausführung d göttlichen Anstalten zum Heile der Menschen. Freiburg. 1857. I, 10—79. J. I Pollák, Historia revelationis biblicae in antiquo Foedere. Pestini. 1859. 3—& Addendum etiam censemus Genesim picturis eximiis Rafaelis — penes alios copios multum celebratos — expressam esse, quae elegantissime aere incisae sunt in „L sacra Genesi figurata da Rafaele d' Urbino Nelle Logge vaticane", intagliata d Franc. Villamena. Romae. 1773. Vix modus imponeretur nostris hisce, si omn ad unum recensendi essent, quorum symbolis literariis hae historiae illustrantu qui plura de hoc argumento voluerit, adeat lexica historica et ecclesiastica.

CAPUT TERTIUM

A MOYSE AD TEMPORA REGUM HISTORIAS REVELATIONIS DIVINAE ENARRAT.

PARTICULA I.

AB ORTU MOYSIS USQUE AD INTROITUM IN TERRAM SACRAM.

§. 25. Conditio Hebraeorum in Aegypto.

Historiae, quas nunc tractare cupimus, Christum inter et mundi ortum quasi mediae, rerum gestarum copia et magnitudine memoratu dignissimae sunt; utpote quas ipsa Scriptura Sacra omnium abundantissime persequitur: in integris nimirum quatuor posterioribus Pentateuchi voluminibus. Ad quas proinde penitius intelligendas commodum erit paucis de Hebraeorum in „Aegypto“ sedibus praefari.

Aegyptus [1] Africae regio florentissima, Palaestinae ad austrum subiacet, Arabiae ad occasum. Dividebatur in superiorem et inferiorem, prima vocari consvevit etiam Thebais – a metropoli – meridiem versus usque ad Aethiopiae fines porrecta; altera praecipue Delta, et quod ad mediterraneum iacet, continebat. Notissimum vero est utramque Aegyptum unum fluvium Nilum quaqua alluere [2]. Ab Aethiopia ad ipsius Deltae verticem Aegyptum

---

[1]) Ἄιγυπτος, מִצְרַיִם — de quorum nominum Etymologia. V. Lepsius, Das alte Ägypten in Herzogs R. E. I. 138. s. — et interdum e. c. Ps. 106. 22. אֶרֶץ חָם, Hebraeis. V. p. 38. 39. [2]) Nili frequens mentio in Sacra Scriptura: Exod. 1, 22. t. o. Jos. 15, 4. 47. Isai. 19, 5. Ezech. 29, 33. 2, 2. Nah. 3, 8. Oritur pluribus ex fontibus in Abyssiniae montibus; inde recto cursu in septemtrionem fertur et per multa demum milliaria Aegyptum ingreditur. Effundit se in mare mediterraneum; olim divisus per duo, deinde ductis fossis, ut regio Delta irrigua foret, per illa memorabilia septem ostia; hinc Ovidio septemfluus. Met. XV, 755. Nili יְאֹר. Gen,

secant longa ducti serie montes regnantes inter Nilum et mare rubrum, ab occidente ad meridiem. Inter montes illos et mare rubrum spatium ferme totum desertum occupant Arabes; quod inter Nilum et montes interiacet, amoenitate et ubertate facile nulli cedit. Huius autem ubertatis causa sunt exundantes Nili aquae, stata temporis periodo, regiones illas tenentes. E Nili incremento et inundatione omnis Aegypti — caret enim pluviis et imbribus — fertilitas pendet, quae tanta est ut nulla pars antiqui orbis feracitatem quod attinet: frumenti, tritici, leguminum, Gen. 12, 10. 41, 53. Ex. 9, 31. Num. 11, 5. 20, 5. cum ea comparari possit [1]. Fertilitatem Aegypti a Nilo etiam Moyses laudavit, comparans cum ea Gen. 13, 10. Pentapolim Jordanis et circumiectum agrum ante urbium eversionem, quod utrobique flumen ubertatem adferat. Erat lini — quod antiquissimis vestimentis praebuit materiam [2] — ferax, Ezech. 27, 7. lignorum singularium, marmorum, papyri; aeque foecunda fuit animantibus ac frugifera, inter quae habebantur elephas, hippopotamus, pisces [3], imprimis autem equi, qui inter praecipua mercimonia Aegypti referuntur. III. Reg. 10, 28. [4]. In potissimis quibus ditescebat Aegyptus denique iure suo numerantur fodinae metallorum. Mirandum proinde non est, si Israelitae in deserto ad amoenissimae regionis delicias aspirabant [5]. Nil in S. Scriptura frequentius ac Aegypti nomen, quae

---

41, 1. Νεῖλος, nomina diversa leguntur et explicantur in P. E. Jablonskii Pantheo II, 142. 155. Opusc. I. Voces Aegypt. apud script. veter. 92. 218. 304. 384. 420. 443. Cf. etiam Rossi, Etymolog. Aegypt. pag. 135. seq. ubi dicit Νεῖλον e lingua coptica Nilo ob aquarum copia attributum esse. M. Champollion iun. l'Égypte sous les Pharaons. I, 137. M. Uhlemann, Handb. der ges. Ägypt. Alterthumskunde. Leipz. 1857. II, 13. seq.

[1]) „Claustra annonae." Tacito. Hist. III, 8. [2]) V. Braun, de Vestitu sacerd. II, 2. p. 458. [3]) V. A. Schultensii, Comm. in Jobi 40, 15. 25. II, 1155. seq. [4]) Cf. Movers, Handel und Schiffahrt. p. 314. s. [5]) Elegans Aegypti descriptio invenitur apud Willermum, Tyr. Hist. l. XIX. ed. cit. p. 968—973. Ad literarum et antiquitatum sacrarum illustrationem, quarum sensus et explicatio saepe ex cognitione rerum aegyptiacarum dependet — v. J. Simonis, diss. de usu itiner. orient. p. 199. — itineraria et opera sequentia de institutis Aegypti, magni sunt usus: J. Perizonii, aegyptiarum originum et temp. ant. investigatio. Traj. 1736. Savary, Zustand des alten und neuen Ägyptens u. v. J. G. Schneider. III. Th. Berlin 1786—8. Descriptio del' Égypte ou recueil des observations et des recherches qui ont été faites pendant l'expédition de l'armé franç. Paris. 1809. s. IX. vol. in fol. M. Champollion, le jeune, l'Égypte sous le Pharaons, description géogr. Paris. 1814. 2. T. Rühle von Lilienstern, graph. Darstell. zur ält. Gesch. und Geogr. von Aethiopien und Aegypten. Berlin. 1827. H. Rosellini, monumenti dell' Egitto e della Nubia. I. M. storici. II. civili. 1832—9. G. Seyffarth, Beiträge zur Kenntniss der Literatur, Kunst, Mythologie und Geschichte des alten Ägyptens. Leipz 1826—40. 77. Champollion Figeac, Geschichte und

revera Hebraeorum incunabulum fuit. Praesentissima — ut vidimus p. 73. — Dei ope sedibus Israelitis in hac ipsa Gen. 45, 10. a Pharaone et Josepho decreta erat terra גֹּשֶׁן, LXX. Γεσὲμ, V. Gessen, quae ib. v. 18. laudatur ut fertilis ager. Situs eius non est incertus. Nam a. si iter patriarchae Jacobi [1], et Josephi occursum Gen. 46, 28. 29. consideremus, regio nobis ostenditur, quae in orientali Aegypti inferioris parte, ac ex terra Chanaan adventantibus prima quasi quaerenda est; Philistheae contermina Exod. 13, 17. vergens ad aquilonem usque ad ostium Tanaiticum, ab oriente confinis Arabiae petreae, austrum versus iuxta Heliopolin, ad occidentem dextrum latus Nili vix attingens, cum in emigratione Nilus prorsus silentio prematur [2]. Accedit b. aliud momentum e Gen. 45. v. 10. petitum, ubi Jacobus ideo dicitur cum suis in terram Gessen imittendus, ut propinquus Josepho, qui in aula regis — quam coll. Ps. 77, 12. 43. Num. 13, 23. Is. 19, 11. צֹעַן, LXX. Τανὶν, habemus — erat, habitaret. Multum probabilitatis definitio ista [3] tractus Gessenitici consequitur, etiam c. ex narratione exitus de Aegypto per mare rubrum [4]. Neque d. negligendum consilium Dei, ex quo extrema terra Aegypti Israelitis concessa est. Voluit namque Deus, ut Israelitae non inter Aegyptios dispersi, sed inter se coniuncti in loco aliquo, a communione cum ceteris incolis separato habitarent ne ab institutis et religione patrum suorum degenerarent. Gen. 46, 33. 34 [5]. In hanc terram Hebraei auctore Josepho, stirpe septuaginta hominum deducti, stupenda seminis Abrahami [6] multiplicatione, quasi germinantes Exod.

Beschreibung von Ägypten. a. d. f. Stuttgart. 1840. M. G. Schwartze. Das alte Ägypten. Leipz. 1843. III. R. Lepsius, Reise von Theben nach der Halbinsel Sinai. Berl. 1846. E. Briefe aus Ägypten. ibid. 1852. Denkmäler aus Ägypten. 1849—52. M. Uhlemann, Handb. der gesammten ägypt. Alterthumskunde. Leipz. 1857—58. IV. T. praesertim cf. T. II. Eiusd., Drei Tage in Memphis. Gött. 1856. In recensendis antiquitatibus sacris versati sunt: C. C. J. Bunsen, Agyptens Stelle in der Weltgeschichte. Hamb. 1845—57. V. T. E. Röth, Die ägyptische und zoroastrische Glaubenslehre. Mannh. 1846.

[1]) V. p. 73. [2]) Cf. Jablonskii, diss. acad. VIII. de terra Gosen impr. diss. IV, §. 7. s. Opusc. II, 78—224. [3]) Bocharti, resp. ad Sant-Amantium, quo ad Moysis tempora ostenditur sedes aulae aegyptiae, commoratio Israelitarum in Aegypto Opp. I, 1096. s. Jablonskii, l. c. §. 3. p. 145. Cf. e. Willermum Tyrium. l. c. p. 969. Perizonium, Orig. aegyp. c. 19. 20. p. 350. 356. [4]) Non potest hic alio iuxta Sicardum, epist. in Nouveaux Mémoires des Missions de la comp. de Jésus dans le Levant. Paris. 1727. T. VI. p. 17. s. nisi hoc modo concipi: eos ex campo aliquo e regione Mempheos ad latus Nili orientale, adeoque in Aegypto superiori profectos esse et per duplex idque continuum iugum montium, intermedios incessisse. Ita iudicat quoque Jablonski p. 153. Petri Vallensis. Itiner. il Pellegrino etc. Rom. 1658. I, 114. [5]) Cf. e. M. Uhlemann, Aegypt. Archäologie. p. 20. [6]) Vide p. 52.

1, 7. Ex. 12, 40. in gentem nascebantur totidem millia complectentem [1]. Qua auctoritate patriarchae Abrahamus, Isaacus et Jacobus, familiarum duces, pro sua sapientia, nullisque obnoxii legibus rem gentilitiam moderati sunt, eadem fere principes tribuum et capita familiarum maiorum more, quae agenda essent omittendave praeceperunt. Atque sub horum regimine Hebraei per quatuor et quod excedit saecula — coll. Exod. 12, 40. Act. 7, 6. nec non Gen. 15, 13—16. 46, 8. 11. Num. 26. 59. Judith. 5, 9. [2] — vitam vixerunt pastoralem, eamque ob pascuorum fertilitatem vere vitalem omnique ex parte iucundam. Cum vero magis magisque in dies multiplicarentur, eademque de causa provinciae suae fines extenderent, accidit, ut — mortuis regibus Aegypti, qui avita quasi haereditate relictam Josephi de ipsorum imperio optime meriti memoriam pie recolentes, hospites gratos habuerunt Israelitas — imperio Aegyptiorum ad aliam familiam devoluto, Exod. 1, 18. Act. 7, 18. [3], — nam frequens erat apud Aegyptios dynastiarum mutatio, — Pharao quidam rerum potiretur, qui in Josephum eiusque merita nulla ferebatur ratione, atque Hebraeorum populum metuens, ne quondam opibus et viribus nimis adauctus, ingruente bello v. 10. addatur inimicis, expugnatisque Aegyptiis egrediatur de terra, eos quovis modo imminuere decrevit. Itaque gravissima onera sustinere coegit lateribus e luto ducendis, novisque urbibus aedificandis [4], aliisque duris

[1]) Collato siquidem Exod. 12, 37. posteri Abrahami in suo ex ista hac regione exitu comperti fuerunt excrevisse ad sexcenta millia peditum virorum gestantium gladium i. e. annos agentium inter viginti et sexaginta; exceptis adhuc mulieribus ac senibus supra sexaginta, liberisque infra annos viginti natis. Quos simul si computemus omnes, conficient numerum ultra triginta centena hominum millia. Isti vero omnes orti erant ex Abrahamo, et quidem filio ipsius unico Isaaco, in quo praecipue semen eius reputatum fuit. Gen. 21, 12. Rom. 9, 7. Haec certe ita evenerunt e prodigiosa et extraordinaria Dei benedictione toties Patriarchis promissa, cui naturales quaepiam causae inservierunt. Nempe: Israelitae multo maturius, quam nostri aevi homines coniugia inibant; longe diutius vixerunt; polygamia tunc necdum lege vetita fuit; neque pestis, neque bellum, neque alia calamitas interna eos imminuit. Denique familiare in Aegypto non tantum saepius repetitos partus, sed etiam unius cuiusque partus plures foetus fuisse tradit Plinius Hist. Nat. VII, 3. et alii. [2]) V. e. J. G. Franck, nov. syst. Chronol. fund. Gott. 1788. in praelus. pag. 44. J. B. Koppe, dissert. in Sylloge Comment. theol. Pott. et Ruperti. v. II. Helmst. 1801. pag. 255. seq. qua effecit, Israelitas non 215, sed 430 annos in Aegypto commoratos esse. G. F. Jatho, Grundzüge der alt. Chron. p. 9. [3]) Jos. Antiq. II. 9, 1. p. 97. [4]) Quae Exod. 1, 11. appellantur Phithom, haud procul ab arabico sinu, penes quam postea ducta est fossa Nilo in mare rubrum uti probavit Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 59. Uhlemann, l. s. c. p. 34. et Ramesses, cuius nominis vicum in itinere,

ɔribus in agris exsequendis molestum perpeti corporis exercitium [1]. Cum ɔ compertum haberet, in hac gentis mala conditione [2], id quod sperat, Deo sic moderante haud evenire, neque Israelitas onerum gra-ıte atteri; immani crudelitate v. 15. iussit Sephoram et Phuam prin-s inter obstetrices hebraeas, infantes israeliticos, cum parientibus opem ent, si masculi forent interficere, si femellae modo vivas conservare. e Deo magis, quam homini obtemperantes, quae iussa erant facere ɜrmiserunt, prudenter causantes v. 17–20. mulieres hebraeas non esse nparandas cum Aegyptiis, quibus longe sint robustiores, quare fieri, ante pepererint, quam obstetrix ad eas veniret [3]. Cum ita pietate stetricum fieret, ut Deus illis et hebraeo populo familias augeret, Pharao ɔd ceperat puerorum necandorum consilium minime mutavit; quod per stetrices non poterat assequi, per totam gentem, quae erat hostili animo Hebraeos a religione et moribus institutis suis alienos assequi voluit, de imperavit, ut filii Hebraeorum, quotquot nascerentur ab ea in flum proiicerentur [4].

ɔd Cahira Alexandriam instituitur offendisse se referunt itinerantes recentiores. Champ. ib. 248: Tischendorf, de Israelitarum etc. p. 4. 13. 14. Jablonski, l. c. 138. s. Heliopolin habet.

[1]) Cf. Wiseman, Zusammenhang zwischen Wissenschaft und Offenbarung. 346. s Alii lateres coquere, alii stipulas undique corrasas consecare, quidam m apportare, omnes vero servilibus ministeriis intenti vitam agere, nulla a era servitute quiete cogebantur, et ab operum exactoribus pugnis fustibusque absolvenda singulorum dierum pensa adigebantur. De hac re disputat: Deylin-, Obs. s. I. Orat. de ing. Israelitarum. aegyptiacorum. p. 211. [2]) Quam miseri facti t Hebraei commutatione vitae nomadicae cum servili, crudeli corporis exercitio, quam exacerbatae, facile patet; laborum dura perpessio, ut eorum vires, sic nimum fregit. [3]) Cf. G. M. Redslob, commentat. de Hebraeis obstetricanti-. Lips. 1835. [4]) Haec autem brevi ante Moysem natum mandata esse, hinc st, quia S. Scriptura nihil tradit, Moysis parentes timuisse aliquid Aaroni natu maiori, qui a parentibus suis nutritus est, quin aliquid obesset. Cf. G. Schumann, Vita Moysis in Comment. theol. ed. Rosenm. et Maur. II, 1. 187. s. Unicum istud adhuc addimus, temporis intervallo, quod hic ob oculos bemus non modo superstitionem idololatricam Aegyptiorum multis foedis-ı modis auctam, vehementer crevisse; verum huius quoque mali contagionem niciosissimam ad Israelitas permeasse, ipsosque ad imitationem tam insanae pietatis pellexisse. Qua de re infra plura dabimus. Cf. interim Exod. 8, 13. , 1. Lev. 17, 7.

Digressio de regibus pastoribus Hycsos. Manetho Aegyptius — apud Josephum contra Apion. I, 1. 14. ed. Hav. II, 444. „vir graecam eruditionem assecutus, uti ex eo intelligitur, quod graece patriam historiam scripserit, eam ut ipse profitetur, e sacris interpretatus libris, vel sacerdotum annalibus; qui etiam Herodotum in multis convicit de rebus aegyptiacis per ignorantiam mentitum historiarum secundo — scribit . . . . ex partibus orientalibus homines ignobili genere, sed tamen audaciae pleni repentinum impetum fecerunt — in Aegyptum — eamque facile admodum ac sine pugna subegerunt. Eosque vocatos esse narrat Aegyptiis Υκτώς — apud Eusebium, Praep. ev. X, 13. ed. Vig. p. 500. Υκουσσώς, Hycoussos — id est reges pastores, hos Aegyptum incolis crudeliter oppressis, per annos 511 ditione tenuisse, quibus elapsis per Alisphragmuthosim — Misphraguthosim Eusebii — regem in angustias redacti et in Avarim locum munitum pulsi sint, cum vero Thummosis filius eius frustra munimenta eorum oppugnasset, obsidionis exitu desperato cum iisdem ea conditione pepegisse, ut Aegypto relicta, omnes quocumque vellent sine ullo suo detrimento commigrarent. Eos igitur in Syriam tetendisse et urbem Hierosolymam condidisse. Idem Manetho porro — c. Ap. I, 26. p. 459. 28. p. 462. — tradit: Amenophim regem, sive Deos videndi cupidum, sive nocturna visione monitum, sive oraculo Ammonis iussum, omnes impuros, leprosos, mutilos et impios congregasse et in lapicidinas Arabiae affines ad alios Aegyptios ibi laborantes misisse; eosdem deinde seditione facta et Avari, quondam Pastorum loco occupata, quum auxiliis a Solymitis aucti essent, Aegyptiis per tredecim annos praevaluisse et victoria crudeliter usos esse, donec ab Amenophi et Sethone filio pressi in Syriam duce et legislatore Osarsipho, Moyse dicto p. 463. secederent, Aegyptiis eos usque ad Syriae fines persequentibus. — Textum ipsum graece opposita versione latina variis lectionibus et annotationibus instructum dedit Schulze, lib. i. c. p. 6—13. — Utramque relationem, aliquatenus in Hebraeos quadrare iam priscis visum fuit — Josepho et Eusebio c. l. — et recentioribus placuit. E. c. Delitzschio, Comm. in Gen. II, 71. 221. Hoffmanno, Unter welcher Dynastie haben die Israeliten Aegypten verlassen. Stud. u. Krit. 1839. II, p. 393. s. Hanebergio, qui G. d. bib. Off. p. 59. Pharaonem sub quo Jacobitae Aegyptum descenderunt, mit ziemlicher Sicherheit, regem e pastoribus Hycsos habet. Saalschützio, Forschungen auf dem Gebiete der häbr. ägypt. Archäologie. Königsberg. 1851. III, 41. qui Ex. 1, 8. regem novum primum e dynastia Hycsosorum facit. In relationibus ipsis diiudicandis „de fide Manethonis“ ante omnia quaeritur. Sane Josephus, cui uni vetustas Manethonis reliquias debemus I, 26. p. 459. ait illum sumta sibi licentia, dicta incredibilia inseruisse „Amenophim enim regem, falsum nomen adiiciens, et idcirco tempus ipsius regni definire non ausus, quamvis aliis regibus accurate annos apponeret huic adnectit quasdam fabulas, oblitus ferme tradidisse se quingentis et octodecim annis prius evenisse Pastorum exitum ad Hierosolyma.“ p. 460. nugari eum et manifeste mentiri, p. 462. figmenti causas ponere ridiculas stultas, qui non intellexerit sine verosimilitudine se mentiri. Manethonis auctoritas — quam magni faciunt Engelstoft, Historia populi iudaici biblica ad relationes peregrinas examinata. p. 161. Bunsen, Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte. Hamb. 1845. I, 88—125. — certe evanuit postquam demonstratum est — a Knoetelio, l. de pastoribus, qui Hycsos vocantur, deque regibus pyramidum auctoribus. Lips.

›. 25. s. — dynastias ab eo enumeratas misere compilata figmenta esse; dem, ut in una dynastia saepius reges multis saeculis distantes comt, neglecto deinde omnino cum temporibus et fontibus chronologicis nexu s fabulas veritate quidem non per omnia destitutas, minime tamen conet rebus congruas consarcinaverit. — Cf. e. Röth, Die ägyptische und die rische Glaubenslehre. p. 203. s. — Ceterum ut his et aliis e. c. Perizonio, Orig. c. XIX, p. 392. s. XX, 422. s. Jablonski, Panth. aegypt. prol. 67. s. s. II, 73. s. Hengstenberg, Manetho und die Hycsos in l. Die Bücher und Ägypten. p. 257. s. Uhlemann, in l. Israeliten und Hycsos. Leipz. . 72. item sentientibus accedamus multa nos argumenta ex ipso tenore narraıovent. a. Occupatio Aegypti, etiam si sine proelio, non convenit historiis sacris, coloni pace regis intrasse, diu tolerati et demum oppressi esse narrantur. nus adversatur b. iisdem historiis reges e peregrinis creatos esse, et c. diu- s imperii per sex saecula coll. Gen. 15, 16. Exod. 6, 16. 17. Aegyptum uni quidem indigenae paruisse probatur d. nomine Pharaonis, quo Aegyptio ndigenis regibus proprio, rex ille appellatur. Gen. 40, 1. Josephus a laudato ne toti Aegypto praefectus fuit, Gen. 41, 41. 46. 47, 21. Qui Hycsos dicuntur, o inferiorem Aegypti partem ditione tenuerunt. Denique f. Josephus pro Aegyptiorum interprete usus fertur, Gen. 42, 23. quod non factum fuisset itae Aegyptum tenuissent. Sed etiam altera relatio de exitu sive eiectione ı a sacra Pagina dissonat. Reges Aegypti Thebaicae et superioris exercitu o contra pastores profecti sunt? Ubi ergo oppressio? e timore politico ne reliquerunt, ubi dux et legislator, ubi persecutio egressorum? In Syriam i sunt, idque cum nomine Pastorum unicum est similitudinis momentum. ›ilis ergo unica restat opinio: Manethonem in cardine rerum fata aeorum referre, sed recensione qualis ab Aegyptiis ira et Judaeorum ductis, composita. Sufficiant vero haec; qui plura adeat praeter supra laudatos: Heeren, Ideen über die Politik, den ır und den Handel der vornehmsten Völker der alten Welt. II. Th. 2. Ab. 1817. p. 62. Kurtz, Geschichte des alten Bundes. II, 172—207. L. Schulze, ıtibus, ex quibus Historia Hycsosorum haurienda sit. Berolini. 1858. ›lemann, Chronologie und Geschichte der alten Aegypter. Leipzig. 1858. . s. Knobel, Die Genesis p. 311. s. die Bücher Exodus und Lev. p. 3. s. conscriptionibus monumentorum interpretes Aegyptologi in tam diversas abeunt, ut illis locus ad probam in hac quaestione plane denegandus sit.

§. 26. Moyses ante vocationem.

Dum in Aegypto durissima servitute gens Israelitarum tene-, Amramo cuidam Israelitae e tribu Levi, Levi ex Cath te, natus est filius. Ex. 2, 1. 2. 6, 18. 20. Orto itaque puero r Jochabed Exod. 6, 20. Num. 26, 59. parvulum valde

[1]) Si recte suspicamur, circa annum 1600 a. Chr., in aliquo tractus goci sive Aegypti inferioris oppido.

venustum, – gratum Deo Act. 7, 20. – noluit iuxta regis iussionem proiicere in flumen, sed clam trimestri in domo celando aluit actu fidei. Hebr. 11, 23. Tandem cum nullam spem salutis ei relictam putarent parentes, nec amplius illum abdere posset optima mater, commissa providentiae divinae eius servandi cura, trimestrem infantem in arcula [1], ne aquae fluctu propelleretur, exposuit in carecto inter medias algae arundines ad ripam Nili; magna quippe cum consideratione eo in loco, ubi filia Pharaonis lavari consvevit, filia Maria eademque sorore custode, ut si fortassis misericordia mota pueri servandi modum quaereret, illa matrem propriam offerret. Neque spes eam fefellit, filia Pharaonis se lotura cum ancillis haud multo post expositionem pueri Nilum in loco septo adivit. Dum naviculam iunceam, in qua erat infans cerneret, extemplo misit unam de ancillis, ut illam adferret et memor edicti patris, infantem vagientem in ea penitius contemplans, puerum esse agnovit hebraeum, cuius flentis conspectu tantopere commota est, ut eum conservatum cuperet. Maria soror pueruli, quae ut eventum rei praestolaretur non procul stetit, occasionem loquendi nacta petiit, num nutricem aliquam hebraeam nutriendo puero advocaret? Nec mora, annuente filia Pharaonis matrem Jochabed adduxit, cui nutriendi infantis cura demandata est, indito prius puero a filia Pharaonis nomine „Mose" [2] Exod. 2, 1. 10. datoque praecepto ut adultum ei traderet. Puerum iure adoptionis adscitum filia Pharaonis in ipsa aula regia, omni Aegyptiorum sapientia imbuendum curavit. Act. 7, 22. Anno aetatis

---

[1]) E papyri culmis quasi viminibus contexta, bitumine et pice oblita. Cf. Scheuchzer, Physica. s. I, 115. s. Hengstenberg, Die Bücher Moses und Ägypten. p. 84. 85. [2]) מֹשֶׁה, quod coll. aeg. Moῦ contr. Mῶ, aqua et Σι vel Ση accipere, subtractum ex aqua notat. Ita iam Jos. Antiq. II. 9, 6. I, 100. contra Apion. II, 465. Cf. M. Uhlemann, Ueber die Bildung der altägyptischen Eigennamen. Wien. 1859. p. 17. Eandem porro de nomine Moysis aegyptiaco, sententiam suam quoque fecerunt: Clemens, Al. Stromat. I, 23. ed. Potter. p. 412. *„Deinde puero imponit nomen regina, Moysen, apta etymologia. Aquam enim Moy vocant Aegyptii, in qua moriturus fuerat expositus. Moysen enim vocant eum, qui ex aqua emersus respiraverit."* Hieronymus, l. nom. hebr. ed. Martian. II, 104. Moses sumtus ex aqua, sive assumptio. Eusebius, praep. evang. IX, 28. ed. Vig. p. 436. Simon, Onom. p. 239. 597. Jablonski, voc. aegypt. Opusc. I, 157. Schumann, l. c. p. 261. Gesenius, s. h. v. Thes. p. 824. LXX Μωϋσῆς et Μωσῆς. Vulg. Moyses.

ıdragesimo Moyses, qui iam dudum noverat se minime esse natuəm filium filiae Pharaonis, sed adoptivum, vere autem de paıtibus hebraeis fuisse genitum, Pharaonis aula egressus est [1] ɔulares suos invisurus. Quod cum fecisset vidit praefectum regium gis tractare quemdam hebraeum. Rei indignitate commotus, selo prius circumspiciens an ab aliquo observaretur, in Aegyptium iluit, percussit ac in sabulo occuluit [2]. Quam citissime interim adrtens eam rem proditam, sibi plurimum metuit, idque merito quod arao illum propterea ad supplicium quaereret. Non haeserat tamen ıps consilii, sed ad exilium se protinus comparavit et discessit Madianitas [3], „fide reliquit Aegyptum non veritus animositan regis" [4]. Apud Madianitas annis quadraginta coll. Act. 7, 30. mmoratus pastoralem exercuit vitam [5], ibidemque apud Jethrom sacerdotem eius regionis diversatus unam e filiabus Sephoram – ıguelis neptem coll. Num. 10, 29. – in coniugem, ex qua multo ıst tempore duos genuit filios, et primum quidem vocavit Gersam, terum vero Eliezer, Exod. 2, 12–23. 18, 4. nominibus peregrini auxilii Dei. Brevi post fugam Moysis decessit Pharao, qui oysem quaerebat interficere et diu postea coll. Ex. 7, 7. Hebraei gemiscentes sub oneribus, quibus ab Aegyptiis admodum preebantur frustra exspectabant novam rerum mutationem, atque ıgello servitutis excitati querelis in coelum vociferati sunt. Deum Dei pronas aures secuti sunt, nam constituit apud se, nolle auxilium Israelitis diutius procrastinare. Exod. 2, 23–25.

§. 27. Vocatio Moysis ad liberationem populi.

Cum Moyses pascendis gregibus soceri sui Jethro occuparer, accidit ut die quodam ducenti gregem in interiora deserti

[1]) Act. 7, 23. atque consortio Aegyptiorum malens affligi cum populo Dei, am temporalis peccati habere iucunditatem. Hebr. 11, 25. [2]) Videtur Moyses icium vindicis sustinuisse coll. Act. 7, 24. 25. populi, cui vis iniusta illata est. a s. Augustin. Quaest. in Heptat. l. II. q. 2. III. a. 597. S. Thomas, Aq. mm. q. 61. art. VI. ad 2. Sec. sec. ed. Bon. VIII, 71. [3]) Cf. p. XCIII. Nec pem liberandi Israelis Moyses abiecit, sed sibi persvasit se suo tempore rediurum e Dei consilio. [4]) Hebr. 11, 27. [5]) Quin aliis ingenii culti occupationibus aledixisset, recte enim creditur Moyses tunc scripsisse librum Geneseos. Torielius, Annal. s. tert. m. ac. p. 266.

iuxta montem Horeb contigerit ipsum procul videre quemdam rubum undique ardere flammis, quod mirabilius innoxiis [1]. Moyses conspicatus miraculum, primo obstupescens haerere, deinde propius accedere, oculisque causam explorare volebat, sed prohibitus est, statimque Deus ad eum [2] de medio rubi locutus iussit calceamenta exuere ob sanctitatem loci, subiunxitque Dominum se esse Patriarcharum Abrahami, Isaaci et Jacobi [3]. Familiari deinde viciniorique congressu Moysem – Dei in rubo apparentis timore perculsum – ad se invitans erexit ipsique totum opus filios Israel e servitute educendi commisit. Iter ergo susciperet ad regem Aegypti, ducemque se Israelitarum praestaret. Moyses dubitans de felici missionis suae eventu, humili sui abiectione et verecundia reposuit: se nec dignum nec sufficientem esse tantae legationi. Tempestiva attamen Dominus promissione: fore ut Israelitae in hoc ipso monte, in quo magnum et portentosum illud visum Moysi obtigisset, Deo sacrificia immolent, anxium tantum munus ingredientis animum relevatum ivit. Tunc Moyses adhuc cunctans, quaesivit a Domino, quid sibi respondendum esset, si iussu Dei verba Israelitis faciens requireretur ab Israelitis, quodnam Deo ipsum mittenti nomen sit? quonam se velit Hebraeis annunciari? Ad quae Deus: de nomine meo te interpellaturis dices: „qui est“ misit me ad vos; atque eius vi et iussu venisse te dices, ut promissae olim patribus regionis possessionem assequerentur. Scire se porro adiecit Pharaonem populum egredi non permissurum, nisi ingentibus malis coactum, Aegyptoque prius percussa. Cum Moyses Exod. 4, 1. s. tertia iam vice liceat nondum expertus esset Israelitarum diffidentiam, officium sibi iniunctum deprecaretur, Deus tergiversantem, ad signa, quorum faciendorum virtutem ei impertitus est condescendens, triplici miraculo confirmavit. Neque hoc cepit Moyses, novam

---

[1]) Ut late describitur. Exod. 3. Cf. Th. Hasaei, diss. de rubo M. in Ugol. Thes. VIII, 400. s. [2]) Angelus Domini, quem δευτέραν τριάδος ὑποστασίν, Jesum Christum Dei filium intelligunt: s. Justinus, dial. c. Tryph. LX. p. 205. S. Ambrosius, de Spir. s. l. I, 14. II, 629. S. Hilarius, de Trinitate. IV, 32. II, 94. S. Chrysostomus, hom. 16, 3. in c. VII. Actor. IX, 131. [3]) Quibus proin ut patribus posterorum suorum salutem desiderantibus et pro ea assidue in limbo orantibus, fidem quam dedit Deus praestabit, progeniem eorum dominatione Aegyptiorum depressam malis eripiendo.

adiecit excusationem impeditioris et tardioris linguae. Redarguit illum propterea Deus, et imbecillem omnipotentiae suae reflexum vult habere; deinde quinta iam vice ob rei magnitudinem munus sibi commissum detrectanti iussit fratrem Aaronem natu maiorem pro se sumere interpretem. Tandem Moyses obsecutus e monte Horeb pecudes soceri sui egit ad stabulum et re dissimulata petiit ab illo veniam invisendorum cognatorum. Jethro per se licere respondit et fausta omnia abeunti apprecatus est. Bona igitur soceri sui venia Moyses iter in Aegyptum secure ingreditur. Exod. 4, 18. seq. [1]. Ut autem pervenit ad montem Dei Horeb, obviam habuit fratrem Aaronem. Aaron iussus a Deo in occursum fratris venire, de omnibus quoad populi ex Aegypto liberationem a Moyse certior est factus; simulque iter facientes, ut Aegyptum pervenerunt, convocatis optimatibus populi, legationem suam Moyses interprete fratre exposuit, de qua omnibus illico persvasum est. Exod. 4, 27–31.

Digressio de etymo et usu nominum Dei in Veteri Foedere. Scopo agendi vindicias Pentateuchi ac praesertim Geneseos, hic occasione sic ferente inquiramus de etymo et usu nominum Dei in s. Libris Veteris Testamenti. Nullum hucdum attentum S. Scripturae lectorem fugit, in usu nominum Dei magnum esse apud auctores sacros discrimen. Non poterit id ex plurium auctorum vicissitudine, nec temporum, quibus Libri sacri exarati sunt explicari, neque ratio diversi usus in singulari unius nominis prae altero apud s. auctores nimio studio sita esse potest. At neque scriptores sacri, salva eorum inspiratione et gravitate temere et inconsiderate iis usi censeri possunt, sed consulte et saepe necessario id factum est. — Sic v. c. Gen. 3, 5. serpens in colloquio

[1]) Cf. C. A. Reichlin - Meldegg, Die mosaische Geschichte vom brennenden Dornbusche. Freiburg. 1831. pag. 25. s. In itinere cum ad diversorium quoddam cum familia sua pervenisset, repente Deus tam benigne in antecedentibus cum legato suo agens, eidem hostiliter occurrit v. 24. eundemque morbo immisso — Cf. Bellarmini, l. II. de Sacramentis. p. 246. i. l. I, 7. de baptismo. p. 41. — occidere voluit eo, quod circumcisionem in filio neglexisset, et facto praepostero familiam suam, magnum rei seriae impedimentum, secum ducere voluerit. Sephora puerum circumcidere iussa, ut iram e filii vulnere doloroso conceptam in maritum effunderet muliebri fervore: sponsum sanguinum Moysem vocavit, quem causam esse credebat, quod ritu tam sanguineo tenerum infantis corpus mutilare cogeretur. — Nec mora, acceptis enim filiis in domum parentis regressa est. Exod. 4, 24—26. Cf. J. Frischmuth, diss. de circumcisione Zipporae in Thes. th. p. 288. Brauns, de instrumento circumcisionis a Zippora adhibito. Lips. 1698. Deyling, Obs. s. II, 118. de sponso sanguinum. J. F. Meyer, Der Blutbräutigam. i. d. Blättern f. höhere Wahrheit. Frankf. 1826. p. 361. s.

cum Eva Dei nomine אֱלֹהִים utitur. Jonas 1, 6. nautas Deum אֱלֹהִים appellantes sistit, utpote Deum Israelis ignorantes vel non agnoscentes. — Et nomen quidem praecipuum Dei in Veteri Testamento I. Jehova יְהוָֹה, quod attinet, multum agitata est quaestio, quaenam vera sit nominis Jehova pronunciatio? Ante omnia iure reiicienda sunt conamina quorundam ex Aegyptiaco vel aliis linguis nomen hoc explicandi, ut historiae et etymologiae repugnantia. Deinde fatendum pronunciationem antiquam prorsus esse incertam. Erant et sunt viri docti, qui puncta vocalia quibus יהוה notatur originalia habent, inter quorum argumenta, gravissimum hoc est, quod nomina propria — e. g. Jehoschua = salus Jehovae, Jehoschaphat = Jehova iudicat — eadem cum יהוה puncta vocalia adiecta gerant. Sed hi non attendunt, idem nomen Dei in compositionibus aliis v. c. יְשַׁעְיָהוּ, יְדִידְיָה — cognomen Salamonis II Sam. 12, 25. A. q. v. Simonis Onom. p. 532. — exitu יָהוּ et יָהּ accedere. Nomen ipsum יהוה significatione haud differt ab אֶהְיֶה, Exod. 3, 15. nisi quod hoc primam, illud tertiam personam verbi הָוָה — eiusdem cum הָיָה significationis — exprimat; enimvero in ore Dei persona tertia conversa est in primam. Iam prisci Hebraeorum magistri — Vide J. Buxtorfii, Lexicon hebraicum. ed. VI. p. 157—163. — tradiderunt: nomen hoc non esse pronunciatum — ἄῤῥητον — nisi in sanctuario, a sacerdotibus Dei sanctificatis et a summo pontifice ipso die ieiunii; esse nomen non attributi, sed essentiae Dei, qui „est" modo scilicet tam excellenti et sublimi, quo nulla creatura est, aut esse potest; qui est ipsummet esse, tum suum formale, tum causale omnium rerum. coll. Joann. Apocal. 1, 4. quare nomen hoc tam ineffabile esse, quemadmodum divina natura non possit ex mente humana comprehendi, hinc nec pronunciari. — Cf. Jos. Ant. II. 12, 4. I, 106. S. Hieronymi, ep. XXV. ad Marcellam: de decem Nominibus Dei ed. Vall. p. 131.: „Nonum τετράγραμμον, quod ἀνεκφώνητον, i. e. ineffabile putaverunt, quod his litteris scribitur Jod, He, Vav, He." — Abstinentes ergo Judaei ab eius pronunciatione — innixi perperam intellecto loco, Lev. 24, 16. ubi de abusu nominis יהוה sermo est — legerunt pro eo אֲדֹנָי, cuius puncta vocalia adiecerunt nomini יְהֹוָה. Ex hinc dubium nascitur, utrum יַהֲוֶה, יַהֲוָה vel יַהְוֶה ad similitudinem יַבְנֶה, an יַהְוָה, ad simil. יַעֲלֶה, sonuerit. Pronunciationi יַהְוֶה favet, quod Theodoretus, quaest. XV. in Exod. ed. c. p. 133. Samaritanos — καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν Ἰαβέ — illud Jabe enuntiare scribat. LXX interpretes illud semper expresserunt per κύριος, Vulgatus per „Dominus." Primus „Jehova" legit et scripsit in opere, de arcanis catholicae veritatis l. III. Petrus Galatinus Italus Romanus, ex Judaeo Christianus, Minorita. † 1530. Quam lectionem in ecclesia receptam sequentes, scribendi et pronunciandi formam „Jehova" iure retinemus. Ex Exodi cap. VI, 1—3. plurimi recentiorum interpretum sententiam elicuerunt: nomen Jehovae Patriarchis ignotum fuisse, illud temporibus modo Moysis simul cum theocratia aut ortum fuisse, aut in usum quidem venisse. Sed olim iam Tertullianus adv. Hermogenem, 3. IV, 2. „*Hanc — Hermogenis — coniecturam eius iam hic destruere properabo, quam hactenus propter non intelligentes adiecisse duxi, ut sciant, cetera quoque argumenta tam intelligi quam revinci. Dei nomen dicimus semper fuisse apud semet ipsum et in semet ipso, dominum vero non semper; diversa enim utriusque conditio; Deus substantiae ipsius nomen id est divinitatis, dominus vero non substantiae, sed potestatis. Substantiam semper fuisse cum suo nomine, quod est Deus, postea dominus accedenti scilicet rei mentio.*" Auctorem Geneseos continuant iidem illud adhibere tamquam nomen aetati suae familiare, licet insolitum aetate

Patriarcharum. Sed obstant huic hypothesi sequentia: a. Per totam Genesim nomen Jehova reperiri ac quidem in coniunctionibus eiusmodi, ut nullo pacto accipere possimus, Moysem illud per prolepsim ad tempora vetustissima transtulisse, praesertim, cum non solum ab illo historias narrante usurpetur, sed a loquentibus etiam hominibus, qui commemorantur, ut a Patriarchis Noa, 9, 26. Jacobo, 49, 18. aliisque viris e. g. Abimelecho 26, 28. 29.; quo spectant etiam vetera proverbia 10, 9. 22, 14. b. Ipse Deus sese hoc nomine vocat dum Patriarchas alloquitur e. c. Abrahamum 15, 7. Jacobum 28, 13., quae loca fere sola sufficerent ad illam sententiam refutandam. c. Temporibus ante Moysem, quamquam nomina propria plerumque cum nomine אל composita inveniantur, tamen nonnullis nominibus propriis occurrimus, quae ad nomen יהוה formata sunt v. c. יוֹכֶבֶד matris Moysis Exod. 6, 20. יְהוֹשֻׁעַ et יְהוֹשׁוּעַ ib. 24, 13. אֲחִיָּה I. Par. 8, 4. Vide gen. Simonis Onom. V. T., de compositis cum nominibus divinis Sect. X. cap. 4. §. 9. p. 511. s. E quibus perspicuum fit, ipsum nomen Jehovae iam in Patriarcharum familiis notum fuisse. Accedit d. formatio nominis יהוה a radice הָוָה, quae iam temporibus Moysis formâ הָיָה. adeo erat usu demota, ut paucis modo in formis archaistice appareat; quod si Moysis tempore haec formatio instituta fuisset, absque dubio facta fuisset ad radicem in lingua viva adhuc vigentem. Hoc modo Exod. 6, 1—3. Deus ait ad Moysem: intellecturum eum brevi priscum Dei nomen Jehova, quo iam Patriarchae utebantur, quod tamen in proprietate sua intima non cognoverant nec cognoscere poterant, eo quod non ita distincte sit illis illustrata vis istius nominis, sicut Moysi et ceteris istorum Patriarcharum posteris! — Vide Bonfrerium, Comm. a. h. l. p. 370. — Cornelium a Lapide ad h. l. p. 395. Calmetum, a. h. l. I, 714. et multos recentiorum, qui locum nostrum de promulgatione nominis Jehova intellexerunt, contextu loci attamen non usque recte perspecto. — Ostensurum se paulo post Deum, qui est in eo quod promisit peragendo, ratione complementi ac promissionum — imprimis illustris liberationis ex Aegypto, quae erat typus redemtionis spiritualis per Messiam — miraculosam vim nominis Jehova! Usum quod denique attinet nominis יְהֹוָה Jehova in universum ponitur de Deo non ut Theologiae naturalis obiecto, sed de Deo Israelis, Deo gratiae et salutis, ut hoc nomen pertineat revera ad misericordiam et gratiam, in qua Deus manifestet se peccatori, tamquam qui revera praestet se ei fieri in Deum, ideoque nominis יהוה mentio iam occurrit Gen. 2, 4. ubi legimus de primo homine lapso et rursus in gratiam assumto. Paucis de Deo — אלהים — qui speciali revelatione se Jehovam praestitit, ac tamen universali suo dominio totum orbem complectitur, de Deo, quatenus progressionem generis humani a principio ad finem gubernat, et se in Veteri Testamento manifestat, donec filius Dei humanam naturam in gente electa assumeret. Unde haec concludamus, nomen יהוה oeconomiam Christi respicere credimus, cuius opus κατ' ἐξοχήν opus Domini יְהֹוָה, Hab. 3, 2. Joann. 4, 34. vocari solet. II. Nomen אֱלֹהִים, numerus pluralis maiestaticus a singulari אֱלֹהַּ, cuius radix in lingua hebraica deperiit, attamen in arabica invenitur, habetque vim primariam pavendi, stupendi, vero secundariam adorandi cultu religioso, venerandi, unde Alb. Schultensio — liber Jobi c. comm. Lugd. B. 1737. I. pag. 3. 4. — numen tremendum designat. Pluralem maiest. tenuit iam s. Hieronymus l. c. p. 131. „*Scire autem debemus, quod Eloim communis numeri sit, quod et unus Deus sic vocetur et plures; ad quam similitudinem coelum quoque appellatur, et coeli, id est*

Samaim. Unde et saepe interpretes variant, cuius rei exemplum nos in lingua nostra habere possumus. Athenas, Thebas, Salonas." Si loci pensitentur in quibus אלהים occurrit, ratio eorum est talis, quae hoc nomen aperte poscat. E. c. quando de numine divino eiusque generali ac naturali, non speciali relatione ad genus electum sermo est, vel hostes athei loquentes introducuntur, aut quando de Deo vindice dicitur propter insitam omnipotentiae notionem, vel quando ut nomen appellativum appositionem nominis Jehova efficit. Ad hoc postremum in universum ita se habet: ut ubicumque nomen יהוה ponitur, nomen אלהים substitui possit, quoniam Deus hypercosmicus cum Deo in historiis sacris manifestato est idem. At vicissim nomini אלהים non ubique substitui potest יהוה, quoniam cum hoc nomine notio revelationis salutiferae, cuius gens electa in Veteri Testamento particeps facta est, indissolubiliter coniuncta est. Eadem est ratio nominis III. אֲדֹנָי, — idem cum הָאָדוֹן dominus, quo saepius eius loco utitur Isaias 1, 24. 3, 1. coll. 37, 4. 40, 10. — pluralis excellentiae in singulari vertendus. Si de Deo usurpatur, ultimae syllabae ָ adscriptum habet, quo ab אֲדֹנַי domini mei de hominibus discernatur. Quod ne quis reddat, caveat Masorethae apposita nota marginali קדש, qua significant nomen divinum esse. Deum quoad potentiam exprimit imprimis nomen IV. שַׁדַּי, aeque pluralis excellentiae quasi dicas: potentissimus, LXX παντοκράτωρ, ὁ πάντα ποιήσας, Vulg. omnipotens. Ad similitudinem vocis אדני cum terminatione producta scribitur, forma nominibus collectivis exprimendis inserviente. Derivatur vel a שָׁדַד vastavit, vid. Thes. Ges. s. h. v. p. 1366. a. s. d. Deum qui potentia sua omnia creavit, atque eadem omnia vastare et in nihilum redigere potest, vel cum s. Hieronymo l. c. a דַּי sufficientia „qui ad omnia perpetranda" sufficiens est. V. Nomen אֵל ab אול robur i. e. fortis, passim iunctum adiectivo עֶלְיוֹן, altissimus, Hieronymo l. l. excelsus, sc. super omnes creaturarum vices. Laudata haec nomina אדני שדי et אל usu veniunt in sacris Literis, si Deus, ut rex describitur vel imagine indicis representatur. Si a nominibus Dei simplicibus ad composita nos convertimus, occurrit: VI. nomen יְהוָה צְבָאוֹת, אֱלֹהֵי צ״, quod vertendum Deus exercituum, agminum, — a צבא gigni oriri — Dominus omnium, quae in coelis terraque oriuntur. Appellatio ex Gen. 2, 1. derivanda. Deus agminum dicitur, eo quod ipse sit creator omnium, cum coelestium, tum terrestrium, quae cuncta pro nutu suo regit et moderatur; quibus praesertim sideribus magna licet insit vis, nihilominus ipse Deus est qui iisdem dominatur, sine quo nihil efficere possunt. Reperitur haec nomenclatio omnium primo in libro I. Samuelis 1, 3. 4, 4. II. 6, 18. 7, 8. Ingravescente deinde una cum commercio Hebraeorum apud gentes Sabacismum colentes simul inter Israelitas cultu siderum, saepe a Prophetis adhibetur Isai. 2, 12. Mich. 4, 4. Nah. 3, 5. Soph. 2, 9., ut populus a cultu exercituum sive agminum coelestium ministrantium, creatorum, ad Deum et Creatorem illorum erigeretur. Analogum est VII. יהוה אלהים, quod constanter adhibet Moyses Gen. 2, 4. — 3, 24. ut indicet: universalitatem rerum per אלהים existentium a יהוה praesenti gubernari. Hoc nomine etiam Davides utitur v. c. II. Sam. 7, 22. 25. I. Par. 28, 20. II. 1, 9. Ps. 13, 4. 72, 18. 85, 9. Isa. 17, 6. Ex quibus suffecerit veritatem sententiae quoad rei summam in capite digressionis huius propositae: usum divinorum nominum in s. Literis meditatione esse institutum, solido niti fundamento, ostendisse. Etenim tametsi plura ad manum essent, in istis tamen subsistere constituimus, et ipsa haec, quae disputavimus iustos inter limites erant constringenda.

Non enim tam minuta et anxia cum diligentia semper et ubique selectus horum nominum institutus est, ut alterutrum prorsus evitaretur, et saepe nobis saltem ratio non patet, cur s. scriptor iam hoc iam aliud nomen Dei retineat vel negligat. Tandem ex ipsa nominum recitatorum etymologia et usu intelligitur, quam arcta necessitudine Revelatio divina cum historiis populi electi contineatur! Cf. Fulleri, Miscell. s. IV, 13. p. 493—504. H. Relandi, decad. exercitationum phil. de vera pronuntiatione n. Jehova. Trai. 1707. Sack, de usu nominum Dei אלהים et יהוה in libro Geneseos. Bonnae. 1821. Meyer, Die Namen Gottes in den Blättern für höhere Wahrheit. VIII, Frankf. 1827. p. 372. Landauer, Ueber die hebräischen Gottesnamen. Stuttg. 1836. Ewald, Compos. der Gen. p. 4—108. E. W. Hengstenberg, Die Authentie des Pentateuchs erwiesen. Berlin. 1836. I, 181. s. Hävernik, h. kr. Einl. Erlang. 1837. I, 2. p. 202. s. ed. II. 1856, 75. s. Drechsler, Die Einheit etc. p. 1. s. 11. s. Etiam Tuch, in Comm. p. XXX. 63. Welte, Nachmosaisches p. 84. s. Delitzsch, Symbolae ad psalmos illustrandos isag. Lips. 1846. p. 6. 15. 16. 27. 30. Keil, in Rudelbach et Guerikes Zeit. 1851. II, 215. e. Einleitung. p. 80. s. C. P. Caspari, Ueber Micha. Christiania. 1851. p. 6. s. J. C. K. Hoffmann, Der Schriftbeweis. Nördlingen. 1852. I, 74. s. Reinke, Beiträge. III. p. 3. s. F. P. Scholz, de Origine nominis יהוה dissertatio. Vratislaviae. 1857. H. G. Hoelemann, Ueber die Bedeutung und Aussprache von יהוה, in Bibelstudien. I. Leipz. 1859 p. 54—95. Oehler, in Herzogs R. E. VI, 455. s.

§. 28. Ministerium Moysis et Aaronis.

Non multo post Moyses et Aaron nomine seniorum populi adierunt Pharaonem et mandata Dei exposuerunt, petieruntque ab eo, ut Israelem festi cuiusdam celebrandi causa in desertum ire pateretur [1]. Verum Pharao – ne populum quem in servitio retinere cupiebat perderet – tantum abfuit, ut expressis Dei mandatis morem gereret, ut obiurgaret potius Moysem et Aaronem, quod vanis sermonibus populares ab impositis oneribus avocarent 5, 5. atque acrius Israelitas vexaret [2]. Moyses repulsa Pharaonis et populi miseria afflictus cum Deo v. 22. 23. expostulare coepit, quasi Deus novarum calamitatum ansam praebuisset mandatis suis,

[1]) Certe Hebraei sat longam et gravem passi sunt servitutem, ut tandem etiam cultui divino vacarent, festisque diebus recrearentur. [2]) Vetando operum praefectis regiis ut antehac paleam ad firmius compingendos lateres suppeditare Israelitis, v. 7—12. oportere enim ipsos sibi aiebat quaerere, ne otio abundantes inanibus consiliis aures praeberent. Cum solitam laterum summam in dies perficere non possent Hebraei, propter paleae inopiam ii, quos Aegyptii popularibus praefecerant, prae ceteris vapulabant. v. 13—19. Cf. Hengstenberg, Die B. M. und Ägypten. p. 89. s. Uhlemann, Chron. und Geschichte der alten Aegypter. pag. 22. 23. Bunsen, Aegyptens Stelle. V, b. 487. s.

cum liberaturum se Israelitas promisisset. Verumtamen vox divinitus emissa Moysi 6, 1–14. reposuit, iam adesse tempus, quo potentiae suae ea specimina conspecturus esset, quibus futurum esset, ut indomitus Pharaonis animus cum flecti deberet quidem induretur, Exod. 7, 3. coll. 10, 16. tandem vero cogatur populum vel invitus dimittere. Iussit porro cum amplissima promissione Moysem iterum ad Pharaonem ire et Israelitis potestatem abeundi petere interprete fratre Aarone [1]. Retulit hoc ipsum popularibus suis, sed perpetuis laboribus usque adeo destinebantur, aegroque erant animo, ut eum vix audierint. Accessit rursus Moyses atque Aaron regem Aegypti et patratis coram eo signis [2], quamvis superior fuisset Moyses et Aaron; tamen a Pharaone negata est Israelitis abeundi potestas, eo quod Aegyptiorum sapientes portentum edidisse simile ei, quod ab Aaron factum fuerat, videret. 7, 12. Ubi Dominus tantam Pharaonis inclementiam erga populum suum cerneret, ut duritiem cordis eius frangeret, coepit immittere plagas in terram Aegypti. Ne autem existimare posset rex, hasce casu evenire, iubente Domino singulas priusquam venirent praedicebat Moyses, si non imperata faceret. Fecit id Moyses regique praenunciavit: aqua Nili virga percussa in sanguinem mutabitur, pisces morientur, foetebit amnis, neque quisquam ad exstinguendam sitim eius aquam bibere sustinebit. Sane prima haecce plaga Exod. 7, 15. s. proximo die postquam Moyses Pharaoni locutus fuerat, in quibuslibet aquis, quae in Aegypto erant accidit. Quod tamen argumentum, quominus admitteret Pharao, fecit ut arcessiti sacerdotes Aegyptii aquae haustae ruborem inferrent, ideoque eandem rem a diis suis edocti crederentur. Elapso septiduo 8, 1–14. Moyses a Pharaone in novum conspectum admissus, eadem mandata de dimittendo populo repetiit et minas adiecit, secus innumeram ranarum multitudinem ex aqua in continentem Aegypti

[1]) Qui oratoris munere fungebatur, et penes quem erat verbi ministerium 7, 1. coll. I. Cor. 14, 5. s. [2]) Illo videlicet postulante virgam, quam Aaron in manibus tenuit, in colubrum iam ante mutatam coll. 4, 3., in serpentem, dein in baculum iterum convertit. v. 10—13. Quo viso Pharao Magos suos — Jannes et Mambres coll. ep. II. Tim. 3, 8. V. Leo, Pauli epistola altera ad Tim. p. 45. s. — vocare iussit, quorum virgae proiectae non secus ac Moysis in serpentes sunt mutatae, verum haec alias deglutiit.

propellendam esse. Cum vero nec his minis ad illud adduceretur Pharao, tum Dei imperio iussit Moyses Aaronem, Nilo virga percusso, brachium quaquaversus porrigere ad paludes omnes et rivos, ut ex iis ranae prodirent. Quod et factum est. Tanta fuit et tam molesta huiuscemodi plaga, ut vix una die eam sustinere potuerit rex, unde Moysem et Aaronem ad se vocatos rogavit, ut ranas amoverent, quo impetrato discedendi populo veniam se daturum promisit. Moyse orante illata est ranis nex; hoc tamen minime Pharaonem convicit; quandoquidem sacerdotes aegyptii hoc quoque signum, sed ad breve tempus imitati sunt. Cum desiissent ranae infestare, ad pristinam pertinaciam relapsus Pharao noluit promissis stare; itaque Moyses a Deo iussus est 8, 15–19. imperare Aaroni, ut terram virga percuteret, quo omnis Aegypti pulvis in sciniphes mutaretur. Insecta orta tam in homines quam in pecus misere grassabantur. Magi idem praestare conati sunt, at inani conatu, eo quod potestatem daemonis [1] in hoc negotio coercuerit Deus. Nec tamen eam ob rem ad saniora rediit Pharao. Iussit porro Deus Moysem Pharaoni ad Nilum summo mane processuro occurrere et ab eo veniam abeundi Israelitis impetrare, si vero negaret omne genus muscarum minari. Rex minis non movebatur, unde postridie a venenatis huiusmodi muscis dire adflicti sunt homines et lethifere laesa animantia. Pharao huic malo pene succumbens Moysi potestatem fecit sacra celebrandi in Aegypto, Moyses vero negavit id se facturum, quandoquidem Hebraei animalia Aegyptiis inviolabilia immolare solerent. Tum Pharao passurum se ait, Israelitas in deserto sacra facere, modo iram Dei deprecaretur, quod et spopondit. Itaque discedens petiit a Deo muscas sufferri, sed nec propterea Pharao promissis sibi standum esse ratus est. v. 20–32. Pharaone in vecordi sua pertinacia perseverante sequebatur plaga quinta 9, 1–7. pestis, qua – salva et incolumi pecude Israelitarum – omnia Aegyptiorum animantia, quae in agris inventa fuerunt, periere. Quod etsi Pharaonem non lateret, discedendi tamen facultatem non fecit. Continuatam regis pervicaciam aliis acrioribus castigationibus expugnare voluit Deus;

[1]) Vide digressionum, quae infra sequuntur primam. p. 121. Hengstenberg, Ev. Kirchenzeitung. Berlin. 1840. Die Zeichen u. Wunder in Ägypten. p. 321. s.

iussit itaque Moysem et Aaronem cineres e fornace sumtos plenis manibus in aërem quaquaversum spargere, quo facto ulcera urentia toto corpore disseminata Aegyptios invadebant v. 8–12. Attamen haec omnia insuper habente Pharaone Moyses ipsi et omnibus Aegyptiis v. 15. pestilentiam minitatur, quam Deus interim reservare maluit, et cum nondum Israelitas dimittere vellet, Moysem praemonstrare iussit: postridie tantam grandinem e nubibus demissum iri, qualis nunquam ante in Aegypto conspecta esset. Postea Moysi ad coelum manum porrigere mandavit, et revera manu versus coelum extensa, maxima vehementissimaque exorta est tempestas, grandine inconsvetae magnitudinis omnia prosternente, tonitribus simul et fulminibus vehementissimum omnibus terrorem incutientibus c. Sap. 16, 17. Ps. 77, 48. 104, 32. Sola terra Gessen ab hac plaga immunis manebat. Cum ne his quidem plagis Pharao ut mentem mutaret induci posset, ingens locustarum agmen, totam qua late patet Aegyptum invasit, et quidquid supererat viroris in herbis atque arboribus consumsit. Sap. 16, 9. Spem quidem tum rursus fecit Pharao, se omnes Israelitas dimissurum, si hanc locustarum calamitatem tolleret Deus, quam tamen irritam fuisse statim apparuit, cum locustae vento divinitus excitato avectae et in mare rubrum coniectae forent. 10, 1–20. Cum nec propterea rex dimitteret populum, nona hinc secuta est plaga, ortis subito densissimis tenebris, quae toti Aegypto incubuere triduo 21–23., observatis etiam spectris terrificis et fulguribus, Sap. 17, 4. Ps. 77, 49. cum interea Hebraei in Gessenitide solita luce et coeli serenitate fruerentur [1].

---

[1]) Decem plagae, quas Moyses Aegyptiis inflixit, his versibus memorialibus continentur apud Alexandrum Natalem, Hist. E. V. T. p. 147.

Prima rubens unda, ranarum plaga secunda,
Inde culex tristis, post musca nocentior istis,
Quinta pecus stravit, anthraces sexta creavit.
Post sequitur grando, post bruchus dente nefando.
Nona tegit solem, primam necat ultima prolem.

§. 29. Exitus ex Aegypto.

Cum nihilominus Pharao in sententia sua perstaret Moysemque reiecisset, hic denunciata proxime secutura primogenitorum caede, valde commotus e Pharaonis conspectu abivit, nec amplius nisi accitus compariturus. Fidem re ipsa servavit, accivit enim Pharao Moysem et Aaronem abeundi illis et populo facultatem concessurus. Exod. 10, 24. 11, 10. Priusquam autem hoc fieret, Israelitae agnum paschalem mactare, eiusque sanguine fores aedium in quibus degebant aspergere – ut caedem primogenitorum evaderent – sequenti vero nocte ipsum agnum certis ritibus comedere, - sive pascha quod inde originem traxit celebrare – iubentur. Exod. 12, 1–11.[1]. In medio eius noctis, in qua Hebraei pascha fecerunt iuxta verbum Dei, Angelus exterminator[2] primogenita Aegyptiorum tam in hominibus, quam in iumentis occidit; primogenita vero Israelitarum salva manserunt. Qua subita calamitate Pharao perterritus tandem et metu victus paruit noctuque surgens, Moysem et Aaronem vocavit atque Hebraeos regione egredi se permissurum ait. Eodem die legali – quo ineunte pascha comederunt[3] – urgentibus Aegyptiis ipsis, argento et auro – quod ab Aegyptiis acceperant – onusti[4] sexcenta millia, praeter senes mulieres et

---

[1]) Insuper in libertatis redditae memoriam Deus annum sacrum — iuxta quem neomeniae et omnia festa ordinata erant — in posterum, — maxime quod beneficiorum essent obliviosi Hebraei — a mense Nisan inchoari et quotannis per septiduum azyma manducare — ut eius celeritatis, quae fuerat in egressu ex Aegypto meminissent — praecepit. 12, 14—20. [2]) Sub quo malum angelum intelligit s. Augustinus, enarr. in Ps. 77. M. IV, 1002. Cf. Brömel, diss. de angelo exterminatore, in Thes. I, 301. s. [3]) Qui ut demonstravit J. Scaliger, l. V. de emend. temporum p. 373. fuit feria quinta coll. Exod. 16, 1. 5. 27.; hac ipsa etiam Christus instituit eucharistiam v. Strauch, dissert. de paschate Thes. th. I, 295. [4]) Vasa aurea et argentea, quae coll. 11, 2. mutuo ab Aegyptiis sumserunt, secum tulerunt Israelitae, quod factum cum coll. 3, 22. 23. quasi iussu Dei acciderit, recentiores non minus ac antiquos exercuit interpretes. Iam Aben Esra iniecit memoriam calumniae: esse, qui dicant patres Hebraeorum fures fuisse. Nobis optime placet responsum olim iam a s. Irenaeo, cont. haeres. IV. 30, 2. p. 659. Marcionitis oblatum „*Quid igitur iniuste gestum est, si ex multis pauca sumpserunt, et qui potuerunt multas substantias habere, si non serviissent eis et divites abire, paucissimam mercedem, pro magna servitute accipientes, inopes abierunt.*“ Eodem modo in hanc

parvulos et promiscuum aegyptiacum vulgus, in quincurias dispositi, Moyse duce ex Aegypto egressi sunt. Exod. 12, 37. Anno a Jacobi in Aegyptum descensu quadrigentesimo et tricesimo, ante Christum 1607. [1]. Viam quod attinet quae pertranseunda erat Israelitis ipsemet Deus monstravit [2] per columnam nubis, noctu ignis instar coll. Ex. 13, 21. Num. 9, 15. 16, 21. 14, 14. Deut. 1, 33. lucidae, quae dum castra mutanda erant aciem proficiscentem praeivit, quando locanda supra medium castrorum defixa stetit, erecto tabernaculo, illi incubuit. Exod. 40, 34. [3]. Fuitque visibile et certissimum testimonium, quo Deus planum fecit se praesto adesse populo suo [4]. Abiturus Moyses, Josephi Exod. 13, 19. et aliorum patriarcharum ossa memor fidei quam olim fratres dederant Josepho secum asportavit. Act. 7, 16. [5].

§. 30. Transitus per mare rubrum.

Postquam Israelitae in libertatem ex Aegypto vindicati fuissent, Ramesse profecti primo omnium venerunt in Socoth Exod. 12, 37. [6], altero die a Socoth in Etham. Exod. 13, 20. [7]. Quo loco iussu Dei regressi meridiem versus orientem – ut in deserto errare viderentur – declinabant ad mare, cuius ex adverso castra locabant in Phihachiroth [8] inter montem et mare, et quidem contra

rem loquitur s. Augustinus, in Heptat. II, 39. ed. M. V, 607. Fusius haec pertractat: Hengstenberg, Ev. Kirchenz. 1832 N. 102. p. 812. s. Scholl, In Zeitsch. f. Ph. u. k. Theol. Koblenz. 1838. p. 66. s. Kurtz, Gesch. II. 133. s. et L. Reinke, diss. 2. in den Beitr. z. Erklär. d. a. T. t. II. Münst. 1855.

[1]) Vide pag. 47. Non recto versus terram promissam, sed deflexo ad mare rubrum et Arabiae deserta itinere viam ingressi sunt. In qua coll. Num. 33. XLV. stativa habuerunt. Si enim Hebraei per Philisthaeam transiissent statim strenue iis pugnandum fuisset cum hostibus bellicosissimis quibus longe erant inferiores. [2]) Sive Angelus ille Jehovae. Sap. 10, 17. I. Cor. 10, 1. s. [3]) Et haec quidem mirabilis plane columna dux itineris erat usque ad vada Jordanis, narrat enim S. Scriptura Jos. 3, 11. inde populum arca duce perrexisse. [4]) Cf. Ps. 104, 39. Jer. 23, 24. Opus habebat hic populus tali hodego in regione vastissima, non habitata, viae incertissimae. [5]) Vide p. 74. Cf. M. Uhlemann, Chron. u. Gesch. d. a. Ägypt. III, 165. s. [6]) Locus sic dictus, quod a proficiscentibus per desertum ibi exilia tuguria figerentur, in vicinitate oppidi, quod nunc est Belbeis orientem versus. [7]) Ab extremo sinu maris et ipsius Aegypti finibus haud procul distans. [8]) Prope Adsheruth castellum duabus fere horis ab Suez.

ilsephon" [1]. Cum igitur Moyses Israelitas [2] ita duceret, ut s sinistrorsum esset situs Israelitis proficiscentibus, Pharao – per emissos exploratores id rescierat – Moysem a via abntem, ut vatem divinitus missum agnoscere desiit; atque hinc ie Israelitis abeundae potestatis eum poenituit adeo, ut pro ii sui pertinacia eos insectaretur. Adhibita summa celeritate exercitu eos 21. m. Nisan assecutus est [3]. Israelitae apud quos prope seditionem erat, summo metu perculsi fuerant, cum tota us loci ratio ita comparata sit ut irruentibus ab oriente et ocnte Aegyptiis de salute desperare debuerint, nisi singulari providentia per medium mare nanciscerentur effugium. Omnia lita videbantur, cum subito Deus iuberet Moysi percutere mare rum [4] baculo, quo facto fluctus maris muri instar ab utraque te steterunt [5] Exod. 14, 21. reliqueruntque in medio solidam latam admodum viam, quam continuo ingressi Israelitae pedites ficiscebantur per medium sicci maris; et ita [6] mari traiecto e esentissimo periculo fuerunt liberati. Aegyptii [7] Hebraeos inuentes ingressi sunt mare, sed ob columnam ignis interpositam ı valebant propius accedere. Diluculo autem cum Domino imante Moyses manum contra mare extendisset, illico fluctum suum oepit et viam quae per ipsum excurrebat subito replevit. Exod. 5–31. Ita aquae ad consvetum cursum relapsae Pharaonem cum iverso exercitu suo operierunt et oppresserunt. Israelitae vero e

---

[1]) Iter ipsum Israelitarum per desertum uti Exod. 12, 37. 13, 20. 14, 2. tum accepimus trium fuit dierum. Et totidem diebus iter illud commode abi posse, etiam a magna hominum multitudine propria experientia edoctus ator Sicardus, e S. J. cit. Nouv. Mem. VI. p. 26. 27. Idem, qui vestigiis Israelitai, ex Aegypto egressorum, presso pede institit putat. l. c. p. 39. s. בַּעַל צְפוֹן, ..., esse montem, qui ad septemtrionem iacet, et ad mare usque rubrum editur. Exod. 14, 2. [2]) In africano sinus heroopolitani latere. [3]) Pharao vis eos esse inter montium fauces et mare, ut adeo facile posset ipsos in potem suam redigere, impetum in diem sequentem reservavit. [4]) יַם סוּף Hebraeis, madmodum inter praestantissimos fere interpretes convenit ab algae vel iunci, mari illo provenientis copia dictum. Videtur eo etiam respicere Martialis, l. X. p. XVI. Cf. Fulleri, diss. in Miscell. s. IV, 20. de variis causis, cur mare thraeum sive rubrum ita sit dictum. p. 549. s. [5]) Ut autem mare exsiccatum praeberet Israelitis in oppositum littus, Deus excitavit ultro ventum iugiter tum, qui arefecit alveum maris. [6]) Circa medium quartae vigiliae evaserunt nes Hebraei ad alterum littus. [7]) Prope finem tertiae vigiliae.

manu Aegyptiorum, quorum corpora in littore fluitantia viderunt, penitus salvati, Canticum Deo in gratiarum actionem cecinere. Exod. 15, 1–18. [1]. Qui vero hanc liberationem populo ad angustias redacto, iam diu ante Exod. 3, 8. promisit, nunc autem praestitit Angelus Domini fuit. Exod. 23, 20. 21.

§. 31. Iter Israelitarum per deserta Arabiae. Mansiones priores.

Transgressi mare Israelitae de arabico maris rubri littore discedentes meridiem versus iter prosecuti, columna nubis duce, triduo ambulaverunt per desertum Sur. Exod. 15, 22. [2]. Desertum hoc vastum et horridum pervagati incommoda varia quidem eos exceperunt, at ubique longe maiorem Dei benignitatem et potentiam experti sunt. Mox iter ingressus gravi ac intolerabili siti ex aquarum penuria coepit laborare populus. Tandem post tres dies a discessu de mari rubro Maram advenientes, aquas invenerunt, sed adeo amaras ut bibi non possent, igitur murmurarunt contra Moysem, clamando quid bibemus? [3]. Populo murmurante Moyses more suo oravit ad Dominum, qui lignum ei ostendit, quo in aquas iniecto, hae amarorem amiserunt potumque praebuerunt Hebraeis salubrem. Exod. 15, 22–25. [4]. A Mara Elim usque processit populus, Num. 33, 9. 10. ubi quoniam duodecim dulcium aquarum fontes, et septuaginta palmas offendit, per aliquot tempus commorabatur. Inde profecti Hebraei, pressi adiacente monte ad interiorem sinus maris se convertebant et Isthmo egressi castrametabant in deserto Sin. Ex. 16, 1. Consumto victu, quem ex Aegypto deportaverant, murmuravit populus, quod iam deficeret panis, neque ratio

---

[1]) Cf. F. C. Tischendorf, de Israelitarum per mare rubrum transitu. Lips. 1847. [2]) מִדְבַּר שׁוּר, iam אֵיתָם Num. 33, 8. סִין, Exod. 16, 1. פָּארָן, צִין, et יְשִׁימֹן, Deut. 32, 10. dictum. Desertum hoc — cuius commune nomen fuit Pharan; Sur, Etham et Sin, vero partes quaedam exstiterunt. Cf. F. Tuch, Bemerkungen zu Gen. 14. in Ann. d. d. morg. Gesellsch. 1847. I, 2. p. 169. s. — est vasta solitudo, quae media est inter Arnonem fluvium et Arabiam felicem, inter Idumaeam et mare rubrum, ubi Israelitae quadraginta annos versati sunt. Orientem versus ad aquilonem illos procedere oportuisset, sed nutu divino Moyses ad austrum peninsulae arabicae deflexit; voluit enim Deus antequam novae sedes occuparentur, ut populus coalesceret et civitas componeretur. [3]) Aquas amaras tanto magis detestabatur et fastidiebat populus, quanto magis assuetus erat niliacis, quae apud omnes magnam dulcedinis et salubritatis laudem habent. [4]) Cf. IV. Reg. 4, 2. 22. Joann. 9, 6. Deylingii, Obs. S. III, 6. p. 48. s. Léon de Laborde, commentaire géographique sur l'Exode et les Nombres. Paris. 1841. p. 84.

ireret, qua sibi de pane prospicere possent. Populi contra Moysem et onem, imo contra Deum ob penuriam victus murmurantis quaestus otentes compescuit Deus promisso: daturum se eis ad vesperam carnes nane insequenti panes; idque protinus opere implevit. Etenim eodem advesperascente, ingens coturnicum vis castris immissa cuncta operuit ut commode eas capere, hisque saturari omnes potuerint [1]. v. 12. Num. 11. In crastinum autem surgentes Israelitae aliud grande prodigium spexerunt, nimirum superficiem terrae longe lateque Manna cooper- [2]. Egressi de Sin coll. Num. 33, 12–14. stativa fecerunt in Daphca llus; deinde Raphidim Exod. 17, 1–4. pergunt, mansionem non procul monte Sinai. Penuria aquae in hoc loco consvetum murmur excitavit ducem, sed et in Deum, de cuius providentia non obstantibus evi-itibus signis paternae gubernationis dubitaverunt. Seditioni compescendae yses iussu Dei e silice Horebi aquam eduxit, qui porro quoque aquam alo ministravit [3]. Inter haec Amalecitae [4] Israelitas nihil mali suspi-tes caede aggressi sunt. Exod. 17, 8–10. Quamobrem Moyses Josuae istro suo praecepit, ut cum selectissimis copiis manum cum hoste con-ret. Proelium committente Josua Moyses [5] in editum collem ascendit, i precibus et manibus in altum levatis victoriam impetravit. Itaque Deo e favente Amalecitae profligati sunt. Exod. 17, 13. [6].

§. 32. Legislatio in monte Sinai.

Anni ab exitu ex Aegypto primi, mense tertio, die tertia raelitae ad montanum Sinai [7] accesserunt Exod. 19, 1. ibique storia fixerunt, et duodecimam mansionem fecerunt. Moyses

[1]) Populi insipientiae indulgens misericors Dominus hoc egit, ut Israel ceret spes suas in Deo figere, et ut ostenderet, si quidem vellet non deesse sibi dum, quo eos etiam in deserto aleret. [2]) Neque paucis tantum diebus hoc cibo coe-s alti sunt, sed deinceps quidem quotidie, excepto sabbato, quamdiu in deserto morabantur. Cf. Tholuck, Lit. Anz. 1833. p. 241. s. [3]) Petram hanc Christi figuram isse docet Apostolus, I. Cor. 10, 4. quo loco ait: petram consecutam seu comitatam aelitas fuisse, i. e. Christum qui Israelitas, toto itinere, varia beneficia iis praestando itabatur. [4]) Veriti ne oppida illorum ab illo deserto non valde distantia oc-parent. Vide p. XC. [5]) Cum Aarone et Hur, marito sororis Mariae avo Be-eelis. I. Par. 2, 20. [6]) Jussu divino deinde rei gestae narrationem literis con-servit. v. 14. coll. Deut. 25, 17. in memoriam exterminandae aliquando penitus alecitarum gentis. [7]) Sinai — סִינַי v. p. XXIV. — montanum est peninsulae abicae, inter utrumque maris rubri sinum heroopolitanum et aelaniticum, in us australi parte tria maxime cacumina eminent, quorum unum humilius ad ptentrionem situm Horeb חֹרֵב appellatur, de quo meridiem versus ascendunt

functus officio internuntii Deum inter et populum, a Domino voca
cum ascendisset in montem, audiissetque foedus, quod inire int
debat Deus cum populo; descendit ut aperiret maioribus nata
per ipsos universo Israeli consilium Dei, qui promtum se ex
buit ad omnia, quae praeciperet ei Dominus. 3–15. Die terti
Israelitae mundari et sanctificari iussi sunt, cumque coeperit clang
buccina longiore sono, montem usque ad terminos a Moyse m
dato Dei praefixos accedere. Tum inter tonitrua et fulgura atq
alia terribilia naturae phaenomena coll. Ps. 67, 9. et mirac
data est Lex. 16–19. [2]. Quibus omnibus simul iunctis nimio p
vore fere exanimis populus, se maiestatem divini numinis n
amplius ferre posse conquestus est. Summis itaque desider
rogabat, ut Moyse intermediatore et interprete secum loqueret
Deus, seque illi loquenti audientem futurum spopondit. coll. He
12, 18. [3]. Postquam populus se accipere legem Dei profes
est, in scriptis id redigendum, et ut maneret rei gestae memor
firmandum etiam illud foedus fuit [4] solennibus cerimoniis. Un
Moyses ad radices montis altare erexit et circa ipsum duodec
lapides, immolavitque victimas quarum sanguinis [5] dimidium alta

---

ad alterum Sinai κ. ε. vocatum, tertium ad Africum situm mons Catharinae v
catur. Unde lex, quae in hoc monte promulgata est, modo in Sinai. Exod. 1
20. 24, 16. ad Gal. 4, 24. modo in Horeb Deut. 4, 16 Ps. 105, 19. II. Par.
10. Mal. 4, 4. Ecclesiastici vero c. 48, 7. in utroque annunciata dicitur. Cf. d
scriptionem huius s. montis in F. F. Fabri, Evagatorio. II, 437—516. F. A. Stra
Sinai. p. 162. L. C. Gratz, Schauplatz der h. S. p. 130. s.

[1]) Qui fuit pentecostes i. e. quinquagesimus a paschate. Ita s. Hieronym
ep. LXXVIII. ad Fabiolam. ed. Vall. p. 478.: „*Unde et Pentecostes celebratur s
lemnitas, et postea Evangelii sacramenti Spiritu sancti descensione completur
Apostolis et caeteris qui cum eis erant, in centum viginti Mosaicae aetatis nume
constitutis, — et divisis linguis credentium totus Evangelica praedicatione mundus exp
tus est.*“ [2]) Decalogus (quasi δέκα et λόγος), decem verba עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים, Deut. 4, 1
decem praecepta, τὰ δέκα ῥήματα, in dispositione angelorum. Act. 7, 53. per a
gelos in manu mediatoris. Heb. 2, 2. [3]) Expletis Decalogi praeceptis, qu
Exod. 20. et Deut. 4. leguntur, addidit deinceps Deus diversas alias leges, tu
cerimoniales Exod. 26—30. tum politicas Exod. c. 21. 22. 23. de laesionibus ca
tatis et iustitiae aliasque mox illustrandas, idque iam mediatore Moyse, qui pr
pterea aliquoties in montem ascendit, ibique cum Deo conversatus est. [4]) Qu
iuxta s. Paulum Hebr. 10, 1. typus Novi Testamenti erat. [5]) Admixta aqua, la
coccinea et hyssopo, ad Hebr. 9, 10. Cf. diss. Moses und die Gesetzgebung auf de
Berg Sinai. in Tholuck, lit. Anzeiger. Halle. 1835. p. 161. s.

lterum versus turbam aspersit. Hac ratione Dei nomine foedus um israelitico populo pepigit, vi cuius illi legum sibi expositarum observationem in suosque posteros susceperunt. Exod. 19, 7. s. 24, 4. s. Icto utrimque pacto, repetiit Moyses montem, cum arone et filiis eius Nadab et Abiu nec non septuaginta de populi optimatibus ipsum comitantibus ad obtinendam a Domino upremam memorati foederis confirmationem; ubi reliquis – postquam aliquem fulgorem gloriae divinae venerati fuissent – dimissis, olus Moyses altius propiusque ascendit, perstititque ibi quadraginta iebus et noctibus. Moram autem faciente Moyse [1] eamque diutius quam quisque credidisset protrahente, populus suspicatus Moysem interiisse, desperans et impatiens, primo impetu abreptus, ipso Aarone socio vitulum [2] – quem pro numine adoraret – conflavit, eique sacra in castris fecit Exod. 32, 1–6. Moyses ex monte descensurus, hisce de rebus certior factus, ob tam turpe facinus indignatus, tabulas legis quas a Deo acceperat, ad radices montis repente confregit et ad idolum accurrens illud disiecit, atque in pulverem redegit, quem in aqua proiectum potum dedit Israelitis. Exod. 32, 19. 20. coll. Num. 5, 12. s. Deut. 9, 21. Nec his contentus ipsum quoque Aaronem, quod tanti sceleris particeps fuisset acriter obiurgavit, et noxios per Levitas punivit. Exod. 32, 7–29. Deut. 9, 8–17. 21. [3]. Altera die Moyses collecto populo concionem habuit, in qua eum valde reprehendit [4], et nisi facto periculo de eius obedientia ad Dominum denuo modeste accessit, ut fatas minas deprecetur, sed illud responsum tulit: Deum Israelitarum peccatum vindicaturum. Exod. 32, 30–35. 33, 1–6. Iterata submissa pro populo deprecatione Deus intercessione Moysis

---

[1]) Ut mandata de tabernaculo sacro exstruendo, vasisque eius, et pontificis sacerdotumque ornatu parandis, de illis inaugurandis, cultuque publico recte administrando Exod. 25—31. edoceretur, denique duas tabulas lapideas, quibus decem verba digito Dei inscripta erant, acciperet. [2]) Quem imprimis Apis, quo nullum numen sanctius, nomine Aegyptii coluerunt. Cf. Jablonskii, Panth. II, 177. s. Eiusd. cogitationes de cultu taurorum. ad. calcem Panth. [3]) Hi iubente Moyse protinus accincti gladiis, per media castra excurrentes, interfecerunt de idololatris ad viginti et tria millia. [4]) Quod tot ac tantis Dei beneficiis ingrati eadem ab idolo muto recognovisset, indignus propterea qui plures alias easdemque praeclaras promissiones assequeretur.

tandem annuit, ipsique qua est clementia faciem suam seu angelum faciei Exod. 33, 14–23. itineris ducem promittit nec non Moysen novas tabulas parare iussit. Cum his rursus – septimo quidem – montem conscendit, ut ipsemet Deus illis decalogum novitus inscriberet. Exod. 34, 1.[1]. Tandem elapsis, quos ibi commoratus fuerat quadraginta diebus, radiante vultu, facie glorificata[2] descendit de monte, portans duas tabulas legis, ignorans tamen quod splendorem de vultu emitteret. Exod. 34, 30–35. Post haec opus apparandi sacri tabernaculi coeptum est per Beseleem e tribu Juda, cui Moyses adiunxit collegam Ooliabum Daniten, quos - quia Deus voluit summa prorsus excellentia fieri hoc tabernaculum, et hisce omnino modis et formis quae Moysi in monte monstraverat – peculiari suo spiritu implevit. Exod. 31, 2. s. 35 30. s.[3]. Anni secundi ab exitu ex Aegypto mensis primi, die prima tabernaculum testimonii erexit Moyses eiusque vasa intulit nec non unumquodque suo loco reposuit[4]. His ergo omnibus apte compositis: ipsum sanctuarium, omnia in eo contenta, item Aaron summus pontifex et cunctum secerdotium inauguratum est per septituduum. Lev. 8, 1–36. Quibus peractis statim implevit gloria Domini tabernaculum testimonii et nubes operuit illud.

---

[1]) Dominus Moysem in aliqua spelunca montis stantem praeteriit, eique gloriam suam manifestavit et leges, sub quibus populum in gratiam recipere velit. Ita foedus renovavit cum Israelitis promittens se illud miraculis confirmaturum. Exod. 34, 10—28. [2]) Ut canit ecclesia in officio festivo transfigurationis. S. Hieronymus Exod. 34, 35. „cornuta facie" reddidit, unde acatholici — v. c. Th. Hackspahnius, Notarum phil. et theol. in varia et diff. S. S. loca Altdorffi. 1664. p. I p. 409. M. Liebentantz, Thes. p. 313. Deylingius, Obs. s. III, 64. Buddeus, Hist eccles. V. T. I, 85. Knobel, Exodus p. 328. — calumniati sunt sanctum Patrem, quod sic legerit et in causa fuisse dicunt, ut artifices Moysem cum cornibus depingerent. Sed certe iam aliqui Hebraeorum קָרַן loco קֶרֶן legerunt; et Vulgatae lectio illum fundit sensum, undique ex omni facie Moysis radios ita fulsisse, ut cornuum instar prominentes apparerunt. Quod autem inde imperitia eduxit, ut veluti duo cornua in facie Moysis appingat, irrationabiliter tamquam culpa s. Hieronymo adscribitur. Vide F. L. Ystella, Comm. in Exodi c. XXXIV, 29. p. 277. Cornelium a Lapide ad eund. p. 625. [3]) Quaelibet in mechanicis inveniendi scientia instruxit, ut sive operandum fuerit in metallis, sive in lignis, sive in lapidibus pretiosis cuncta affabre perficerent. Absolverunt hoc opus coll. Exod. 40, 1. spatio quatuor mensium. Quomodo omnia exsecutioni i. Ex. 35—40. mandata fuerint particula secunda describemus. [4]) Prout iusserat Dominus, imprimis arcam foederis, in qua collocavit tabulas legis III. Reg. 8, 9.

Exod. 40, 16. s. coll. Num. 7, 1. 9, 15–23. [1]. Die ab inaugurato tabernaculo octavo Aaron et filii eius munera sua exercere incipiebant. Exod. 40, 23. s. Aaron pro se ac populo sacrificia obtulit, quae ignis coelitus missus consumsit Lev. 9, 1–24.; Nadab vero et Abiu natu maiores Aaronis filii, quod ignem profanum posuerant in thuribulis, ut adolerent in eo thymiama super altare incensi, eadem die gravissimo Dei iudicio morte interemti sunt. Lev. c. 10. Abhinc pascha secunda vice – die quartodecimo mensis primi anni ab egressu secundi Num. 9, 1–14. – celebrarunt Israelitae, et Moyses multa a Deo sancita [2] populo communicavit. Prima die secundi mensis recensuit Moyses Israelitas [3]. Certum etiam ordinem edidit in prosecutione itineris observandum, ut sua esset in tanta multitudine disciplina. Num. c. 2. [4]. Cum per integrum fere annum ad montanum sinaiticum Israelitae degissent, abitumque illinc pararent, Jethro socer Moysis ad castra superveniens uxorem ipsius Sephoram, duosque filios Gersam et Eliezer reduxit. Hospitem Moyses humanissime excepit, eoque auctore iudices inferioris ordinis instituit cognoscendis causis minoribus, sibi reservatis iis quae maioris indaginis essent. Exod. c. 18. coll. Deut. 1, 9–17. Num. 10, 29. s.

§. 33. Mansiones reliquae a Sinai usque ad campestria Moab.

Die vigesima mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto, elevata est nubes de tabernaculo foederis, quod proficiscendi signum erat. Hoc ut vidit populus confestim omnes sublatis tabernaculis suis ad iter

[1]) In erecto iam sacro tugurio Deus Moysi leges de variis victimarum speciebus Lev. c. 1—7. tradidit. [2]) E. c. de immunditiarum speciebus Lev. 11—15.; de die expiationis ib. c. 16.; de cibis c. 17. de moribus ib. c. 18—20.; sacerdotum muniis 21. et 22.; temporibus sacris c. 23.; de vasis s. tabernaculi c. 24, 1–9.; anno sabbatico et iubilaeo c. 25.; de vitanda idololatria c. 26.; de votis c. 27.; restitutione Num. 5, 5—10.; de foemina adulterii suspecta ib. 11—31.; Naziraeisque. 6, 1—21. [3]) Mares ab a. vigesimo u. ad sexagesimum demtis Levitis, inventique 603,550. Exod. 38, 26. Num. 1, 46. Seorsim dein numeravit Levitas, quos in locum primogenitorum — 22,273 pene totidem inventis 22,000 — substituit; coll. Exod. 13, 1—18. Num. 3, 39. 45. et consecravit, dispositis eorum muneribus. Num. c. 1, 3. 4. 8. [4]) Secundum hunc duodecim tribuum principes, duodecim diebus dona sua in tabernaculo sacro offerebant. Num. 7, 1. s. 10. s. 88. s.

praeparabant, atque eo ordine exierunt, qui ipsis a Moyse praescriptus erat [1]. Columna nubis duce Israelitae versus desertum Pharan tendebant [2]; quo in itinere in Tabeera [3] prima castra locarunt, inde Kiberot-hattavah pervenerunt [4]. Ex hoc stativo [5] populus transivit ad Haseroth [6]. E Haseroth discessit ad Cadesbarne [7]. Circa dimidium mensis quarti Moyses in his castris ad preces populi duodecim speculatores in Chananaeam misit, qui regionem perlustrarent. Lustrata post quadraginta dies

---

[1]) Videlicet clangentibus tubis sacerdotum profecti sunt primi: filii Judae, inter Judae et Rubenis copias Levitae incedebant, e quibus Caathitae baiuli erant arcae, et s. instrumentorum, Gersamitae circa plaustra versabantur, Meraritae parietes erigebant s. tabernaculi. Cf. Num. 4, 15. s. 10, 13. s. [2]) Num. 9, 15—23. 10, 1—36. Deut. 1, 19. hodie dictum El-Tih d. aberrationis. [3]) Incensionis statione dicta, quod Dominus propter murmur de labore itineris incendio vastasset extremam partem castrorum. Num. 11, 3. 34. [4]) Sepulcra concupiscentiae. Num. 33, 16.; nomen istud locus ex eo tulit, quod mannae taedio Moysi obmurmuraverint et cum ingenti coturnicum copia reficerentur, morbo ex esu contracto multi ex illis perierint. Num. 11, 1—34. Deut. 9, 22. [5]) Coll. Num. 11, 34. et 33, 17. [6]) In ipso itinere non tantum populus multum negotii facessivit Moysi sed Aaron frater etiam, atque soror eius Maria, qui occasione iurgii cum Sephora — foemina Madianitica uxore Moysis — fratris auctoritatem imminuere ausi sunt et iactitare, Deum non per Moysem tantum sed et suo ministerio populum esse allocutum. coll. Exod. 15, 20. Deus patrocinio Moysis, viri omnium hominum mitissimi, suscepto, e columna nubis Mariam et Aaronem obiurgavit et una asseruit: Moysem ex omnibus, qui ad eum pertineant fidelissimum esse, quem proinde intimo consortio dignatus sit, debuisse igitur eos tantum virum vereri. His dictis columna nubis discessit statimque Maria plaga leprae castigata est. Mansit populus Haserothi, donec Maria sanitatem adepta fuit. Num. 12. [7]) קָדֵשׁ. Num. 32, 8. 9. Deut 1, 22. 23. coll. Num. 13, 1. 33, 35. Deut. 1, 19—21. Jos. 15, 2—4. locum ad austrum Chananaeae, versus occidentem Idumeae. Quaeritur autem hic an istud Cades fuerit tertia post abitum ex montano sinaitico mansio, vel num aliae intercesserint? Posteriori sententiae suffragatur: Deut. 1, 2. 19. et Num. 33, 18—35. ubi octodecim mansionum nomina leguntur, quae nonnisi ad hanc viam ab Haseroth ad Cades spectare possunt. Unde Cades, quae Num. 33, v. 36. ut XXXIV mansio recensetur, alia est a mansione Cades Deut. 1, 2. coll. Num. 20, 1.; quia saepe fato loco Num. 33, 35. Israelitae ex Asiongaber quod est ad sinum aelaniticum m. r. — v. p. XC. — delati esse referuntur ad Cades. Singulas interim mansiones, de quibus praeter sola nomina nihil legimus, definire non valemus. Ad elucidandam hanc quaestionem conferunt peculiares in eandem tractatus: S. Barradii, e. S. I. Itinerarium filiorum Israel ex Aegypto in terram promissionis. Antv. 1621. Raumer, Zug der Israel. p. 39. s. Hengstenberg, Die Autenthie des Pentateuchs. Berl. 1839. II, 427. s. Robinson, Paläst. III, 173. s. L. de Laborde, Comment p. 127. s. W. Fries, Ueber die Lage von Kades in Stud. u. Krit. 1854. I, 53—60. Kurtz, Gesch. II, 364—368. Arnold in Herzogs, R. E. VII, 207. 8. Fr. W. Schultz, Das Deuteronomium. p. 105—110. Seditionem contra Moysem gravissimam — de qua Num. 13. et 14. Deut. 1, 20—25. — certe ad has populi sedes referendam esse censemus.

·eversi, ingentem palmitem cum botris, malogranatis et ficubus
ıtis testimonium attulerunt [1]; et terram quidem valde commenda-
amquam revera uberrimam, ut ex allatis fructibus qui optimi erant
constare poterat. Verumtamen cum decem illorum narrarent, eas
a gentibus bellicosis et munitas urbes tenentibus inhabitari,
populo iniecerunt, et murmur concitarunt, quod in seditionem
eo progressam, ut excusso Moysis imperio reditum in Aegy-
moliri coeperint et de alio duce eligendo cogitarint. Josue et
qui et ipsi terram lustraverant, frustra seditionem sedare conati
ıeque perduellium ipsos lapidibus obruere volentium furorem evasis-
nisi Deus exserta e s. tabernaculo maiestate ab incredulo populo —
ıtoribus tanquam auctoribus rebellionis repentina caede e vita sublatis
ıas exegisset, graviores inflicturus, nisi Moyses ipsum precibus placasset.
·murantibus tamen gravius instans, omnes a viginti annis et supra,
: Josuam et Calebum — qui non modo non murmurabant, sed etiam
n murmurationes compescere studebant — ab ingressu terrae pro-
exclusit, mortem in deserto annunciavit, eosque quadraginta annis
rida et inculta solitudine erraturos decrevit. Interea castigatorum
tarum sat magnus numerus, Moyse reluctante, intempestivo impetu
um in Chananaeam tentavit, sed ab Amalecitis et Chananaeis re-
est usque ad Horma [2], non paucis caesis, qui temere hostes invа-
nsi sunt. Sequuntur iam anni octo super triginta ab Israelitis in
› agendi, cum antea iam usque ad Cades duos absolvissent annos
ι. Quae per hoc magnum temporis intervallum fuerint Israelitarum
as Arabiae solitudines huc atque illuc vagantium mansiones non
Illud solum constat, Deut. 2, 1. populum perpessa illa caede
se iter ad mare rubrum, atque circumiisse montanum idumai-
Hisce temporibus variae leges latae sunt [3], acciditque famosa illa
Core et sociorum eius [4]. Seditionem cohortis coraiticae insequebatur

[1]) V. M. Beck, Uva magna Cananaea. Jenae. 1679. p. 14. s. [2]) Num.
45. Deut. 1, 44—46. 9, 23. 24. [3]) E. c. de sacrificiis; Num. 15, 1—36.
ium peniculamentis; ib. 37—41. de Sacerdotum et Levitarum officiis, red-
pue; Num. c. 18. de vacca rufa lustrali comburenda. ib. c. 19. [4]) Erat
odi: Core e tribu Levi, Datan, Abiron et Hon ex Rubenitarum tribu, aegre
ı, quod omnes civitatis honores duobus fratribus dividerentur, una cum
optimatibus defectionem moverunt. Sed perpetuae in Deum Moysemque
aciae gravissimas dederunt poenas; nam Core, Datan et Abiron nefariae
is auctores subito dehiscente terra cum suis familiis absumti, ac 250 ex
ione thus adolentes, coelesti flamma deusti sunt. Eodem incendio die
14,700 viri periere, qui Moysem caedis insimularunt. Ultimum excidium

nova sacerdotii aaronitici confirmatio [1]. Ab austro montium idumaicorum[2] ascenderunt ad aquilonem, insumtoque spatio triginta et octo annorum, secunda vice Cadesam venerunt Israelitae, anni quadragesimi ab exitu mense primo. Num. 20, 1. coll. 33, 36. In Cades faciente populo XXXIII. mansionem, haec gesta comperimus. Primo ibi Maria Moysis soror diem suum obiit. Num. 20, 1. Post ea populus denuo ob aquae penuriam Deum conviciis lacessivit et seditionem adversus Moysem et Aaronem concitavit, quam ut compescerent confestim ambo in tabernaculum foederis ingressi orabant Dominum, ut dignaretur providere multitudini. Nec mora exaudivit eos, perrexitque Moyses et coram omni populo aquam ex petra percussione virgae iussu divino elicuit. Quoniam autem Moyses et Aaron ipsi diffidentiam quandam in Domini potentiam prodiderant, divino decreto ab introitu in terram Chanaan excluduntur. Num. 20, 2–12. Deut. 1, 37. 38. 32, 50. Cum ita Israelitae triginta novem annis per solitudines Arabiae errassent, tempus aderat, ut terrae promissae possessionem adirent, unde Deus eos recta via in Chananaeam contendere iussit. Propterea volens Moyses breviore itinere quantocius properare, de Cades misit legationem ad regem Idumaeorum, qua amice petiit ut transitum populo per ditionem suam concederet. Quo negato, nec ut manu armata illum sibi aperirent Deo permittente, Idumaeorum fines Israelitis circumeundi erant; Jud. 11, 17. unde ad septemtrionem sese vertentes emenso ex latere residuo terrae Edom [3] iuxta montem Hor, prima castra fecerunt, quo in loco Aaron [4] defunctus, eique in summo sacerdotio filius eius Eleazarus suffectus est. Num. 20, 14–29. 33, 37–39. Deut. 2, 1–9. 10, 6. Populo in eadem adhuc mansione commorante, Arad rex Chananaeorum audiens Israelitas velle per fines suos transire, impetum in ipsos fecit. Israelitae cum primum male pugnassent, redintegrata post votum pugna Num. 21, 1–3. retulerunt victoriam, et regni illius urbes solo aequarunt[5]. De Hor profecti [6] Israelitae, affecti taedio mannae et molestiarum itineris

metuendum fuit, nisi Moyses misso statim inter mortuos, vivosque medio Aarone occurrisset; eo enim orante et thus offerente ignis exstinctus est. Num. c. 16. De seditione et supplicio Nadab etc. v. H. Witsii, diss. de seditione et exitio Corae, in Meletem. Leidens. Herb. 1717. p. 250. s. W. Smits, l. Levitici elucidatus. Antverp. 1760. II, 312. s.

[1]) Per miraculum germinantis virgae Aaronis, e qua turgentibus gemmis flores eruperant, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Num. 17, 1–10.
[2]) Facile per vallem, ubi olim aquae Jordanis decurrebant in mare rubrum. Vide p. XXIX. [3]) Cf. p. LXXXIX. [4]) Centum viginti tres annos natus. [5]) Nomen loci illius vocarunt Horma i. e. anathema. Num. 21, 1–4. coll. 34, 30.
[6]) Primo aliquantulum per viam, quae ducebat ad mare rubrum orientem versus, postea nonnihil ad laevam flecti coeperunt contra aquilonem, ut circumirent terram Edom, in mansiones Salmana et Phunon transiere.

pertaesi, denuo Deo et Moysi obtrectabant. Quamobrem serpentes igniti a Deo immisi noxios periemerunt. Attoniti ceteri, ne eandem necem incurrerent a Moyse remedium postularunt, quod et praesens attulit, iussu Domini serpentem aeneum typum Christi erigendo, quem qui intuebantur convalescebant. Num. 21, 4–9. cf. Sap. 16, 5–28. Phunone abeuntes prope Oboth castra locarunt. Cum Deus vetaret Moabitarum fines lacessere de Oboth egressi in Ieabarim [1] castra metabantur. Traiecto torrente Zared pervenerunt in Dibongad. Relicta Dibone Num. 21, 10. 11. 13. 15. 33, 44. 45. Deut. 2, 9–22. iter continuarunt usque ad fluvium Arnonem [2], et hoc superato versus orientem Deut. I. 16, 19. in Ammoritide consistebant, per quam ut Sehon rex Ammorrhaeorum transitum pacifice concederet nuntiis e Cademoth missis rogarunt Israelitae; Deut. 12, 26.; sed re infecta redierunt. Quare transgressi Arnonem ad occidentem sese verterunt circumeuntes montes Abarim et persequentes ripas Jordanis. Transmisso Arnone continuo itinere venerunt in solitudinem Matthana, et inde ad Nahaliel, deniqne in vallem Bamoth iuxta montem Phasga. Num. 21, 16. 20.

§. 34. Ultima acta Moysis.

Moyses castris ad custodiam senum, parvulorum et mulierum bene munitis cum exercitu progrediebatur. Interea Sehon, rex Ammorrhaeorum arma paravit contra Israelitas, quibus cum ad Jasa occurrisset, commissum est proelium, in quo cecidit ipse cum filiis et toto exercitu. Israelitae vero parta tam grandi victoria illius regnum – quod ipse Moabitis eripuit – sibi subiecerunt. Num. 21, 23–32. Deut. 2, 26–37. Paria quoque Og rex Basan, bello populum lacessere ausus [3], passus est. Deut. 3, 1. Num. 21, 33–35. His itaque fortiter gestis tandem XLII. eandemque postremam mansionem fecerunt in campestribus Moab [4]. Balacus, rex Moabitarum videns Israelitas tam facile superasse duos reges Ammorrhaeorum adeo potentes, ac caesis omnibus terras ipsorum occupasse; non tam aperto marte, quam artibus Israelitas oppugnavit conducto

---

[1]) Quae erat in finibus Moabitarum. [2]) Vide p. XXX. [3]) Inito certamine in loco, qui ab urbe eiusdem nominis proxima denominabatur Edrai. V. p. XCIV. [4]) In loco, qui directe respiciebat contra urbem Jericho trans Jordanem positam. Num. 22, 1. 33, 48.

ad exsecrandum Balaamo [1]. Balaam regi nefarium dedit consilium, ut per blandas Moabitarum Madianitarumque mulierum consvetudines curaret induci Israelitas ad idololatriam. Placuit Balaco

---

[1]) Balaam בִּלְעָם. strata asina cum legatis regiis profectus est, cumque impium proficiscentis animum nosset Deus, angelum qui viam illi intercluderet misit, quem conspiciens asina, metu acta per arva vagari coepit. Verberibus ad semitam reducta, viso rursus angelo terrefacta maceriae cuidam adeo haesit, ut insedentis pedem laeserit. Balaam ira maiori aestuans crudelius ipsam verberabat, donec in angustissimum locum, ubi nullus utrinque exitus patebat, delatum iumentum procedere abnuens humique iacens vehementius caedendo ab ipso — divina vi (quae supplevit quod ex parte organorum deerat) humanas voces proferente — increparetur. Et tunc Deo oculos eius aperiente vidit angelum — quem humi provolutus pronoque in ore veneratus est — se crudelitatis in asinam et perfidiae in Deum increpantem; qui illum interim ad iter continuandum dimisit, dum ea tantum, quae a Domino intelligeret loqueretur. His auditis continuavit Balaam iter suum, ac demum a rege impio Moabitarum honorifice exceptus, postridie ad excelsa Baalis ductus est, unde populum israeliticum videre poterat. Deo movente vel invitus Hebraeis pro diris auspicata, pro detestationibus fausta praenunciavit; Num. c. 23—24. denique divino oestro percitus sermonem de Messia venturo orditur: 24,17. „Orietur stella ex Jacob et consurget virga de Israel, et percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth" J. e. Christus, qui Apocal. 2, 28. 22, 16. stella splendida matutina cognominatur; rex Ps. 2, 9. 44, 7. 109. 2. virga sive sceptro symbolice significatus, medios inter hostes potentissimus. Nomine filiorum Sethi promiscue quosvis homines intellexit. Sethus enim in proavis fuit Noae, per quem coll. p. 25. 33. omne genus humanum propagatum est. Cf. W. J. Willemeri, Diss. de stella e Jacobo oriunda. in Thes. I, 362. s. Patritii, de interpret. S. S. II. 7, 2. p. 149. s. Bade, Christologie. I, 115. s. Hengstenberg, Christologie. I, 104. s. Reinke, Die Weissagung Bileams. i. d. Beitr. IV, 179. seq. Himpel, Die mess. Weiss. in Pentat. Tüb. Quartals. 1860. IV, 654—681. Verumtamen, ut vidit regem iratum, veritus ne cum ignominia pelleretur, corruptus mercede iniqua callidum dedit consilium. D. q. s. Verus ne Dei propheta, an simplex divinator et hariolus fuerit Balaamus disceptatur. Origenes, Homil. XIII. in Num. 4. ed. Lomm. X, 149. 150. dicit omnes huius hominis vires fuisse in magicis artibus et malis imprecandis constitutas, cum diabolus, cuius auxilio utebatur, ad haec tantum noverit homines excitare. S. Ambrosius, epist. Cl. I, 50. ed. ben. II, 994. eum comparat principi synagogae Joann. 11, 51. plenum fuisse fallaciae et doli, in quo igitur non confitentis meritum est, sed vocantis oraculum, qui tamen in eo contraxit offensionis maculam, quia aliud loquebatur, aliud machinabatur. S. Hieronymus, in quaest. hebr. in Gen. ed. Vall. III, 339. primum virum sanctum et prophetam fuisse, postea per inobedientiam et desiderium munerum divini vocabulo privatum. S. Augustinus, quaest. in Heptat. l. IV, 48. p. 740. honoribus flexum, adversus populum eum, quem benedictum esse dixerat suam mutasse sententiam. Ire permissus est, ut per ipsum clarissima prophetia proferretur. Nam omnino permissus non est dicere quod volebat, sed quod virtute Spiritus cogebatur. S. Joannes Chrysostomus, in Genes. serm. IX. I, 696. dicit Deum virtutem suam

nsilium et illud quamprimum experiri iussit. Israelitae mulierum anditiis deliniti Beelphegor scortatione colere non erubuerunt, evissetque in immensum praevaricatio nisi tam gravi malo Moyses Phinees filius Eleazari occurrissent. Quorum primus iussu Domini rnicatores peremit, Num. 25, 8. atque [1] cum duodecim millibus lectissimis viris in Moabitas irruit, quos praelio fudit. Dehinc maulos omnes – inter hos quinque principes et hariolum Balaam – em mulieres praeter virgines neci tradidit totamque regionem ibegit [2], praeda ex aequo divisa. Post haec Moyses, qui mortem bi instare a Deo didicerat, leges quas Domino iubente tuleit, repetere et copiosius exponere coepit, nonnullas etiam superldidit, Deut. c. 1–27. quas ne posteri quoque obliviscerentur, repetum decalogum Deut. 5, 6. in monte Hebal solenniter promulgari ipidibusque incidi iussit. Deut. 27, 1–26. Tandem meritorum laureis umulatus, de se parum de populo autem valde sollicitus, Moyses recatus est Dominum, ut providere dignaretur idoneum ducem, qui opulum in omnibus bene dirigere posset. Placuit ista deprecatio

a Balaam declarasse „cogens eum futura praedicere.“ S. Cyrillus Alexandrinus, le ador. in spir. 4. ed Aub. p. 119. falsum vatem appellat; factum tamen ut neirii hominis animus rerum futurarum praedictione vehementer aestuaverit. Denique Theodoretus, quaest. 42. in Num. ed. cit. p. 248. „os impurum accepisse rirtutem spiritus sancti et locutum quae non vult.“ Ex quibus inferri potest eteribus Balaamum verum prophetam, licet pessimum et in perditorum numerum referendum, creditum fuisse. Pro eadem sententia pugnant plerique commentatores. Videantur Calmetus, II, ad h. l. p. 416.; in Dict. s. v. I, 152. Cornelius a Lap. ed. Ant. c. p. 863. s. Lorinus, in lib. Numeri comm. p. 828. s. Tirinus, i. h. l. I, p. 48. G. Estius, Annotatione a. h. l. p. 53. Willemerus, l. c. p. 365. Witsius, Miscellaneor. s. p. 144. 145. Deylingius, Obs. sac. III, 181. Rem ita hisse ex eo constare videtur, a. quod Deus verba benedictionis posuerit in ore ius, deinde b. prophetia illa memorabilis de Messia auctoritatem habet, tamquam a Deo profecta. Nec refragantur huic asserto nefanda facinora Balaami; cum s. s. Literae pariter doceant dona Spiritus sancti ministrantia in profligatae vitae homines cadere posse. v. Joann. 11, 51. II. Cor. 11, 14. Qui plura de Balaamo scire cupit adeat: Verschuir, diss. de oracul. Bileami. in diss. ed. Leovardiae. 1773. B. R. de Geer, diss. de Bileamo, eius hist. et vat. Trai. a. Rh. 1816. Tholuck, Verm. Schrift. I, 406. s. Hengstenberg, Die Geschichte Bileam's und seine Weissagungen. Berlin. 1842. Kurtz, Gesch. d. A. B. II, 454. s.

[1]) Instituto prius populi censu, quo omnes quorum nomina priori censui adlecta fuere mortui inveniebantur excepto Josue et Caleb. Num. 26, 64. 65.
[2]) Quam Moyses in possessionem haereditatis cessit tribui Ruben, Gad et dimidiae Manassis. Num. 32. Deut. 3, 12. Vide pag. XLV.

Domino, qui statim Moysem edocuit, qua ratione constituere deberet Josue filium Nun ducem populi et quae ei praecepta dare. Hoc audito Moyses destinatum sibi a Deo successorem Josuam manuum impositione inauguravit et mandatis a Deo traditis coram Eleazaro totiusque populi coetu instruxit. Deut. 31, 7–30. Mox monitus a Deo de proximo obitu suo, post innovatum Deum inter et seniores pristinum foedus, prolixum sermonem habuit, quo populum commonefecit, ut beneficiorum a Deo in ipsos id minime merentes collatorum memores, leges abs se annunciatas sancte observent Dominumque pie colant. Quod si fecerint felices esse futuros; sin minus, severam Dei vindictam experturos. Secundum haec canticum [1] recitavit, Deut. c. 32. in quo futuros rerum israeliticarum eventus omnes complexus, populi post mortem suam rebellionem praedixit, additis etiam minis, quarum plus nimio veritatem rerum eventus demonstravit. Tandem benedictione singulis tribubus – excepta Simeonis – impertita, Deut. c. 33. edito prius praeclarissimo de Messia vaticinio Deut. 18, 15–19. in montem Nebo ascendit, cumque terram Israelitis promissam contemplatus esset, quod mortale in eo erat deposuit [2]. Cadaver a Deo ipso [3] in valle sepultum, eo quidem loco, qui nemini mortalium cognitus erat. Deut. c. 34. [4].

---

[1]) Cuius interpretationem dedit J. A. Dathius, in Opusc. ad cris. et interp. V. T. Lips. 1796. pag. 197—250. [2]) Vide pag. XXV. Anno migrationis per desertum 40. aetatis suae 120. nullo gravatus morbo. Deut. 34, 7. [3]) Ministerio angelorum „quemadmodum a maioribus accepimus." Epiph. a. haer. IX. I, 28. coll. ep. Judae v. 9. [4]) Idem ergo, quem immorigerum ad tempus vidimus Moyses, cum tandem superatis tentationibus vocanti Deo annueret, fidei robore validissimus et in precando fervidissimus abunde auxilium Jehovae benignissimi expertus, praestitit se virum summis eminentissimisque virtutibus praeditum et ad maxima gerenda aptissimum. Nec eum secutus est propheta alius *„in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis et portentis, quae misit per eum, ut faceret in terra Aegypti, Pharaoni et omnibus servis eius, universaeque terrae illius et cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quae fecit Moyses coram universo Israel."* Hoc ipsius elogio concluditur Deuteronomium 34, 10—12. Eius encomia celebrat Siracides 45, 1—6.; amplissime adornat s. Paulus ad Hebr. cap. 2.; commendat s. Stephanus. Act. 7, 22. 30.

Digressiones, quae res in historiis Moysis enarratas spectant.

Digressio I. „Quaerunt interpretes, quid fecerint Magi? vera ne eorum miracula fuerint et a mosaicis diversa?“ Respondemus cum Doctore Angelico S. I. 114, 4. III, 722. „Si miraculum proprie accipiatur, daemones miracula facere non possunt, nec aliqua creatura, sed solus Deus. Dicitur tamen quandoque miraculum large, quod excedit humanam facultatem et considerationem: et sic daemones possunt facere miracula, quae scilicet homines mirantur, in quantum eorum facultatem et cognitionem excedunt.“ Nusquam tamen id fit libera et independente potestate, sed permittente Deo, qui malis spiritibus ut ultionis suae ministris utitur, opera satanae cui Deus hanc dederat potestatem. S. Augustinus, de Civ. Dei. XX. 19, 4. II, 406. Ac sane quaecumque sit hodiernorum interpretum hisce de rebus sententia a. E Deut. 13. s. liquet Moysem non dubitasse in gratiam pseudoprophetarum miracula fieri posse, ab his enim prodigiis ita cavendum monet, ut simul a daemone illa patrari non ambigue svadeat. Atque haec fuit b. Judaeorum etiam postremis temporibus sententia; Christum enim accusabant, quasi miracula in principe daemoniorum faceret. Matt. 9, 34. 12, 24. Neque c. eos confutat Christus negando a cacodaemonibus miracula fieri posse, quin ipse dicit, venturos esse pseudochristos et prophetas, qui edituri sint signa magna et portenta. Eadem antichristi signa et portenta d. Apostolus persequitur II. Thess. 2, 9.; insuper docet satanam in angelum lucis se aliquando transformare. Clarissime autem Christus testatus est, quis et qualis sit diabolus Joann. 8, 44.; nec non quod, et a quo fastigio deturbandus sit. ib. 12, 31. e. In S. S. non infrequentes leguntur historiae, daemoni tantum auctori imputandae, uti: α. Inflicta Jobo mala. β. Tentatio Christi per diabolum, quo vehente primo in pinnaculum templi, dein in verticem excelsi montis translatus est. Coll. Matth 4, 1. γ. Energumeni quorum plurimi in Evangelio recurrunt. Cf. Arnobii, c. gentes l. II, 12. ed. Oehler Lips. 1846. p. 63. Denique δ. ex Ep. I. Cor. 10, 20. 21. apparet: Apostolum daemonia illa pro naturis existentibus habere, non pro figmentis cerebri humani, alioquin communionem cum illis interdicere non poterat; quia non entis nulla praedicata sunt. Sacrae Literae a Moyse usque ad Novum Testamentum constanter docent: deastros esse daemones, quorum etsi deitas negatur, non ideo entitas negari censenda est, cum potius contrarium pateat. Cum ergo sacrae historiae plurima portentosa a cacodaemonibus facta esse nos doceant; duce s. Augustino, de Civ. Dei. XX. 19, 4. dicimus: „Antichristum in omni virtute sua mirabiliter quidem sed mendaciter“ operari. Quibus prodigiis mendacii seducuntur, qui eis seduci merebuntur. Idem s. Pater — quaestione XXI, in Exodum, quaest. in Heptateuch. l. II. III, 602. — ait angelos malos ministris Magis mira illa operatos fuisse. Copiosius hac de re dixerunt praeter eundem s. Augustinum et s. Thomam, Aq. Summ. I. quaest. 114. art. IV. ed. Bon. III, 722. Cornelius a Lap., Comment, ad Exod. VII. p. 390—394. Salianus, Annal. Vet. Testam. II, 87. s. Scheuchzer, Physica s. I, 120. seq. Calmet, Dissert. de veris fictisque prodigiis ac daemonum et angelorum in corpora potestate. Diss. in V. Test. I, 199. s. Bonfrerius, Comment. a. h. l. pag. 375. s. W. Smits, Diatr. ad Exod. 7, 11. 12. in L. Exodi eluc. Antv. 1757. I, 159.

C. A. Crusius, Hypomnemata ad Theologiam propheticam. I. Lips. 1764. p. 129. G. Menken, Homilien a. d. G. d. Elias. ed. alt. Brem. 1823. p. 107. s. Delitzsch, Die biblisch-proph Theol. Leipz. 1845. p. 81. M. Baumgarten, theol. Comm. I, 469. II, 351. Hoffmann, Weiss. u. Erfüll. I, 120. Schriftbeweis. I, 302. Kurtz, Gesch. d. a. B. II, 86 s. Cf. it. H. G. Hoelemann, Bibelstudien, I, 154. s.

Digressio II. Examinatur plagas Aegypti explicandi ratio e causis naturalibus. Joann. God. Eichhorn — commentatione de Aegypti anno mirabili, quae inserta est Comment. societ. r. Gotting. recent. coll. IV. Gott. 1820. pag. 35—65. — intempestiva profanorum scriptorum et itinerantium collatione sententiam dixit — quae plurimis arrisit acatholicis interpretibus — Moysem calamitatibus Aegypti quotannis redeuntibus rite observatis usum esse, ut Pharaonem admoneret, ne fortasse gentis israeliticae discessum retardando molestias terrae suae imminentes augeret; addidisse item praesagiis suis symbola, quibus in terrorem actus Pharao vehementius moveri, efficacius flecti posset. ib. p. 54—56. Hunc in finem Eichhorn narrationem Exodi, non tam ad interpretationis regulas, quas ad arbitrium suum et libidinem in omnes quas cupiebat partes finxit et refinxit, quod vitium plurimis, qui nunc celebrantur exegetis acatholicis — Bertholdt, de rebus a Mose in Aegypto gestis. Erl. 1795. Friedreich, Zur Bibel. I, 95. seq. Winer, in R. W, s. d. a. sparsim. Knobel, Die Bücher Exodus und Leviticus erklärt. Leipz. 1857. p. 58. Vaihinger, in Herzogs R. E. X, 43. — proprium est. Verum enimvero ex rerum expositarum natura et ratione licet colligere. Moysem, ut praesignificabat, vera miracula quoque effecisse: digito Dei i. e. ope virtutis Dei, quae admirandos effectus operatur, quos nulla alia potentia imitari aut perficere possit. Job. 5, 9. Ps. 8, 4. 135, 4. Isa. 40, 12. Dan. 6, 27. Ita naturali explicationi, quae Nili in sanguinem conversionem derivat vel eandem habet cum rubore ordinario, qualem sub finem Junii et initio Julii Nilus induit, adversatur praeter tempus, quo miraculum Moysis accidit, etiam hoc, quod non tantum Nili, sed et cisternarum, puteorum, rivulorum, canalium, quin vasorum quoque aqua rubicunda et letalis sit facta. Cf. Sap. 11, 7. In altera plaga ranae ad nutum Moysis ex aquis erumpentes, quae aedes ipsas et furnos infestabant, satis indicant, ipsas non fortuito nutrimentorum ab aqua suppeditatorum pertaesas ad prorependum in terram propulsas fuisse. — p. 47. — Cum deinde sacerdotes Aegyptii ad tertiam plagam victas darent manus, suapte consequitur, cruciatum sciniphum non esse profectum a consveto Aegypti more, quo mense Julio culices avolantes ex locis uliginosis prorumpunt. — p. 53. — Quae vero credula mens addiceretur explicationi quartae plagae: Moysem, qui muscarum quotannis Aegyptum vexantium adventum praesensit, id Pharaoni indicasse? Muscarum examina putrida pestem attulisse frustra ab eodem — p. 56. — Eichhornio observatum est, quidnam igitur factum ut hoc malum ab israeliticis pecudibus praecautum fuerit? Omnium autem vanissime assumitur ulcera letifera fuisse pustulas sive vomicas tempore autumni Aegyptiis fatales; et id quidem ob rationem temporis. Assentimur enim Bonfrerio, qui ad v. 7. cap. 7. not. — p. 373. — non esse annum integrum plagis aegyptiacis adscribendum, sed unum vel alium mensem, cf. e. Smits, Proleg. Exod. p. LXXI. s. Hanc observationem firmat chronologia vitae Moysis, qui mortuus sub finem anni quadragesimi ab egressu, egit annos centum viginti, non centum viginti et unum. Insequentem tempestatem fuisse consvetam — p. 57. — prohibet, quod iam ab Herodoto observatum

est — l. III, 10. — Tibullo — I. 7, 25. *Te propter nullos tellus tua postulat imbres; Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.* ed. C. G. Heyne. Lips. 1777. pag. 63. 64. — et Seneca — lib. IV. nat. quaest. c. 2. — in superiori Aegypto nunquam, in inferiori raro admodum pluere, rarissimeque spectari grandinem, nivem et glaciem. Ad plagam octavam et nonam Moysem moraliter concurrisse vel inde patet, quia secus nec argumento locustarum, neque tenebrarum evincere potuisset, quod se evicturum iterum iterumque professus erat: Ex. 7, 17. se Dei familiarem esse, cuius mandata ad Pharaonem perferenda habeat, quibusve rex etiam aegyptius subiectus obsequium praestare debeat. Denique e cap. 11. coll. 12. et 13. satis liquet, pueros aegyptios et inter hos haeredem regni primogenitum Pharaonis filium, cum aliis pueris nobilioribus non pestilenti morbo — per exhalationes s. d. canalis Josephi, fossae Caleg, putrescentis, exorto — confectos, sed per angelum, vindictae divinae exsecutorem percussos et quidem ita dirigente Deo, ut mosaicae annunciationi responderet eventus. Cf. 12, 23. Aperuimus p. 102—104. theatrum, in quo patrabantur miracula vera sed et falsa ostendebantur. Imo vero de eo disceptatum fuit an Dominus sit Deus, vel praepondium habeant Pharao et diabolus per sua mancipia magos aegyptios? an vera sit religio hebraea an aegyptiaca? Demonstrat Deus se esse Deum, pugnat daemon pro suo imperio, sed victus fuit ipsiusque opus destructum. Cf. Exod. 6, 6. Planum inde, qui naturalibus causis plus tribuat, quam eis debetur, tantumdem demere gloriae summi Dei! Copiosiora dabunt: Scheuchzer, Physica s. I, 122-157. E. f. C. Rosenmüller, Das alte und neue Morgenl. I, 276—299. Hengstenberg, Die Bücher Mose's und Ägypten. pag. 93—129. Baumgarten, theol. Comm. I, 438—472. Hävernick, Vorlesungen ü. d. alttest. Theol. Erlang 1848. p. 176. s. Kurtz, Gesch. des A. B. II, 98—113. 129—131.

Digressio III. De miraculoso Israelitarum traiectu per mare rubrum. Oritur hic difficilis quaestio, utrum Deus fluxu et refluxu maris — Ebbe und Fluth — ad hanc rem efficiendam usus sit nec ne? Iuste negamus ita explicari posse Israelitarum per mare transitum. Miraculo hic certe, ut Jos. c. 3. in exsiccato Jordane, locus erat; tam celer enim transitus, tot hominum et impedimentorum naturaliter fieri non potuit. Si Exodi c. 14. paulo diligentius consideremus, atque cetera S. Scripturae loca eiusdem argumenti conferimus, facile intelligimus insigne in eo traiectu, si usquam alibi, prodigium contigisse, cuius veritati tota de aestu maris hypothesis apertissime repugnat. Universa traiectus historia miraculorum plena est. a. Vix in conspectum maris venerunt Hebraei deficere animis atque omnem de salute spem abiicere coeperunt 14, 10. 11. sublato in Moysem murmure. Moyses attamen ex revelatione divina institutus bono animo ipsos esse iussit, exitium namque instare Aegyptiis, Hebraeos vero incolumes evasuros. v. 13. Nec mora b. iussu Dei, v. 16. ad extensam Moysis manum sublatumque baculum, mare non solum recessit, sed et divisum est et hinc inde recedens tutam Hebraeis viam in medio praestitit. 14, 21. 15, 8. c. Nubes illa prodigiosa v. 19. mediam se Aegyptios inter Hebraeosque locat, sed effectu utrisque contrario. d. Quod ad aestum spectat, qui rem sedulo examinarunt idoneis argumentis e doctrina temporum atque e siderali scientia ostenderunt, eo tempore, quo Israelitae sinum arabicum traiecerunt, ne ordinarium quidem refluxum seu detumescentiam fuisse. Transitus enim quarto vel quinto a plenilunio die coll. v. 24. et 27. accidit et duravit. At ea ipsa nocte luna a qua pendet

aestus marinus, meridianum attigisse deprehenditur post mediam noctem, factus igitur est Israelitarum traiectus intumescente mari, ita ut transitus detumescentiae tempus non attigerit. Ceterum medius maris sinus, ut Julius Scaliger, vir oppido neque facilis neque credulus observat, aquis vel maxime refluentibus nunquam arescit; ut adeo osores s. Literarum mentiti sint: Moysem transiisse siccam tellurem, usumque refluxionis occasione; quod vel ideo fieri non potuit, quia Judaei eo loco transierunt, quo nunquam eiusmodi exsiccatio pertingit. His ita constitutis quinam fieri potuisse credamus: e. Ut turba sex mille hominum, adiectis familiis, impedimentis et gregibus, sex horarum spatio alveum ducentis passibus — si enim recte viderunt, qui exposuerunt de pristino huius sinus ambitu, mare olim erat largius quam nunc est. V. Tischendorf. p. 29. — ut minimum patentem transvaderet. Coll. Ex. 12, 37. 38. 30, 14. 38, 25. Num. 1, 46. 3, 39. Haec iis etiam repugnant, qui non fretasse quidem Moysem putant, sed littus tantummodo rasisse, ut ex inferiori loco ad superiora eiusdem plagae tenderet. Quod autem f. penitus hanc exponendi rationem evertit illud est: maris rubri aestum notiorem Israelitis fuisse, quam ut transitus, ea occasione captata, a Moyse prodigii loco ab Hebraeis haberi potuisset, cuius tamen prodigii magnitudinem Sacrae Scripturae g. populo persaepe in memoriam revocarunt, digneque celebrarunt. Videantur imprimis: Ps. 77, 13. 113, 3. 135, 13. Isa. 43, 2. Judith. 5, 12. Sap. 19, 17. 18. Quis enim sibi in animum induxerit — ut sumit G. Unruh, Der Zug der Israeliten aus Ägypten nach Canaan. Langensalza. 1860. — in fictum prodigium Scripturas omnes ita conspirasse! Unde L. F. Const. Tischendorf, vir qui Orientem et Aegyptum inferiorem perlustrans totum animum figebat in eius memoria itineris, quod per easdem regiones olim Moyse duce Israelitae fecerunt l. c. p. 34. fatetur. „*Istud quidem quod nostra memoria multorum curas exercuit, mihi minime dubium est, exploratione diligenti locorum, in quibus Israelitae Moysis tempore versati sunt, librorum Moysis nomine inscriptorum, probari fidem confirmarique, nec possum quin haec de mirabili Israelitarum per mare rubrum commentata concludam ipsius Moysis de eodem verbis: 15, 1. „Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est.*“ Cf. Vitringae, Geogr. c. VIII. p. 45. Calmeti, de transfretatione maris erythraei per Hebraeos. Diss. I, 214. Deylingii, de transitu Israelitarum per mare idumaeum. Obs. s. II, 5. p. 36. s. Scheuchzeri, Physica s. I, 164. s. C. Raumeri, Der Zug der Israeliten aus Ägypten nach Chanaan. Leipz. 1837. Hengstenberg, Die Bücher Mos. a. Äg. p. 129. s. G. Stickel, Der Israeliten Auszug aus Ägypten, in ann. Stud. u. Krit. 1850. II. p. 328—398.

Digressio IV. De qualitate et significatione Mannae. De Manna duae quaestiones solvendae veniunt. 1. An Manna Israelitarum idem fuerit cum Manna medicinali? ut multi volunt v. c. Ritter, Geogr. XIV, 655—695. 2. Quam habuerit typicam significationem? 1. Manna Israelitarum מָן r. מָנַן v. מָנָה partitus est — Gesenii, Thes. s. h. v. p. 799. — non fuisse idem cum Manna medicinali et vulgari apparet inde, quod etsi haud pauca communia habuerit cum eo, quale in multis orientis regionibus reperitur; tamen sunt et alia, quae illi ita priva fuerunt, ut tamquam prodigiosum quid et solitum naturae ordinem excedens habendum sit. a. Vulgare Manna medicamentum est purgativum. b. Duobus tantum mensibus Martio et Aprili invenitur, nostrum semper tam hieme quam aestate descendit. c. Nec liquescit si in sole collocatur; nec d. si nocte servatur putrescit, nec e. firmum est, quo coll. Num. 11, 8. contundi possit ad parandas placentas, quia

t f. super linguam positum liquescit; nec tandem g. saturat, ut illud Israelitarum. i. Manna sexto die duplo plus quam aliis descendit. i. Credibile non est, in tanta hominum multitudine vix unum inventum fuisse, qui Manna vulgare nunquam viderit. k. Si extraordinarii quid non fuit, cur Moyses tam sollicite, colorem, formam saporemque descripsit. l. Deus in vase sacro reponi iussit. m. Denique ea quotidie copia decidit, quae vicies vel tricies centenis millibus hominum sufficeret. Abutuntur sane altera illa sententia ad elevandum miraculum, quod tamen Israelitis ad singulas quasi offas ingerebatur. 2. Manna panem fuisse peregrinum vel ex nominibus intelligimus, quae ei tribuuntur, etsi enim ingratissimus populus Num. 21, 5. 6. coll. 11, 6. contumeliose eum vocaverit: cibum istum levissimum, magnifice tamen eum descripsit l. l. Moyses; Psaltes vero Ps. 77, 24. frumentum coeli et 104, 40. panem angelorum dixit. S. Paulus nomine „escae spiritualis" designavit I. Cor. 10, 3. propter significationem et usum eius mysticum, quia Christum panem vitae spiritualis significavit. coll. Joann. 6, 32. — Cf. J. F. Meyeri, diss. XII. in d. Blätt. f. höh. Wahrheit. VII, 374. s. — In Manna Christi et corporis eius in Eucharistiae sacramento ad animarum nostrarum alimoniam, quamdiu in huius mundi deserto peregrinamur, figuram insignem esse e locis supra allegatis satis constat. Manna absconditum est, quod vincenti daturum se pollicetur spiritus in Apoc. 2, 17., quodque ei fiet causa vitae et quidem iucundissimae. Est autem animadversione dignissimum, mysticam Mannae significationem Judaeorum magistros non latuisse, qui per Manna intelligunt claram Dei et perfectionis divinae cognitionem, quae in hac quidem vita percipiatur ex studio et meditatione divinae legis, sed in futuro ex visione qua Sancti in coelis afficiendi sint. Unde Apostolus c. l. mare rubrum comparat baptismo, Manna vero Eucharistiae. Sane tanta est inter Manna et Eucharistiam, tamque apprima relatio, ut res ipsa clamet, illud huius fuisse typum. Idem et s. s. Patres docent. E. g. s. Irenaeus, Fragm. XIX. p. 537. „*Decebat ut Moyses quidem Manna patribus cibum daret, figuram* — τύπον — *Christi corporis.*" V. e. Origenes, de oratione §. 27. ed. Lomm. XVII, 202. s. S. Cyrillus, a Glaphyrorum in Exodum II. ed. Aub. p. 289.: „*Manna vero censemus esse umbram ac typum donorum Christi. — 298 — Nam quod illud sensibile Manna fuerit quasi in figura, hoc autem sit verum, Christus ipse certissime nobis testatur. — Joann. 6, 50. — Enutrit enim nos ad vitam perennem. Ipse igitur revera est per se ipsum illud Manna divinum et vivificum.*" S. Augustinus, tract. XXVI. in evang. Joannis, c. VI. Num. 12. III, 1611. V. Scheuchzeri, Physic. s. I, 175. s. Smits, Exod. elucid. I, 359. s. J. Buxtorfii, diss. de Manna in Ugolini Thesauro. VIII, 587. s. Raumer, Zug d. Isr. p. 27. s. Kurtz, Gesch. d. A. B. II, 223. s.

Digressio V. De erecto per Moysem serpente aeneo. Mysterium huius serpentis nobis ipse sanctissimus Salvator copiose exposuit; Joann. 3, 13—15. quo loco testatur serpentem — qui non erat verus serpens, figuram tamen retulit serpentis — expressum typum fuisse sui patientis et in cruce exaltati. Porro totus typus ita sumendus est. a. Deus serpentem instrumentum mortis, voluit esse vitae instrumentum, et de veneno confici theriacum seu antidotum. b. Adscribitur aspectui serpentis curatio et quidem non corporali contemplationi sed spirituali fidei; neque per hoc quod videbant sanabantur, sed per omnium Salvatorem. Sap. 16, 7. c. Serpens aeneus, in oblonga pertica a Moyse erectus Christi Domini figura fuit, qui in similitudine quidem carnis peccati apparuit, non tamen

peccatum habuit; sicut serpens ille ad signum affixus serpentis speciem habebat, naturae autem veritatem non habebat. Lignum illud d. super quo velut signo et vexillo elevatus fuit serpens aeneus, crucis typum gessit; quo pacto crucem ecclesia nominat: vexilla regis prodeuntia, hocque signum in coelo fore dicitur, quando filius hominis ad iudicandum venerit. Mtt. 24, 30. Quisquis per fidem fideique opera in Christum aspexerit, a peccati venenatis morsibus liberabitur, neque ulla nobis alia, quam per Christum merita salus. Rom. 8, 3. Heb. 4, 15. Eleganter hanc in rem ait s. Augustinus — Serm. CCXCIV, 10. V, p. 1342. „*Serpentis morsu movebaris: ideo crucifigitur Christus, ideo fundit sanguinem Christus in remissionem peccatorum. — A serpente enim homini mors propinata est. Ipsam mortem dignatus est Dominus assumere.*“ — V. Idem, serm. VII, 5. p. 62. Cf. e. Enarr. in Ps. 73, 5. IV, 933. Tract. XII. in evang. Joann. III, 1490. Expos. ep. ad Gal. ib. p. 2120. Hunc ipsum sensum declarat s. Justinus, dial. c. XCIV. p. 327. Tertullianus, de idololatria. 5. I, 33. Cyrillus, Al. lib. I. Comm. in ev. Joannis. ed. Aub. IV, 151. Uberiorem et ampliorem applicationem serpentis aenei ad Christum dabunt: Bonfrerius, Comm. in h. l. p. 854. J. Lorinus, in Commentariis in librum Numeri. Coloniae. 1623. p. 776. s. Salianus, Annal. V. T. II, 450. Cornelius a Lap. Comm. p. 858. Alexander Natalis, Hist. e. p. 427. Deylingius, Observ. s. II, XV. p. 156. Godefr. Menken, Ueber die eherne Schlange und das symbolische Verhältniss derselben zu der Person Jesu Christi. ed. II. Bremae. 1829. J. H. Kurtz, Geschichte des alten Bundes. II. p. 426—436. Hunc serpentem aeneum in memoriam tanti beneficii Israelitae secum duxerunt per desertum in terram promissam, ibique mansit usque ad tempora regis Ezechiae. IV. Reg. 18, 4.

Digressio VI. Perillustre quod apud Moysem Deut. 18, 13—19. exstat vaticinium de prophetico Christi munere explicatur. Moyses finiturus sermonem de universa republica constituenda, praedicit prophetam, cui magisterium suum — abrogatis quas Deus per illum instituerat umbratilibus veteris foederis sacris — cessurus esset. Prophetam — δεικτικός Christum Joel. 2, 23. Isa. 52, 6. Hab. 3, 2. Luc. 4, 24. Joann. 4, 44. 7, 40. — inquit de gente tua et de fratribus tuis — per B. Mariam V. carnem trahentem — sicut me — non obstat Moysem merum hominem fuisse, omne simile dissimile, qui maior est ea omnia habet quae sunt in minore sed et plura — suscitabit tibi Dominus Deus tuus — quae vox suscitare adhibetur ad incarnationem Salvatoris nostri significandam, neque aliud est quam datio Isa. 9, 8. 49, 6.; missio Isa. 61, 1. Zach. 2, 9. Joann. 3, 17. Gal. 4, 4.; aptatio corporis Hebr. 10, 5. — ipsum audies — obaudies; hoc illud audire est de quo Salvator loquitur. Joann. 5, 24. Apost. Rom. 1, 5. II. Cor. 10, 5. I. Pet. 1, 2. 22. — Et ne quid dubitemus de implemento, Deus Pater, qui hanc promissionem per Moysem dedit, filium suum in transfiguratione prophetico munere inauguraturus, digito quasi exserto monstravit dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Matt. 17, 5. Neque observatione indignum est, haec verba audita esse, postquam Petrus dixerat tria tabernacula esse erigenda, Christo, Moysi et Eliae. v. 4. Huc respexit Aggaeus, 2, 7. 8. Judaei, I. Mach. 14, 41. Philippus, Joann. 1, 46. ipse Christus. ib. 5, 36. Neque aliter hunc locum intellexerunt veteres ecclesiae Patres et Scriptores e. c. s. Cyprianus, Testimonior. I, 18. II, 26. 27. Tertullianus, adv. Marcion. IV, 22. II, 200. Eusebius, Dem. ev. III, 2.

89. s. Lactantius, Instit. div. lib. IV, 17. I, 201. s. Epiphanius, haer. 42, 11. l. 17. p. 327. 27. p. 332. s. Cyrillus Al. de adoratione in sp. et veritate lib. II. . Aub. I, p. 51. Comm. in Joann. l. 3. IV, 265. Et interpretes christiani, qua aliorum sunt partium fere omnes. Vid. Calmeti, Comm. V. T. II, 837. Theod. usei, diss. de propheta promisso. Deut. XVIII. in Thes. novo. Lugd. Bat. 1732. p. 439—445. Deylingii, Obs. s. II. XVI. p. 175. s. Fr. Patritii, de interpreta-ne S. S. q. 8. de vaticinio Moysis. II, 171. G. Meinertzhagen, Vorles. ü. d. ristol. d. a. T. p. 163. s. J. Bade, Christol. d. a. T. I, 130. s. E. W. Heng-nberg, Christol. des a. T. I, 110. s. L. Reinke, Beiträge zur Erklär. d. a. T. ', 292. seq.

Digressio VII. De obitu et sepultura Moysis. Moysem mortem am cum aliis habuisse communem, et proinde vere et naturaliter mortuum esse cet clara litera: Deut. 34, 5. Non solum vero mortuus est Moyses servus Domini, d sepultus quoque. ib. v. 6. Scimus praeterea ex ep. Judae. v. 9. Michaelem arch-gelum cum daemone de Moysis corpore disceptasse; quo in discrimine s. Michael emonem minime gravioribus verbis excepit, dicere contentus: Imperet tibi ominus! Multi et ii quidem eruditione praestantes viri id ideo factum fuisse itant, ne diabolus Moysis sepulcrum Judaeis proderet, eosque ad idololatriam cile propelleret. — Inter quos nominasse sufficiat: H. Gerhardum, de sepultura oysis, in Thes. p. 413. A. Torniellum, Annal. s. I, 367. N. Serarium, Comm. i epist. can. ed. Mogunt. 1612. p. 81. Mezgerum, S. Hist. pag. 195. Witsium, l. c. pag. 484. Calmetum, Dictionar. II, 84. s. Diss. de Moysis obitu et se-ultura, inter Diss. N. T. p. 513. s. — Sed fatendum hanc rationem non sufficere, ia in libris V. T. nulla apparent vestigia, quae evincerent corporibus s. Patriar-charum ab Israelitis unquam cultum idololatricum exhibitum fuisse. Alii, quorum ntentia probabilis quamvis non apodictice demonstrabilis est, censent daemo-m τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, Hebr. 2, 14. propter impeditam in corpore Moysis dissolutionem, aliquid detrimenti accepisse — Ita Rampf, p. 219. et olim m Cornelius a Lapide. ad h. l. p. 1069. cui „valde credibile est, corpus Moysis et mortuum conservasse splendorem vultus et decorem, quem antea habebat" - cum quibus et nos, nihil tamen reliquorum auctoritati derogantes facimus; ique ideo, quia a. expositio haec cum re congruit. b. Textui sacro Deut. 34. t epistolae s. Judae exacte respondet. c. In hanc sententiam concedere videmus . Ambrosium, qui l. I. de Cain et Abel. c. 2, 8. I, 319.: Non legimus „*de eo sicut de ceteris, quia deficiens mortuus est, sed per verbum Dei mortuus est* — Deut. 34, 5. — *ut translationem magis, quam eius interitum intelligas. Mortuus est ergo per verbum Dei ut ait scriptura; ut advertas non nuntium mortis, sed gratiae munus expressum. Non ergo tamquam in terram relapsus deprehenditur corporis so-lutione, sed tamquam verbi coelestis operatione donatus et munere, ut quietem magis uro eius quam bustum acceperit.*" V. s. Hieronymi, Comment. in Amos. l. III. c. 9. IV, 349. s. Hilarii, ep. Comm. in c. Matt. XX. 10. I, 769. Temeraria, utpote carens solido fundamento, et repugnans communi Patrum sententiae est opinio C. G. Dahlii, diss. de autenthia epistolarum Petrinae posterioris atque Judae. Rostochii. 1807. qui proponit Judam v. 9. respexisse quandam traditionem mythicam. Nec melior est ea Seb. Seemilleri — Sanctorum Jacobi et Judae Ap. epistolae. No-rimbergae. 1783. p. 93. — Judam l. l. uti voluisse narratione, tamquam para-bola, quae ad propositam veritatem maiori in luce collocandam servire ipsi

videbatur; ad vulgi opinionem sibi minime probatam, dicta sua adcommodasse! Vide H. Hulsii, disp. de sepulchro Mosis in Ugolini Thes. XXXIII, 774. seq. Alexandri Natalis, H. I, 433. Saliani, Annal. eccl. V. T. II, 519. s. Witsii, comm. in ep. Judae. Melet. Leid. p. 478. H. A. Waltheri, exegesim epist. Apost. Judae. Helmstadii 1727. pag. 107. s. M. F. Rampf, Der Brief Judae. Sulzbach. 1854 p. 239. s Kurtz, Geschichte. II. 536.

PARTICULA II.

LEGISLATIO SINGULATIM EXPENDITUR.

§. 35. Ingressio.

Cum sine legis mosaicae ampliori notitia cognitio historiarum sacrarum imperfecta foret, ipsius legislationis tum moralis, tum caerimonialis nec non politicae argumentum et consilium antequam ad ulteriora procedamus describendum est. Ex hac enim singulari et penitiori legis diiudicatione effici poterit, quam egregie omnia instituta fuerint ad finem populi „Dei cultum servare, viam sternere Messiae“ assequendum. In qua disquisitione tractatu priore primum de legislationis forma videndum erit, quae quo magis a vulgari recedit, eo penitius a nobis cognoscatur necesse est. Deinde ad singula legislationis instituta: religiosa et ritualia; politica et civilia, socialia et domestica transeundum erit. Operae autem pretium est et admodum expedit de singulis breviter distincteque disserere, ut quotiescumque de his mentio inciderit, ex hoc tractatu necessaria repetantur. Plurimum insuper perspicuitatis s. s. Literarum studioso adferre constat, si non unum vel alterum institutum seorsum excipiat, sed omnia simul continuo sermonis filo eodem in textu intueatur. Inde ad ipsum librum legis scriptione unum, quinque tamen in partes distributum tractatu altero descendemus. Praemittemus monitum de s. s. Scripturis eorumve auctoribus in genere, deinde appellationem libri eiusque argumentum, canonicam item auctoritatem et divinitatem discutiemus. Conclusio exhibebit quid nobis statuendum sit de argutiis, dubiis, coniecturis et cavillationibus; quibus hac aetate viri contentionis avidi et ut plurimum verborum aucupes, ex vana amplae scientiae opinione altiores spiritus gerentes, in ipsum divinae Scripturae depositum, sacerrimum alioquin et inviolatum, summam aciem dirigunt.

TRACTATUS PRIOR

INSTITUTA LEGIS EVOLVIT.

§. 36. De Dei in Israelitas regimine.

Totum hunc, qua late patet mundum Dei imperio obnoxium esse, eumque unum regem mundi S. Scriptura dicit III. Reg. 8, 27.

. 46, 2. Dan. 4, 34. et nemo mentis integer unquam dubitavit. m autem gens hebraea in Dei peculium electa esset, Deus perio peculiari eis praeesse, mundique simul et Israelis rex - sinlari ac salutari modo, qui populi finem spectavit – esse non degnatus est. Quod ipsum Josephus Flavius „*Θεοκρατίαν*" recte pellavit [1]. Postquam Dominus populum israeliticum manu forti [2] ex egypto liberaverat, insuper ei visum est interveniente electione [3] foedere [4], Exod. 19, 5. 24, 4. s. regis et imperatoris Hebraeom munus et officium gerere; quo facto Deus gentem hanc prae bus sibi omnibus carissimam [5] in specialem suam fidem et clienlam – modo obtemperantem se exhiberet [6] – recepit, sicque Deus Israelitae regum et subditorum ratione sibi invicem adstringentur [7]. Deum unum Hebraeorum regem fuisse, et imperium bsolutum in eos exercuisse apertis potestatis suae regalis Inieiis et Testimoniis evincitur. Inter indicia regalis potetatis omnes illae actiones recenseri debent, quae regio tantum meri sunt privae; veluti a. Legum sanctio. Certe Deus populo o leges tam morales quam forenses dedit [8], quas principum u poena aut mercede confirmavit; ut inde satis appareat, nihil idquam potestatis illius summae penes homines exstitisse. Quia um sese in regem dederat Israelitis, ideo omnes dictis non dientes et quosque eius imperio se subiicere detrectantes, violatae aiestatis reos habebat et punivit [9]. Idem conspicuum est b. ex tero iure maiestatis: iudicandi. Deus ipse populum iudicavit,

---

[1]) C. Apion. II, 16. „*Infinita morum atque legum toto passim hominum gere discrimina sunt. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique pulo summam reipublicae potestatem commiserunt. At legislator noster, hisce neectis omnibus Theocraticam reipublicae formam instituit* — Θεοκρατίαν ἀπέδειξε τὸ λίτευμα — *summo principatu Dei numini attributo.* — Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ναθείς." Hav. II, 482. [2]) Exod. 13, 3. Deut. 4, 34. i. e. miraculis et portentis e fando quidem antea auditis. [3]) Exod. 19, 8. 9. [4]) Cerimoniis in electione rincipum et aliis contractibus eo saeculo usitatis, cum omnes uno ore sibi eum regem deposcerent nihil se detractaturos polliciti. [5]) Exod. 20, 2. [6]) Deut. 2, 18. [7]) Et quis dubitet, quin Deus ille, cui creationis iure absolutum in mnes atque omnia dominium est, singulare sibi in eum populum imperium vinlicare potuerit, quem prae cunctis mundi nationibus tantis beneficiis sibi devinciebat. Exod. 25, 22. 29, 43. [8]) Deut. 4, 6. 7. Hinc reges, ut legem altius menti imprimerent, totum Pentateuchum describere iussi fuerunt. ib. 17, 18. [9]) Num. 16, 30.

constitutis non solum iudicibus [1], ut vicariis suis; verum etiam nonnulla legibus haud definita sibi reservans, de quibus consuli se volebat. c. Tertium sive ius belli quod concernit, id ipsum quoque Deum sibi soli vindicasse luculenter demonstrari potest. Etenim Deus leges de modo gerendi bellum praescripsit, Num. 2, 1. s. bella gentis ipse pugnavit [2], e nutu Domini aut inferendum bellum, aut offerenda pax erat [3]. d. Ius tributorum pariter exercuit, quia sicli dimidium tributi loco accipiebat [4]. Quibus omnibus ita positis ad Deum summa rerum et consiliorum omnium perpetuo rediit; qui per sacerdotes et imprimis pontificem ordinarie imperium exercuit. Si autem quid difficile et ambiguum emergeret, viros pietate, prudentia et fortitudine praecellentes ad res publicas vice eius regendas evocavit, datis etiam oraculis et responsis extra ordinem. Accedamus nunc ad s. Literarum hac de re testimonia, inter quae α. elucet maxime locus: Jud. 8, 22. 23. ubi Israelitae a Madianitarum iugo Gedeonis virtute liberati, principatum ei posterisque eius obtulerunt; ille vero imperium tanquam rem sacram et soli Deo propriam repudiavit dicens: non dominabor in vos ipse, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur in vos Dominus. Patet hoc quoque β. inde, quod Deus Samuelem populi regem postulantis vota moleste ferentem ita consoletur: Non te spreverunt sed me spreverunt, ne regnem super eos [5]. Hic quippe est iuxta Siraciden γ. qui „in unamquemque gentem praeposuit rectorem“ τὸ Κύριον vero in populo suo sibi attribuit, quia „pars Dei, Israel facta est manifesta“ [6]. Denique his δ. perspicimus: cur tituli regii tam saepe Deo in S. S. tribuantur [7]; cur solium cui Salomo insedit solium Domini [8]; regnum quod eius posteri tenebant regnum Domini [9], iudicium quod populi principes ferebant iudicium Domini [10] vocentur [11]. Ita Deus omnes regis partes imperii sui praeclare

---

1) Quibus sollicite inculcabatur, iudicium Dei esse non hominum. Deut. 1, 17. 2) Jos. 5, 13. 23, 3. 10. Hinc Exodi 15, 3. vir pugnator vocatur. 3) Deut. 20, 10. Jud. 20, 18. coll. Jos. 8, 2. 4) Exod. 30, 13—15. 5) I. Reg. 8, 7. 6) Eccli. 17, 14. 15. 7) I. Reg. 12, 12. 13. Ps. 47, 3. 149, 2. Ose. 13, 10. s. Jer. 51, 57. 8) I. Par. 29, 23. 9) II. Par. 13, 6. 8. 10) Deut. 1, 17. 11) Unde illud Ps. 149, 2. filii Sion exsultent in rege suo. Ad quae Theodoretus „*Omnium quidem Deus universorum est Deus: proprie autem Israelitarum rex nuncupabatur.*

implevit, usque dum aperte spretus a populo suo clamante: nullum se agnoscere regem nisi Caesarem [1], sprevit populum et Theocratiae - cuius laudes magnificis verbis canit vates [2] – finem fecit, non amplius restaurandae in aeternum. Introducto siquidem regno spirituali Christi, ubi non est Judaei et Graeci et Barbari et Scythae discrimen ullum, ubi remoto pariete integerrime in unam summam redacta sunt omnia; Theocratiae israeliticae finis impositus est [3].

§. 37. Indoles Theocratiae.

Theocratia maxime apparuit, quando Deus in monte Sinai magna cum maiestate leges tulit, quibus omnes cives reipublicae hebraicae forent subiecti, quae ipsae corpus iuris theocratici constituebant, et imprimis Decalogo seu lege duarum Tabularum exprimebantur. Exod. 20, 2–17. Deut. 5. Prima harum pietatem erga Deum, altera iustitiam erga proximos exercendam iussit [4].

Itaque cum ingrati animi morbo laborarent, et alium regem peterent dixit Deus Samueli: non te reiecerunt sed me, ne regnem super eos.“ I, 2. p. 1583. Et sane quod apud alios populos de diis titularibus fictum erat, apud Hebraeos veritate nitebatur. Iam vero sub hac forma regiminis theocratica indigebant homines administratore visibili, quem adire et appellare possent. Hac de causa praefecit Deus Israelitis rectores sui vicarios, qui nullo modo a populo sibi subiecto, sed a solo vere rege Deo penderent, sicque Theocratiam intactam relinquerent. Unde pro varietate magistratuum, quos vice Dei ministri vicarii gesserunt evenit, ut respublica eadem varias induerit formas. V. C. Blechschmidii, Diss. de Theocratia in pop. s. instit. in Thes. Ugolini. XXIV, 59. s. H. Hulsii, Diss. de Jehova Deo rege. ib. 137. seq.

[1]) Joann. 19, 15. [2]) Ps. 113, V. 114, T. O. [3]) Zach. 14, 9. Isa. 19, 24. 25.

[4]) Quaestionem „*de divisione Decalogi*“ quod attinet, convenit inter omnes, decem esse praecepta, unde et decalogi nomen sumtum; at duplex est modus eadem dividendi. Josephus Fl. — Antiq. III. 5, 5. I, 129. — Philo — quis rerum div. haer. ed. Mang. I, 496. lib. de decem oraculis. II, 183. 188. — et ex christianis interpretibus: Theophylus — ad Autolycum. III, 9. ed. Oper. s. Justini. ben. Venet. 1747. p. 413. s. — Origenes — hom. 8. in Exodum, ed. Lommatzsch. IX, 89. s. — S. Gregorius Naz. — Carm. I. 1, 15. ed. Caillau. II, 263. Sulpicius Severus — S. Hist. I. 30. p. 86. — Auctor Commentariorum in epist. ad Ephes. 6, 2. sub nomine s. Ambrosii — appendix ad opera s. Ambrosii. ed. ben. II, 249. — Synopsis, Scripturae Sacrae — inter Op. s. Athan. ed. ben. II, 133. — J. Cassianus — Collatione. VIII, 23. de principatibus. ed. Alardi Gazaei. Francof. 1722. pag. 355. — ad primam tabulam praecepta amoris in Deum complectentem quatuor praecepta referunt, primumque praeceptum de vetito

Religio Hebraeorum secundum leges istarum tabularum sanctissima et iustissima fuit; continebat quippe **Dogmaticam** et **Ethicam** eiusmodi, quae omnibus doctrinis gentilium longe praestabat.

---

plurium Deorum cultu s. idololatria v. 3. secundum de Deo vero neutiquam sub imagine quacumque adorando v. 4. et 5. tertium v. 7. et quartum v. 8. inveniunt; adeoque in tabula secunda, quae de amore erga alios homines agit, sex praecepta numerant; ut adeo praeceptum decimum v. 17. generatim de concupiscentia vetita agat. Haec decalogi divisio — quam nostris adhuc diebus defenderunt: Züllig, Stud. und Krit. 1847. et Bertheau, Sieben Gruppen mosaischer Gesetze. Göttingen. 1840. p. 9. s. — Origeniana dici solet. Ab ista dissentit Augustiniana, quam theologi scholastici fere omnes et Ecclesia catholica propriam sibi reddidit. Haec primam tabulam tribus, secundam vero septem praeceptis absolvit; quia v. 3—5. unum praeceptum tradi et contra v. 17. duo praecepta diversa haberi docet. Congruentius quidem, quia ut ait s. Augustinus „*Trinitatem videntur illa, quae ad Deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Concupiscentia porro uxoris alienae et concupiscentia domus alienae in peccando differunt.*" Quaestion. in Heptateuchum. l. II. q. LXXI. T. III, 621. His gemina sunt, quae habet idem s. Doctor sermone IX. de decem chordis. c. 5. 6. 7. V, 79. s. Epist. IV. ad inquisitiones Januarii. c. 11. II, 213. s. S. Augustini, sententiam — cui praeivit Clemens Alex. VI, 16. ed. Pott. p. 809. — approbat s. Thomas, A. I, 2. q. 100 art. 4. VI, 183. convenienter duo praecepta numerari ostendit scribens „*omnis concupiscentia convenit in una communi ratione; et ideo Apostolus singulariter de mandato concupiscendi loquitur: quia tamen in speciali diversae sunt rationes concupiscendi, ideo s. Augustinus distinguit diversa praecepta de non concupiscendo: differunt enim specie concupiscentiae secundum diversitatem actionum.*" *(vel concupiscibilium, Concupiscentia uxoris alienae pertinet ad concupiscentiam carnis, concupiscentia autem aliarum rerum, quae desiderantur ad possidendum, pertineat ad concupiscentiam oculorum.)* V. c. art. V. ad sextum et s. p. 189. Augustini divisionem Origenianae praestare probari potest inde, quia a. Certum est Exod. 19, 2. nullum fieri praeceptum, sed tantum praefationem plane necessariam, ut Israelitae scirent cuius nomine Decalogus feratur et ita ad obsequium ei praestandum adducerentur b. Commate 3. et 4. unum idemque obiectum est, est praeceptum de sculptilibus, est tantummodo explicatio fusior praecepti primi, quo vetatur omnigena idololatria. Idem sequitur c. ex accentuatione. Neque in Exodo neque in Deuteronomio c. 5. paraschae minoris signum ponitur inter v. 3. et 4. At in Deuteronomio 5, 21. inter praeceptum nonum, quod s. Augustinus facit et decimum expresse ponitur. d. Desiderium pravum uxoris alterius et rerum proximi distinctim prohibuit Deus, quod modi concupiscentiae in obiecto revera diversi sunt, utpote diversae virtuti contrarii et diversae legi naturali repugnantes. Cf. Sonntag, in Stud. u. Kritik. 1836. p. 61. s. 1837. p. 253. s. C. W. Otto, Decalogische Untersuchungen. Halle. 1857. pag. 55. ad quae v. n. Kath. Literaturzeitung. N. 24. a. 1857. Novam sed prorsus arbitrariam et ab omnibus iure spretam divisionem in quinque tabulae I. et quinque tabulae II. adscripta praecepta tentavit E. Meierus, in commentatione: die ursprüngliche Form des Dekalogs. Mannheim. 1846. p. 78. s.

Dogmatica hisce principaliter articulis absolvebatur: Deum solum esse adorandum et quidem absque ulla imagine; atque adeo opponebatur quorumvis ethnicorum superstitioni, interdixitque ne ulli omnino creaturae sive astris et elementis, sive hominibus divinus honos deferretur. **Ethica** latitudine sua comprehendebat omnes virtutes. **Decalogo** [1] adiuncta fuit lex **Caerimonialis** et **Politica**. Illa spectabat cultum imprimis publicum et privatum – tabulam maxime **primam** – atque rempublicam **sacram** Israelis; haec vitam civilem – tabulam praecipue **secundam** – et rempublicam **politicam** [2]. Ceterum haec in sequentibus per singula iam expendemus.

§. 38. Instituta religiosa et ritualia.

Monitum. Leges de institutis religiosis et ritualibus quemadmodum amplam, ita Theologo non modo utilem sed etiam scitu necessariam efficiunt disciplinae huius partem. Earum enim notitia plurimis Librorum sacrorum utriusque Testamenti locis haud exiguam foenerat lucem, ac Pentateucho imprimis ne saepius haerere contingat, prodromus sit oportet. Exposita igitur prodigiosa eductione de Aegypto et migratione per desertum, patere studiose lector instituta haec in unum tractatum colligere et accuratius expendere. Pleraque fatemur nonnisi breviter perstringimus, non tamen nude proponendo sed demonstrando apertis testimoniis et ubique allegatis auctoribus. Ex his curiosus lector et avidus s. doctrinae expetet, quae alicuius utilitatis sunt, quae vero ob paginarum nobis concessarum angustiam non potueramus explicare. Itaque instituta religiosa et ritualia commode dividi possunt in duas partes, quarum **prima ad religionis exercitium publicum** spectat et ritus exponit, quos Deus in cultu suo observari volebat a s. Paulo ad Hebr. 9, 1. δικαιώματα λατρείας appellata. Describit praecepta, **de loco**, de **temporibus**, de **personis**, de **actionibus** et **rebus** sacris. Pars **altera** ad **religionem privatam** Hebraeorum pertinet. Quae huc spectant filo continente pro argumenti merito distinctius considerabimus.

---

[1]) Qui moralem Israelitarum obedientiam et internum mentis officium sibi tribui petiit, ut e sententia Christi: de lege mosaica. T. II. ostendemus. [2]) Cf. König, Das alttestamentalische Gesetz, in annal. Zeitschrift für Theologie. Freiburg. 1846. XII, 221 seq.

§. 39. Locus sacer.

Mundus Dei opus ubique dignus est, in quo homines edant indicia sui erga illum obsequii [1]. Antequam Deus in populum collegerat posteros Abrahae, nullus certus locus addictus erat cultui divino [2]. Instituta autem Theocratia Deus Moysem locum certum cultui suo sacrum excitare iussit, quem donec quietas sedes daret Israelitis „Tabernaculum“ [3] portatile esse voluit [4], constructum iuxta exemplar Moysi in monte Sinai ostensum [5]. Jussit Deus ut aularum in modum s. Tabernaculum quoque spatium haberet satis amplum quod circum esset et quale atrium vocare solemus [6]. In atrio sub dio aquilonem versus erat Altare aeneum holocautomatum [7], hostiis faciendis destinatum [8]. Anguli altaris fuerunt fastigati

---

[1]) Gen. 4, 26. [2]) Gen. 8, 20. 12, 7. 13, 4. 15, 9. 31, 54. 46, 1. [3]) אֹהֶל, σκηνή. [4]) Veluti tentorium castrense, quod membratim solutum convasabatur, quando castra movebantur, Levitis ad hoc onus incumbentibus. [5]) Exod. 25, 40. ad Hebraeos 8, 5. Tabernaculi huius partes singulas Moyses Exodi 25—27, 35—38. et 40. describit, ad quae critico typicum commentarium dedit: Sal. van Til, in Ugolini Thes. VIII, 10. s. [6]) Exod. 27, 9. s. 40, 31. Hoc atrium erat quadrangulum, longum centum cubitos, latum quinquaginta. Exod. 27, 9—19. Cingebatur 40 columnis ligneis, quae basibus insistebant aeneis, 5 cubitos altis, aequali spatio a se invicem disiunctis; harum 20 destinatae fuerunt lateri meridionali, 20 boreali, 10 occidentali, 10 orientali. In istis columnis eminebant paxilli id est clavi, e quibus vela seu cortinae suspendebantur. Introitus fuit ex plaga orientali, 20 cubitis patens, in qua quatuor columnae ornatus commoditatisque gratia longius a se distantes portam constituebant, cui appendebatur velum ceteris pretiosius opere phrygionico ornatum, et quidem colore hyacinthino, purpureo, coccineo et albo. Quod ut ingressus pateret attollebatur. Exod. c. l. et 38, 9—20. In hoc introitu congregabatur coetus Israel, atrii pars introitui proximior patebat singulis Israelitis, nam locus erat quasi templum laicorum, in quo orabant et sacrificia adducebant; reliquum solis sacerdotibus cedebat. [7]) מִזְבַּח הָעֹלָה, מִזְבַּח, מִזְבֵּחַ, [8]) Exod. 27, 1—8. Tres cubitos altum, et quinque longum et latum, cui accessit substructio sive fundamentum. Quoad materiam erat de lignis acaciarum — Setim d. q. v. Th. Hasaei, diss. de ligno Sittim ad illustranda multa S. S. loca in Ugolini, Thes. VIII, 351. s. — laminis vero aeneis obductum, ne ligna superposito igne corriperentur. Intus cavum fuerat, terra vel rudi lapidum compage contectum, ita tamen, ut locum contineret pro igne et lignis ad cremandas carnes; superne apertum, nam crater superpositus fuit opere reticulato, per quem cineres, favilla, prunae minores deciderent. Reticulae pars exterior solida, quasi mensae loco victimas sustentans „arulae“ nomine venit. Sub arula in extremitatibus craticulae fixi erant annuli, quibus ea admoveri vel removeri poterat.

ad cornuum arietis figuram [1]. In hoc altari quotidie mane et vespere primo immolabatur agnus, quasi iuge sacrificium; deinde aliae victimae, sive essent votivae, sive lege praescriptae [2]. Tabernaculum inter et altare holocautomatum erat Vas aeneum [3] recipiendae aquae adaptatum, qua lavarent se sacerdotes antequam ad sacra accederent [4]. In medio lateris occidentalis atrii erat „Tabernaculum" proprie dictum – quod ut cetera tentoria castrorum vela sive cortinae faciebant – formae quadratae, ab occidente in orientem triginta cubitos longum, a septemtrione in meridiem decem cubitos latum [5].

---

¹) Cf. D. Miln, diss. de cornibus alt. exter. in Ugolini Thes. X, 357. s. Adscensus ex parte meridionali fiebat leni declivitate e terra aggesta. Exod. 20, 24. Quoniam de loco in locum transferendum erat, huic deportationi inserviebant quatuor annuli, per quos duo vectes inserebantur. Exod. 38, 1—7. ²) Ad altare pertinebant: receptacula ignis, hamulae ad cineres et prunas; pelves ad excipiendum victimarum sanguinem; fuscinulae ad componendos carbones. Exod. 27, 3. 38, 3. De hoc altari multis disputarunt: J. J. Cramerus, exercitat. de ara exteriori in Ugolini Thes. X, 157. s. B. Ugolinus, ib. p. 499. s. ³) כִּיּוֹר prolabrum, lavatorium, LXX λουτήρ: quod Moyses fabricavit e speculis, nec non integumentis aeneis speculorum, quae mulieres ad ostium tabernaculi excubantes obtulerant. Exod. 38, 8. Cf. I. Reg. 2, 22. coll. Luc. 2, 37. ⁴) Plus quam probabile est coll. Exod. 30, 18. 40, 11. ita fuisse comparatum, ut in inferioribus partibus epistomia quaedam haberet, quae aperta aquam quoties opus erat emitterent. Qua ratione labrum illud portaretur, Moyses Exod. 30, 18—21. non meminit, LXX ad Num. 4, 14. adiecerunt „ἐπὶ ἀναφορεῖς" super gestato. Idem habet Pentateuchus samaritanus, versio samaritana atque s. Cyrillus Al., de adorat. in spir. et ver. l. XIII. ed. Aub. I, 456. Cf. H. G. Clementis, diss. de labro aeneo in Ugolini Thes. XIX, 1503. s. ⁵) Pro parietibus habebat ligneas tabulas, quae cito dissolvi et facile asportari poterant. A tribus lateribus erigebantur 48 asseres, qui transtillis invicem coniungebantur. Viginti erant versus plagam australem, totidem versus aquilonarem, octo versus occidentem, latus autem orientale patebat. Decem cubitorum erat longitudo cuiusque asseris. Singuli asseres imponebantur duobus stylobatis, lamina aurea tectis, quibus subiiciebantur bases argenteae. Nullas superius positas tabulas refert textus sacer; sed coll. Exod. 40, 16. 17. supponit; nam si transverse non fuissent inserta ligna, aquae in medio velorum stagnantes corrupissent s. Tabernaculi operimenta. Superne obductum fuit quatuor velis, quorum infimum partem quoque laterum ita tegebat, ut ad plagam occidentalem unius cubiti spatio a solo distaret, ad meridiem et septemtrionem duobus cubitis. Tegebatur primo: decem cortinis, quae interius dependebant, ita tamen ut uno cubito utrinque a terra distarent, erant a bysso retorta i. e. filis byssi retortis — v. Lamy, de tabern. f. l. III. p. 362. — plumario — quia imitabatur avium plumas — opere factae, ansulis ita coniunctae, ut e decem duo maiores fierent, quae sibi mutuo occurrebant supra tabernaculum. Exod. 26, 1—6. Secundo: undecim sagis seu stragulis cilicinis, quorum textura densa et adstricta habebat vim continendae aquae. Tertio: pellibus arietum rubricatis; quarto: pellibus ianthinis. ib. 7—13.

Tabernaculum dividebatur in duas partes, per velum interius [1], quod imaginibus Cherubinorum ornatum pendebat de quatuor columnis – e cedris lectissimis – atque „Sanctuarium" – sive sanctissimum – קֹדֶשׁ קֳדָשִׁים distinguebat a „Sancto" קֹדֶשׁ [2]. In „Sancto" [3] erat Altare thymiamatis [4], ligneum sed auro obductum [5], in quo nullae victimae offerebantur, sed solum tus [6] Domino incendebatur; non tantum a pontifice, sed etiam a sacerdotibus, qui ordinarie hoc munere fungebantur, idque quotidie bis mane et vespere instar sacrificii iugis [7]. Referebat figuram quadratam cubitum longum et latum et duos cubitos altum, ex eius tigillis quatuor angularibus officio pedum fungentibus surgebant cornua [8]. Hoc altare positum erat in „Sancto" [9] inter candelabrum et mensam panum propositionis, ita obversum Sanctuario, ut per aperturam aulaei – quod velabat Sanctissimum – fumus incensorum ascenderet et evaporaret in ipsum „Sanctum Sanctorum;" atque hoc suffitu cultus fieret Deo residenti supra arcam, non quod delectaretur eiusmodi odoribus, cum sit incorporeus, sed symbolicis e rationibus [10]. Ad latus dexterum Altaris thymiamatum

---

[1]) Ex hyacinthino, purpureo, coccino, dibapho et xylino intĕrnexo. [2]) Ingressus erat ab oriente, ubi quinque columnae sustentabant aulaeum exterius ita, ut sacerdotes elevato velo possent introire, quodve iis qui extra tabernaculum erant prospectum eripiebat, ne viderent ea, quae in sancto agerentur. Difficultatem movent, si tabernaculum prout illud descripsimus ex omni parte contectum erat, unde lumen vel aër accederet? De Sancto Sanctorum non est quaestio, cum eo rarissime intraret summus pontifex; quod vero Sanctum attinet, admittebat lumen submoto velo, dum sacerdotes ingrederentur; deinde verisimile est quod narrat Josephus Ant. III. 6, 4. I, 134. velum „Sancti" aliquanto spatio a terra abfuisse. Noctu lumen hauriebatur a lucernis candelabri. [3]) σκηνή πρώτη. Hebr. 9, 2. [4]) Exod. 30, 1—9. מִזְבַּח מִקְטָר. [5]) Unde altare aureum מ׳ זָהָב dictum. [6]) Quod coll. v. 34. componebatur e gutta oppobalsami, onycha iunci odorati syriaci, galbano aromatico et ture puro. De suffitu v. diss. J. Meyeri in Ugolini Thes. XI, 549. s. D. Weymari. ib. p. 645. s. [7]) De adolitione suffitus v. J. Braunium, in Ugolini Thes. XI, 745. s. [8]) In medio habebat craticulam reticulatam, ut per eius foramina thymiamatis sive aromatum incensorum cinis, sub altare delaberetur. Ut commodius portaretur annuli duo erant lateribus affixi, per quos immittebantur vectes sub limbo vel circulo, quo ornata fuit. [9]) Non „inter arcam et velum" ut voluit s. Augustinus, in Hept. II, CXXX. ed. M. III. a. pag. 641. [10]) D. q. i. Altare aureum licet in Sancto positum, reputabatur „Sancti Sanctorum," quia esset ad fores eius; unde Apostolus ad Hebr. 9, 4. de Sanctuario σκηνή δευτέρα scribere potuit: χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, aureum habens thuribulum. Nisi quis sumere malit ll. non de altari agi, sed coll. Lev. 10 1. 16,

collocatum fuit: Candelabrum [1], ex auro purissimo [2]. E hastili eius – quod a basi sursum recta per modum stipitis protendebatur – egrediebantur figura incurvata sex rami, quorum singuli suas lucernas sustinebant et aequaliter cum hastili aeque lucerna ornato in altum assurgebant [3]. Lucernae istae lumen suum diffundebant versus mensam panum propositionis et altare thymiamatis [4]. Ad latus vero eiusdem altaris sinistrum erat Mensa [5]. Super hanc ponebantur: „panes propositionis," לֶחֶם פָּנִים panes faciei [6], ita vocati, quod ante faciem Dei continuo in mensa propositi essent. Forma erant plana, materia panes azymi; seni altrinsecus ture lucidissimo conspersi disponebantur, ibique per septem dies – in alterum sabbatum – relinquebantur. Recentibus autem duodecim appositis veteres tollebantur, qui et sacerdotibus accedentis et recedentis ephemeriae in cibum cedebant [7]. Pars intima

---

12. – ad quae v. S. van Til, comment. de tab. p. 121 — de simplice vase, in quo suffitus fiebat, quod teste Philone summus pontifex inferebat die festo expiationis in Sanctum Sanctorum. V. Lamy, l. c. p. 1066. s. B. Ugolinum in Thes. XI, 196. s. J. G. Michaelis, exercit. de thuribulo adyti. ib. p. 727. s. G. F. Rogal, de figura thuribuli. ib. 751. s.

[1]) מְנוֹרָה. Exod. 25, 31—40. voce per catachresim usitata, quia cum nullus esset candelarum usus in s. tabernaculo sed olei, hebraicam vocem per lucerniferum reddere possemus. [2]) Ductile e laminis aureis malleorum ictibus extenuatis. [3]) Ornamenta hastilis et ramorum formam nucis amygdalinae, pomorum et liliorum praeseferebant et hoc ordine disposita fuisse videntur, ut primum inferne scyphus appareret, deinde sphaerula denique lilium. [4]) Sed tantum nocte, quia coll. Exod. 27, 21. Lev. 24, 3. I. Reg. 3, 3. II. Par. 13, 11. sacerdotum erat singulis eum vesperis accendere et mane exstinguere. Praeter candelabrum, erant emunctoria ex auro, quibus absumebantur lychnorum recrementa et partes inutiles. Exod. 25, 38. Num. 4, 9. Cf. G. M. Doederlini, exercitat. de candelabris Judaeorum sacris, in Ugolini Thes. XI, 887. s. B. Ugolini, diss. de candelabro. ibid. p. 905. s. Krüger, Der siebenarmige Leuchter. Tüb. Quartalschr. 1857. 238—261. [5]) שֻׁלְחָן, pariter ex lignis acaciarum, auro obductis; longa duos cubitos, lata unum, alta unum et medium. Tabulam superiorem ex omni parte terminabat limbus, ultra designatam longitudinem et latitudinem aliquantum protensus, per artem incisis et emblematibus ornatus. Exod. 25, 23–28. 37, 10—16. Instructa erat quatuor pedibus cum totidem annulis, per quos vectes lignei auro obducti inserebantur, ad mensam de loco in locum transferendam. Exod. 25, 23. [6]) LXX. ἄρτους ἐνωπίους ἐναντίον. [7]) Lev. 24, 6—9. coll. I. Par. 9, 32. 23, 29. Cf. De mensa facierum libell. sing. C. L. Schlichteri, in Ugolini, Thes. X. 847. s. B. Ugolini. Diss. de mensa et panibus propositionis. ib. 997. s. Non desunt, qui una cum panibus existiment mensae sacrae imposita libamina, ad quae tenenda et fundenda serviissent vasa Exod. 25, 29. descripta. coll. 37, 16. Sed obstat haec

s. Tabernaculi [1] velo a sancto divisa „Sanctum Sanctorum“ [2] vocatur. In ea servabatur nobilissimae dignitatis supellex [3] Arca אֲרוֹן הַבְּרִית [4], e lignis acaciarum intus et foris deaurata [5], facta eum in usum ut praestaret officium reconditorii tabularum foederis unde etiam nomen accepit arca testimonii, הָעֵדוּת [6]. Arcae contiguum fuit operculum הַכַּפֹּרֶת [7], aeque aureum, quod operiebat arcam, cuius utrumque latus ornabant Cherubini, כְּרֻבִים [8], sese mutuo respicientes versis reverentiae causa in propitiatorium vultibus [9]. In arca foederis praeter tabulas legis, nihil erat tempore

---

opinio constanti Judaeorum traditioni; nec ullum in S. Scriptura habet firmamentum, nam Exod. 25, 29. i. t. o. sonat: et cyathos quibus libabitur. Cf. Relandi, Antiq. s. p. 25. J. Villalpandi, Ezech. vis. II, 354.

1) Decem cubitos longa et lata. 2) ἅγια ἁγίων. 3) Ut adeo propter hanc solam fere tabernaculum struendum fuerit. 4) Exod. 25, 10 s. ἡ κιβωτός τῆς διαθήκης. 9, 4. Quoad formam receptaculum hoc fuit fabricatum figura oblonga, latitudine Hebr. altitudini aequali, cubiti et dimidii, proportio autem longitudinis se habuit ad totam latitudinem, ut tota dimensio ad $^{3}/_{5}$, capacitas vero respondebat II tabularum dimensionibus. 5) Non prout pictores inducunt tenui auro, sed solidis laminis vestita. In quatuor angulis habebat quatuor circulos aureos, quibus inducebantur vectes ad portandum. 6) Exod. 25, 21 coll. Deut. 9, 9. 11. 7) LXX ἱλαστήριον interdum ἐπίθημα; Vulg. propitiatorium, subinde oraculum, quod Deus inde oracula sive responsa sciscitantibus per sacerdotes ederet. 8) Quam vocem Smits, Diss. de s. tab. pag. 523 s. ex כ comparationis et רבב compositum habet q. d. multiplex? unus enim Cherub velut plura animalia erat. Gesenius, in Thes. p. 711. refert ad r. חָרַם vetuit, prohibuit, et כְּרוּב custodem vertit, qui profanos arcet. Erant ex auro ductili malleorum ictibus extenso. Tota massa materiae aurea fuit, et corpus solidum nusquam commissuras admittens. Miramur varias divitemque s. tabernaculi supellectilem et materiam, quae divinis artificibus Beseleeli et Ooliabo suppetiit: Neque enim ut recentiores fingunt Israelitae omnium rerum inopia laborabant, quamquam modo ex dura servitute egressi. Et a. quidem probabile est, aliquos Israelitarum tenuisse haud pauca ex prisca opulentia avorum, quod imprimis locum habere potuit in nepotibus Josephi. b. Certum est multa illos extulisse ex Aegypto, qua nulla regio tunc beatior, ob viciniam fodinarum auri et argenti apud Arabes et Indos, unde in Aegyptum advehebantur pretiosae merces mari erithraeo. Neque c. incredibile est aliquid iis accesisse ex spoliis Aegyptiorum, quorum cadavera cum vestibus, quaeque iis inerant rebus pretiosis, littori alluerunt undae maris rubri. Denique d. ipsum desertum, in quo errabant nonnulla suppeditavit v. c. lignum. 9) Quaenam proprie autem forma Cherubinorum fuerit e loco Exodi 25, 18—22. exploratum non est; unde de illa non exigua lis est. Cf. Villalpandi, explan. II, 310. s. J. H. Dorien, diss. de Cherub. S. S. in Ugolini, Thes. VIII, 575. s. C. Geissler, de Cherubim propitiat. Witt. 1661. R. Meissner, de Cherubinis. ib. 1663. J. Buxtorfii, Hist. arcae foederis. Ugolini, Thes. VIII, 232. s. Ezechiel propheta — quo hac in re nemo

Salomonis [1]. Sed antea, cum arca toties mutaret locum [2] in ea asservabantur insuper vas aureum manna plenum – quod coram Domino positum est [3] – et virga aaronica [4]. Supra arcam et alas Cherubinorum apparebat illustre praesentiae divinae symbolum nubes [5]. Sancta Sanctorum, soli summo pontifici semel in anno videlicet festo expiationis pervia erant [6].

§. 40. Symbolica ratio s. Tabernaculi.

Monitum. Totus s. Tabernaculi locus, ut ex mox dicendis apparebit, cum omnibus instrumentis et utensilibus symbolicus erat, atque inserviebat quam maxime ad adumbrandas res Revelationis divinae. Nisi subessent maiora indignum foret divinae sapientiae, tam minute, quae fieri debebant in s. Tabernaculo, praecipere. Sed explanatio symbolorum materia lubrica est, in qua facile ingenium sibi quid praeter modum indulgere posset, quare admodum religiose in his erit agendum. Ceteroquin quamvis singula non ita explicare valeamus, ut seorsim sumta evidenti demonstratione comprobentur; cum altera parte constet, omnibus ritibus et cerimoniis Veteris Foederis, veluti unius magnae tabulae iconibus veritates revelatas in universum, et Christum cum Ecclesia sua in particulari depingi; e Prophetarum, Christi et Apostolorum ore proinde significationem symbolicam s. Tabernaculi quaeramus oportet. Cf. J. F. Meyer, Leitfaden zu einer künftigen Symbolik. i. d. Bl. f. h. Wahrheit. Frankf. 1827. p. 241 s.

---

uberior — eos 1, 5. s. humana seu erecta specie depingit, ita ut praeter quatuor alas 1, 11. 23. quarum binae corpori tegendo, binae volando inserviant, manusque humanas sub iis latitantes, 8. 10, 7., quatuor facies Cherubinis adscribat: humanam, leoninam, bovinam, aquilinam 10, 10. 14.; plantas denique pedum sistit instar boum rotundas, 7. universum autem corpus occellis consitum, 8. 10, 12. Denique eos appellat חַיָּה, חַיּוֹת, seu entia viva 13. 10, 15. Eadem descriptione et nomine ζῶα utitur quoque s. Joannes. Apoc. 4, 6.

1) III. Reg. 8, 8. 2) Tum in deserto, tum in terra sacra, ubi iussu Dei Jos. 6, 6. e tabernaculo eruta circa Hierichuntem ferebatur; deinde ad montes Hebal et Garizim delata est; Jos. 8, 33. post in aciem educta et a Philistaeis capta I. Reg. 4, 5. s.; tandem a Davide in aedem montis Sionis, quam ei paraverat collocata fuerat II. Reg. 6, 17., usque dum templo Salomonaeo inferretur. III. Reg. 8, 6. II. Par. 5, 5. 3) Exod. 16, 32. 4) Num. 17, 10. Hebr. 9, 3. Aliter conciliat s. Paulum cum II. III. Reg. Bernardus a Piconio, expos. epist. s. Pauli. ed. Paris. 1850. III, 328. Villalpandus. l. c. p. 344. 5) Quae absoluto Tabernaculo locum illum sanctissimum inhabitavit Lev. 16, 2. coll. Ps. 98, 7. ac postea coll. III. Reg. 8, 10. in dedicatione videbatur Templi primi, non vero in secundi, quod arca foederis caruit. Quaestiones de nube solvunt: J. Buxtorfius, Hist. arcae foederis. c. XI. s. p. 243. Smits, l. Levitici elucid. III, 94. s. 6) Sed ut scite advertit Calmetus, in Lev. 16, 2. II, 122. ingressu ordinario. Nam extraordinario saepius illa penetralia ingrediebatur, uti cum oraculum consulendum esset.

Igitur ut intelligamus, quid apparatu Tabernaculi doceatur, expendamus quibus illud in Sacra Scriptura nominibus vocetur? Appellatur a. מִשְׁכָּן. אֹהֶל מוֹעֵד. habitaculum, tentorium conventus, foederis, quia ibi Dominus ut rex Ps. 5, 8. per visibilem aliquatenus praesentiam veluti in regio palatio habitare voluit; hoc ipsum autem signum erat Foederis Deum inter et populum electum. Exod. 25, 8. 29, 42. 43. 45. 46. Deut. 4, 7. Vocatur b. Domus Dei, Exod. 23, 19. I. Reg. 1, 7. quam aedificavit Deus, proinde symbolum coeli, quod fecit Deus, qui non habitat in domibus manufactis. Is. 66, 1. c. Sanctuarium, gratiosae praesentiae Dei inter Israelitas, Num. 9, 15—23. unde omnis egrediebatur sanctitas, quae est id cuius causa data est Revelatio Antiqui Foederis. Locus denique, in quo homines communionis cum Deo, omnis beatitatis fonte participes fieri queunt. Exod. 28, 43. Unde plurimi faciebant pii et religiosi in hoc Tabernaculo versari, v. Ps. 22, 6. 26, 4. 41, 2. qui tamen videre non poterant in eo tantum mysteriorum, quantum per Dei gratiam nos Christiani, quibus figurarum clavis data, illiusque genuinus usus a s. Paulo demonstratus est.

Singulas partes quod attinet s. Tabernaculi iam consideremus. Atrium ceu locus omnibus communis mundum significabat. Eius mysterium clare pandit ibi collocatum Altare aeneum. Nomen altaris בָּמָה omnium fere consentientibus suffragiis — „Altare ab altitudine constat nominatum, quasi alta ara. Aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae victimae ardeant. Alii a praecationibus quas graeci ἀρας vocant.“ J. Isidorus, Etymologiarum. l. XV, 4. ed. Arevali. Romae 1702. IV, 222. — locum notat altiorem elevatiorem sive talem in quo animus ad coelum attolli et elevari debet. Monumentum in quo praecipua s. cultus actione sacrificio — זֶבַח immolatione, unde ipsum altare מִזְבֵּחַ. ut θυσιαστήριον, a θύω macto — Deus coeli et supernum auxilium invocari debebat. Supplices ad aras orare ethnicis quoque consvetum. — Ita Virgilius, Aeneid. IV, 204. Ante aras media inter numina Divum, multa Jovem manibus supplex orare supinis. ed. Biponti. 1783. I, 217. — Dubium non est altare seu locum expiationis et reconciliationis, aptissimum fuisse adumbrando Christo, qui et altare est secundum vim sanctificantem, Hebr. 13, 10. et sacrificium secundum humanam naturam, quam immolavit, quando corporis sui oblatione peccata nostra detersit. Hebr. 9, 14. Cornua altaris, quid ni significent omnipotentiam Dei? qui est refugium piorum, Ps. 17, 3. 131, 17. Luc. 1, 69. quo muniti — ut animalia cornibus — se defendunt, et in proelio quo de salute certatur, adversa potenter calcant. Isa. 27, 5. Oblivisci non debet situs altaris in atrio extra tabernaculum, ante ostium tentorii conventus; et ipsa materia altaris, quae iuxta Exod. 20, 24. s. potiore parte humus et lapides i. e. terra erat, ambo iuncta suamet iam spectant figura obiectum altaris: terram et homines, pro quibus et vice quorum fiunt sacrificia et immolantur victimae.

Inter vasa, quorum descriptionem supra dedimus: Labrum aeneum symbolicam significationem habeat necesse est. Cum enim Deus tam sollicite ab omnibus ministris pedes ad ingrediendum sanctuarium et manus ad sacra facienda lavari voluerit, ut secus facientibus mortem comminatus fuerit, docemur: in cultu Dei sancti Israelis, ad quem qui accedit sanctus fit, Isa. 8, 14. Ezech. 45, 3. Ps. 95, 6. requiri ab eius servis et intermediatoribus, actionum tum externarum, quam internarum et puritatem pietatem animi, cuius signum conspectui patens est: mundities et puritas externa, ab omnibus fere populis internae puritatis symbolum

habita. Nam si quis ministrorum immundus accessisset ad tangenda vasa s. officii Exod. 30, 29. non modo non sanctificabatur, sed illum poena maxima manebat propter irreverentiam: valde enim i. e. sacrosancta sunt universa ad cultum Dei pertinentia. Isa. 1, 16. Ps. 25, 6. II. Par. 7, 1. Inter altare et tabernaculum stabat, ut indicaretur nullam dari communionem cum Deo, nisi cor esset lotum et purum.

Sanctum — coelum hoc typicum Hebr. 9, 1. — plurima fabrefactum arte cogitationem iniicere debebat de praestantia superioris sedis coelestis, cuius hoc extimum et figura solum erat. Velum exterius quod materia eximium erat suspicandum dabat interiora multo praestantiora esse.

In Altari „thymiamatis," suffitus ante omnia probe advertendus. Aaron et sacerdotes ministrantes certe eum ob finem incenderunt aromata, ut hoc suffitu coleretur Deus; non ut incensa aromata gratos per aërem spargerent odores et tabernaculo fragrantiam conciliarent, sed ad venerationem maiestatis ibidem habitantis. Verum ut singulatim omnia contemplemur: Suffitus iuxta indicia S. S. commodum et indubium emblema est precum. Clarissima sunt utique hac de re Davidis verba, Ps. 140, 2. ubi Deo orationem suam commendaturus ait: dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Cf. Mal. 1, 11. Significant ergo odoramenta preces et gratiarum actiones, quae ad Deum missae et secundum coelestis sanctuarii praescripta oblatae, ipsi ut grati et accepti commendantur, eiusque benevolo in hominem affectu comprobantur; Apoc. 5, 8. 8, 3. — sumitur enim iuxta Cant. 4, 10. odor gratus pro approbatione rei aut voluptate et laetitia inde percepta — de quibus quoque docemur eas debere quotidianas esse. Ps. 54, 18. Dan. 6, 10. Col. 4, 2. Notandus etiam situs huius altaris in intima parte Sancti — ubi nefas erat populo versari, sed soli versabantur sacerdotes — admodum idoneus. Optime enimvero convenit figurae coeli — ubi Deus continue in elargiendo lumine et cibo spirituali est — ut laudes et preces, qua unicum quod in coelo offerri potest sacrificium, Deo fiant. In hoc enim altari propitiatoria offerre nefas erat, ipsumque ad preces fundendas pene institutum. Id vero officii perficiunt soli sacerdotes ut Deo consecrati et sanctificati, cum e contra altare holocaustorum omnibus accedere licuit. V. omnino s. Gregorii Nyss. sermon. in die Nat. Chr. III, 340.

Ad symbolicam significationem „Candelabri," quod spectat haec admodum ampla est. α. Lux in S. Scriptura est symbolum cognitionis divinae, cognitionis Dei Israeli semet manifestantis. Isa. 10, 17. 60, 1. Ps. 96, 11. 35. 10, 112, 4. ß. Veritatum revelatarum communicatio est quasi lampadum accensio; ut omnes qui in domo Dei versantur lucis istius sint participes, atque ita in fide et moribus aedificentur. II. Pet. 1, 19. Ut panis mensae, medium est vitae; ita lumen lucerniferi medium illuminationis divinae. Accedunt ß. septem — seu numero foederali — lucernae in eo conspicuae. Omnis enim divinae illuminationis vis est, quod non solum illuminet sed et sanctificet, quae demum sanctificatio saepissime nobis innotuit ut finis foederis. Ps. 18, 9. γ. Candelabrum ipsum, instrumentum communicando lumini prorsus necessarium, notat: constituisse Deum, quae ad iustos in regionem lucis collocandos faciunt; fideles non solum illuminati sed et lux sunt. Ps. 91, 13. Zach. 4, 2. Matth. 5, 14. 16. Joann. 12, 36. Ornatus candelabri δ. negligendus non est. Arboris refert schema, quae in altum procrescens, habet radicem, truncum, ramos et folia, haec symbolum sunto

Verbi Dei, quatenus est causa omnis luminis in Ecclesia. Verbum vero Dei cum toto suo ambitu quoad essentiam, ortum, incrementum, vim, effectus, characterem S. S. nulla alia imagine frequentius describit quam arboris, plantae, germinis. Ps. 1, 2. 3. Isa. 55, 10. 11. Eccli. 39, 18. 19. Matt. 13, 3. s. 31. s. Act. 6, 7, I. Cor. 3, 6. 7. I. Pet. 1, 2. 3.

Mysterium magnum latebat sub repraesentamine „Mensae panum propositionis." Ubi oportet nos attendere respectu panis ad nomen. Vocatur i. t. o. panis faciei. Facies Dei coll. Exod. 13, 21. 33, 14. 15. Deut. 4, 37. ipse Deus est; panis faciei, panis quo medio Deus se videndum et cognoscendum praebet. Panis in genere omne ciborum genus notat, qui cum in Sancto — coeli typo — reponitur, panis coelorum figuram gerit. Typus est corporis Christi nutrientis animam ad vitam aeternam. Jo. 6, 48. 51. Attamen iam sub diebus Veteris Testamenti, qui hunc panem manducant, participes fiebant vitae beatae; cum Deum in symbolis suis conspicientes non solum spiritualiter saturi evaserint, sed haec ipsa satietas beatitudo sit. Ps. 80. 17. 104, 40. 131, 15. Duodecim panibus instructa stetit mensa pro numero duodecim tribuum Israelis; quia cibus foederalis fuit, cuius foederis propositum erat sanctitas. Suapte natura eo respiciebat, ut notum redderet Deum suppeditare quidquid ad vitam spiritualem et pietatem requirebatur. Unde et singulis sabbatis panes isti a solis sacerdotibus in loco sancto manducandi erant, qui ipsa veste alba de sedula morum castimonia admonebantur. Azymi incorrupti incenso prius ture erant comedendi, dulcedo enim vitae beatissimae laudibus et celebratione Dei redimenda est. Dignum est denique observatione: Deum in administratione foederis sui coniunxisse symbola lucis — ad cognitionem — et cibi — ad nutritionem; — ita iam in paradiso arborem scientiae boni et mali atque vitae; in deserto columnam nubis et manna; in s. Tabernaculo lucerniferum et mensam. Utraque re quam maxime indigemus, alimento ad vivendum, lumine ad operandum!

Velum, τὸ δεύτερον καταπέτασμα, quod Sanctum a „Sancto Sanctorum" discriminabat, coelum visibile praefigurat, iuxta s. Paulum Hebr. 4, 14. 9, 3. quod Jesus transiit, quodque spes fidelium Jesum insecuta ib. 10, 19. penetrat. Gloriam suam Dominus super coelos posuit, Ps. 8, 2. ut coelestia cernamus, aperiri coelum necesse est, Apoc. 4, 1. quod fit meritis Christi.

Quaerentibus de symbolico „Arcae foederis" significatu, ante omnia rursus nomina arcae consulenda erunt. Vocatur saepissime arca Testimonii vel Testificationis, Ex. 30, 6. vel Testimonium, Testificatio. Ratio huius appellationis est, quod Deus qui tabernaculum condi iussit propter arcam, nunc quoque arcam condi voluit propter tabulas foederis et volumen legis testes perpetuos foederis quod inierat cum Israelitis. Cumque pro dignitate foederis instrumentum illud verba foederis recipiens aestimandum fuerit, studiose non tantum debebat conservari, verum etiam auro carius haberi. Proinde quemadmodum lumini candelabrum, pani mensa, sic pretiosissimo populi cymelio conveniebat arca, in qua includeretur lex, quae erat conditio foederis inter Deum et Hebraeos initi; cuiuscumque enim generis instrumentum, quod magni fit diligenter custoditur. Propter has et similes causas vocatur „gloria Israel," I. Reg. 4, 21. utpote qui gaudebat iure accedendi ad regem suum supra arcam habitantem. Exod. 29, 45. 46. Oraculum, seu Propitiatorium ad idem repraesentamen facit, quamvis enim totum Tabernaculum divinae revelationis sit locus, praecipue tamen et sensu

angustiori id de **propitiatorio** dicendum est, quod dicitur in S. S. „**thronus Dei**," Jer. 17, 12. Ez. 43, 7. habens sub se arcam cum operculo tanquam scabellum pedum suorum, IV. Reg. 19, 15. I. Par. 28, 2. coll. Lev. 16, 2. Ps. 98, 5. et Cherubinos adstantes ministros. E Cherubinorum operculo impositorum supra a nobis data delineatione per se patet, figuram eorum in nullam creaturam naturaliter cogi posse, sed notas quae illis tribuuntur, **symbolice** partes qualitatum et munerum angelicorum referre. E symbolica Cherubinorum imagine resultat „**idea vitae creatae**" attamen omnia cetera entia antecellentis. **Tauri** species vim genitricem; **leonis** fortitudinem, vim, maiestatem, **aquilae** elevationem, agilitatem, **hominis**, spiritualitatem adumbrat. Quibus in unum collectis significatur: Dei inter Cherubinos residentis, per universum mundum se exserens et manifestans vis, ut: creatoris et iudicis omnipraesentis, nec non spiritus sapientissimi. Hoc modo Cherub **de facto** — ut dicimus — laudes Dei repraesentat corpore suo e quatuor symbolicis speciebus conflato. Sane commune Cherubinorum munus in Apoc. 4, 8. esse dicitur glorificare et agnoscere maiestatem Dei, quod fit dum die ac nocte in circuitu throni stantes „Sanctus" ter Domino Deo, qui erat est et venturus est accinunt. His perbelle convenit etiam situs Cherubinorum, describuntur enim alis super propitiatorium porrectis, vultu versus arcam inclinato. Quod denotabat universas, igitur et praeclarissimas creaturas, debere semet coram creatore, qui super arcam ut thronum residet humiliare et ei obsequium deferre. Ad hoc provocat etiam Psalmista dum canit: **adorate scabellum pedum eius**. Ps. 98, 5. coll. 80, 2. 103, 1—3. Arca itaque typus erat throni gratiae, in quo Deus sedens preces supplicum audit, et opem iis benigne confert. Propitiatorium relationem habet ad intercessionem Christi, Deum homini, coelum terrae unientis, qui lytrum divinae maiestati persolvit, quive in coelis hoc agit, ut meritorum suorum perpetua oblatione foedus gratiae sartum tectumque conservet et thronum gratiae stabiliat. Huc respexisse arcam docent ll. Rom. 3, 25. Hebr. 4, 14—16. 9, 4. 5. Apoc. 11, 19. *Ceterum interpretum de Cherubinis opiniones referre non est huius loci, de his adeundi sunt: Fromme, in Thes. th. I, 120. Calmetus, Dict. I, 229. Lamy, de tab. p. 424. s. Appar. bibl. l. I, 4. p. 101. Smits, Diss. p. 538—564. J. D. Michaelis, Commentat. de Cherubis, in klein. zerstr. Schrift. Jena. 1793. I, 306. s. Kaiser, Comment. in priora Gen. cap. Norimb. 1829. p. 31. s. Bähr, Symbolik des mosaischen Cultus. I, 349. Wette, Archaeol. p. 254. Kalthoff, hebr. Alterthüm. p. 178. s. F. Friederich, Symbolik. der mos. Stiftshütte. p. 225. s. Allioli, Religiöse Alterthümer. p. 112. s. Wineri, Bibl. Realw. II, 225. Scheiner, in Wetzeri et Weltei K. L. II, 468. s. Thenius, Die Bücher der Könige. pag. 76. seq. Der Tempel. p. 33. Knobel, Exod. p. 265. Kurtz, in Herzogs R. E. II, 650. s. Keil, Handb. der bibl. Archäologie. I, 113.*

§. 41. Tempora sacra.

Locis sacris adiungimus tempora sacra, quibus Deus in Veteri Foedere coli voluit modo solenni. Inter quae alia sunt, quae saepius in anno recurrebant, ut Sabbatum et Neomenia; alia erant anniversaria, ut Pascha, Pentecostes, festum Tabernaculorum,

ac denique dies Expiationis [1]. Originem sabbati [2] repetimus ab initio mundi, quod cum Deus decalogo inseruerit, recte dici potest cerimonialis et moralis esse iuris [3]. Sabbati officia in Veteri Testamento fuerunt: recordari creationis sex dierum et liberationis e servitute Aegypti [4], solenni religione Deum colere [5], atque aeternam quietem in coelo habendam meditari [6]. Lex severe praecipiebat sabbati observationem [7]. Duo de celebratione Sabbati iussa fuere a. Cessatio ab operibus servilibus [8]. b. Sacrificia in loco s. offerenda. Num. 28, 9. s. [9]. – Ut vero septimus dies hebdomadae, sic omnium mensium primus – quem Vulgata modo Neomeniam modo Calendas appellat – Israelitis sacer fuit [10] nempe cultu publico sanctus [11] et laetus [12]. Praecipue autem primus mensis primi – Tischri – in anno – civili – dies festivus fuit et Deo dicatus, patulo etiam tubarum clangore et sonitu proclamandus [13]. Impetrabant tempore Neomeniae septimi mensis – anni sacri – per sacrificia

---

[1]) Beneficia creationis et gubernationis „sunt communia toto humano generi, et ideo frequentius iterabantur; alia vero quinque festa celebrabantur semel in anno, et recolebantur in eis beneficia specialiter illi populo — israelitico — exhibita.“ S. Thomas, Summae P. II. q. 102. a. 5. VI, 262. [2]) Vox שַׁבָּת, τὸ σάββατον, descendit a r. שָׁבַת quiescere et variis notionibus in S. S. inservit a. Septimae diei cuiusvis hebdomadis supputatae a creatione mundi. Exod. 20, 10. coll. Gen. 2, 2. Significatione latiori b. Omnibus festis a Deo institutis. Lev. 23, 32. Ezech. 20, 12. 13. 16. c. Cuivis anno septimo. Lev. 25, 8. [3]) Ita s. Thomas, Summ. II, 2. q. 122. a. 4. VIII, 807. s. Certe praeceptum de cultu sabbati habet aliquid quod ad mores naturaeque ius attinet, nam officium Deo ob collata beneficia aliquod tempus sacrandi iam natura praecipit. Sed si statutum tempus ipsum spectetur, non ad mores sed cerimonias pertinet. Unde et Apostoli diem Domini, quo resurrectione Christi vita nostra e tenebris ad lucem revocata fuit, substituerunt. Vide: Catechismum Concilii Tridentini. III, 4. F. W. Rücker, Vom Tage des Herrn. Erlangen 1839. p. 2 s. [4]) Deut. 5, 15. [5]) Exod. 31, 17. [6]) Hebr. 4, 4. [7]) Ut apparet exemplo illius, qui cum ligna collegisset sabbato, iubente Deo lapidatus est. Num. 15, 32. s. At negari nequit praeceptis divinis superstitiones additas fuisse ab Hebraeorum magistris, qui ea quoque prohibebant, quae apprime sunt necessaria. V. Matth. 12, 5. A religione Sabbati Martialis. l. IV. epigramm. 4. Judaeos ridendo Sabbatarios dixit. [8]) Exod. 20, 8—11. [9]) Reliqua ex consvetudine nota fuisse videntur. [10]) Num. 10, 10. 28, 11. Ezech. 46, 1. IV. Reg. 4, 23. II. Par. 2, 4. [11]) Varia quae offerre tenebantur lege: Num. 28, 11—15. [12]) „Iterabatur quolibet mense, ad commemorandum opus divinae gubernationis, nam haec inferiora variantur secundum motum lunae, et ideo celebrabatur hoc festum in novitate lunae.“ S. Thomas, Summ. P. II. q. 102. art. V. ed. Bon. VI, 262. [13]) Lev. 23, 24. 25. Num. 29, 1. inde festum clangoris vel tubarum dictus: יוֹם תְּרוּעָה.

et preces decursum totius anni salutarem et faustum. E festis anniversariis primum est Pascha[1]. Celebrandum erat die 14. mensis Nisan ritu a Deo indicato[2]. Remoto iam 14. ad vesperam omni fermento ex aedibus[3]; die 15. ineunte comedendus erat agnus[4] – sacrificium et sacramentum[5] – mactandus in loco quem elegerit Deus[6]. Agno assato addebantur lactucae agrestes[7]. Soli Judaei poterant comedere de agno paschali, non autem alienigenae, nisi prius essent circumcisi[8]. Agebatur Pascha per septem dies, quarum periodus ultima die festa, quae[9] collectae – populi ad solvenda solennia paschalia[10] – dicitur claudebatur. Iisdem septem diebus de praecepto[11] azymis[12]

---

[1]) פֶּסַח. πάσχα a פָּסַח transivit, proprie significat transitum angeli exterminatoris super aedes Israelitarum, Exod. 12, 13. improprie agnum paschalem mactatum et comestum, ib. 11. Matt. 26, 17. I. Cor. 5, 7. denique festum paschatis, Joann. 13, 1. 18, 39. Act. 12, 3. quo agnus iste comedebatur. IV. Reg. 23, 21. 22. Joann. 18, 28. [2]) Exod. 12. Lev. 23. Deut. 16. [3]) Exod. 12, 15. 19. 23, 18. Deut. 16, 4. Septiduo integro a fermento erat abstinendum. Num. 28, 17. [4]) Die 14. immolabatur in prima vespera et assabatur, post occasum vero solis, cum iam inciperet 15. dies iuxta Hebraeorum morem coll. p. XXXII. comedebatur agnus; quod Deut. 16, 6. i. t. o. dicitur inter duas vesperas. Lev. 23, 5. [5]) Agnum paschalem sacrificium fuisse mordicitus negabant et negant heterodoxi – quos vide apud Keil, Arch. I. p. 387. — polemicis e rationibus, quas olim iam ex ipsorum castris refutavit Th. Hakspanus — Not. ph. ad Exod. 12. I, 335. – qui scribit: „Fatendum omnino Pascha sacrificium esse proprie dictum.“ Cum eodem faciunt ex acatholicis interpretibus nostrorum dierum: Bähr — Symb. d m. II, 632. — et Baumgarten — Th. Comm. I, 465. — Et revera e l. c. Exod. 12, 2. s. patet illud sacrificiis generatim quidem, eucharisticis vero particulatim accensendum esse. A. Sacrificiis; nam α. v. 27. זֶבַח־פֶּסַח הוּא לַיהוָה, tanquam in primitiva sede, vox proprie sumenda est, cum ibi narretur rei novae institutio. Hoc ipsum β. confirmat Num. 9, 13., ubi קָרְבָּן dicitur, et de illo usurpatur verbum הִקְרִיב, quod semper sacrificiis proprie dictis in S. S. accomodatur. γ. Ante altare mactabatur sacerdosque sanguinem ad pedem altaris spargebat. Cf. Deut. 16, 2. 5, 6. B. Eucharisticis; quoniam nec adipe combusto, nec carnis aliqua parte cessa, a patrefamilias cum suis, qui mares, indigenae, circumcisi et mundi esse debebant, comeditur. Si in sanguinis domus postibus aspersione expiatorii quid inesse videtur non officit, hoc enim in universum a nullo sacrificiorum genere aberat. Cf. Marc. 14, 12. I. Cor. 5, 7. Sacramentum esse, sive figuram Christi gessisse agnum paschalem et sanguinis a Redemtore divino effusi virtutem praefigurasse, suo loco in Historia N. T. visuri sumus. [6]) Deut. 16, 5. 6. II. Par. 30, 17. 18. I. Esdr. 6, 20. Luc. 22, 8 Quod autem Hebraei iussi fuerant, ne os frangerent ex eo, etsi ad properationem pertinebat in Aegypto, perpetuo observatum fuit. Joann. 19, 36. Cf. Becanum, Analogia V. et N. T. c. 14. p. 222. [7]) Exod. 12, 8. [8]) Exod. 12, 43. s. [9]) Deut. 16, 8. [10]) II. Par. 7, 9. [11]) Num. 28, 17. [12]) Pane afflictionis. Deut. 16, 3.

vesci debuerunt. Dies 15. erat azymorum [1] celeberrima, qua sicut et septima ab omni opere cessandum fuit [2]. Singulis diebus varia immolabantur sacrificia [3]. Die secunda i. e. 16. insuper offerebantur primitiae messis, manipulus spicarum hordei maturescentis [4]. Qui legitime impeditus [5] hoc mense Pascha celebrare non posset, id facere mense sequenti eodem ritu iubebatur [6]. Pascha ex instituto Dei sequebatur [7] festum hebdomadum [8]. Habuit nomen haec festivitas a numero septimanarum [9], quibus lapsis ingruit quinquagesimus dies i. e. Pentecostes [10]. Monente ita divo Hieronymo „Dedicatio legis est Pentecoste“ [11]. Ut proinde Hebraei recordarentur legis datae, illamque exactius observarent Pentecostes observanda erat. In hoc festo praeter alia sacrificia statuta [12] offerendae erant placentae ex novis frugibus recenter coctae et fermentatae [13]; primitiae panis quotidiani. Unde solennitas messis primitivorum [14]; dies primitivorum dicitur. Nullum opus servile debebant facere in eo [15]. Inter anniversarios dies feriatos erat porro ille, qui expiationis [16] dicitur, quo decimo mensis septimi – anni sacri [17] – Deo offerebatur piaculum [18]

---

[1]) חַג הַמַּצּוֹת, ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Luc. 22, 1. [2]) Deut. 16, 8. [3]) Iuxta Num. 28, 20. s. 24. [4]) Lev. 23, 10. s. [5]) E. c. Immunditia Num. 9, 6. [6]) Num. 9, 10. s. Secundum consvetudinem Judaeorum plura imponuntur adhucdum — de quibus v. Menochium, de republica Hebraeorum III, 3. p. 258. seq. J. Leusdenii, Philologum hebr. p. 276. 281. C. g. Bodenschatz, d. r. Hebräer. II, 267. seq. Schröder, Satzungen u. Gebräuche des t. r. Judenthums p. 175. s. — inter quae ob l. Matth. 26, 30. adnotandus venit mos cantandi Psalmos 113. et 114. ante agnum, 115. 116. 117. 118. et 136. t. o. post agnum comestum. Procul dubio Christus eundem morem observavit, ubi pascha ederet cum discipulis suis. [7]) חַג שָׁבֻעֹת. [8]) Exod. 34, 22. [9]) Quia 7 septimanae erant a paschate numerandae, ab oblatione manipuli postridie paschatis, quae septimanae simul quadraginta novem dies conficiunt; ut habetur Lev. 23, 15. 16. Deut. 16, 9. 10. [10]) ἡ πεντεκοστή sc. ἡμέρα, Act. 2, 1. Josephus Antiq. III. 10, 6. I, 178. 179. 180. de bello II. 3, 1. 2. p 152. [11]) Vide pag. 110. [12]) Num. 28, 27. [13]) Lev. 23, 17. [14]) Exod. 23, 16. [15]) Lev. 23, 21. [16]) יוֹם הַכִּפֻּרִים. [17]) Nono die ad vesperam incipiebat festum et durabat usque ad vesperam diei sequentis. Lev. 23, 32. [18]) עֲזָאזֵל v. h. emissarius hircus, ex עֵז et אָזַל, Symmachus, εἰς τράγον ἀπερχόμενον, Aquila εἰς τράγον ἀπολελυμένον εἰς τὴν ἔρημον LXX τῷ ἀποπομπαίῳ, εἰς τὴν ἀποπομπήν. Cf. Hexapl. Origen. ed. Bern. de Monfaucon. Par. 1713. I, 130. Deylingii, Obs. s. I, 50. Gesenii, Thes. s. h. v. p. 1012. Winer, R. W. s. h. v. Bähr, l. c. II, 666. Tholuck, Beil. zum Comm. u. d. Hebräerbrief. Gotha. 1854. ed. 4. p. 96. Vaihinger, in Herzogs R. E. I, 634., quibus omnibus displicet haec vocis origo, uti et Keilio, l. c. p. 407. Vide sis, uti et alios plures;

pro peccatis [1]. Prima pontificis maximi [2] cura erat adducere vitulum suum pro peccato, et arietem in holocaustum; deinde lotis manibus et pedibus induere vestes albas et lineas. His amictus summus sacerdos ad expiationis ministerium processit vitulum et arietem immolando cum septem agnis [3]. Quod ubi peregisset duos hircos a principibus oblatos pro peccato totius populi nomine offerendos accepit et arietem in holocaustum [4]. Uter vero immolandus, uter crimina populi laturus in libertatem asserendus esset, sorte decidebatur [5]. Litata hostia [6] ac sacro igne et ture turibulo impositis, „Sanctuarium" ingrediebatur [7], e quo ture suffito statim egressus, oblati pro se vituli et hirci pro populo sanguinem accipiens, Sanctum Sanctorum rursus intravit. Merso in sanguinem digito versus propitiatorium septies adspergebat, easque adspersiones in Sanctum redux prosecutus, altare, tabernaculum et omnia circum loca lustravit [8]. Sic expiatis omnibus pontifex adducto ad se hirco in libertatem vindicando imposuit manus, factaque confessione suorum peccatorum et totius populi, hircum peccatis quasi oneratum in desertum emisit [9]. Indutus vestibus consvetis pontificalibus immolabat arietem suum et arietem populi in holocaustum [10]. Denique non praetereundum, hac expiationis die, unicum per totum annum fuisse praeceptum ieiunium [11]. Diem doloris sequebatur dies gaudii: Festum Tabernaculorum [12], quod incidit in decimam quintam eiusdem mensis, magnaque laetitia per octo dies

---

nostra non interest fusius de ea disputare vel ideo potissimum, quod huiusce rei ad habendum sensum conferat nihil; etsi fatemur horum interpretum ratiociniis nil solidi quod contra tam antiquos testes faceret, inesse. Cum Vulgato sentiunt: Bochartus, Hierozoici. I. 2, 54. p. 650. s. Smits, Leviticus elucidat. III, 102

[1]) Lev. 16, 8. 11, 21. 22, 26. [2]) Qui hac die omnem liturgiam solus agebat. [3]) Num. 29, 8. [4]) Lev. 16, 5. [5]) Lev. 16, 7—10. [6]) Sorte facta, iugulabat pontifex vitulum suum pro peccato oblatum et hircum populi, in quem ceciderat sors ut esset victima pro peccato. Hebr. 9, 7. coll. 5, 2. 3. [7]) Lev. 16, 12. 13. [8]) Lev. 16, 14—20. [9]) Inde hircus emissarius dictus. Lev. 16, 21—23. Cf. Hebr. 7, 27. 28. [10]) Vitulus vero pro peccatis summi sacerdotis, et hircus pro peccatis populi immolatus — symbolum promeritae poenae, V. Barnabae, epist. c. VII. p. 17. S. Justini, dial. cum Tryphone. n. 40. p. 133. Tertullianum, c. Marc. 3, 7. IV, 118. — extra urbem vel extra castra cremabantur integri Lev. 16, 25—28. [11]) Lev. 16, 29. 23, 27. Jeiunantes abstinebant a cibo et potu Ps. 34, 13. Jon. 3, 7. nec non ab ablutione et unctione, II. Reg. 12, 20. Dan. 10, 3. id quod afflictionis nomine venit. [12]) חַג הַסֻּכּוֹת. Lev. 23, 34—36. σκηνοπηγία, Joann. 7, 2.

— a 15–21. — celebrabatur, quibus continuis degebant Judaei s tabernaculis [1], quae in tectis et impluviis aedium ex palm myrti et salicum ramis erigebant [2]. Statuta erant sacrificia, qu offerentur singulis diebus ex ordine [3]. Prima et ultima dies T bernaculorum erant festi, quibus ab opere servili vacandum fui Pascha, Pentecostes et festum Tabernaculorum tria solennia fe erant, ad quae agenda omnes viri hebraei „coram Domino" co parere tenebantur [5]. Rationes horum festorum non agraria sed historicas et religiosas fuisse e praecedentibus facile int ligitur [7]. Omnia autem festa ritu et sanctitate septenarii num

---

[1]) Lev. 23, 40—44. [2]) II. Esdr. 8, 15—17. II. Mach. 10, 6. [3]) Num. 13—39. Seriori aevo quaque die huius festi gestantes Lev. 23, 40. manibus mos altare circumierunt laetantes canendo. Ps. 117, 25. 27. Addebant et alium rit qui erat in haustione aquae per sacerdotes e piscina Siloe et effusione eius pera iugi sacrificio matutino. Ad quae respicit Christus: Joann. 7, 37. [4]) Lev. : 35. 39. [5]) Exod. 23, 17. V. Tract. Misnae חגיגה· cap. I. ap. Leusdenum P p. 269. Quod praeceptum religiose impletum fuisse, quantum temporis circu stantiae patiebantur, ne ambigimus quidem. [6]) Ut voluerunt George, Die ren jüdischen Feste. Berlin. 1835. Hitzig, „Ostern und Pfingsten." Heidelbe 1837—38. Ewald, de feriarum Hebraeorum origine et ratione, in Zeitschrift die Kunde des Morgenland's. III, 410. 441. [7]) „*Omnes solennitates legis vet sunt institutae, in commemorationem alicuius beneficii divini vel praeteriti comme rati vel futuri praefigurati. Inter omnia autem beneficia Dei commemorandum p mum et praecipuum erat* c r e a t i o n i s, *quod commemoratur in sanctificatione sabba inter futura praecipuum et finale erat quies mentis in Deo vel in praesenti per gr tiam vel in futuro per gloriam, quae etiam figurabatur per observationem sabba Aliae vero solennitates celebrabantur propter aliqua particularia beneficia.*" S. Th mas, Summ. P. s. q. 100. a. V. 6, 188. Pascha cum conclusione sua Pentecost memoriae liberationis Israelitarum ab Aegypto Exod. 12, 12. 27. sacrum, pe petuam gratiarum actionem Deo debitam persolvit. Festum tabernaculorum Le 23, 31. in recordationem peregrinationis patrum per deserta Arabiae institutu fuit „*ad significandum, quod per aridam terram eos deduxerat Deus ad terra deliciosam*" — s. Thomas, Summ. P. s. q. 102. a. V. ed. Bon. 6, 262. — et commemorandam adunationem populi et pacem praestitam in terra promissioni Quae beneficia affectuose considerata a celebrantibus solennitates illas, acueba de facto magis eorum devotionem, ad propensius laudandum Dominum. Sed habito respectu Theocratiae egregia observantur societate composita. P a s c h a, dies primitiarum messis, praevia manipuli oblatione cum sacrificiis, ritu sac messem inaugurabat; in P e n t e c o s t e veluti consummatione Paschatis panum o latione absolutam. T a b e r n a c u l o r u m festum variis ritibus, pro diverso pr ventuum genere, tam de area quam de torculari collectorum omnium consecratione auctori suo fecit et Dei providentiam pro illato horreis cuncto anni proventu p recolebat. Dies denique e x p i a t i o n i s cum nec ad historicam, nec ad civile

continentur [1]. Sicut dies septima, et mensis septimus, similiter ad horum normam septimus annus sabbaticus et septies septimus annus iubilaeus sacer fuit, quo ut festo septimanarum non tantum primitiae sed universus anni proventus Deo erat offerendus. Septies autem septenis annis elapsis – anno iubilaeo – mancipia etiam et praedia Deo ceu Domino terrae et populi erant restituenda [2]. Pulcherrima hisce institutis inest Theocratiae imago, quam hoc sensu elucidarunt prophetae [3].

§. 42. Personae sacrae.

Ut loca et tempora sacra ad publicam religionem ordinata fuere, sic ad eam rite exercendam Deus ministros sacros instituit. Hi erant Sacerdotes et Levitae. Tribus Levi in tres familias praecipuas seu totidem capita fuit distincta, erant enim Levi [4] tres filii: Gerson, Caath et Merari; a quibus familiae Gersonitarum, Caathitarum et Meraritarum sunt ortae. Omnes hi nomine generali filii Levi [5] appellantur, quanquam ex Caathitis ii soli, qui e stirpe Aaronis ortum ducebant ad sacerdotii munus fuerint a Deo electi

---

rationem referri possit, cum semel quotannis die, reconciliationis et ieiunii ritu institutus esset, ad ethicam causam, emundationem a peccatis pertinere intelligitur; unde non in medio anno sed quod erat, post elapsum integrum annum ineundus fuit, ut peccatis universi anni emundatis, novus rite inauguretur, populus sacretur et omnia in integrum restituantur. Cf. H. Hupfeldi, Comm. de primitiva et vera festorum apud Hebraeos ratione. Halis. I. 1851. p. 23. II. 1852. pag. 10. seq.

[1]) De qua dignus est ut legatur s. Ambrosii locus, de Noe et Arca liber unus. c. 12. I, 242. Hieronymus, ad Amosi. c. 5. VI, 282. et Masius, qui hanc in rem — Comm. Jos. p. 1099 — scribit: *Maius aliquod mysterium eius numeri sit oportet, qui apud profanos scriptores etiam singularem semper habuit venerationem, tanquam reliquis numeris excellentior, adeo ut eum Cicero non dubitet rerum omnium nodum vocare. Nisi enim eo nodo constricta retinerentur in nihil prorsus abirent.* Cf. et Bähr, Symbol. I, 187. s. [2]) Exod. 23, 10. 11. Lev. 25, 1—11. 36, 33—35. Qui non dominium perpetuum sed usum tantum locat Israelitis. Ita utroque praecepto sabbatico et iubilaeo terra ipsa sancta, Deo priva et propria, cultus Domino suo praestat officia tempore quidem sancto, septenarii ratione disposito. V. K. Kranoldi, de anno Hebraeorum iubilaeo comment. Gottingae. 1837. p. 30. Hupfeldi, Comm. III. de anni sabbathici et iobelei ratione. Halis. 1858. p. 11. [3]) Ose. 2, 21. s. Am. 9, 13. Isa. 11, 6. 30, 23. 58, 13. 66, 23. Thren. 1, 7. 2, 6. Ezech. 34, 25. 44, 24. [4]) Gen. 46, 11. I. Par. 6, 1. 23, 6. [5]) Exod. 4, 14.

et sublimati. Reliqui quidem ex eadem tribu Levi [1] ad mun quoddam sacrum sed inferius a Deo assumti sunt, quos famosi Levitas appellamus [2]. Quamvis autem constaret quempiam Aar nitici esse generis, ministrare non poterat, nisi prius legitimo ri consecratus [3]. Distinguebantur sacerdotio initiati vestibus sacri Vestes quibus indui debebant erant candidae, lineae [4]; et quide foemoralia, tunica, balteus, e lino et lana mixtus variis coloribus o natus atque cidaris [5]. Non sine causa Deus voluit ut vestes sacr fierent ex tali potius materia quam ex alia; ex hisce coloribus mag quam ex aliis; ut nempe continuo memores essent munere su decenter esse fungendum et puritati studendum [6]. Officia sacerdotu erant: offerre sacrificia, imprimis vero proprium sacerdotale munu in sacrificiis fuit excipere sanguinem victimarum et illo adsperge altare. Debebant sacra sanctuarii curare v. c. ignem servare

---

[1]) Masculos semper intellige, nam apud Hebraeos, secus quam apud ethni cos, femellae prorsus omni ministerio sacro prohibebantur. [2]) Num. 3, 6. s. Aaroni filii erant quatuor, v. Nadab, Abiu, Eleazar et Ithamar; atque hi primi erant quos cum patre ut sacerdotio fungerentur elegerat Deus. Exstinctis vero Nadal et Abiu tres duntaxat remanserunt pro toto Israelitarum coetu sacerdotes, qu tamen deinceps in ingentem excrevere numerum; Lev. 10, 1—5. coll. I. Par. 24, 1—2. aetate Davidis iam ita aucti erant, ut dividi potuerint in viginti quatuor classes sive ephemerias, quae alternis per hebdomadem vicibus munere fungebantur. II. Par. 8, 14. 31, 2. 35, 4. I. Esdr. 2, 36—39. II. Esdr. 7, 39. 12, 1. Luc. 1, 5. [3]) Omnes cerimoniae inaugurationi praescriptae enumerantur: Exod. 29, 1. seq. Lev. 8, 2. [4]) Juxta praeceptum: Exodi 28, 4. [5]) Earundem accuratam descri ptionem exhibet J. Braunius in commentario amplissimo, de vestitu Sacerdotum Hebraeorum. Amstel. 1680. p. 433. s. illum lector curiosus adeat mihique copiam prosequendi alia faciat. [6]) Significationem mysterii latuisse sub hoc apparatu Josephus, Ant. III. 8, 1—7. p. 138. s. Philo, de vita Mosis, 3. ed. Mang. II, 151. s. Talmudici, utriusque Gemarae a. Braun. p. 878. testantur; cum his etiam faciunt Origenes, homil. in Lev. VI. ed. Lomm. IX, 272. Clemens Al., Strom. V. Pott II, 670. Gregorius, Nyss. de vita Moysis. ed. Par. 1638. I, 167—257. Augusti nus, in Exod. quaest. 116. et 117. III. a. 637. S. Hieronymus, ep. LXIV. ad Fabiolam, De veste sacerdotali, ed. Vall. I, 354. S. Cyrillus Al. de adoratione l. IX. ed. Aub. I, 379. 408. et alii, quos vide apud Braunium. p. 870. s. E quibus audiatur modo Doctor angelicus. „*Intentio legis erat inducere reverentiam divini cultu et hoc dupliciter uno modo excludendo a cultu divino omne id, quod poterat esse contemptibile, alio modo apponendo ad cultum divinum omne illud, quod videbatur ad honorificentiam pertinere, et si hoc quidem observabatur in tabernaculo et vasis eius, multo magis hoc observandum erat in ipsis ministris, et ideo praeceptum fuit ut non haberent maculam, adhibebatur specialis ornatus vestium et consecratio.*“ Summa. P. 8. q. 101, 5. ed Bon. T. VI. p. 279. [7]) Lev. 6, 12.

lucernas accendere [1], vasa s. custodire, tubas inflare [2], de mundo et immundo cognoscere [3], aestimare res personasve quas aliquis Deo voverat [4], conficere panes propositionis, summo ministrare pontifici, docere leges Dei et de iure sacro respondere [5], denique missis aliis, precari pro populo illique benedicere [6]. Sacerdotalium familiarum capita dicebantur principes sacerdotum [7]. Sacerdotibus assistebant remotiusque ad sacra concurrebant Levitae [8] quorum praecipua munia erant Tabernaculum et Templum custodire [9], arcam Dei et vasa sacra portare [10], ea purgare ac ubi detrita fuerant resarcire, res necessarias ad oblationes praeparare: excoriando victimas et mactando agnos paschales [11], thesauros sanctuarii curare, primitias aliasque res sacras quas populus obtulit conservare [12], laudes et hymnos Domino canere ore et instrumentis [13]. Tricesimo aetatis anno muneris sui provinciam capessebant, et expleto quinquagesimo ab ea discedebant [14]. Agendum restat de Levitarum vestibus et initiatione. Vestitum [15] fungendo demandato sibi ministerio habebant byssinum. Levitae porro et eorum posteri uno pro omnibus temporibus valente ritu [16] solenniter a reliquis Israelitis separati, atque ad sua ministeria consecrati sunt. Illis in adiutorium dati sunt servi s. Tabernaculi, qui lignatum aquatumque mitterentur, ii primi fuere ex religiositate Hebraeorum orti vocatique Nathinaei s. donati [17], progressu temporis e Gabaonitarum posteris huic ministerio mancipabantur [18]. Multis Gabaonitarum

---

[1]) Num. 4, 16. [2]) Num. 10, 8. [3]) Lev. 11, 1. s. 13, 2. s. 14, 3. s. [4]) Lev. 27, 28. Num. 18, 16. [5]) Lev. 10, 11. Num. 5, 12. Deut. 16, 9. Ezech. 44, 23. II. Par. 17, 9. Agg. 2, 12. Mal. 2, 6. [6]) Plura hanc in rem dabit J. Sauberti, Comm. de sacerdotibus apud Ugolinum. XII, 1. s. J. Krumbholtz, de Sacerdotio ebraico. ib. p. 81. s. [7]) I. Par. 24, 4. 31. II. Par. 36, 14. II. Esdr. 12, 7. Matth. 16, 21. 20, 18. Marc. 1, 44. 11, 18. Luc. 9, 22. 20, 1. Joann. 7, 32. 12, 10. [8]) Num. 4, 2 s. I. Par. 6, 48. 49. [9]) Num. 3, 6. s. II. Par. 8, 14. [10]) Num. 4, 4. seq. I. Par. 15, 2. 15. [11]) II. Par. 35, 11. 14. [12]) II. Par. 31, 13. [13]) I. Par. 25, 1. II. Par. 5, 12. 20, 19. 29, 25. I. Esdr. 3, 10. II. Esdr. 12, 27. Ps. 150, 3—5. Eccli. 50, 20. Cf. H. Horchii, Diss. de musica. in Thes. Ugolini. XXXII, 97. s. J. A. Glaeser, exercit. de instrumentis Hebr. musicis. ib. 159. s. J. Bartolocci, de iisdem. ib. 457. s. B. Lamy, Diss. de Levitis cantoribus. ib. p. 571. [14]) Num. 4, 3. I. Par. 23, 3. Collato attamen. Num. 8, 24. ab anno XXV iam admittebatur in ordinem suum. [15]) Quanquam nulla eiusdem apud Moysem mentio, discrepasse tamen ab eo, qui aliorum erat apparet e I. Par. 15, 27. II. Par. 5, 12. [16]) Num. 8, 6—14. [17]) Lev. 27, 1—8. coll. Num. 3, 9. II. Esdr. 7, 73. [18]) Nimirum a Josua. coll. Jos. 9, 23—29.

a Saule occisis [1] mox alios ex devotis gentibus eorum in loco suffecit Davides [2]. Inter omnes personas, quas Deus sui ministerio consecraverat longius eminebat summus Sacerdos [3]. Unus tantum erat suo tempore [4] et per omnem vitam ad mortem usque, quamquam haberet vicarium [5] qui eo impedito munus illius obiret [6]. Inaugurabatur lotione, unctione, indutione vestium pontificalium et sacrificio [7]. Vestimenti sacerdotalis pontificis magni duplex erat genus: ordinarium et extraordinarium. Ordinarium aliqua cum reliquis sacerdotibus communia habuit, uti: femoralia et tunicam [8], alia erant ipsi propria. Secundi ordinis vestes, solique summo sacerdoti gestari solitae sunt [9]. *α*. Pallium laneum מְעִיל, opere textorio confectum, cui tintinabula aurea appensa erant. *β*. Superhumerale sive Ephod [10], ab humeris ultra dimidiam corporis partem dependens, sine manicis, compositum ex duabus plagulis [11]. In utroque humero erant obstrigilla aurea. Horum duplex fuit officium, unum ut essent receptacula sigillorum, sive duarum gemmarum, in quibus duodecim nomina tribuum sculpta erant; alterum ut fibularum

---

[1]) II. Reg. 21, 1. s. [2]) I. Esdr. 8, 20. [3]) Subinde per excellentiam הַכֹּהֵן, i. e. ὁ sacerdos dictus. Num. 3, 6. II. Esdr. 7, 65. Thren. 2, 6. Ἀρχιερεύς. I. Mach. 10, 20. 32. 12, 3. II. 3, 1. 4. 10. Marc. 14, 53. [4]) Lev. 4, 3. [5]) II. Reg. 8, 17. IV. Reg. 25, 18. II. Macc. 3, 4. Act. 5, 24. [6]) Cf. J. J. Quandt, diss. de pontif. max. suffraganeo in Ugolini, Thes. XII, 863. seq. [7]) Exod. 29, 29. 30. Lev. 6, 20. 21, 10. Maxima copia super ipsum effundebatur oleum, ita ut in barbam eius descenderet, usque ad oram vestis summam nempe quae collum cingebat. Ps. 132, 2. Oleum hoc ex optimis aromatibus, myrrha selecta, cinnamomo, calamo aromatico, cassia, oleoque olivae affabre confectum erat. V. Exod. 30, 25. s. Donorum spiritualium praeclarissimum exstitit symbolum. Ps. 22, 5. 103, 15. 108, 18. Sir. 39, 31. II. Cor. 2, 15. Exodi 30, 2. tribuitur ei non vulgaris et momentanea aliqua sanctitas, sed talis quam Deus sibi velit vindicare quaeque in populo iudaico perpetuo sit servanda, quare etiam v. 29. inter Sancta Sanctorum refertur. Plura vid. a. B. Scheidium, Oleum unctionis expositum, Argentor. 1664. p. 34. 45. D. Weimarum, diss. de unctione s. ac inaugurali Hebr. in Thes. Ugolini. XII, 839. s. [8]) Quamvis nec hae vestes cum pontificiis in cunctis convenerint. Omnes quidem erant byssinae, purae tamen sacerdotum, summi pontificis ocellatae, i. d. Exod. 28, 39. ab oculorum similitudine quos referebant. Cf. B. D. Carpzovii, Diss. de pontif. hebr. vest. s. in Thes. Ugolini. XII, 788 [9]) Exod. 28, 4. [10]) אֵפוֹד, quod non uno ubique modo accipitur. V. I. Reg. 2, 18. 22, 18. 30, 7. [11]) Ex auro, hyacintho, coccino et bysso intertextis. Ne deffiueret superhumerale artificioso cingulo sub axillis corpori adstringebatur, quod distinguere oportet a balteo, auro et lana coloris exquisite confecto, qui tunicam cingebat. Cf. Lev. 8, 7.

instar extremitates catenularum Ephodi fundis aptatarum sustinerent. γ. Pectorale[1] intus cavum. Huic ex mandato Dei imposita fuit sors sacra הָאוּרִים וְהַתֻּמִּים, revelatio et veritas[2], qua oracula fundebantur stante s. Tabernaculo et Templo primo, nam in secundo defecit. Interna revelatione Dei per applicationem sortis huius persvadebatur ipsi de eo, quod Dominus interroganti responsum vellet. Restat quartum ex secundo vestium ordine ornamentum δ. cidaris Figura haemisphaerii[3], cui lamina aurea opere bracteario diducta vitta hyacinthina annectebatur, in qua scriptum erat קֹדֶשׁ לַיהוָה[4]. Praeter hactenus enumeratas vestes, erat tertium earum genus extraordinarium, per totum candidum, quo uti debebat semel in anno die expiationis[5]. Maxima erat S. Sacerdotis dignitas[6], et is erat de iure in demortui locum successor, qui ex linea pontificali proxime ortus esset. Haec dignitas Aaroni eiusque familiae fuit

---

[1]) חֹשֶׁן, quod LXX λογεῖον transferunt: Exod. 29, 5. coll. חָשַׁב, λογίζομαι, plene λογεῖον τῆς κρίσεως. Cf. Sir. 45, 12. s. Cyrill. Al. de ador. l. XI. p. 383., quia Deus cum pontifice hoc ornamento induto loquebatur. Vel quia ex hoc consilia, rationes peterentur. Vulgatus LXX secutus: rationale, rationale iudicii. Quem ad modum Deus hoc pectorale confici voluerit multis describitur: Exod. 28, 15. s. Erat quadratum, materia eadem quae superhumeralis, quatuor sui extremitatibus qua in angulos desinebat adiunctos habuit quatuor circellos aureos, binos in utraque superiorum extremitatum, in inferiorum totidem. Circellis superioribus insertae erant catenulae, quibus obstrigillis in humerali aptabatur; inferioribus insertus funiculus hyacinthinus, deorsum infra axillas reductus, ubi binis e regione iunctis circulis indebatur. Duplici plagula compositum erat pectorale, quarum anterior duodecim gemmas quadruplici ordine dispositas recipiebat, in his singularum tribuum nomina opere anaglyphario excisa erant. [2]) LXX δήλωσις καὶ ἀλήθεια. V. doctrina et veritas. Smits, Diss. p. 738. lumina et perfectiones. Quid proprie Urim et Thummim fuerint in S. Literis expressum non est. Operose hac re disputarunt: Carpzovius. l. c. p. 803. s. J. Buxtorfius, hist. Ur. et Thum. in Thes. Ugolini. XII, 375. s. N. Golemannus, diss. ib. p. 439. Spencerus, diss. ib. 453. s. J. Riboudealdus, s. Dei oraculum. ib. 691. s. Braun, de vest. sac. Hebr. II, 7. p. 607. s. Bellermann, Ur. u. Th. Berlin. 1824. Züllig, Erklär. d. Apocal. II. Exc. Stuttg. 1834. I, 408. s. Bähr, Symbol. II, 108. s. Winer, R. W. II, 643. Saalschütz, Mos. Recht. pag. 119. Keil, Arch. I, 168. s. [3]) V. s. Hieronymi, ep. LXIV. ad Fabiolam. 13. p. 362. Erat coll. Exod. 28, 4. 37. 39. ita formata ut superius caput involveret, neque tamen inferius descendebat, ne laminae foret impedimento fronti praefigendae. [4]) Cf. Sir. 45, 14. Beneficio huius gestaminis auferebat summus sacerdos iniquitatem eorum quae obtulerunt filii Israel in cunctis muneribus, et Dei benevolentiam illis conciliabat. Exod. 28, 38. Cf. H. A. Toepffer, diss. de tiara sum. sac. in Thes. Ugolini. p. 811. s. C. L. Schlichter, diss. de lamina aurea. P. M. eiusque mysterio. ib. 867. s. [5]) Lev. 16, 4. [6]) Lev. 21, 10.

concessa, qui cum duos haberet filios Eleazarum et Ithamarum patri successit primogenitus Eleazarus. Postquam ad patres abiit Eleazarus [1] eidem suffectus est Phinees[2]. Pontificatus honor deinde apud Eleazari posteros permansit usque ad pontificem Heli, qui ex Ithamari posteritate fuit[3]; sub Salamone iterum ad familiam Eleazaris rediit. Puriorem ceteris sacerdotibus voluit Deus esse pontificem maximum in nuptiis[4], qui insuper vetabat eum ne se contaminaret in cuiusquam morte[5], neve vestimenta pro more patrio laceraret[6]. Ministrorum Domini varia erant iura et privilegia. Nam ut Deus sibi elegerat Levitas et Sacerdotes, sic quoque eosdem uti ministros suae maiestatis liberaliter in sua quasi domo excepit[7]. Sane dignum fuit ut qui toti genti servirent, honorario etiam stipendio gauderent. Habebant ministri Domini rerum omnium fere primitias secundas, decimas[8], partes ex sacrificiis oblatis, dona voluntaria, aliaque munera votiva[9].

§. 43. Res sacrae.

Ad res sacras referenda putamus: Sacrificia et Vota. Sacrificia rursus tripliciter considerari possunt: a. ratione finis;

---

[1]) Jos. 24, 33. [2]) Jud. 20, 28. [3]) Coll. I. Par. 24, 6. 31. III. Reg. 2, 27. 35. Qua de causa autem de Eleazari familia ad eam Ithamari summum sacerdotium translatum sit ignoratur. Post exilium posteri Eleazari successisse inveniuntur. Texendo catalogo pontificum, plurium desudarunt ingenia e. g. Nicephorus, in Chronog. br. ed. Credner. p. 31. J. Seldenus. l. I. de successione in Pontificat. Hebr. c. 1. s. apud Ugolinum, XII, 219. s. W. Smits, l. Levitici. I, 141. seq. neque tamen id se effecisse gloriari possunt, ut indubitata quaedam recensio prodiret. Pontificatus honor insigniter imminutus fuit circa illa tempora, quibus Salvator noster in his terris vixit, cum et obscurissimi generis hominibus atque indignissimis et saepe iis qui ex familia pontificali non erant, singulis fere annis contra Dei mandatum novi pontifices crearentur. Hoc ipsum decrementum convenit cum illo statu reipublicae, quem fore sub adventum Messiae crediderunt Judaei veteres. Cf. H. Relandi, Antiq. s. II. 2, 8. p. 87. [4]) Lev. 21, 13. seq. [5]) Lev. 21, 10. s. [6]) Ibid. 10, 6. [7]) De Levitarum et Sacerdotum residentia diximus. p. XLVI. [8]) E proventibus sive essent terrae fruges, sive foetus animalium Levitae decimam partem acceperunt; ex his suis decimis rursus Levitae pontifici et sacerdotibus decimas persolverunt. Num. 18, 28. [9]) Exod. 23, 19. Lev. 27, 30. 33. Num. 18, 15. 18. s. 21. Deut. 14, 22. 28. 15, 19. IV. Reg. 12, 9. Vide J. R. Gruneri, diabr. de Primitiar. obl. in Thes. Ugolini. XVII, 946. s. Hottingeri, diss. de decimis. ibid. XX, 276. s.

b. formae; c. materiae. Originem sacrificiorum lex Levitici 17, 11. ex divina institutione repetit [1]. Per legislationem sinaiticam accessit quoque accuratior sacrificiorum ordo, in usum populi adhuc sub paedagogo habendi, quique ad Christi futuri Messiae typum inserviit [2]. Progredimur ad divisionem ratione finis. Finis itaque omnis sacrificii principalis, Dei cultus, soli ipsi debitus erat. Huic Dominus alios in lege addere iussit, quorum intuitu dispescuntur sacrificia in duo genera: Expiatoria, hostias pro peccato [3], et Pacifica, hostias pacificas [4]. Ad expiatoria pertinent: Holocausta [5], solida, quod tota paucis exceptis igne consumerentur [6]. Holocausta propter solum Deum nec cuiusdam utilitatis causa offerebantur [7]. Expiatoria constituit S. Scriptura sacrificia pro peccato et delicto [8], quae cum duo distincta habeant nomina, et animalia ad oblationem idonea, nec non ritus diversos, seiungenda sunt [9]. Pacifica vero erant impetratoria [10], votiva [11], item gratiarum actoria s. eucharistica [12]. Utriusque generis sacrificia expiatoria et pacifica vel pro toto coetu [13], vel pro singulis hominibus fiebant [14]. Iam vero sacrificia expiatoria, seu pro peccato seu pro delicto facta, Deum ut offensum vitiis, poenaeque ac veniae ius habentem, pro obiecto habebant.

---

[1]) Ubi Deus i. t. o. sic loquitur: „Quia anima carnis in sanguine ipsa, et ego dedi eum vobis super altare, quia sanguis ipse in anima expiabit.“ V. omnino uberiorem huius dicti demonstrationem. p. 20. Cf. Smits, l. Levit. eluc. I, 243. s. [2]) Ut infra docebimus. [3]) חַטָּאוֹת, LXX περὶ ἁμαρτίας. V. sacrificium piaculare, vel pro peccato. [4]) שְׁלָמִים interdum abs. זְבָחִים, LXX σωτηρία. V. G. Neumann — sacra V. Testamenti salutaria. Lips. 1854. p. 22. — derivat a r. שָׁלֵם et reddit integritas completa, beata. Cum fierent propter recuperatam salutem et res prosperas, hinc dicta sunt salutaria. Pacificorum nomine frequentius tamen utitur interpres noster. Lev. 3, 1. 3. 6. Pacificis annexum est paschale. v. p. 145. Exod. 24, 5. Lev. 7, 16. II. Reg. 6, 15. III. Reg. 8, 64. II. Par. 30, 22. [5]) Plane combusta ὁλοκαυτώματα. עֹלָה. Lev. 1, 3—7. [6]) „Holocausta sunt, quae super altare integra concremantur. Victimae et Hostiae, quarum pars offertur altari, pars sacerdotibus traditur.“ S. Hieronymus, Comm. in Isaiam pr. l. XV. cap. 46. IV, 660. [7]) Ut proinde ipsis maior quaedam accesserit praestantia ex offerentis fine, et simul a lege eiusmodi distributionem praescribente intento. Materia quoque hic requirebatur nobilior, cum nonnisi victima mascula ad holocaustum esset idonea. [8]) אָשָׁם. LXX τῆς πλημμελείας. V. pro reatu vel delicto. [9]) Lev. 5, 15. 14, 11. 19, 21. Num. 6, 12. Cf. Smits, l. c. p. 469. s. 490. s. Krüger, Die alttestam. Sündopfer. Tüb. Quartls. 1852. p. 554. s. Riehm, in theol. Studien und Kritiken. 27. Jahrg. I, 110. s. [10]) II. Reg. 15, 7. 8. Ps. 65. 13. Jon. 2, 10. [11]) Lev. 7, 11. s. [12]) II. Par. 33, 16. [13]) Lev. 4, 13. Num. 15, 24. 19, 2. 28, 27—30. [14]) Lev. 5, 12. 14.

Utrumque etiam sacrificium medium erat, quo Hebraei expiationem consequerentur et veniam [1]. In idem ex instituto suo proximius respexerunt holocausta; remotius quidem pacifica [2]. – Ratione formae sive modi, ritus [3] quibus sacrificiales actus absolvebantur erant hi fere. Qui offerebant singulari ad id munere sacerdotii [4] fungebantur. Ordo autem sacrificandi sequens fuit. Quoties quis immolandam victimam susciperet, sistebat illam [5] olim quidem ante ostium tabernaculi i. e. in atrio [6], postea in atrio interiori templi hierosolymitani ante altare ad septemtrionem [7]. Hunc ritum, quae reapse victimae oblatio erat, sequebatur impositio manuum capiti pecudis ab offerente, seu domino victimae fieri debita [8]. Erant aliquae victimae, quibus non statim ac essent adductae manus imponebantur, sed quae agitandae fuere coram facie Dei [9]. – Haec actio „agitatio“ [10] apellatur et cum elevatione [11] iungitur [12] atque non tantum victimas totas, sed et earum quaedam membra, item ferta nonnulla spectat [13]. – Successit mactatio ita facta, ut in vas pecudis iugulo subiectum totus sanguis emanaret; mactatio peragi potuit etiam ab offerente Israelita [14], sacerdotes tamen illam suscepisse plerumque videntur, aut si hi non sufficerent, Levitae [15]. Ad solos sacerdotes pertinuit excipere sanguinem patera [16] et pro sacrificiorum genere spargere illo tincto digito contra coelum [17], aut in sancto, aut in atrio ad altare

---

[1]) Multa eo spectabant ut redderent quandam noxarum admissarum satisfactionem, atque ut offerentes in evitandis peccatis omnibus fierent diligentiores. [2]) Quasi symbola quaedam amicitiae inter Deum et offerentes, quippe quibus ex eisdem portio quaedam tribueretur. [3]) Rituum horum exercitium partim ad sacerdotes, partim ad laicos seu victimarum dominos spectabat. Certe horum erat: animalis adductio et manuum impositio. [4]) Ut diximus §. praecedenti. p. 150 [5]) Coll. Deut. 12, 4. [6]) Lev. 1, 3. [7]) Lev. 1, 3. 11. 4, 4. 14. 6, 28. Ante legem latam ubivis locorum licitum fuisse sacrificia offerre exemplo Patriarcharum discimus. V. pag. 30. 52. [8]) Lev. 1, 4. coll. Num. 27, 18. 23. Designabatur hac cerimonia ut s. p. 20. dicebamus, offerentem sua peccata transferre in caput victimae, atque eam ut condignam — quam ipse meruerat, nempe mortem — reciperet poenam, suum in locum constituere. [9]) Lev. 14, 12. 23, 20. [10]) תְּנוּפָה. Proprie demissionem significat. [11]) תְּרוּמָה. [12]) Fiebat motu victimae sursum. Plures interpretes eosdem omnino motus actiones in his vocibus expressas esse docent, alteramque pro altera indifferenter accipi. Attamen coll. Exod. 29, 24. Lev. 8, 27. 28. distinguendae sunt. [13]) Exod. 29, 27. Lev. 7, 34. 8, 27. Num. 5, 25. [14]) Lev. 1, 5 [15]) II. Par. 29, 34. [16]) מִזְרָק. Zach. 9, 15. dicta. [17]) Lev. 4, 17.

holocaustorum [1], denique ad pontificem m. in sancto sanctorum [2]. Reliquum effundebatur in canalem [3]. Post sparsionem sanguinis victima excoriata [4], decenti ordine in partes prosecta [5], lota et sale condita ponebatur in altare, ut exureretur, atque adeo piis cum precibus offerretur. Nullum de lege agitur sacrificium, quin semper aliquid victimae sacro altaris igni concedendum sit [6]. Quae supererant neque adolebantur, comedenda erant [7]. Victimarum attamen carnibus vesci nec cuivis hominum, nec quovis tempore, locove licuit [8]. – Sacrificia attenta materia, adaequate dividuntur in cruenta [9] et incruenta. Cruenta vocantur illa, quae ex animalibus fiebant et sine sanguinis effusione offerri non poterant. Animalia quae immolabantur, prout exigebat natura sacrificii, diversa erant. Ordinatim quadrupedia velut: boves, oves, vituli, agni, caprae, hoedi; interdum volucres velut: turtures, columbae et passeres [10]. Sacrificiis e pecudibus fieri solitis, accedebant incruenta e rebus inanimatis, seu vita sensitiva carentibus. Quemadmodum autem ratione materiae sacrificium duplex nascitur, sic etiam ea variante in sacrificio incruento duo eiusdem exsurgunt genera: solida quippe et fluida Deo incruente consecrabantur [11]. Oblationes istae varia ratione fiebant, pro diversitate sacrificiorum expiatoriorum et pacificorum, quibus omnino ordinarie iungebantur. Iam alia erant ferta,

---

[1]) Lev. 4, 7. Num. 18, 17. [2]) Lev. 15, 16. 18. [3]) Tabernaculi ad basim altaris, ubi recipiebatur et absorbebatur; subinde ad canalem templi, per quem in torrentem Cedron deferebatur. Et hic quidem ritus sparsionis praecipuus fuit eorum, qui ad sacrificia pertinent, a solis sacerdotibus eapropter peragendus. Lev. 4, 7. 8, 15. Num. 18, 17. Notissimus est canon Judaeorum: „Radix sacrificii est in aspersione sanguinis.“ Cf. Hebr. 9, 22. [4]) Lev. 1, 16. [5]) Lev. 1, 12. in crura, armos, caput, quo respicit s. Paulus II. Tim. 2, 6. [6]) Idem est de fertis. [7]) Pacificarum omne genus, omnesque etiam piaculares, nisi quarum sanguis in sacrarium inferri praecipitur, agnus item paschalis foetusque primogenitus masculus ac omne pecus decimando lectum. [8]) Cf. Lev. 6, 16. 7, 21. 10, 14. Num. 18, 9. 10. 17. 18. Deut. 12, 6. 17. 18. 14, 3. Alibi erant igne absumendae reliquiae quaedam victimarum. d. q. Lev. 4, 11. 12. 6, 30. 16, 21. Num. 19, 12. est sermo. [9]) זְבָחִים. [10]) Lev. 1, 2. s. 5, 7. 12, 6. s. Num. 6, 10. Octo saltem diebus debuerant in lucem edita fuisse. [11]) Liquida libamen, נֶסֶךְ; e. c. vinum, oleum, et haec per effusionem offerebantur, alia solida fertum מִנְחָה, ut panis, simila, sal, tus, manipulus spicarum virentium. Lev. 2, 2. s. Fertum rursus aliud est per se stans. Lev. 2, 1. 5, 11. — ad q. v. Thalhofer, die Unblutigen Opfer. p. 51. s. — quod ad nullam victimam ordinabatur, sed solum offerri poterat; aliud concomitans, nec nisi quadrupedum sacrificiis additum offerebatur.

quibus iungebatur libamen, alia quae omni libamine carebant [1]. Fertis sacris, quae semper sale condienda erant [2], addebatur libamen vini [3]. Expresse removendum esse a fertis fermentum et mel [4], eaque omnia azyma esse debere, Deus praecepit [5]. Fertis per se stantibus iungebatur fere oleum et tus; nonnunquam unum eorum dumtaxat, et quandoque neutrum [6]. Quod temere credebant sibique de sacrificiis pollicebantur ethnici „Deum acceptare eique grata esse sacrificia, quorumve intuitu hominibus conferat beneficia," id et recte et fide optima de suis sentiebant pariter et exspectabant Patriarchae, aliique fideles V. T. [7] Haud dubium, victimas Domino litari [8] res semper fuit Deo gratissima, seseque deferentibus utilissima; et tamen si sacrificia sola considerentur, non relata ad quidpiam ex quo pretium sumant, Deum cum hominibus conciliare non possunt; nec haberi huic accepta veluti quoddam munus quo delectetur [9]. Certe hic ad benevolam Dei acceptationem recurrendum, et quod in his sacrificiis resederit, virtuti sacrificii crucis adscribendum est. Veterum sacrificia praedicamenta erant venturi unius verissimi Sacrificii, quod pro peccatis omnium credentium offerri oporteret [10]. Sanguis brutorum de se animam peccatricem purgare non poterat; commode tamen sanguinem illum, quo vere mundati sumus repraesentare [11]. – Ad actiones Hebraeorum

[1]) Haec omnia oleo subigenda erant, eademque semper coniungenda cum aliquo victimarum genere. Lev. 7, 9. 10. Num. 28, 5. [2]) Lev. 2, 13. [3]) Num. 15, 4. [4]) Lev. 2, 11. [5]) V. p. XXIX. Poterat tamen mel offerri in usum sacerdotum. Lev. 7, 13. 14. [6]) Lev. 2, 1—3. Num. 5, 15. 25, 26. [7]) Cf. Lev. 12, 6. 17, 11. Prov. 15, 8. II. Mach. 1, 26. 12, 43. Philip. 4, 18. [8]) Qui tanquam praecipuus religionis actus ubivis terrarum omni aevo olim obtinuit [9]) Neque enim pascitur Deus carne animalium, nec sanguine eorum potatur, nec recreatur nidore ut stolidissime arbitrabantur de suis diis gentiles. V. Arnobii, adv. nat. l. VII. 1. s. ed. Oehler. p. 283. s. Summa sit, ut pluribus diximus. p. 20. admodum de se infirma esse sacrificia, ut quidquam operentur, atque omnino inepta ut ipsi placere possint. [10]) S. Augustin. l. XX. c. Faust. c. 18. ed. ben. VIII, 345. [11]) Ceterum audiendus s. Thomas, Summa P. S. Q. 102. a. 3. ed. Bon. VI, 243. s. „*Duplicem causam habebant: unam scilicet litteralem, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei: aliam vero figuralem sive mysticam, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum: et ex utraque parte potest convenienter causa assignari caerimoniarum, quae ad sacrificia pertinebant. Uno modo secundum quod per sacrificia repraesentabatur ordinatio mentis ad Deum, ad quam excitabatur sacrificium offerens; ad rectam autem ordinationem mentis in Deum pertinet, quod*

sacras pertinebant facta Deo „Vota“ [1]; quae distinguuntur [2] in vota de rebus, quae redimi poterant et in alia quae redimi Deus non permittebat [3]. Vota in genere nuncupare solum illi poterant, quibus vovendi erat facultas [4] et quidem de rebus, quas in sua potestate habebant; alias nullius esse valoris ipse Deus declaravit [5]. Severe inculcatur [6] ne homo negligens sit in iis Deo reddendis, quae etiam per spontaneum tantum votum illi debeat. Votum חֵרֶם, ἀνάθεμα, irrevocabiliter rem aut personam consecrabat Deo, quae sic devota, physice aut saltem civiliter destruenda erat [7]. Hoc emisso etiam omne quod ex praeda auferebatur erat sacrilegium [8].

---

omnia quae homo habet recognoscat a Deo tanquam a primo principio et ordinet in Deum, tanquam in ultimum finem, et hoc repraesentabatur in oblationibus et sacrificiis, secundum quod homo ex rebus suis, quasi in recognitionem, quod haberet ea Deo, in honorem Dei ea offerebat. coll. I. Par. 29. *Inter omnia autem dona, quae Deus humano generi, iam per peccatum lapso dedit, praecipuum est, quod dedit filium,* Joann. 3. *et ideo potissimum sacrificium est, quo ipse Christus se ipsum obtulit Deo in odorem suavitatis,* Ephes. 5. *et propter haec omnia alia sacrificia offerebantur in veteri lege, ut hoc unum singulare ac praecipuum sacrificium figuraretur, tanquam perfectum per imperfecta,* Hebr. 10. *et quia ex figurato sumitur ratio figurae: ideo rationes sacrificiorum figuralium veteris legis sunt sumendae ex vero sacrificio Christi.*“ Cf. p. 11. Ps. 109, 4. Isai. 53, 10. Daniel. 9, 24. coll. Rom. 4, 25. 5, 11. 8, 3. II. Cor. 5, 21. Gal. 3, 13. Ephes. 5, 26. Col. 1, 14. I. Tim. 2, 5. 6. I. Petri. 2, 21. 3, 18. et prae ceteris epistolae ad Hebraeos: 2, 17. 3. 1. 4, 14. 5, 1. 6, 20. 7, 11. 21. 8, 1. 3. 9, 11. 10, 21. Quae omnia fusius prosecutus est. A. Beckius, Diss. de sacrificiis Veteris Testamenti §. XVIII. p. 18—26. Becanus, Analogia. V. et N. T. p. 230. Smits, Leviticus elucid. I, 227—263. Bähr, Symbolik. II, 190. s. Kurtz, Die mos. Opfer. p. 43. s. Thalhofer, Die unblut. Opfer. p. 10. s. Oehler, in Herzogs R. E. X, 648. s. Keil, Archäologie. I, 191. s.

1) נֶדֶר. 2) Levitici 27, 11—27. 3) E. g. homo laicus, qui seipsum obtulerat Deo per votum, ut serviret in tabernaculo, redimebat se pretio a lege taxato ib. v. 2—8. coll. Num. 18, 6. 7. Qui victimam Deo vovit altari idoneam, offerre eam debuit, nec redimere, nec commutare illam licuit. Lev. 27, 9. Si Levita ad ministerium tabernaculi infimum d. q. p. 152. se obligasset, non erat ei locus redemtioni. l. Deut. 18, 6. 7. Animalia immunda, quae nec immolari nec comedi poterant, Lev. 27, 11. s. 27. redimenda erant pretio a sacerdote defixo, addita quinta parte insuper eiusdem pretii aestimati. Idem statuitur. ib. v. 14. de domo Deo vota, quae nunquam — ne quidem in iubilaeo v. 21. — rediisset ad possessorem. In aestimando agro Deo voto habenda erat ratio feracitatis agri et iubilaei. ibid. 17, 20. 4) Num. 30, 3. 5) Num. 30, 2—27. 6) Deut. 23, 21. 7) Lev. 27, 28. 29. Num. 21, 2. Ezech. 44, 29. Rom. 9, 3. 8) Jos. 6, 18. 7, 11. coll. Deut. 7, 26. 25, 19.

Nominatim lex reperitur de „Naziraeis“ [1], qua praescribitur quomodo se gerant qui tales forent. Nazaraei ratione sexus erant viri aut foeminae [2]; ratione voti suscepti nativi vel votivi. Nativi aliena destinatione Nazaraei fiebant [3]. Votivi, propria destinatione se ipsos separabant vel ad tempus [4] vel in perpetuum quoad viverent [5]. Pietas, religio, spes vitae sanctioris moverunt Israelitas, ut hoc votum in se susciperent. Erant Nazaraei certo vitae genere separati ab aliis hominibus [6] et quisquis Nazaraeus esset, abstinebat tempore separationis suae: a vino et omni potu inebriante [7]; sinebat crescere capillos capitis, et custodiebat se ab omni contaminatione [8]; quod si repentino casu se ipsum polluit, expiationem agere debuit [9]. Qui hoc votum ad tempus susceperant, certis quibusdam caerimoniis Nazaraeatum deponebant [10].

§. 44. De Observationibus legalibus.

Respublica Hebraeorum sub Theocratia uti ordinata erat ad religionem publicam, sic etiam ad privatam, quae consistebat in vera fide et pietate. Illa docebat rectam unius Dei Creatoris [11] notitiam omnes numeros veritatis in se habentem [12], cum assensu promissionibus de Messia adhibito [13]. Fidem hanc germana pietas erga Deum consequebatur, illaque exercita erat iuxta legem, ex amore Dei, actibus animae internis et externis.

---

[1]) נֶדֶר נָזִיר, Num. 6, 1—21. [2]) Num. 6, 2. [3]) Talis fuit Samson, Jud. 13, 5. quem ipse Deus sibi separaverat, talis etiam creditur fuisse Samuel I. Reg. 1, 11. et s. Joannes B. coll. Luc. 1, 15. [4]) V. c. ad mensem, annum, triennium. Num. 6, 2. 13. et tunc vocabatur Nazaraeatus dierum, ut ille s. Pauli, de quo mentio fit, Act. 18, 18. 21, 23. 24. [5]) Et tunc dicebatur Nazaraeatus saeculi. [6]) Etiam vilissimo vestimenti genere. IV. Reg. 1, 8. Zach. 13, 4. Matt. 3, 4. [7]) Itemque ab uvis tam recentibus quam siccis et aceto. [8]) Non comitabantur funera ne quidem patris aut matris. [9]) Num. 6, 3—10. s. 19, 11. s. [10]) Num. 6, 13—21. Magni fiebant a Judaeis, I. Mach. 3, 49. ipsemet Deus per Amosum, 2, 11. inter beneficia quae praestiterat populo hebraico commemorat Nazaraeatum. In Novo quoque Testamento vota Deo nuncupare fides Christi non prohibet, sed potius flagitat; unde s. Paulus hoc votum concipere poterat. V. Becanum, Anal. c. X. p. 156. s. M. Baumgarten, Die Apostelgeschichte. Halle. 1852. II. 1. p. 303. s. [11]) Gen 1, 1. Exod. 15, 2. Lev. 26, 1. s. Deut. 6, 4. 32, 39. 40. V. Becanum, de fide et symbolo. p. 20—39. [12]) Quam ignorarunt gentes. [13]) Gen. 3, 15. 22, 18. 49, 10. Deut. 18, 15. coll. Rom. 4, 3, Gal. 3, 6. Jac. 2, 23.

Ad quos spectant a. Verbi revelati meditatio nec non familiaris de rebus divinis collocutio, quae cuique praesertim patrifamilias incumbebat [1]. b. Preces ad Deum quotidianae seu forent petitiones seu gratiarum actiones. Gen. 12, 8. 21, 33. 24, 26. 48. 26, 25. 32, 9—12. Num. 6, 24. Deut. 6, 5. 26, 3. s.[2]. c. Institutio liberorum in sacerrima religione [3]. d. Pia apprecatio omnis boni, procul dissidio, ira et invidia [4]. e. Benignus ac liberalis in egenos animus, nec non misericordia erga pauperes. Lev. 19, 9. 10. Deut. 15, 4. 24, 19. Matt. 22, 37. Ad religionem privatam Hebraeorum pertinuit quoque observatio legis cerimonialis in ea parte, quae usum vitae quotidianae moderabatur: id est custodia legis convivalis, qua ipse Deus distinguens munda inter et immunda[5], propter sapientissimas rationes [6] quaedam animalia edere prohibuerat, vetitis insuper cibis pollutis, Deo devotis et dicatis, fermentoque tempore Paschatis [7]. Ad hanc classem referantur oportet instituta de impuritatibus carnalibus sive immunditiis. Quae sunt „accidens aliquod morale, a legis sancito proveniens, res nonnullas ab esu, attactu usuque tam activo quam passivo removentis." Huiuscemodi legales immunditiae erant aliae primariae [8], aliae vero participativae [9]. Deinde iam naturales Lev. 12, 2. s. Lev. 15, 1. s. 16. s. iam morbidae; Lev. 13, 1. s. Num. 5, 2. s. fortuitae, Lev. 5, 2. 11, 35. 21, 1. Num 19, 11. et contingentes. Lev. 15, 3. Si subiectum spectatur aliae hominum erant, aliae bestiarum, aliae aliarum rerum [10]. Omnes legali

---

[1]) Gen. 18, 23. 20, 17. 24, 12. 25, 21. Deut. 6, 22—24. [2]) Praecipua precum virtus ad bona quaevis a Deo impetranda patet e testimoniis Sacrorum Scriptorum preces toties sacrificia nuncupantium; Ps. 49, 23, 50, 19. easdemque Osee 14, 3. vitulos labiorum eleganter appellat, sic quoque angelus Act. 10, 4. emphatice ait: Orationes ascendisse in conspectu Dei. Cf. Snellebrand, de precibus in Veteri Testamento obviis. Amstel. 1852. [3]) Deut. 11, 19. [4]) Lev. 19, 18. [5]) Inter quadrupedes varias, ipsasque aves et pisces. V. p. XXXIV. s. [6]) E. c. ut corporali munditiei assueti assurgerent ad spiritualia. [7]) Videantur res, quas lex reprobando et abominando, veluti foeda quaedam et turpia recenset: Exod. 23, 19. 34, 15. Num. 19, 15. Lev. 11, 1—38. Deut. 14, 21. Item Lev. 7, 26. 17, 10. Deut. 12, 16. 23. 25. [8]) Quae e legis placito, nulla alterius immunditia praesupposita nascitur v. c. puerperae, leprosi. [9]) Quae labis adinstar aliis communicatur e. g. attactu morticini. [10]) De gravioribus erant: immunditia immediato cadaveris humani contactu adscita; Num. 19, 2. s. immunditiae ex seminis et sanguinis fluxu; Lev. c. c. 12. et 15. Deut. 23, 10. immundities leprae. Lev. c. 13.

quadam macula polluti a sacris fuerant prohibiti. Cf. Lev. 22, 3. Arcebantur etiam a communi convictu. Lev. 14, 8. Num. 5, 2. 3. Deut. 23, 10. Res et personas alias inficiebant. Num. 19, 22. coll. Lev. 11, 25. 32. Immunditiis tollendis lustrationes et oblationes ordinatae fuerunt, Lev. 12, 6. s. 14, 2. s. 48. 53. 15, 14. 15. 29. 17, 15. Num. 19, 2. s. quibus purificatio perficiebatur [1]. Horum rituum multiplicem, eumque symbolicum et typicum fuisse finem, plures suppetunt rationes [2].

[1]) Cf. Smits, l. Levitici. p. 415., ubi modi hi enumerantur et dilucidantur. [2]) Aperta ni fallor huius instituti ratio comparet: ut nimirum ita manifestum fieret initium et exitum vitae, i. e. nativitatem et mortem et quidquid cum his cohaeret peccato corruptum esse; universa proinde egere mundatione, quam lex in Messia, qui animi etiam puritatem conciliaturus esset, exspectandam reliquit. „Tempus enim erat, quo non tam dictis, sed etiam factis prophetari oporteret ea quae posteriori tempore fuerant revelanda. Quibus per Christum atque in Christo revelatis, fidei gentium onera observationum non sunt imposita." S. Augustinus contra Faust. Man. lib. VI. c. 7. VIII, 234. Signum et res significata necessario congruebant. Horum et aliorum, de immunditiis, purificationibus etc. institutorum rationes sese assecutum non esse ostendit Jahnius, bibl. Archaeol. I. Th. 2. B. p. 198. s. 341. s. Diaeteticae causae ad explicanda haec phoenomena minime sufficiunt. Inveniuntur enimvero a. inter cibos vetitos eiusmodi, qui nullatenus homini nocere possunt. Erant iuxta s. Augustinum l. c. „animalia quaedam non natura sed significatione immunda." Quid in re perniciosum in lepore magis quam in hoedo? prior tamen immundus est, nequaquam posterior. Mitto b. poenas gravissimas immunditiam contrahentibus subinde intentatas. Non intelligitur, quomodo Deus ipsam poenam mortis statuerit in transgressores, si de custodienda tantummodo sanitate ageretur, ut voluit Jahnius. c. Quae reapse labes nascitur in homine puerperam, gonorrhoeam levissime tangente; quid in se reale est, quod hominem inquinat alteri mortuo adstantem, eius tabernaculum subeuntem? Accedit d. legis de immunditia violationem ipsum etiam sanctuarium affecisse! Lev. 16, 16. Num. 19, 20. Denique e. perspici non potest ratio, cur singulis immunditiis praescripta fuissent sacrificia et ritus i. e. actus religiosi, si de observantia legis politiae solum ageretur! Interim principali quam dedimus causae accedere poterant secundariae, et quaedam ordinata fuisse ad detestationem idololatriae, „nam gentiles huiusmodi animalia prohibita idolis immolabant, tum ad vitandam crudelitatem, ut populus eius ab aliis distingueretur." S. Thomas Summa, P. S. q. 102. art. 5. VI, 272. s. ubi et singularum immunditiarum causas literales moralesque adducit. Easdem diligenter explicant: J. J. Scheuchzer, Physica s. II, 276. s. W. Smits. l. s. c. p. 437. s. Becanus, l. c. p. 243. s. B. Mayer, Das Judenthum in seinen . . . Gebräuchen. p. 417. s. Cumprimis vero J. G. Sommer, Biblische Abhandlungen. Bonn. 1846. I. in disquisitione, Rein und Unrein, nach dem mosaischen Gesetz mit besonderer Rücksicht auf den Unterschied reiner und unreiner Thiere. p. 183—367. M. Baumgarten, theol. Comm. II, 154. s. Keil, Archaeol. I, 268. s. II, 17, s.

§. 45. Instituta politica et civilia.

divinae legis, populo israelitico per manus Moysis traditae
m demus notitiam, superest post praeceptorum moralium
nialium explanationem, ut paucis instituta eiusdem legis
, quae forensia quoque audiunt, illustremus [1]. Cum ci-
varia reipublicae forma alia sint iura, respublica vero
um Theocratia fuerit, manifestum est ex modo regimi-
quo vixerunt cives israelitici, ius eorum et conditionem
onge aliam esse debere, quam in republica quarumvis
Num. 16, 3. 20, 4. 27, 17. Itaque a. Hebraeorum subiectio
ad imperia principum, ut erat ceterarum nationum, ma-
enim potestas in Theocratia non fuit ceu dominorum ar-
m, sed uti vicariorum Domini et ministrorum Dei [2]. Adde
temperatam summi magistratus potestatem, quod leges
er Dei voluntatem certae et definitae in Pentateucho
ae, illisque ipse magistratus subiectus [3]. c. Quod iudicia
tur nomine Dei et quidem secundum has ipsas leges [4].
gaudebant speciali tutela Dei, uti Vindicis afflictorum [5].
a denique praerogativa Israelitarum ea fuit, quod foedere
ti essent, atque adeo promissiones non tantum tempora-
l et spirituales accepissent [6]. Cives Hebraeorum reipu-
nsebantur: α. qui utroque parente nati erant Hebraei, et
ione fiebant de populo Dei [7]; β. ii quoque qui alterutro
rti essent hebraeo [8], dummodo religionem hebraeam pro-
[9]; γ. proselyti qui sacra [10] cum circumcisione receperunt

---

um vero praecepta politica, eo potissimum fine fuerint data, ut ordi-
ilum israeliticum ad invicem, ideo s. Thomas, P. S. qu. CIV. art. 4.
ocet, ea distingui debere iuxta quadruplicem ordinem facile in aliquo
ium. Primus ordo est principum populi ad subditos, alter subdi-
invicem, tertius ad extraneos, quartus ad domesticos. Secundum
uplicem ordinem instituta politica V. F. delineanda venient. [2]) II. Reg.
Deut. 12, 32. [4]) Deut. 17, 9. 11. Ps. 71, 1. II. Par. 19, 6. [5]) Exod.
19, 15. Deut. 16, 19. 24, 17. [6]) Isai. 1, 23. Jer. 5, 28. Zach. 7, 9.
. [8]) Vel patre hebraeo et matre gentili, vel matre hebraea et gentili
Num. 11, 4. Jos. 8, 35. item Lev. 25, 47. Num. 15, 15. c. Act. 16, 1.
5. [10]) Quoad purificationes, expiationes, comestionem agni paschalis
smodi. Ex. 12, 48.

non tamen ii qui modo inter Hebraeos habitare permissi sunt Duplex genus peregrinorum aperte Sacrae Literae distinguunt: רים qui domo carebant, et תוֹשָׁבִים, qui illa gaudebant. Sed utrosq iisdem humanitatis officiis prosequendos statuit Deus [2]. Deut. 1 18 [3]. Rarissima in antiquo orbe alienigenarum praerogativa Lege Deut. 23, 1. eunuchi a publicis consiliis erant exclusi. Ib dem v. 3. cavetur quoque ne Ammonitae et Moabitae unqua ad ius civitatis admittantur. Idumaei vero et Aegyptii potera post tertiam generationem a susceptis sacris Hebraeorum aequa cum ceteris civibus iure censeri. v. 7. Spurii מַמְזֵר, ib. v. licet utrisque parentibus hebraeis nati forent, aeque a iure c vitatis reiecti erant [5].

§. 46. Civium ad invicem relatio.

Inter leges Hebraeorum, quibus subditorum ad invicem relati determinata fuerat, primo loco nominanda venit lex agraria, cuiu vigore aequabilis agrorum divisio inter Israelitas est instituta Suus erat cuivis Israelitae ager, unde se suosque sustentaret, atqu fundus hic illi tam proprius erat, ut nemini liceret eum in perp tuum vendere vel emere [7]. Satis autem patet quam lex ista u

---

[1]) Ritum quo quis fieret proselytus legas velim Per. III. [2]) Lev. 19, 3 Num. 9, 14. [3]) Hinc inter ipsos Hebraeos semper vixerunt aliqui exteri homines ex gentibus, ut legitur in titulo talmudico de rege. coll. II. Par. 2, 17. [4]) Cf. Hugo Grotii, l. de iure belli et pacis. ed. Amst. 1735. I, 1. p. 22. s. II, 15. p. 475. [5]) Ad decimam generationem usque obliterari hanc natalium maculam noluit Deu adeo fornicatio erat abominatio apud Dominum! cum facile eiusmodi fierent libidin ex quibus concepti sunt imitatores. Ut eorum multis aut fortasse plerisque co tingere solet. Cf. Sap. 3, 16. v. Saalschütz, Das mosaische Recht. Berlin. 185 p. 693. s [6]) Exod. 23, 10. 11. Lev. 25, 23. 47. s. Cf. Kranold, de anno He braeorum iubilaeo. p. 8. s. [7]) Solos reditus quadraginta et duorum annorum, enim inter duos annos iubilaeos messes intercedebant, vendere licebat; ager ve ad dominum anno quinquagesimo gratis redibat. Nec desunt exempla, quibus agr familiae cui primum assignati essent demere, pro iniuria habitum esse probat Ruth. 4, 1—7. III. Reg. 21, 2. Ezech. 7, 12. 13. v. J. D. Michaelis, Comm. d paradoxa lege mosaica, septimo quovis anno agrorum ferias indicente. in Com soc. sc. Gott. pr. ed. II, 178. Hug, Das mosaische Gesetz vom Jubeliahr, i Zeitschr. f. die Geist. des E. Freib. 1828. p. 8.

utilissima [1], ita Hebraeis seu haeredibus et colonis terrae, a Deo Patriarchis promissae, necessaria fuerit [2], et vere theocratica [3]. Idem sapientissimus aequi verique conditor Deus, irae modum impositurus cum rempublicam huius populi legibus formaret: a. Vitae civium consuluit α. gravi talionis supplicio, quo homicidae puniebantur [4], urbibus tamen refugii assignatis in quas confugerent, qui absque sua culpa homicidium commisissent. Num. 35, 94. Deut. 4, 41–43. Jos. 20, 1–9 [5]. Lex talionis, ut docet s. Augustinus [6], immoderatae et per hoc iniustae ultioni „iustum modum figebat, ut qualem quisque intulit iniuriam, tale supplicium pendat. Proinde non fomes, sed limes furoris est, non ut id, quod sopitum erat accenderetur sed ne id quod ardebat, ultra extenderetur impositus" [7]. Deum cives israeliticos iniuriarum tutos praestare voluisse sequitur etiam β. e lytro [8] pro poenis corporalibus, quae iure talionis infligi debuissent instituto, et γ. e pretio quod dominus, qui monitus fuerat de tauro cornupeta [9], si hominem liberum interemisset, solvere debuit. Adde δ. frequentissime in lege divina prohiberi ultionem et commendari oblivionem iniuriarum [10]. Sed et b. bonis fortunae prospexit Deus per leges, quibus vetitum erat, ne ab Hebraeis usura accipiatur pro mutua pecunia [11]; ne debita anno sabbatico exigantur [12], ne pignus petens, quidquid arrideret

---

[1]) Cavebat ne quis prodigus avitos fundos dilapidare et ita familiam evertere posset. Fecit ut modus poneretur avaritiae et cupiditati, ne tenuiorum fundi a ditioribus coemerentur. [2]) Quorum negotia in agris et pastoritia cura e lege esse debebant, mercaturae enim, quae gentes commiscet et iungit, lex non opitulabatur. [3]) Ita curabatur saluti gentis in vicinia ethnicorum habitantis. Cf. G. Woldii, de annorum Hebraeorum iubilaeo commentatio. Gottingae. 1837. p. 54. s. De vi huius instituti politica haec sufficiant, de religiosa iam egimus. pag. 149. [4]) Ex. 21, 12. Num. 35, 31. [5]) Et ratio quidem legis est, ne vindictae cupiditas in eos quoque saeviret, qui involuntarie homicidium perpetraverant et taliter innocenti sanguine terra pollueretur. Ad mandatum Dei sex urbes refugii ordinabantur, quarum tres ultra Jordanem fuerunt, tres aliae in ipsa terra Chanaan. Q. v. p. XLVI. In itinere per desertum asyli loco altare fuit. Exod. 21, 14. Cf. J. Hammermüller, de asylis. Lips. 1673. [6]) C. Faustum. l. XIX. VIII, 563. [7]) Cf. Isidori Pel. Epist. II, 133. p. 575. IV, 86. p. 1147. 209. p. 1303. [8]) Exodi 21, 26. [9]) Exod. 21, 31—36. [10]) Lev. 10, 17. 19, 18. [11]) Exod. 22, 24. Lev. 25, 35—37. J. D. Michaelis, Diss. de mente ac ratione legis usuram prohibentis in Synt. Comm. II, 7, s. [12]) Quia proventus non erat. Deut. 15, 1. s. V. Woldium. l. c. p. 33.

sumeret[1], ne merces indigenti negetur[2], pondera diversa maius et minus habeantur[3], termini agrorum loco suo moveantur[4]. Denique aliis quam plurimis praeceptis cautum erat, ne cives aliquando desererent in mutuo consortio studia caritatis, quae Deo grata erant et honesta[5]; quibusve prospectum, ne qui cum periculo amittendae religionis alias terras quaererent[6].

§. 47. Ordo ad extraneos.

Prout Christus lapis ille angularis est, in quo gentes et Israelitae – tanquam parietes oppositi – iungi et sociari debuere; sic et Evangelium magnum unionis istius instrumentum ad homines sacramentorum visibilium consortio coniungendos modo non uno ministrat. Ex adverso Theocratia cum Lege veteri separationem induxit maximam, et gentiles a Judaeis sic ab invicem divisit, ut plerumque ne levissimo commercio vel usu copularentur[7]. Varia sunt quibus docemur Deum populum hebraicum a gentibus ceteris prorsus alienum et separatum esse voluisse. Atque eo cumprimis spectat: a. Ciborum discrimen lege constitutum, ob quod necesse fuit, ut Judaei et ethnici a mutuo congressu convictuque penitus abstinerent[8]. b. Morum rituumque discordia

---

[1]) Deut. 24, 10. 11. [2]) Deut. 24, 14. [3]) Deut. 25, 13. s. [4]) Deut. 19, 14. 27, 17. Job. 24, 2. [5]) E quarum numero sunt leges: surdo non maledicendum, nec coeco offendiculum ponendum; spicilegium pauperibus relinquendum, eleemosynae pauperibus elargiendae, convivia omni triennio Levitis, viduis, pupillis, pauperibus, servis instituenda. Ovis, bos, asinus errans ad dominum suum reducendus. Exod. 23, 4. Lev. 19, 14. Deut. 22, 12. Quin bovis; ib. 25, 4. imo avium etiam saluti ob utilitatem, quae ab illis percipitur consulere voluit lege: Deut. 22, 6. 7. v. J. D. Michaelis, Syntagma Comm. II, 92. s. [6]) Alios huius consilii testes si velis consule J. C. Swyghusen Groenewoud, disquisitionem ethicotheol. de legislationis mosaicae indole morali. Traiecti. 1841. et turbam invenies. [7]) Separationem hanc ad idololatriam cavendam et exstirpandam inductam fuisse patet inde: α. Quod in lege multum operae inpensum sit, ut separationis huiusce sensus animis Hebraeorum frequenter incuteretur. Ita Exodi 19, 5. 6. Lev. 20, 24–26. Deut. 7, 5. 6. 26, 18. 28, 9. β. Quod huiusmodi separatio ut moralis et honorifica, tanquam praecipui valoris argumentum commendetur, ad mores ethnicos et idololatricos evitandos. In rebus etiam minutissimis ethnicos superstitionem exercuisse ne ambigendum quidem; atque huc respiciebant leges plerumque negativae, quae ceterum de re nihili videri possent, ut sibi in huiusmodi rebus caverent Israelitae. [8]) Vide p. XXXIV. 161. 162.

Judaeis et ethnicis secessum ab invicem faciebat [1]. c. Judaei a gentium exterarum notitia et societate fundamentali reipublicae hebraicae „agraria" et toto Legis genio nativo dividebantur. Utut enim Palaestina commodum situm haberet ad mercaturam terra marique faciendam; noluit tamen legislator populum suum hac opportunitate uti, sed totum in agris collocavit. Constat enim per omnem Pentateuchum ne unicam quidem legem ab eo in gratiam mercaturae latam esse. d. Palaestina rei nullius indiga, frequentia cum exteris res ad vitam necessarias advehentibus commercia minime postulabat, unde factum est ut Judaei nec ipsis quidem cultioribus ethnicis de nomine noti fuisse videantur. e. Eo respiciunt leges, quibus foedera cum gentilibus [2] pangere inhibiti fuere [3], item mandatum de Chanaanaeis internecino bello delendis, quos Deus, aucta in immensum idololatria et licentia morum, Israelitis penitus exterminandos tradidit [4]. Denique f. Connubia cum filiabus gentilium, imprimis septem populorum chanaanaeorum [5], diserte dicuntur illicita [6]. Sane ut ab omnium gentium resecarentur amicitia Hebraei, nil adeo opportunum quam ut ab ethnicorum dissonarent moribus fierentque sibi mutuo contemtui [7].

§. 48. Convictus domesticus.

Initium societatis orditur ex familiis, familiae autem oriuntur ex coniugiis. Horum institutio est origini generis humani coaeva, adeoque

[1]) E. g. legis praecepta de non arando bove et asino simul praeiuncto; de non induenda veste, quae lino et lana texeretur; Deut. 22, 10. 4. de non serendis in agro diversis seminibus. Lev. 19, 19. [2]) Triplici titulo, ratione periculi subversionis, perfidiae et scandali. Coll. Exod. 34, 12. IV. Reg. 3, 5. II. Par. 16, 7. I. Mach. 12, 48. [3]) Unde prophetae perpetuo v. Isa. 30, 2. s. 31, 1. s. Ose. 5, 13. 7, 11. in foedera cum gentibus invehuntur. [4]) Exod. 23, 32. 34, 12. Deut. 7, 1. 20, 13. s., qua de re copiose egit s. Augustinus contra Faustum. l. XXII, 72—79. VIII, 445—481. Cf. etiam Diss. Laur. Reinke, Ueber das Recht der Israeliten an Canaan und die Ursache seiner Eroberung und der Vertilgung seiner Einwohner durch die Israeliten, in den Beiträgen zur Erklärung des alten Testament's. Münster. 1851. p. 251. s. [5]) Deut. 7, 3. [6]) Harum modo recensitarum legum, de quibus saepe disputatum est, finis non alter erat, nisi Hebraeos a gentilium commercio et contubernio discretos, ab eorum quoque moribus idololatricis integros et intactos conservare. [7]) Quod et evenisse docent Historiae.

ad ius naturale pertinet. Institutio autem haec prima fuit: ut coniugium foret unius viri, uniusque foeminae individua coniunctio [1]; sed per peccatum regnante in omni homine carnis concupiscentia, lex primaeva de coniugio, in pristino ante diluvium mundo iam violata fuit [2]. Ac post diluvium liceat penes promissionem, quam Deus Abrahamo, Isaaco et Jacobo de incremento sobolis dederat [3] primaevae legi inservire, adeoque Patriarcharum coniugia sancta esse debuerint, non omne tamen etiam horum connubiis vitium aberat [4]. Promulgavit itaque Deus [5] per Moysem leges coniugales, queis antiquas consvetudines saepe non valde bonas ob duritiem utcunque cordis eorum [6] retinuit, ita tamen circumscribens, ut innoxias vel inutiles redderet [7]. Quibus factum est ut coniugium Hebraeorum, utpote liberi amoris quodammodo sensu nixum, omnibus Orientis populorum coniugiis praestaret [8]. Nuptias praecedebant sponsalia seu repromissio in illam vitae consvetudinem, quaeque certis ritibus [9] perficiebantur [10]; atque inde et sponsa uxor habebatur [11]. Post aliquod tempus [12] a sponsalibus nuptiae celebrabantur, atque ut coniugia magis sacra essent modo solenni et publico [13]. Sponsam filiis et sponsum filiabus

---

[1]) Gen. 2, 24. Matt. 19, 4. Ephes. 5, 31. [2]) Per polygamiam Lamechi. Gen. 4, 19. V. p. 22. [3]) Vide p. 51. [4]) Gen. 16, 3. 22, 24. 30, 3. 36, 12. Cf. pag. 52. 59. 63. 64. [5]) Cui liberum in omnes actus humanos semper imperium. [6]) Ut loquitur Christus. Matth. 19, 8. Non omnino ait Christus repudia ab initio simpliciter non fuisse; sed revocat coniugii repudiique iura, uti et alibi alia, ad prima sua principia. In unicam coaluisse ex primo coniugii instituto carnem virum et uxorem, nec pro lubitu disiungi debere, quos Deus coniunxerit. [7]) V. c. legibus Exodi. 21, 10. 11. coll. Gen. 30, 15—16. Deut 17, 17. de non multiplicandis regi uxoribus; lege Lev. 21, 13. iuxta quam summo pontifici ducenda erat puella e gente Israel, una tantum uxor eaque virgo. [8]) Lege anonym. disquis. über die ehelichen Verhältnisse im alten Bunde, in ephem. der Katholik. Mainz. 1860. p. 336. s. Cf. Prov. 12, 4. 18, 22. 19, 14. 31, 10. seq. Tob. 1, 11. 2, 19. 8, 4. Judith. 16, 26. [9]) Veluti invocationibus s., conviviis et id genus ceteris. [10]) Prov. 2, 17. Ezech. 16, 8. Mal. 2, 14. [11]) Cum sponsalia sint ipsa matrimonii stipulatio, exinde apud Hebraeos sponsus et sponsa etiam maritus et uxor dicuntur. Cf. Gen. 29, 21. Deut. 20, 7. 22, 23. s. Matt. 1, 18. 19. [12]) Plerumque decem aut duodecim mensium intervallum ut observant ad Gen. 24, 55. Judic. 14, 7. [13]) Gen. 19, 27. Jud. 14, 17. Ruth. 4, 11. Tob. 11, 21. Isa. 61, 10. I. Mach. 9, 37—39. Dote constituta deducere sponsam sponso licuit in thalamum adhibita prius benedictione. Gen. 24, 6. 60. Tob. 7, 21. 8, 7. 8. 10. Convivium item nuptiale peractum Matth. 25, 1. s. pluribus diebus, e quorum primo fiebat deductio cum frequenti amicorum comitatu in conclave nuptiale, unde absolutae undequaque nuptiae. Joann. 3, 29. coll. Jer. 7, 34. Bar. 2, 23.

ntes seligebant [1]. Sponsa comparabatur [2] emtione [3], servitute
aliis praestitis officiis [4]. Qui sponsam deduxerat ei legis bene-
concessa erat annua vacatio ab omni seu militari seu civili
ere [5]. Virgines haeredes [6] secundum legem [7] nubere non
rant, nisi viris contribulibus patri suo [8]. Inter propinquos con-
uineos et affines coniugium erat illicitum et interdictum iuxta
us speciatim definitos [9]. Matrimonium purum et honestum
ebat foeminae pudicitia, cui repugnabat adulterium supplicio ca-
puniendum [10]. Ad sanctitatem matrimonio conciliandam specta-
lex *de Zelotypia*, sive exploratio mulieris de adulterio suspectae
„aquas amaras," subsequente in ream quasi divina manu mortis
a [11]. Nihil exoptatius Hebraeis, quam amplum possidere filiorum
erum, nihil tristius quam sterilem mori [12]. Exinde consvetudo
ium stabilivit, ut proximus cognatus mortui improlis super-
m uxorem ducat ad suscitandum semen fratri suo [13]. Primus
istis nuptiis ortus filius censebatur filius defuncti, cuius genealo-
inserebatur, cuique etiam in haereditate successerat [14]. Hoc offi-
n lex [15], quam *leviri* dicunt, mitigavit, statuta tamen poena in

---

¹) Gen. 24, 2. s. 21, 21. 28, 1. 38, 6. ²) Ut apud veteres Romanos. en. 29, 18. ⁴) Jos. 15, 16. I. Reg. 18, 25. Cf. J. Seldeni, Uxor ebraica ab-ns nuptias et divortia veterum Ebraeorum. Wittenb. 1712. p. 92. s. Saal-ts, Mos. Recht. ed. c. p. 731. s. Sponsa legitima secundum leges et consve-es Judaeorum dato libello mittebatur; idem quippe iuris inter desponsatos ac maritum et uxorem fuit. ⁵) Deut. 20, 7. ⁶) Defectu fratrum ad haereditatem tae. ⁷) Num. 36, 6. s. ⁸) Ne scilicet avita bona a tribu distraherentur. ⁹) Lev. 18, 7. 20, 11—17. Deut. 22, 30. 27, 20—23. De qua re si plura aveas adi: J. D. aelis, Abhandlung von den Ehegesetzen Mosis, welche die Heirathen in die Freundschaft untersagen. ed. II. Frankf. 1786. ¹⁰) Gen. 38, 24. At non poenae genus cuilibet adulterae. Committebatur aut in uxore, quae filia dotis non erat, idque aut nupta aut tantum desponsata. Lev. 20, 10. Deut. 22. 23. Aut in filia sacerdotis sive nupta sive desponsata. Lev. 21, 9. Ad-ium tum in nupta prioris generis, tum in desponsata lapidatione puniebatur. a. 8, 4. Ubi vero filia erat sacerdotis ipsa e tenore legis comburenda

¹¹) Scilicet iuxta Num. 5, 11—31. Uxor adulterii suspecta, cui maritus detulit randum purgatorium, bibere debebat aquam a sacerdote porrectam, vi cuius interiit morte, si rea foret. Si mulier innocens esset cum ipso domum redi-marito, nullum ab aquis incommodum passa, viroque denuo licita. ¹²) Gen. . Deut. 28, 4. I. Reg. 1, 6. Ps. 127, 3. s. Prov. 17, 6. Isa. 4, 1. 47, 9. Osee. 9, 14. Gen. 38, 8. ¹⁴) Hinc non raro duplex eiusmodi filiorum genealogia invenitur secundum naturam, altera secundum legem. ¹⁵) Deuteronomii 25, 5—9.

eos, qui illud inire recusarent [1]. Quemadmodum sponsalibus et nuptiis acquirebatur uxor, seu matrimonium inibatur; ita sui fiebat iuris potestatisque uxor: mariti morte et libello repudii. Utroque modo ipsum matrimonii contracti vinculum dissolvebatur [2]. Lex de repudio habetur [3] in haec verba concepta: cum vir acceperit uxorem et maritaverit eam, fiatque ut illa non inveniat gratiam in oculis eius, quoniam invenerit in ea rem turpem – τὸ עֶרְוָה,[4] qua voce [5] designatur mulierem graviter contra pudicitiam offendisse [6] – etiam scribet ei libellum repudii [7]. Inter proles, quas nutrire, honeste instituere, artem aliquam et disciplinam – ut convenientem legi divinae vitam agere eandemque quopiam labore non improbo tolerare possent – edocere procreatorum erat, et quae cum parentibus familiam constituebant, praestabant mares femellis [8]. Solum filiis ius haereditatis

[1]) Vidua calceum coram urbis senatu ei de pede detraxit et in faciem eius spuit palam pronunciato scomate: sic fiat viro, qui non aedificat domum fratri suo. Cum pedibus calcare olim symbolum dominii fuit et potestatis, quemadmodum calceus, qui incedentium et calcantium usibus inservit, signum dominii et potestatis habebatur. Unde ubi iuris, sive dominii cessio significanda foret, calceamenti solutione et extractione symbolice significata est. Cf. A. Bynaei, de calceis Hebraeorum. ed. II. Dordraci. 1715. p. 207. Haec quidem poena per mores indolemque Hebraeorum erat publica ignominia, qua coniugium recusari potuit. Levir, quoniam officium mariti loco fratris mortui viduae debet praestare, eo ipso in mulierem illam mariti exercet iura, viduaque non sui iuris est sed leviri in mortui locum substituti; unde fit ut si levir illud officium praestare recuset, ipse iure in viduam suo non cedat, itaque non exuat calceum, sed turpiter illo privetur. Cf. e. F. Benary, de Hebraeorum Leviratu. Berol. 1835. p. 12—15. [2]) Cf. Menochii, de republ. Hebr. III, 22, 3. p. 373. Duplex autem genus uxorum, ubi de repudiis loquimur, idque ex ipsa lege s. est excipiendum. Alterum earum quae praereptae virginitatis falso accusabantur; earum quae vi comprimentibus nuptae, alterum. Expressissima sunt legis verba: Exod. 22, 16. Deut. 22, 28. de eis perpetuo retinendis. [3]) Deut. 24, 1. [4]) עֶרְוַת דָּבָר, coll. Deut. 22, 13. 14. [5]) Tertullianus, adv. Marc. IV, 34. p. 229. legit *„eo quod in ea inventum sit impudicum negotium."* [6]) A qua significatione multum tamen discrepant sententiae doctorum iudaicorum. Vide Seldeni, Uxor. III, 21. p. 331. [7]) Cf. Matt. 5, 31. 19, 7. Marc. 10, 4. 11. Per septingentos a lege lata circiter annos altum de repudii usu et nomine est silentium. Cf. Isa. 50, 1. Sub centesimum abinde annum apud Jeremiam mentio adhibetur 3, 1. 8. libelli repudii veluti rei, quae in ore hominum volitabat. Adde Mal. 2, 16. Verum ex evangeliis l. s. c. non minus quam ex Josepho Antiq. IV. 8, 23. I, 241. XV. 7, 10. II, 764. liquet saeculo, de quo loquuntur, usum repudiorum fuisse tralatitium. De divortio eiecta uxore lex sacra est: Deut. 24, 3. Mulier repudiata atque alteri nupta decernitur priori marito vetita, tametsi secundae nuptiae fuerint sive morte sive repudio solutae. coll. Deut. 24, 4. [8]) Gen. 21, 8. Exod. 2, 7. 12, 26. 13, 8. 14. Deut. 4, 10. 6, 7. 20. 11, 19. I. Reg. 1, 22. II. Mach. 7, 27. Prov. 31, 1. coll. II. Tim.

tributum [1], filiabus vero prorsus negatum [2] vel nonnisi sub gravi conditione [3] concessum. Primogeniti in fratres auctoritate pollebant [4]; e distributione haereditatis duplicem omnium partem percipiebant [5]; tandem paternam benedictionem quae plurimi aestimabatur, obtinebant. Ad familiam quoque pertinebant servi et ancillae [6], quorum erat ministerium domi et ruri obire, rem familiarem tueri et pro viribus promovere [7]. Distinguuntur in servos origine gentiles licet proselytos et in israeliticos, magnumque inter utrumque genus observatur discrimen [8]. Servi fiebant a. Nati ex contubernio servili [9]. b. Bello capti [10]. c. Qui vendebant suam libertatem [11], vel a dominis alteri cuidam venditi fuere [12]. d. Qui ob crimina [13] servitute damnabantur [14]. Non uno modo misericordia in servos praesertim Hebraeos commendatur et multa legibus in hoc merito admiscetur humanitas. Ferocia ne erumperet in manifesta scelera et dissiparet statum vitae civilis legibus coercebatur [15].

3, 15. Filius enim et verus paterni generis propagator, et eius memoriae servator existimatur. Cf. Vitringae, de praerogativis primogenitorum Obs. s. II, 2. p. 271. J. Seldeni, de successionibus ad leges Ebraeorum. c. V. Francof. 1695. p. 22. 26. s. et nos p. 61. Cum autem liberi sint alii legitimi, naturales alii; tam hi quam illi in haereditatem veniebant sed non sine distinctione.

[1]) In universum defuncti ius succedebat filius unicus; sed pari — excepto primogenito — capiebant iure simul plures. Num. 27, 8. s. [2]) In hunc casum ipsis alimenta erant praestanda. [3]) Masculis non exstantibus, neque iis, qui personas eorum iure repraesentationis induebant. [4]) Gen. 25, 23. 27, 29. [5]) Deut. 21, 17. [6]) עֲבָדִים וּשְׁפָחוֹת. [7]) Gen. 14, 14. 32, 6. 33, 1. Ruth. 2, 5. Job. 1, 3. 31, 13. [8]) Cf. Exod. 21, 2. Lev. 25, 44. Jerem. 34, 9. 15. [9]) Gen. 15, 3. 17, 23. Ps. 85, 16. 115, 16. [10]) Deut. 20, 14. 21, 10. II. Par. 28, 8. qui inde mancipia sc. manu capti dicebantur. [11]) Rerum angustia pressi. [12]) Num. 31, 18. 35. IV. Reg. 4, 1. Matt. 18, 25. [13]) V. c. plagium. Exod. 21, 16. Deut. 24, 7. furtum Exod. 22, 3. II. Esdr. 5, 5. vel debita, quibus solvendis pares non erant. [14]) De manumissione sive emancipatione servorum lex statuit. α. Ut anno Jubilaeo omnibus mancipiis originis hebreae exitus detur e servitute. Lev. 25, 39—41. Alterum β. servi hebraei beneficium fuit, quod sex tantum annis servirent et anno septimo — non sabbatico — manumitterentur, cum uxore, quam ante servitutem duxerant; eam sicuti coepta servitute sociam, ita finita comitem habebant. Exod. 21, 8. γ. Servi Hebraei solvi et redimi poterant, soluto duntaxat pretio pro residuis usque ad septimum annum servitiis. Lev. 25, 47—55. Quodsi δ. servi se nollent in libertatem asserere, symbolica cerimonia: perforatione auris. Exod. 21, 5. Deut. 15, 17. coll. Ps. 39, 7. in perpetuam servitutem cooptabantur. [15]) Lev. 25, 39. Deut. 15, 13. Exodi 21, 3. servus qui servitute finita sibi redditur iubetur tali veste indui, quali erat indutus cum primum servire coepit. Ibidem v. 8. statuitur si herus ancillam sibi vel filio in uxorem acciperet et repudiare

§. 49. Recensus scriptorum, qui rempublicam sacram et civilem Hebraeorum delinearunt.

Operae pretium nos facturos existimavimus et de S. S studiosis bene merituros, si antiquiorum recentiorum et recentissimorum opera — praeter ea, quae sparsim in superioribus iam laudata habentur — eruditissima, quae ad exactam reipublicae hebraicae sacrae et civilis cognitionem adipiscendam faciunt, e quibus nos quoque profecisse non diffitemur, hoc loco peropportuno recenseamus. Spectant huc commentarii — qui nunc passim nomine Archaeologiae biblicae vel hebraicae veniunt d. q. v. J. Müller, de vitiis Archaeologiae biblicae atque emendatione. Giessae. 1830. — in Hebraeorum politiae rationem, magistratus, iura; religionem, ritus, sacerdotium; leges, consvetudines et alia, quae ad Libros s. melius intelligendos aditum aperire possunt. In horum numero reperiuntur: C. Sigonius, de republica Hebraeorum. l. VII. Francof. 1585. Cum J. Nicolai, notis in Ugolini Thes. IV, 133. s. G. Outramus, de sacrificiis. l. II. Amstel. 1588. in Criticis sacris. ed. Francof. 1695. VI, 522—738. B. A. Montanus, Antiquitatum iud. l. IX. Lugd. B. 1593. Th. Goodwinus, Moses et Aaron, sive civ. et eccl. ritus

---

voluerit, non poterat vendere sed libere dimittere tenebatur. Quod si filius alteram uxorem ancillae superinduxerit, providebit puellae nuptias, vestimenta et pretium pudicitiae. Si horum aliquid non praestiterit, fas erit neglectae uxori se in libertatem asserere nullo redemtionis pretio persoluto. Unde „Famulo sapienti multi, ut scriptum est Prov. 17. 2., serviunt liberi, et est servus intelligens, qui regat dominos stultos." S. Ambros. epist. ad Simplician. ed. Ben. Cl. I. 37, 13. II, 933. Denique servi etiam ex aliis populis ad Hebraeos profugi humaniter erant excipiendi. Deut. 23, 15. 16. Haec quidem praecipiebat lex, male tamen habitos fuisse servos etiam Hebraeos ex Isai. 47, 2. s. Jerem. 25, 10. intelligitur. In vetustissimis priscarum gentium legibus ritibus, et quibusdam etiam historiis, ac dividendorum temporum ratione certissimum invenitur legis mosaicae, unde haec petita sunt, indicium. Suam sibi tractationem, suum commentarium postularet ea materies, si quis eam pro merito persequi vellet. Cui volupe fuerit adeat doctissimi episcopi Abrincensis Petri Danielis Huetii: Demonstrationem evangelicam, in qua propositione IV. a cap, 3—12. (ed. Paris. apud St. Michallet. 1679. p. 56—134.) probat e Moysis libris manasse Ethnicorum theologiam, variorum populorum et praecipue Graecorum et Romanorum fluxisse leges et observantias. Huetii „Demonstrationem" volumen esse quod bibliothecam referat, in quam collecta sunt, quaecunque vix alias discerentur nisi consultis multis libris, omnes penes quos de hac re iudicium est confitentur. Unus prae ceteris traditioni haeret, scientiae et criticae plurimum exhibet, atque post evolutos infinitos pene scriptores omnia in rem suam convertit. Optanda esset pluribus e causis nova praeclari huius operis editio, quae quaedam accuratius edisseret, alia adderet, alia quae corrigenda reliquit emendaret. Leges Solonis cum mosaicis contulit C. G. Goldstein, peculiari dissertatione. Halis. 1696. edita, ut eas haud raro plane inter se convenire ostenderet, sicubi autem discrepent, mosaicas quidem longe sanctiores, aequitatique et iustitiae magis convenientes demonstraret.

t. *Hebr. Oxon. 1616. ex angl. lat. red.* J. H. Reizius. *ed. IV. Brem. 1703.* m J. Hottingeri, *notis in Ugolini Thes. III, 29. s. Subministrato uberiore paratu rursus. ed.* J. G. Carpzovius. *Francof. 1748.* P. Cunaeus, *de republ.* ebr. *l. III. Lugd. B. 1617. Cum annotationibus* J. Nicolai, *in Ugolini Thes.* I, *485. s.* J. Seldenus, *ius naturae et gentium iuxta disciplinam Hebraeorum.* III. *Londini. 1640. in Ugolini Thes. XXVII, 489. s.* J. St. Menochius, e S. J. *republica Hebraeorum. l. VIII. Parisiis. 1648.* J. Spencerus, *de legibus Hebraeorum ritualibus. l. IV. Cantabrig. 1685. Tub. 1732. ed. cur. a* M. Pfaffio. *Auctor multis, cumprimis* Herm. Witsio, *in Aegyptiacis, sive l. III. de Aegyptiacorum* crorum *cum hebraicis collatione. in Ugolini Thes. I, 739. s. nec non in l. IV.* iscellaneorum. *Lugd. B. 1736. versatus et castigatus.* B. C. Bertramus, *de* publica *Ebraeorum. Lugd. 1651.* J. Leusdenus, *Philologus hebraeo-mixtus.* rai. *1656. ed. III. 1699.* A. Pfeifferius, *Antiquitates selectae. Lips. 1687.* tis *illustratae a* Bl. Ugolino, *Thes. IV, 1173. s.* J. Buxtorfius, *de synagoga* daica. *Basil. 1689. in Thes. IV, 750. s.* J. Lundius, *Jüdische Heiligthümer,* ottesdienste *und Gewohnheiten für Augen gestellet. Hamb. 1695. ed.* J. Ch. Wolf. 738. C. Vitringa, *de synagoga vetere. l. III. Franecq. 1696.* B. Lamy, pparatus *biblicus sive manuductio ad S. S. Paris. 1696. Venetiis. 1756. Tyrnav.* 762. *Eiusdem, de tabernaculo, de s. civitate et templo. Par. 1720.* M. Leyekerus, *de republica hebr. l. IX. Amstel. 1704. Eiusd. de vario reipublicae hebr.* atu. *l. IX. ib. 1710.* H. Relandus, *Antiquitates s. veterum Hebraeorum bre*iter *delineatae. Trai. 1708. ed. IV. 1741. Recens. et animadvers. Ugolinis et* lavianis — *Herborn. 1743. — auxit* J. G. L. Vogel. *Hal. 1769.* Th. Lewis, rigines *hebraicae. Lond. 1724.* C. Ikenus, *Antiquitates h. sec. tripl. stat. ed. IV.* rem. *1742.* Th. Dassovius, *Antiq. hebr. quibus plurima utriusque foed. loca* lustr. *ed. Mummius. Havn. et Lips. 1742.* W. Smits, *Diss. quatuor de Taber*naculo *eiusque supellectile ac sacro vestitu, seu Tom. II. Exodi elucid. Antv. 1760.* . D. Michaelis, *Mosaisches Recht. Frankf. 1770. ed. III. 1793.* H. E. Warnekros, *Entwurf der hebr. Alterthümer. Weim. 1783. ed. III. ab* A. G. Hoffmann. *ib. 1832.* E. A. Schulzius, *compend. archaeologiae hebr. Dresdae. 1793.* . Babor, *Alterthümer der Hebräer. Wien. 1794.* G. L. Bauer, *kurzes Lehrb.* er *hebr. Alterthüm. Leipz. 1797. ed. II. accur. ib. cur.* E. F. C. Rosenmüller. *1835.* Eiusdem, *Beschreibung der gottesdienstlichen Verfassung der alten Hebräer. ibid.* 805. J. Jahn, *Bibl. Archäologie. I, 1. 2. häusliche Alterth. Wien. 1796. 7. II,* . *2. Politische Alterth. ib. 1800. 2. Archaeologia bibl. in compend. redacta. Vindob.* 805. *II. 1814.* W. M. L. de Wette, *Lehrbuch der hebr. jüd. Archäologie. Leipz.* 814. *ed. III. 1842.* J. H. Pareau, *Antiquitates Hebraeorum brev. descriptae.* rai. *1817. 23.* F. Ackermann, *Archaeologia biblica. Viennae. 1826.* C. D. Müllmann, *Staatsverfassung der Israeliten. Leipz. 1834.* J. M. A. Scholz Handbuch *der bibl. Archäologie. Bonn 1834. Cf. eiusdem diss. in* J. Aschbach, Allg. *Kirchenlex. I, 167. s.* J. Zama Mellinius, *Institutiones biblicae. Bonon.* 835. *ed. 5. 1855.* C. C. W. F. Bähr, *Symbolik des mos. Cultus. Heidelb.* 837. *9.* G. Brunachi, *diss. bibl. Mediol. 1838.* J. H. Kalthoff, *Handbuch* der *hebr. Alterth. Münster. 1840.* F. Friederich, *Symbolik der mos. Stifts*hütte. *Leipz. 1841.* B. Mayer, *Das Judenthum in seinen Gebeten, Gebräuchen,* Gesetzen *und Ceremonien. Regensb. 1843.* J. P. Trusen, *Sitten, Gebräuche* und *Krankheiten der alten Hebräer. Bresl. 1843. ed. II. 1853.* J. F. Allioli,

Pol. häusliche und relig. Alterthümer der Hebräer. Ladshut. 1844. J. L. Saalschütz, Das mos. Recht nebst den vervollständigenden talmud. rabb. Bestimmungen. Berl. 1846—48. ed. II. 1853. Eiusdem, Archäologie der Hebräer. Königsb. 1855. 6. H. Ewald, Die Alterthümer des Volkes Israel. Gött. 1848. II. 1854. V. Thalhofer, Die unblutigen Opfer des mos. Cultus, ihre Liturgie, ihre symb. typ. u. dogm. Bedeutung. Regensb. 1848. J. H. Kurtz, das mos. Opfer. Mitau. 1852. J. F. Schröder, Satzungen und Gebräuche des talm. rabb. Judenthums. Brem. 1851. E. W. Hengstenberg, Die Opfer der h. Schrift. Berlin. 1852. J. J. J. Döllinger, Heidenthum und Judenthum. Reg. 1857. p. 735. s. G. G. Roskoff, die hebr. Alterthümer in Briefen. Wien. 1857. C. F. Keil, Handbuch der biblischen Archäologie. Frankf. 1858. 9. Memoria occurrunt innumeri alii viri biblica eruditione insignes, qui aut speciales libros de rebus hebraicis scripserunt, vel etiamsi dedita opera non disserant de antiquitatibus aliud agendo illas non raro explicant, multaque quae ad mores et instituta gentis electae pertinent suis tractatibus inseruere. Verum quis omnes recensere posset! Bibliographiam, quam procul dubio fastidirent ii, quibus scribimus, edendam non suscepimus; satis attamen indigitavimus fontes, de quibus nostra hausimus, unde qui sunt studiosi et ipsi promere possunt et plene sitim restinguere.

TRACTATUS ALTER

LIBRUM LEGIS CONSIDERAT.

§. 50. Proloquium de auctoribus S. Scripturae.

Lege populo data nova Foederis Deum inter et Israelitas initi orta est Oeconomia, non solum hac Periodo, de qua verba fecimus, sed per reliquas duas quoque subsequas ad Messiae usque adventum duratura. Sed illud etiam ceu peculiare accessit, quod cum hactenus viva voce ac traditione doctrina vera a patriarchis virisque sanctis propagata esset; nunc ea initium faciente Moyse literis consignari coeperit. Moyses divino Spiritu impulsus ac collustratus, quae a primo mundi exordio usque ad obitum suum circa fata Revelationis acta et gesta fuere, singulari libro, qui „Pentateuchus" audit, literis consignavit; ut taliter horum notitia Deo ita disponente ad finem usque saeculi inserviret. Priusquam vero pro ratione instituti nostri [1] de argumento et aliis Pentateuchum attinentibus quaestionibus necessaria moneamus, quaedam de auctore Sacrarum Literarum huc facientia praemittere oportet. Qui in Sacrarum Literarum studio accuratius versari volunt, non possunt non in singulis Libris de auctore solliciti esse. Auctor Librorum Sacrorum duplex est, primarius et secundarius. Auctor primarius est Spiritus sanctus ut

[1]) Coll. p. VI. XII.

dicitur II Petri, 1, 21.[1]. Secundarii sunt prophetae, hagiographi, apostoli, evangelistae, qui immediato s. Spiritus afflatu, quaecumque inspiravit, veluti amanuenses literis exterius consignarunt. Spiritus sanctus hagiographis adstitit iam antecedenter, coll. Isa. 51, 16. Jerem. 23, 21. iam concommitanter II. Mach. 15, 39. ad eum modum, ut nihil sine divina inspiratione scripserint. Multorum S. Scripturae Librorum auctor quem vocant secundarius facile cognoscitur[2]. Aliorum vero disputatur ab eruditis; et interdum in notitia summi auctoris Spiritus divini nobis acquiescendum erit, ubi de auctore secundario praeter coniecturas fere nihil proferri potest[3]. Hoc tamen constat, certitudinem ubi haberi potest quaerendam esse, cum cognito auctore secundario saepe multum lucis libro alicui recte intelligendo adfundatur[4].

§. 51. De Pentateucho, sive quinque libris Moysis.

Mosaicorum librorum complexus nomine hebraico: התּוֹרָה חוּמְשׁי, חֲמִשָּׁה quinquernio legis audit cui, graecum *ἡ Πεντάτευχος*[5] unde latinum Pentateuchus[6] exacte respondet. Ceterum concisius et

---

[1]) „Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.“ Ut merito Chirographum Dei dici Scriptura possit, quo Dominus sensibus impervius, luculentum praesentiae, providentiae, maiestatisque suae testimonium praebet. [2]) V. c. prophetiarum, epistolarum. [3]) Ut in libris Josuae, Judicum, Jobi et aliis. [4]) Nos itaque dum de singulis libris quaeremus, antequam ad alia progrediamur, primum hoc nobis iniunctum existimamus, ut tum de auctore, tum de auctoritate canonica rem conficiamus. Idque eo magis nobis merito curae esse debet, quo certius est paucissimos esse Sacrae Scripturae libros, de quibus non movissent dubia adversarii revelationis, et ea quidem si non adeo magni momenti, tamen ita comparata, ut imperitos aut incertos reddere aut plane confundere queant. Istud cum ageremus summaria praesidia et responsa contra incredulorum artes insidias et dicacitatem adiunximus, quae ad inanes versipellium ludiorum incursus depellendos in promtu esse queant. Modo brevius ubi res ferebat, modo diffusius; non tamen ea quod putemus sive ieiunitate sive abundantia, quae offendere delicatioris palati lectores possent, nisi forte communia quaedam hoc in scriptionis genere vocabula et terminos fastidiosius respuant. A summo capite exordiendum est, nempe a Pentateucho, de quo dicturi primum de argumento, deinde de authentia sermo incidet. Iam sit! Cf. Marchini, de divinitate et canonicitate sacrorum librorum prooemium; in Cursu completo Sacrae Scripturae. ed. Migne. Par. 1842. Tom. III. p. 16. 17. [5]) Sc. βίβλος, a πέντε quinque, et τεῦχος volumen. Ita Origenes, Comm. in Evang. Joann. Tom. 13. II, 46. [6]) Sc. liber iam apud Tertullianum, adv. Marc. I, 10. III, 51.

communius haec quinque volumina Hebraei תּוֹרָה, legem appellant, ὁ νόμος [1]. Primum Pentateuchi librum interpretes Alexandrini[2]; Γένεσις i. e. generationem, ortum, inscripserunt: „Quod[3] et universorum, coeli pariter ac terrae, hominumque et omnium eorum quae videntur generationem complectatur“ [4]. Hebraei vero: בְּרֵאשִׁית, a prima totius libri voce, suo more vocarunt[5]. Constituit vero Genesis prooemium quoddam quatuor qui insequuntur voluminum, in quo luculento sermone enarrantur, scitu necessaria ad intelligenda ea quae ceteris libris docentur, et ita animi praeparentur ad capiendas et servandas leges. Ab ipsa creatione itaque orsus Moyses exhibet a c. c. I–XII. res usque ad nativitatem Abrahami a c. c. XII–L refert historias Patriarcharum; et quidem facta Abrahae capitis populi Dei, magnificas praecipue promissiones eidem et filio Isaaco factas[6], ad eius mortem pertexit a c. c. 12–26. Ab Isaaco ad Jacobum vertit sermonem statorem duodecim tribuum, e quibus gens electa coaluit, atque a c. c. 25 et deinceps gesta Jacobi et Josephi huiusque mortem enarrat[7]. Secundus Pentateuchi liber graecis a praecipuo operis argumento Ἔξοδος[8] audit, eo quod in illo tradantur historiae exitus Israelitarum ex Aegypto[9]. Hebraeis וְאֵלֶּה שְׁמוֹת, et per abbreviationem שְׁמוֹת [10], ab initialibus vocibus dicitur. Continet annales populi hebraici ab obitu Josephi usque

---

1) Matt. 12, 5. 22. 36. Luc. 24, 44. quasi summarium legum et statutorum theocraticorum dicas. 2) Adoptato etiam Latinis nomine. 3) Ut loquitur „Brevis divinae Scripturae Veteris ac Novi Testamenti Synopsis,“ quae exstat nomine s. Athanasii. Op. II, 131. Editoribus attamen Benedictinis non videtur esse eius, sed accurati cuiusdam et Scripturarum peritissimi scriptoris recentioris. Cf. admonit. p. 124. 125. 4) Quo ipso ostenditur mundum a Deo conditum fuisse et exploditur commentum priscorum gentilium, qui autumnarunt illum creationis expertem esse et aeternum exstitisse. 5) V. Leusdenii, Spicilegii ph. Cent. prim. p. 382. L. E. Du-Pin, Dissertation préliminaire, ou prolegomenes sur la Bible. Amsterd. 1701. p. 74. Omni prorsus inscriptione carebant hebraici codices, in quibus olim continuo veluti ductu hi quinque libri coniungebantur. 6) Quo nihil putabat confirmandis et in spem erigendis popularium suorum animis aptius. 7) Cum historias ceteroquin adstruxerimus, nolumus haec et alia in progressu fusius recensere. Comprehendit igitur Genesis bis mille circiter tercentorum et sexaginta annorum historias. Coll. p. 4. 24. 52. 8) Exitus vel egressus. 9) Philo de migratione Abrahami scribit — ed. M. I, 438. — „igitur sacer vates unum integrum legis librum Exodum intitulavit, nomine conveniente contentis in hoc oraculis.“ 10) Cum perspicuum sit inscriptionem graecam ab LXX. esse factam, Philo intelligit sic a Moyse narrationem illius libri exorsam, ut nomen Exodi meruerit.

ad secundum annum exitus de Aegypto [1]. Summarium libri, qui XL capitibus absolvitur, commode triplex statui potest. a. Historicum, c. c. 1–18. ea quae exitum praecesserunt, ipsum exitum, et quae eum sunt consecuta narrat. b. Legislativum, c. c. 19–34. legem – moralem, cerimonialem et iudicialem – populo datam exponit, addita narratione de modo quo promulgata et mox violata sit. c. Didacticum, c. c. 35–40. fabricam et apparatum Tabernaculi delineat. Tertius Graecis *Λευιτικὸν* – Synopsis supplet *βιβλίον* – Latinis Leviticus [2] inscribitur [3], Hebraeis a prima voce וַיִּקְרָא, distinctius ab argumento praecipuo תּוֹרַת כֹּהֲנִים, lex sacerdotum appellatur [4]. Id enim hoc in libro Deus per Moysem praecipit, quod in suo cultu fieret: agenda cumprimis ecclesiastica. Ex argumento facile distributio deduci potest. Parte prima a c. c. 1–7. agit de sacrificiis eorumque variis speciebus et ritibus. Parte secunda tractat per c. c. 8–22 de sacerdotibus, eorum constitutione, purificationibus et muneribus. Tertia parte c. c. 23–27. praescribit quae spectant tempora festa, locum sacrum, vota et decimas [5]. Quartus a Graecis titulum *Ἀριθμοὶ*, a Latinis Numeri, appositum habet; quoniam israeliticae plebis de Aegypto egressae numerum sive computationem e Dei praecepto factam docet [6]. Hanc appellationem adoptarunt Rabbini, qui hunc librum סֵפֶר הַמִּסְפָּרִים, volumen recensionum – quamquam rarius, nam consvetim ab initiali voce וַיְדַבֵּר – nominant. Ordo autem libri, qui non totus in meris numerationibus consistit quinque potissimum sectiones comprehendit. a. Initio refert censum populi, c. c. 1–4. deinde b. Historias continuat post eum censum usque ad tempus profectionis a monte Sinai,

[1]) I. e. annorum fere 400. Vide p. 90. [2]) Non ut duo priores a graeco vocabulo, sed ab hebraeo Levi. V. p. 64. Oportet autem hic nomen Levitae generice sumere pro omni persona ad divinum cultum peculiariter destinata. [3]) Iuxta Synops. Ath. *πᾶσαν τῆς λευιτικῆς λειτουργίας τὴν διατύπωσιν* continet. [4]) Leviticus ut probe advertit Smits, Proleg. I, 4. dicitur quasi „sacerdotalis“ nomine toti tribui Levi communi ad digniorem eius familiam: aaroniticam, quae erat sacerdotalis restricto. Levitarum proprie ita dictorum munia non hic liber sed sequens Numerorum prosequitur. [5]) Continuantur hoc libro historiae uno mense, a die primo mensis primi anni egressus secundi, ad mensem usque secundum eiusdem anni. Cf. Exod. 40, 15. et Num. 1, 1. [6]) J. Lorinus, Comm. in Num. Col. 1623. p. 4. suspicatur a numeratione bellatorum praecipue tituli huius rationem esse sumtam.

intertextis aliquibus legibus. c. c. 5-10. c. Narrat res, quae acciderunt post digressionem a monte Sinai ad mortem usque Aaronis. Miscentur quaedam praecepta circa officia Sacerdotum et Levitarum c. c. 10–20. d. Sequuntur gesta post mortem Aaronis usque ad Josuae inaugurationem. c. c. 21–27. Denique referuntur quae abhinc facta sunt ad mensem decimum anni quadragesimi peregrinationis. c. c. 28–36. Inseruntur disperse variae leges. Quintus Hebraeis ut plurimum ex more recepto a suo initio אֵלֶּה הַדְּבָרִים[1] dicitur. LXX *Δευτερονόμιον* inscripserunt, voce a Vulgato in latinum quoque translata. Non quod *δεύτερον νόμον* secundam et novam legem[2] contineat, sed quod lex iam ante lata hoc libro explicatur; quod repetit et declarat Moyses, quidquid praedictum erat in Exodo, Levitico et Numeris, omnia legitima, iustificationes et praecepta, populumque observationis eorum admonet[3]. Totius libri epitome paucis verbis exponitur 1, 5.: „coepit Moyses dilucide explanare legem.“ Et hoc quidem ideo factum *α.* ut tenacius a Moyse iamiam morituro lex Hebraeorum animis imprimeretur, *β.* iis qui eam in Sinai promulgari non audierant innotesceret. Atque exordium statim libri historias rerum praeteritarum iterat c. c. 1–4. Sequitur oratio Moysis, qua Israelitas ad Dei praecepta servanda hortatur atque varias leges partim adiicit, partim retractat. c. c. 5–26. Sermoni isti postremo subiicitur sanctio legis; c. c. 27-30. quam denique excipit narratio novissimorum Moysis. c. c. 31–34. Historiarum seriem producit uno et dimidio mense[4].

---

[1]) Porro ex Deut. 18, 18. מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה repetitio legis. [2]) Ut olim scite iam advertit Theodoretus, quaest. I. ed. Schulze. I, 1. 256. [3]) Ita Synops. 9. p. 188 [4]) Theodolfus, Aurelianensis episcopus — qui ut creditur circa annum 821 e vivis excessit — argumentum Pentateuchi his versibus Carminum, lib. II, 1. — ed. J. Sirmondi. S. J. Opera varia. ed. Ven. 1728. II, 763. in Max. Biblioth. Vet. Patr. Lugdun. 1677. XIV, 35. — quos in fronte Bibliorum, quae ipse describi fecit praemiserat, complexus est: „Quicquid ab Hebraeo stylus atticus, atque Latinus Sumsit, in hoc totum codice lector habes. Quo loca prima tenet Genesis, primordia mundi, Diluviumque canens, gestaque magna Patrum, Exodus Aegyptum spoliat, secat aequora rubra, Pandit iter eremi; lympha ibi lexque datur. Inde sacerdotum gentem Leviticus ornat, Et typica exponit dona sacris typicis. Bella virosque liber Numeri describit et actus, Queis Moyses fregit idola, stupra, duces. Post repetit legem, populo benedicit, et alma Jura dat, ac dicto carmine victor obit.“

apparet ea quae ab Exodo ad Deuteronomium narrantur ıentarios continere, ipsum Moysem eiusque leges ac popucuius dux erat spectantes [1]. Totum autem opus Moyses t paulo ante mortem, cum illud sacerdotibus et principopuli traderet, ut in adyto tabernaculi penes arcam ris asservaretur [2]. Utut vero in eo potissimum argumento tur Pentateuchus, ut historias orbis, patriarcharum, populique itici usque ad Moysis obitum texat; longe tamen sublimiorem tus Sanctus in hoc libro divinitus intendit finem: Messiam, di Salvatorem, sacris, typis, vaticiniis ac promissionibus adumli et docendi Christum, quo uno ac solo tota salus nostra con. Sane finis legis Christus est Rom. 10, 4. ad illum enim Lex tanquam ad terminum et scopum suum refertur, tendit, t, ducit.

---

[1]) Hos attamen Moyses commentarios ratione prorsus alia composuit ac graeci vel romani scriptores. In his enim altiori nutu impulsus narrat res, vel ipse gesserat vel quibus saltem intererat; non ergo ut historici non si, quorum limam dispositionem et perfectionem in paginis suis conficiendis tur critici, historiarum supellectilem ad manum habebat paratam, quam pro , pro concesso sibi otio seligere et disponere posset; sed suppeditabat arıta temporum successus, quae non aliter concinnare poterat, quam prout re se excipiebant, sensim frustatimque, usque dum mors rebus ab eo gefinem faceret. [2]) Deut. 31, 19. 24—30. Omnibus exacte consideratis citur Pentateuchum eo ordine quem nunc tenet neque dispositum, neque ı ab Esdra fuisse, ut quipiam e nostris quoque — Herbst, diss. Observaquaedam de Pentateuchi quatuor librorum posteriorum auctore et editore mm. theol. E. F. C. Rosenmüller, Fuldner et Maurer. Lips. I. 1. 1825. p 57. t illum Haneberg, Versuch einer Geschichte d. b. O. p. 186. — perperam at e verbis Hieronymi ad Helvidium — disp. de perp. B. M. V. 7. ed. II, 212. — „Sive Moysem dicere volueris auctorem, sive Esdram eiusdem ratorem operis non recuso,“ quae κατ' ἄνθρωπον dicta esse e contextu patet. m quod spectat ad caput ultimum Deuteronomii i. e. XXXIV, saltem a v. 5. ıfesso est ab auctore alio aeque tamen inspirato Josua, Eleazaro vel alio profectum et ad totius Pentateuchi complementum additum. Ita passim m melius sentientium habet opinio. Cf. e. Lorinum, Comm. in Num. p. 2. 3. Keilii, Lehrbuch der h. k. Einleitung. Frankfurt. 1853. p. 131. [3]) Cf. Luc. 7. Joann. 1, 45. 5, 46. Act. 28, 23. Rom. 3, 21. I. Cor. 10, 11. II. Cor. . 15. et in epist. ad Hebraeos passim. Certe Lex ad Christum mediatorem it, ritus et cerimoniae pro eius temporis ratione conciones erant gratiae i; ita ut si sua rebus merita dederimus existimandum sit nos in Penta› legendo non minus in doctrina revelata de Christo versari, quam si lam librum propheticum tractaremus. De hac re suo loco t. a. plura.

§. 52. De fontibus e quibus Genesis contexta fuit.

Quodsi hanc Moysis scriptionem cum aliorum vetustissimorum quarumcumque gentium, qui floruerunt historiarum auctores, commentariis conferre velimus, certum est Moysem omnium quotquot scripsere et ob sua scripta illustres exstitere, aetatem superasse [1]. Cum vero quae in Genesi narrentur diu ante Moysem acciderint, quaestio oritur, num is primus illa literis consignaverit? an vero quae habet hauserit ex antiquioribus documentis et monumentis? Ad quae reponimus a. Illa quod attinet quae de creatione mundi de humani generis initiis et primis fatis narrat, pandebat ei Spiritus Sanctus ἀμέσως, quo afflante abdita quaeque obscura alioquin et incerta cognovit. Hinc Isaias 44, 7. 8. Dei Israelis supra ceteros aliarum gentium auctoritatem efferens, populo suo ea pandisse ex veteribus historiis narrat, quae frustra ab idolis suis requisivissent gentiles [2]. b. Ea quae de aetate patriarcharum, populi maiorum refert, accepta a patribus orali traditione didicerat [3]. Ceterum dum statuimus adminicula traditionis oralis, simul fatemur aliorum relatione et traditione cognitis, divinam atque infallibilem auctoritatem asseruisse eundem divinum Spiritum, quo afflatum sacrum scriptorem supra laudavimus [4]. Traditioni orali c. iungantur oportet monimenta locorum,

---

[1]) De Homero quidem cuius poemate nullam scriptionem antiquiorem habuit Graecia teste Josepho — l. I. contra Apionem §. 2. ed. Hav. 438. 439. — satis constat cum Moyse minime quadringentis vel quingentis vel etiam septingentis annis posteriorem esse; cuius aetatem alii ad Heli, alii ad Salomonis, alii etiam ad posteriora tempora referunt paulo ante primam Olympiadem. V. Bonfrerii, Append. ad Cap. VII. prael. Comm. in Pentateuch. p. 1066. 7. [2]) Unde scribit Origenes — homil. XXVI. in Num. X, 322. — enim poterat Moyses quae ab origine mundi gesta sunt narrare, nisi per inspirationem spiritus Dei?" Vid. et. s. Irenaei, ad haer. IV, 10. p. 587. Cf. Ambrosii, ep. 44. 976. Epiphanii, haer. 33. I, 224. Calmeti, Comm. in Genes. ed. Wirceb. 1789. prolegom. I, 28. [3]) Noe etenim qui filios et nepotes Adami superstites viderat, ad ortum circiter Abrahami vitam produxit, et Abraham vicissim cum Sem filio Noe, sua aetate vita nondum functo, consvetudinem facile habuit. Ab Abraham vero usque ad Moysem tres tantum viri intercesserunt: Isaac, Jacob et Levi. Quare servatas in gente electa earum rerum traditiones et memorias facile Moyses collegerat. Vide p. 18. [4]) Cf. Witsii, miscellanea. c. XIV. An Moyses auctor Pentateuchi? p. 83. s. Schumann. p. LI. o. c. Non creditur ecquidem e levi coniectura, parentes ecclesiae primos, sacros saepe instituisse conventus, in quibus de origine mundi, de lapsu primi hominis, de facta repetitaque promissione gratiae, de revelationibus, aut sibi aut maioribus suis factas, mutuos eosque frequentes habuerint sermones. V. p. 24. Si quid aliud, hoc certe necessarium factum fuit ad fidem eorum roborandam, fulciendam, spem promovendam quae e fide est caritatem, et convincendos impietatis suae Cainitas. Maxime vero postquam

ntium, columnarum, congestorum lapidum, puteorum, quae cuncta de Patrchis testabantur. Item cantica [1], quibus sicuti et genealogiis [2] maiorum ita quasi per haereditatem ad posteros transmittebant veteres. Denique illud d. praetereundum est, iis quae in Genesi narrantur fundamenta ii Theocratiae, quae in reliquis libris describitur, sic ut omnia quinque amina unam ac continuam rerum seriem comprehendant. Unde si Gesis dematur reliquum imperfectum foret et acephalon [3]. Atque ex his do allatis certo hoc sequitur: Genesim non male nuncupari Pentateuchi iddam necessarium „Prooemium“ [4].

ptum est multiplicari humanum genus, atque fides promissionibus habenda impietatem generis humani imminuta est. Nec opus est hac de re multis loqui i S. Scriptura id aperte testetur. Gen. 4, 26. II. Petri. 2, 5. Judae v. 14.

[1]) Cuiusmodi exemplum bene videas Geneseos. cap. 4, 23. 24. [2]) Ib. c. 5. p. 22. 23. [3]) Nam sublata hac Pentateuchi parte ignorassent Hebraei, quis i esset maiorum suorum Deus, quem regem et legislatorem colerent, ignorent etiam, quaenam essent promissa maioribus a Deo data. E locis Gen. 3, 6, 3. 9, 25. 12, 3. 15, 13. 25, 23. 27, 28. 28, 13. 35, 11. 37, 5. 48, 19. 10. 50, 24. colligitur summum Geneseos argumentum tali vinculo cum quis Pentateuchi libris et Josuae libro copulatum esse, quo vaticinium cum atu, quo illud comprobatum sit. Huc accedit quod Exodi initium manifesto nesin respicit, et pleraeque Pentateuchi partes chronologicis, historicisque raibus quodammodo consociatae sunt tam cum Genesi, quam cum libro Josuae. Cum propria sit historiographiae Hebraeorum species magis attinet considerare mum argumentum et Moysis consilium, quo textilis stamina composuit, quam tam quos auctor in usus suos convertit probitatem, et monumentorum divertem quam Genesi subesse nonnulli censent — novissime Vaihinger in Herzogs E. XI, 331. seq. G. Baur, Geschichte der Alttestam. Weissagung. Giessen. 1. I, 183. s. — atque quae coniecturis inanibus et interpretatione contorta consensum reducere conarentur. Porro merito dubitamus an idonea satis moti ne, salva maxima illius Libri auctoritate, quippe qui fundamenta omnia cum aicae tum christianae religionis continet, contendant: F. Delitzschius — Die esis ausgelegt. ed. II. Lips. 1853. a. p. 21. seq. b. p. 165. 234. — schedas aicas Eleazarum, Josuam, aut quemdam seniorum digessisse et ornasse et ita esim confecisse; atque Kurtzius — Geschichte des alten Bundes. II. p. 531. Abfassung des Pentateuch's — in Genesi et omni opere mosaico — cuius editam tempori Josuae adscribit. p. 534. — duplex esse flumen — zwei verschiee Strömungen — sacerdotale et propheticum. Per has paradoxas sententias, s Delitzschius editione tertia — quam per omnia emendatam inscripsit — Comtarii sui in Genesim. Lips. 1860. rursus suas esse profitetur — p. 42. et 642— t — quasve neuter aptis argumentis confirmavit nec confirmare poterat, cum aginae nullam eiusmodi editionis mentionem iniiciant, auctoritas horum Libros non minus minuitur ac hypothesibus illis criticis, quas mox confutabimus. Sed consequentia lethali prosternitur ipsa divina revelationis origo, quam violentiam sa omni animo pro virili aversantur Delitzschius et Kurtzius, in hac quaestione vanis coniecturis potius, quam e re gesta iudicantes!

§. 53. Recentiorum de auctore et compositione Pentateuchi sententiae enarratio et examen.

Post veteres quosdam Manichaeos primus authentiam Pentateuchi elevare tentavit J. Peyrerius in libro famoso „Praeadamitae“ 1655. p. 181. s. (qui tamen refutatus a I. Mabillonio sub nomine Eusebii Romani, animadversionibus in librum Praeadamitarum. 1656. p. 87. seq. errorem eiuravit) cui accessit Ben. Spinoza (in tractatu theol. pol. Amst. 1670. p. 103. s.). Istorum vestigia secuti, multi interpretum e castris acatholicorum (van Dale de origine et progressu idololatriae. ed. Amst. 1696. p. 71. 686. Paulus, ph. h. kr. Commentar über das N. T. Lub. 1804. 4, 230. Vater, Commentar ü. d. Pent. Halis. 1802—5. 3, 393—728. Gesenius, Geschichte der h. Sprache. Lips. 1815. p. 19. diss. de Pentat. sam. Hal. 1818. p. 7. Gramberg, Libri Geneseos secundum fontes adumbratio nova. Lips. 1828. Wette, Kritik der isr. Geschichte. Heid. 1807. I, 220. s. Beiträge zur Einleitung in das A. Test. Hal. 1806—7. I, 136. s. Einleitung. ed. VII. 1852. Lips. p. 167. s. Bertholdt, H. k. Einleitung. Erlang. 1812—19. III, 765. s. Eichhorn, Einleitung. ed. 4. Gott. 1823—25. III, 1—146. Augusti, Grundriss einer h. k. Einl. ed. II. Lips. 1827. p. 140. s. — Eadem opinio e nostris haesit R. Simoni, Presb. Congr. Orat. novarum opinionum nimium studioso, qui in Hist. Crit. Vet. Test. Paris. 1681. l. I, 5. propugnat p. 29. s. „fieri nequit Mosem omnium plane quae in libris ipsius nomine dictis exstant auctorem esse.“—) id egere, ut mosaicorum operum auctoritatem subverterent et Pentateuchum de Moyse non a Moyse scriptum esse conclamarent. Moysi solam legum editionem adscribunt, narrationes vero rerum gestarum ab aliena manu adiectas suspicantur; ita ut sensim frustratimque monumentis variorum temporum Pentateuchus auctus sit, usque dum sub exilii babylonici tempus in praesentem, quam nunc fert speciem redactus esset. Et haec quidem viri isti eo consilio statuunt, ut quidquid divini in Codice Sacro deprehenditur, inde expellatur. Enimvero postquam hypotheses Astrucii (Conjectures sur les mémoires originaux, dont il parott, que Moyse s'est servi pour composer le livre de la Genèse. Brux. 1763.), qui maiorem quidem Geneseos partem divisit inter duas tabulas sive documenta originaria, quas nomine יהוה et אלהים appellavit; Ilgenii, (Urkunden des ersten Buches Mose in ihrer Urgestalt. Halle. 1798.) qui tres sumit auctores, quos originarios (Urschriftsteller) dixit et Eichhornii, (l. c. cuius pedisequus est Gramberg. s. c. p. 7.) qui omnia a duobus auctoribus originariis Elohistae et Jehovistae nomine ipsi vocatis esse profecta docet, et a tertio, quodam post addita nonnulla, quae tertiae cuidam tabulae debemus, in unum contexta; post plurimas disputationes merito „ne prorsus lacera emoriatur totius libri narratio, quam tantum non in omnibus capitibus distrahit,“ velut indoli internae repugnantes reiectae fuissent, (a Velthusen, animadvers. crit. Helm. 1781. Sack, de usu nominum Dei ut s. F. Meyer, Die Namen Gottes i. d. Blättern für höhere Wahrheit. VIII, 372. s. H. Ewald, Die Composition der Genesis krit. untersucht. Brun. 1823., quam tamen dissertationem, qua mirum quantum fluctuare solet levitate opinionum rectractavit in Th. Studien und Kritiken. 1831. III, 595. Schumann, Genesis hebraice et graece. Lips. 1829. p. 60. Hengstenberg, Beiträge zur Einleitung in's A. T. II. III. Berol. 1836—39.) nostri aevi criticis (Stähelin, Krit. Untersuchungen über die Genesis. Basil. 1830. in Studien und Krit. 1835. I, 461. s. Eiusdem K. U. über den Pent. die Bücher Jos. Richt. Sam. d. Könige. Berol. 1843. P. v. Bohlen, Die Genesis. Regiom. 1835. Tuch,

enesis. Halle. 1838. Lengerke, Kenaan Volks- und Religionsgeschichte Israels n Tode des Josua. Reg. 1844. P. I. p. 71. s. H. Hupfeld, In D. Z. für s. 1853, n. 1—13. 17. Item, Die Quellen der Genesis. L. 1853. Knobel, enesis. 1852. Exodus und Leviticus. Lips. 1857. Bertheau, Die B. der k, prol. Lips. 1854. Ewald, Gesch. des Volks. Isr. I, 81. s. ed. II. in scripto 'co b. Jahrbücher, ubi antiquissimae aetatis fragmenta, priores et posteriores historiae continuae auctores in simul fere quatuor, et Deuteronomii compila- precariis hypothesibus et lubricis phantasiae lusibus detexit. Hos sequitur ger, in Herzogs R. E. XI, 325. s. Ex parte praeivit: F. Bleek, Einleitung alte Testament. ed. J. F. Bleek u. A. Kamphausen. Berlin. 1860. p. 181—341.) e ea arridet sententia, quae Pentateuchi origines refert ad archetypum m vetustius, elohisticum quod vocant, doctius et prophetis dignius (eine Grundschrift) recentiori tempore, illatis per Salomonis commercia orientalibus , supplementis quae Jehovistica, vulgariora et levitica dicere placuit, zungsschrift) refictum et reconcinnatum. Etsi vero nulla nos istorum virorum as compelleret de authentia Pentateuchi dicere, tamen id operis contra istos ossimae coniecturae patronos aliosque professos religionis hostes nobis ultro : voluimus: ut et sacrae antiquitatis veneranda monumenta, totam verae vis causam, modumque significationis divinae, et summam Dei providentiam, in homines caritatem iustius admiraremur; simulque nobilissimis cognitionibus remus animum, quibus carere S. Scripturas versantem esset turpissimum. Ne agamus Pentateuchum totum, cuiusmodi nunc est Moysi vindicabimus. Con- ita enimvero auctoritate Moysis firma constabit tam vaticinatio hetarum, quam doctrina Christi et Apostolorum eius i. e. uni- tota Sacra Scriptura.

54. Pentateuchum esse a Moyse conscriptum demonstratur.

Pentateuchum qualis nunc est, Moysi auctori tribuit omnis 'aea et christiana Antiquitas. Iam rationibus quae ex ipso e sunt opere et testimoniis omni exceptione maioribus do- um erit, eandem in assignando auctore Moyse minime errare. e solidissima tantae veritatis argumenta interna et externa. ternum illudque affirmans γνησιότητος Pentateuchi indicium netur duplici eiusdem forma α. logica, β. grammatica. Et : forma quidem logica enucleatius dicamus, admirabilis qui- rerum nexus in Pentateucho apparet, isque minime quaesitus ab interpretibus illatus, sed naturalis, perspicuus, et semet attento cuique contemplatori commendans, imo vero prope- m obtrudens. Prae ceteris in dispositione et selectu materiae icuus est, diligentius enim commendat ea, quae ad legislationem

et Theocratiam introductam praeparant. Eundem finem propositum sibi habet continua, quae eventus omnes in quinque libris enarratos intime coniungit Chronologia. γ. Idem opportune ex forma grammatica colligitur. Si dicendi et scribendi ratio Pentateuchi spectatur, nulla usquam praebetur oculis quoque acutissimis talis discrepantia, quae arguat plures auctores vel aliena sinceris admixta esse. Eadem ubique est dictionum ratio, eadem ex notionibus theocraticis desumta auctoritas, occurrunt permultae voces et phrases soli Pentateucho peculiares, archaismi et similia omnibus quibus constat Pentateuchus partibus communia. Referuntur in eo longe accuratissime mores aetatis illius antiquae. Emicant ubique candida simplicitas, ingenuitas, pietas, veritatis studium. Nulla advertitur adulatio, assentatio aut orationis vanitas [1]. b. Huic priori argumento alterum illudque reale succedit inde ductum, quod Moyses disertis verbis et iteratis vicibus se auctorem Pentateuchi fatetur [2]. Certe Deut. 31, 22. seq. ait se hunc integrum librum a principio usque ad finem conscripsisse et proceribus populi atque sacerdotibus tradidisse, ut in adyto s. Tabernaculi custodiretur et omni septennio diebus festi Tabernaculorum universo populo praelegeretur [3]. Interno argumentorum

---

[1]) Rebus ita ut par est aestimatis, plane intelligitur ferri nullatenus posse quae non nemo de auctore archetypi docuit — Tuch. l. c. prol. p. 51. s. — illud nunquam ea respicere vel supponere quae narrat digestor supplementi, dum vicissim hic frequenter argumentum archetypi retractet. Si enim operis partes abruptae, assignatae his qui finguntur Pentateuchi auctoribus, examini subiiciantur, non citra manifestam operi illatam iniuriam narrationes fiunt abscissae et sensus praeposterus. [2]) Sic legem eum scribere iussit Deus atque eam revera scripsisse dicitur Moyses, Exod. 34, 27. apparitiones Dei, Exod. 24, 4. historias populi, Exod. 17, 14. Num. 33, 3. canticum, Deut. c. 32. [3]) Haec pro auctore Moyse sunt multo graviora testimonia, quam quae pro ullo antiquo scriptore profano adferuntur; in quorum tamen monimentis nemo dubitat, obscuris vestigiis, ex quibus auctoris aetas vel nomen cognosci potest fidem adhibendam et in quibus nec in subscriptione auctor nominatur, traditio sufficiens habetur, ut librum cuidam adscribant, dummodo res quas ille complectitur, nec tempori, nec ingenio auctoris, qui sumitur repugnet. Iusta itaque consecutione a minori ad maius etiam illas leges et historias, quibus non affixa est certa auctoris notitia ad Moysem referre licebit. Id si quis male concludi dixerit, is demonstrare debet, necessario et iure postulari posse, ut omnibus legibus et historiis Moysis ut auctoris nomen adscriptum habeatur.

ieri ad Pentateuchi *αὐθεντίαν*, vindicandam accedunt externa, ae maiori prae internis splendent evidentia. Diligenter scrutatis T. Libris historicis, propheticis et didacticis perspicuum ie affirmamus: C. Pentateuchum per omnes aetates quibus V. T. ntinetur universim ut notissimum haberi, eiusque argumentum rtim singulis locis, partim universe spectari [1]. Iam vero demonstrationem nostram I. cum historicis incipiamus, liber suae non solum spiritu Pentateuchi compositus est, sed et gestas in eo descriptas, commonitiones et promissiones in eo opositas repetit, eum librum legis Domini [2], legis Moysis vocat [3]. ber Judicum non quidem diserte Pentateuchi memoriam init, attamen narratione sua palam facit, turbulentissimis hisce ipublicae hebraicae temporibus, Theocratiam iuxta legem Moysis isse administratam [4]. Idem constat e libris Regum quoad npora ab Heli usque Davidem [5]. Libri Regum tertius et quar-s, non tantum frequenter ad ea quae in Pentateucho praescripta enarrata sunt respiciunt [6]; sed et perpetuo laudant ea quae gi mosaicae consentanea et reprehendunt, quae iis contraria acta nt [7]. Librorum Paralipomenon res sacras et profanas in-endi ratio „lege mosaica" quae saepissime ut a Moyse conscripta ofertur, quasi norma determinatur [8]. Tempore et libris Esdrae

---

[1]) Simul autem postulamus, ne quis Hebraeis nostras citandi formulas ob-dat. [2]) 1, 7. 8. 8, 31. 34. 24, 26. [3]) Cf. L. König, Alttestamentalische dien. I. Meurs. 1836. p. 90. s. 110. s. 128. s. [4]) Videantur ll. Jud. 2, 1—17. Exod. 23, 21. 33. 32, 8. 34, 15. Lev. 26, 15—17. Deut. 7, 2—5. 16. 12, 3. , 15. Jud. 6, 39. Gen. 18, 32. queis locis inductus ipse Bertheau, Das Buch der chter. Lips. 1845. prol. §. 4. p. XXIII. fatetur librum Judicum non posse intelligi medium coelum inter et terram pendere si Pentateuchus prior non supponatur, o fulciatur. Theocratiam iuxta legem mosaicam fuisse administratam evincunt rrationes Jud. 8, 22. coll. Deut. 17, 14. 33, 5. Jud. 4, 4. 6, 8. coll. Deut. 18, . s. Jud. 21, 18. c. Exod. 20, 7. Jud. 11, 36. c. Deut. 23, 22. Jud. 13, 3. s. Num. 6, 2. Cf. Hengstenberg, Die Authentie des Pentat. II, der Pentat. u. die it der Richter. p. 1—148. [5]) Vid. ll. I. Reg. c. 8—10. coll. Deut. 18, 3. s. Item Reg. 1, 3 4, 3. coll. Num. 10, 35. I. Reg. 6, 6. Num. 4, 20. I. Reg. 12, 14. at. 1, 26. 48. I. Reg. 14. 33. c. Lev. 3, 17. I. Reg. c. 15. coll. Exod. 17, 8. V. s. III. Reg. 8, c. commentarium quasi exhibet benedictionis et maledictio-i olim a Moyse recitatae vid. Lev. 26. et Deut. 28. [7]) III. Reg. 2, 3. 6, 12. 4. 11, 33. IV. Reg. 10, 31. 23, 21. [8]) Qua de causa et adversarii Penta-uchi eorum fidem licet perperam in dubium vocavere.

et Nehemiae communi gentis hebreae iudicio libros Pentateuchi pro talibus habitos esse, qui a Moyse auctore profecti essent, nemo diffitetur. II. Prophetae toti sunt in eo, ut populares ad obsequium legis mosaicae cohortentur. Vates veri, qui per longum adeo saeculorum tractum divisis temporibus, divinam voluntatem interpretati sunt, ad eundem omnes tendunt scopum: urgere et commendare castam et puram religionem Pentateuchi institutis traditam, eandem omnes profitentur Pentateuchi doctrinam [1]. Etiam ii, qui nativa elocutionis indole quam maxime ornati conspiciuntur, lingua vel vocibus Pentateuchi oracula sua edunt, ita ut vel haec sola ratio ad commentum criticorum refellendum sufficeret. Tandem III. idem constat de Libris poeticis vel didacticis. Sepositis in praesentia reliquis id omnino indubitate de Psalterio statuendum erit a quo rectissime dicitur illud Legi resonare et vocem ecclesiae esse, qua vox Domini in Lege ad ipsam directa reciprocatur. Unde et ab encomio Legis exorditur, nec non monente ita iam s. Epiphanio: „*Ψαλτήριον διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Εβραῖοι ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεντάτευχον*“ [2]. Ad ea quae in Pentateucho de creatione, patriarcharum et populi israelitici rebus gestis traduntur, ad promissiones, opera et miracula Dei, per quae fides concipitur penitus se applicat, eaque studiose repetit Psalterium. Pentateucho simili modo iungitur ac liber Josuae. Psalmus primus loco Jos. 1, 8. innititur, cuius didactica est amplificatio. Ipsam dispositionem Psalterii habita Pentateuchi ratione factam esse aegre negari poterit [3]. Proverbia Salomonis per omnia spirant genium revelationis, quae in Pentateucho data est; nec liber Jobi caret suo

---

[1]) Nulla est pars Pentateuchi, quae ab illis in usum vocata non sit. Ita, ut ab minoribus initium ducamus iam Joel verba Pentateuchi retractat, cf. c. 2, 10. et Deut. 28, 51. 2, 3. et Gen. 13, 10. 2, 2. Exod. 10, 14. 2, 13. Exod. 34, 6. Amosus, 2, 7. Exod. 23, 6. Deut. 16, 19. 2, 9. Num. 13, 32. 2, 10. Exod. 14, 1. Deut. 8, 2. 7, 1. s. Exod. 32, 9—14. Osee, 2, 1. Gen. 22, 17. 3, 1. Deut. 7, 8. 4, 12. Lev. 26, 26. 9, 4. 10. Deut. 26, 14. imprimis cap. 11. et 12. permulta e historiis antiquissimis eadem prorsus ratione narrantur, ac fit in libro Geneseos. Idem de singulis fere prophetis ostensum est in commentariis v. d. Vitringae, J. Marckii, C. Sanctii, Villalpandi, Delitzschii, Caspari, utriusque O. et F. A. Straussii, Drechslerii, Reinkeii, Hävernikii, nec non dissertationibus Königii, Kueperii, Hengstenbergii. [2]) De ponderibus. §. V. ed. Petav. II, 162. Cf. e. s. Athanasii, epist. ad Marcell. n. 3. s. Op. I, 982. s. [3]) Cf. F. Delitzschii, symbolas ad Psalmos. p. 31.

pro authentia Pentateuchi momento. D. Eodem spectat et utilitate sua se commendat argumentum ex origine et existentia Pentateuchi Samaritani petitum. Samaritanis enim Palaestinam incolentibus suus erat non secus ac ceteris Judaeis hebraice scriptus Pentateuchus [1], pro re nostra solidanda eximie aptus. Exhibet enimvero legum codicem quem cives Israelitici ab aetate Jeroboami tenuerunt, qui cum longe ante eversam a Chaldaeis Judaeam ad Samaritanos transmissus sit, ad gentem quae cum Judaeis nullum habuit nec hodie habet commercium, a quibus capitalibus semper disiungebatur odiis et inimicitiis, et tamen in rebus fere omnibus quae sunt alicuius momenti cum Pentateucho masorethico consentiat, ultro hinc intelligitur, suum ei esse proprium contra placita criticorum testandi praesidium [2]. E. Divina Pentateuchi dignitas et authentia tot nititur irrefragilibus testimoniis, quod in N. T. allegationibus comprobatur; quibus Christus Θεάνθρωπος eiusque apostoli, Moysi ut auctori ferunt testimonium. Sic Moysem de se scripsisse aperte testatur Christus [3]. In disputationibus cum Pharisaeis et Sadducaeis ad unum fere Moysem seu fidei normam provocat [4], suaeque passionis et resurrectionis mysterium e lege mosaica ad divinam discipulis fidem ingerendam [5] demonstrat. Vestigia magistri pressere discipuli in actis et epistolis suis [6]. Hinc est quod universus Pentateuchus Moysis dicatur [7] ea

---

[1]) Characteribus veteribus phoeniciis exaratus; minime aequiparandus masorethico, potius illo inferior, utpote qui scatet vitiis et mendis. [2]) Cf. Hengstenberg, Die Authentie des Pentat. I, das samaritanische Exemplar. pag. 1—48. L. Hug, Beitrag z. Gesch. des samar. Pentat. in d. Zeitschr. f. d. G. d. E. Freib. VII. 1834. p. 9. s. Interim de antiquitate codicis samaritani, quam hic supponimus, suo loco disputabimus. [3]) Joann. 5, 46. 47. Singillatim quidem Exodum Moysi auctori vindicat Salvator, Marc. 12, 26. Leviticum, Matth. 8, 4. Numeros, Joann. 3, 14. Deuteronomium, 18, 15. vox patris in transfiguratione Christi Matt. 17, 5. Luc. 9, 35. coll. Joann. 1, 45. et ipse Christus. Mtt. 22, 37. [4]) Mtth. 19, 4. 5. 22. 29. [5]) Luc. 24, 27. 44. [6]) Genesim Moysi tribuit auctori s. Jacobus, Act. 15, 21. Exodum in concisam redegit epitomen Stephanus protomartyr, Act. 7, 17. s. Geneseos et Exodi varia capita ad Hebr. 11, 3—23. in compendium iunxit s. Paulus. Idem Gen. 17, 10. citat ad Roman. 4, 11. Levitici. 18, 5. ib. 10, 5. ad Hebr. 9, 13. Num. 12, 7. ib. 3, 2. Deut. 32, 35. ad Rom. 12, 19. v. 30. Hebr. 10, 30. In eadem epistola ritus qui in Levitico describuntur ita illustrat, ut quodammodo commentarius huius libri haberi debeat. [7]) Luc. 16, 29. Act. 15, 21. II. Cor. 3. 14. 15.

sane ratione, qua liber quilibet vulgo auctoris sui nomine venit. Cum Christus veritatis magister, et apostoli divino spiritu collustrati, in doctrina sua praeter divinum nullum agnoscere possint testimonium, quo velut principio legatio divina, veritates revelatae demonstrentur, ex eiusmodi allegationibus apodicticum pro Pentateuchi auctoritate canonica nascatur argumentum suapte consequi necesse est [1]. Et tantae divinae auctoritati scriptores hesterni frontem opponere ausint? Invictum his argumentis robur addit F. Ecclesia Christiano-catholica, cui credita sunt a Christo eloquia Dei, quae unanimi omnium saeculorum consensu pro explorato hoc habuit. Veneranda ecclesiae nostrae lumina, s. s. Patres et Scriptores ecclesiastici: s. Justinus [2], s. Irenaeus [3], s. Hippolytus [4], Origenes adamantius [5], Eusebius, Caesareensis [6], s. Ephraemus [7], s. Basilius [8], s. Gregorius uterque Nazianzenus [9] et Nyssenus [10], s. Cyrillus Hierosolymitanus [11], s. Epiphanius [12], s. Joannes Chrysostomus [13], s. Ambrosius [14], s. Hilarius Pictaviensis [15], s. Hieronymus [16],

---

[1]) Enimvero non fuere Christus et Apostoli doctores critici, quales se haberi postulant qui hodie regnum literarum in quavis scientia sibi vindicant; fuerunt attamen doctores veritatis, neque passi sunt sibi per vulgarem ignorantiam in rebus fidei, cuiusmodi est praesens de Moyse auctore Pentateuchi quaestio, imponi. Certe non venere in mundum ut vulgares errores foverent suaque auctoritate munirent, sed ut illas si perniciosae forent convellerent. [2]) Apol. I. 32, 1. p. 80. II. ib. 44. p. 105. 54. p. 127. atque in dialogo cum Tryphone passim. [3]) A. h. l. IV, 2. 562., 10. 587., 15. 601., 16. 605., 27. 646. [4]) Fragm. comm. in Genes. ed. J. A. Fabricii. Hamb. 1718. II, 24. [5]) Cuius in priores quatuor libros homiliarum excerpta graeca, et homilias latina versione Ruffino interprete redditas, item fragmenta graeca ex eiusdem in Exodum commentariis edidit Lommatzsch, Origenis Op. om. Tomis VIII, IX. et X., quo ultimo reperiuntur aliqua selecta in Deuteronomium, p. 371—382. quae sub Origenis nomine occurrunt in catenis et Patrum nec non Scriptorum libris. V. omnino praef. ad Tom. X. c. ed. [6]) Demonstrationis evang. lib. V. p. 206. Praep. evang. V, 22. p. 213—217. [7]) Oper. syr. latin. ed. Rom. 1737. p. 1—291. [8]) In Hexaem. hom. I. p. 2. hom. IX. p. 80. libr. de Spirit. s. c. XIV, 34. p. 27. c. XXVI, 62. p. 52. [9]) Carm. II, 1103. [10]) De Vita Moysis. I, 167—256. [11]) Cat. IV. de decem dogmatibus. ed. Touttée. p. 69. [12]) Adv. haer. I, 2. h. 33. p. 324. 325.; de resurrectione Christi. ed. II, 280. [13]) In homiliis sexaginta et septem in Genesin et passim. [14]) Suis de Hexaemero. VI; Paradiso; Cain et Abel; Noe et Arca; Abraham II; Isaac; Jacob; Joseph; de benedictionibus patriarcharum libris, qui reperiuntur in ed. ben. Tomi I. parte priore. Epist. 44. T. II. p. 976. [15]) De Trinitate. l. I, 5. II, 4. ibid. 5, 36. p. 127. ibid. 6, 19. 20. p. 146. 147. Tract. II. in Psalm. 2. I, 31. [16]) Qui quaestionibus hebraicis in Genesim, et variis epistolis, Pentateuchum illustravit.

s. Augustinus[1], s. Cyrillus Alexandrinus[2], et Theodoretus[3], qui iam totum Pentateuchum, iam singulos libros, vel quasdam eorum partes commentariis illustrarunt; testes sunt priscis ecclesiae nostrae temporibus universali conspiratione et constantia Pentateuchum ut Moysis opus esse habitum, cui consensui traditionis apostolicae character summo iure vindicatur. Quare s. s. Synodus Tridentina orthodoxorum Patrum exempla secuta, sessione IV. sancivit, se quinque libros Moysi: Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium pro sacris et canonicis suscipere. Authentia librorum Moysis proinde ea est, qua maior cogitari nequeat.

§. 55. Peroratio.

Ex his una ad apricum deductum est hebraeam *— utpote cuius manu fide publica per tot annorum millia citra ullam vel levissimam fraudis suscipionem teritur; cuius vitam religiosam publicam et domesticam dirigebat Pentateuchus — et* christianam, *— quae traditionem de hac re perpetuam in idem conspirantem ab initio tam longo saeculorum intervallo habet —* Antiquitatem *de „Pentateuchi" auctore recte vidisse et de eius divina dignitate et auctoritate statuisse! In hac S. S. Patrum et Ecclesiae sententia eo maiori cum fiducia erit acquiescendum, quo certius opinionis contrariae falsitas de illius nobis persvaserit veritate. Unde ipse* Clericus, *testis neutiquam suspectus, diss. III. de scriptore Pentateuchi Moyse ad id fatendum permotus est: nos in hisce nostris commentariis, ut ab antiquissimis temporibus fieri solet, eos libros semper Moysi tribuimus. — ed. Tub. 1733. p. XXIV. — Quae adhucdum contra Moysem nostro aevo proferuntur, praeconceptae opinioni, cavillationum ac sophismatum amori origines suas debent, atque hostibus qui magis linguae certaminibus, quam scientiae luminibus delectantur. Incredulorum istorum criminationes partim tantum sumuntur, neque ullam habent vim; partim spectant quaedam nomina propria in veterum locum substituta; partim temporibus illis priscis priva quaedam et singularia attinent. Haec accuratius perpendere non est instituti nostri, qui Moysem illustrare, non recentiorum coniecturas, de quibus nihil habent sacrae Tabulae colligere et confutare agressi sumus. Insunt enim Codici Sacro res permultae, quae revelatione divina negata, difficile non est cum damno hagiographorum ad suae insinuatae causae commodum torquere. Pleraque ut in prioribus docuimus (V. p. IX. XII. XX. XXIX. XXXIII. L. LIX. LXIII. LXVI. XCI. XCVII. 4. s. 7. 11. 12. 14. 15. 17. 23. 24. 25. 26. 28. s. 32. 33. s. 46. 47. 54. 56. 58. 62. 86. 81. 82. s. 90. 97. s. 105. 114. 118. 122. 123. 127.) eorum quae obiiciuntur ipsam historicam Pentateuchi*

---

[1]) De Genesi contra Manichaeos libri II; de Genesi ad literam imperfectus liber; de Genesi ad literam libri XII. Quaestionum in Heptateuchum libris quinque prioribus. ed. Migne. III. [2]) Qui γλαφυρῶν XIII. libros struxit; VII. in Genesim; III. in Exodum; unum in Leviticum; Numeros, Deuteronomium, quos Tomus primus editionis a nobis citatae complectitur. [3]) Episcopus Cyri in Syria, cuius in Pentateuchum quaestiones saepissime laudavimus.

veritatem magis corroborant, quam infirmant. Inveniuntur vero diligenter expensa et refutata a nostris quidem — quos et saepius v. p. 85. cum laude nominavimus — eruditissimis Theologis: Cornelio a Lapide, S. J. Saliano, Torniello, J. Bonfrerio, S. J. B. Pererio, S. J. J. Lorino, S. J. G. Estio, Leonardo a. s. Martino in exam. script. Alexandro Natali, M. Wouters, dilucidat. select. S. S. quaest. T. I. A. Calmeto, Marchinio, L. E. Dupinio, Bibliotheca Criticae sacrae circa omnes fere s. Librorum difficultates. Lovanii. 1704. T. I et II. Hier. Bezange, Introd. crit. herm. hist. in V. T. Styrae. 1765. I, 206. s. H. Goldhagenio, Introd. in S. S. V. T. Moguntiae. 1766. II, 49. seq. W. Smits, O. F. Min. Pentateuchus elucidatus. I—X. passim. Eadem enim antiquae ac nostrae tempestatis obiicere solebant intemperantes νεωτερισται. Nostro vero saeculo idem argumentum versatum est a J. Jahnio, (Einleitung in die göttl. d. a. B. Vind. 1803. ed. II. Tom. 2, 1. pag. 1—154. et in Archivo Bengeliano. Tom. II. et III.) B. Zimmer, (Untersuchungen über die vorgeblichen Mythen, i. e. Buche Mosis. München. 1817.) Hugio, (in ephem. Friburg. fasc. 4, 5, 6, 7.) J. G. Herbst, (Obs. de Pentat. ut supra. Betrachtungen über die mosaischen Gesetzbücher mit Hinsicht auf die neuesten Einwendungen? Tüb. Quart. 1822. p. 3. s. 203. s.) F. X. Pritz, (Ueber das hohe Alter und die Glaubwürdigkeit der Genesis, in J. Pletz, N. th. Zeitschr. II, 1. 1829. p. 206. s. 2. p. 71. s. III, 1. 1830. p. 129. s. 2. p. 59. s. 279. s.) B. Müller, (Disput. de Pentateuchi auctore. Monachii. 1842—3. I. II. part.) Moversio, (Ueber die Auffindung des Gesetzbuches unter Josia. in ephem. Zeitschr. f. Ph. u. Kath. Theol. Köln. 1834. XII, 79. s. 1835. XIV, 87. s. Videantur in iisdem annalibus: Scholl, Aphorismen ü. d. B. d. Gen. 1833. VIII, 13. s. 1834. X, 65. s. 1835. XVI, 57. s. 79. seq. Kistemaker, diss. 1836. XX, 90. s. Beckmann, 1837. XXIV, 51. s. 1839. XXIX, 1. s.) B. Welte, (Nachmosaisches. Friburgi. 1844. Herbst, h. k. Einleitung. II, 131. s. Tüb. Quartal. 1851. p. 579—610.) D. Haneberg, (Einleitung in's alte Testament. Ratisb. 1845. p. 65. s.) C. Wisemano, (Zusammenh. z. Wiss. und Offenb.) Reinke, (Beiträge. Tom. I—IV.) Bade, (Christologie. Scholzio, (Einleit. in die h. Schriften des A. u. N. T. Lips. ed. 1845—48. II, 35. s.) F. H. Reuschio, (Lehrbuch der Einleit. in das A. Testam. Freib. 1859. p. 19. s.) Inter acatholicos praeter antiquiores: J. Heideggerum, (in historia Patriarcharum.) Pfeifferum, (in dub. vex.) J. Hackspan, (Not. ph. theol.) S. Deylingium, (Observ. sacr.) J. Fr. Buddeum, (Historia eccles. V. T.) Carpzovium, (Introd. et crit.) D. J. Köppen, (Die Bibel, ein Werk der göttlichen Weisheit 2. T. ed. II. Rostock. 1797—8.) J. G. Scheibelium, (Untersuchungen über Bibel. Bresl. 1816.) Rosenmüller, (Scholia in Pentat. ed. III. 1831.) C. H. Sack, (chr. Apologetik. Hamb. 1829. p. 144—199.) Hengstenberg, (Beiträge zur Einleitung in's alte Testament. Die Authentie des Pentateuchs. Berlin. 1836. I. T. 1839. II. Tom. Die Bücher Moses und Ägypten. ib. 1841. Die wichtigsten und schwierigsten Abschnitte des Pentateuches. I, 1842. Christologie. ib. ed. II. 1853.) M. Drechsler, (Die Echtheit und Einheit der Genesis. Hamb. 1838.) F. H. Ranke, (Untersuchungen über den Pentat. Erl. 1834—40. II. Tom.) M Baumgarten, (th. Comm. z. Pentat.) Kurtz, (Beiträge zur Vertheidigung der Einheit des Pent. Kön. 1844. Die Einheit der Genesis. Berlin. 1846. qui tamen in Historia V. T. sibi non constat, et ad partes critices haud parum defecit.) Hävernik, (Einleitung. Erl. ed. II. 1854—56. I, 2.) Keil, (Lehrbuch der h. K.

ıg in das A. T. Erl. 1853. ed. 2. 1859.) et aliorum, qui eximie vindicias chi susceperunt. Viri hi non mediocri mentis acie praediti, summa cum ı reconditarum copia, maximaque sagacitate adversariorum argumenta erunt.

6. Animadversiones polemico-criticae contra eos qui Moysi Deuteronomium abiudicant.

um prae ceteris acrius Deuteronomium aggrediantur nostris diebus adversum fuit has de authentia Deuteronomii animadversiones adiungere. Deuium non solum ab alio auctore multo recentiori tempore conscriptum, nultis etiam a prioribus libris discrepare, imo iis repugnare perhibent: e, diss. crit. qua a prioribus Deuteronomium Pentateuchi libris diversum, iiusdam recentioris auctoris opus esse monstratur, in opusc. theol. ed. 830. p. 151. s. Ewald, Gesch. Isr. I, 143. Riehm, Die Gesetzg. Mosis im loab. Gotha. 1854. Vaihinger, in Herzogs R. E. XI, 316. s. Bleek, Einl. idque his potissimum de causis: a. Dicunt: prioribus tribus libris historias s absolvere et ad finem perducere voluit is, qui eos concinnavit, ut apparet io Numerorum versu, 26, 13. a quo Deuteronomium 1, 1. diversum mae librum indicat. Etsi enim cum tempore et loco scena, in quam Moysen eadem est, quae est ultimis Numerorum capitibus; tamen perinde quasi is ea omnia ignota sint, tempus et locum et rerum gerendarum theatrum ır et copiose enarrat 1, 1—5. Omnibus ingenii viribus propugnare con-: b. Diversum ac peculiare libri nostri ingenium diversum auctorem arguere. um quidem dicendi genus, eloquentia libri ornata, copiosa, lata, garrula; m voluminum sermone brevi, inculto, conciso multum discrepans. Reperiri bro continuant c. diversam plane et a ceteris dissonam religionis et iuris m. Omnia vero quae in hanc rem proferri solent, ut compendio dicamus talitur fundamentis. Aiunt digestorem, qui templo hierosolymitano iam exstructo ltum ritualem, c. c. 12. 14. 15. 16. 17. 26. sacerdotum auctoritatem, staluisse legibus: de unitate loci sacri et de Levitis; regio imperio froena lege regia c. 17.; corruptos inferioris aetatis mores divortii licentiam se, inde lex de divortio c. 24. Discrepare denique d. nostrum a priori-s in rebus quibusdam, atque sic ex pluribus aliis legibus libri nostri bus apparet — v. c. de prophetis c. 18. — eum esse epitomen seu summaorum librorum in popularem usum eo consilio concinnatum, ut legibus ea quae posteriorum temporum ratio postularet, adiicerentur. Ad quae notandum: Quintus hic liber, a Moyse magistratu iamiam abituro veluti supremae editus est. Tunc priscae illae genti ex Aegypto egressae variis aura et rebelliones cladibus per quadraginta annos in deserto consumtae s successit prima — tempore promulgationis legis — sequior. At quis iam t necesse fuisse, ut novus populus novo non solum foedere Deo obligaiungeretur, sed et de quibusdam eventis praeteritis memoria prae ceteris itque imprimis de vero legis sensu et usu instrueretur. Quam ob causam aliquas leges, quae labente tempore negligebantur, aut sinistra interprepervertebantur, aut de quibus dubia movebantur, repetit et explicat, alias

mutatis temporum adiunctis mutat. Ceterum dicendi genus in Deuteronomio multo verbosius, et in adhortationibus fere oratorium, indicium est operosae et de posterorum salute sollicitae senectutis. Magnam alioquin Deuteronomio cum prioribus libris totius dicendi generis similitudinem esse, negari nullo modo posse fatetur quoque Wette. l. c. Op. p. 160. Deuteronomium enim prioribus libris tanquam fundamento niti quaevis pagina docet, sed tanti consensus Wette causam inde censet repetendam, quod qui Deuteronomium scripserit: priores non solum noverit, sed in sinu quasi gestaverit, memoria comprehenderit et in hoc libro scribendo tanquam exemplar sibi proposuisse videatur, quod tamen ad explicandum talem ac tantum consensum non sufficit. Quae adversarii insuper opponunt, loca: 1, 27. Deut. cap. Num. 20, 2. et 27, 14. item c. 2, 29. Deut. Num. 20, 20. contradicere, huic sententiae simplicem opponimus negationem, donec adversarii argumentis magis idoneis, quam hucdum produxerant, exegesi suae fidem fecerint. Legem denique regiam per prolepsim inter leges Deus referre iussit; ut constaret, si regem pertinaciter petant ac desiderent Israelitae se permissurum, certis tamen conditionibus, quas omnino servari praecipiat. coll. I. Reg. c. 8. Obiectiones particulatim expendunt; J. L. König, Alttestamentalische Studien. II. Heft. Das Deuteronomium und der Prophet Jeremiah. Berlin. 1839. Keil, Einleitung. p. 108. s. Fr. W. Schultz, Das Deuteronomium erklärt. Berlin. 1859. p. 3—97. prolegom.

PARTICULA III.

AB INTROITU IN TERRAM S. AD HEBRAEORUM REGES.

§. 57. Principatus Josue.

Moyse mortuo, finito luctu tanti viri, Josue [1] vir virtutibus illi simillimus, a Deo iam atque Moyse sublectus, summi magistratus officium capessit. Principio suscepti imperii populum ad ripas Jordanis perductum triduo ad traiectionem fluminis et ingressum in terram promissam praeparavit. 1, 10. s. Die decima mensis primi [2] postquam reversi sunt, qui Jerichuntem [3] considerarent exploratores, Jos. 2, 1–3. s. 23. [4] Josue edoctus a Deo omnem rationem transferendae multitudinis in Chananaeam, israeliticum exercitum trans Jordanem duxit, divisis et miraculose recedentibus aquis, ad praesentiam arcae in medio fluvio a sacerdotibus

[1]) יְהוֹשֻׁעַ, Ἰησοῦς, Domini salus, — Simon, Onom V. T. p. 519. N. T. 77. — ex tribu Ephraim. Num. 13, 9. I. Par. 7, 21. [2]) Sacri sive paschalis, quadragesimo ab exitu Israelitarum ex Aegypto anno lapso. Jos. 4, 19. [3]) Vide p. LXIV. [4]) Qui ab illius urbis rege quaesiti inveniri minime potuerunt, quoniam eos Rahab absconderat in ea domus suae parte ubi lina sua ad solem exposuerat. 2, 6. Vicissim exploratores Rahab de sua suorumque salute certam fecerunt. [5]

ntatae, donec populus universus sicco vestigio in adversam
n Jordanis evasisset, 3, 1–17. [1]. Quo facto regum ac populorum
aanaeorum animos terror invasit. 5, 1. Josue paucis a Jordanis
itu diebus circumcisionis usum – per quadraginta annos itineris
ssario interruptum [2] – iubente Deo restituit. 5, 2–9. Israelitis
cumcisionis vulnere sanatis, post paschalium dierum celebra-
m 10. 11. 12. [3] copias ad Jerichuntem promovit, urbem vali-
mis muris munitam, neque expugnationi, neque obsidioni
em. Ut in ipso rerum gerendarum initio Josue intelligeret,
rium quod suscepit arduum et difficile, Dei potentia non suis
us esse gerendum; simul et certa fiducia erigeretur divinae
, spectavit cumprimis apparitio „Principis exercituum
nini.“ ib. 13–16. [4]. Bellidux Domino, qui ipsi oppugnandae
chuntis rationem demonstravit [5], quamvis a rebus consvetis
ista urbis capiendae plurimum recederet, tamen plene cre-
s; neque de promissis, neque de vi Dei dubitans, religiose iussit
rdotes ferre arcam Dei circa muros, et septem alios ex ipsis
ire arcam buccinisque canere. Cum arca Domini sonantibus
s per sex dies circumducta fuisset, in septimo urbis circuitu
populo ingentem clamorem tollente, moenia civitatis sponte
entia Israelitis ubique in eam aditum praebuerunt [6]; a quibus
s capta et direpta est, ad internecionem deletis civibus et
tis, servata ex pacto Rahab meretrice Matt. 1, 5. Hebr. 11,
m suis, quod ipsa exploratores a duce missos celarit.

Vide p. XXIX. In memoriam huius mirabilis plane transitus Josue ut
prodigii monumentum exstaret, e Dei consilio lapides duodecim Gal-
p. LXIII. totidemque in medio Jordane erigi iussit. 4, 1—25. Erant
i monimentum, quo tribus singulae haeredes terrae s. scribebantur
) Quia ad Dei nutum, quem nube mota ipse significabat, proficiscendum
s certae quietis spe. Constat quidem coll. p. 108—120. Israelitas lon-
nterdum moram traxisse, sed tamen semper incerti manebant quamdiu
lum foret. Proinde ob iter fas fuit differre foederis symbolum non
anniversaria Paschatis solennia. [3]) Semel in deserto anni secundi,
o actorum. Num. 9, 2. s. [4]) De quo ad calcem huius Periodi lo-
Quae talis erat, ut plane omnes fateri cogantur solius Dei virtute
ndoquidem illa circuitio si ex se ipsa aestimetur, non autem ex
udiorum ludibrium potius censeri debeat, quam bellatorum strata-
de pag. LXIV.

6, 1–25. [1]. Capta Jerichunte ad expugnandam urbem Hai festinatum est, sed propter crimen Achanis [2] Hebraei caesi sunt, et Deus solum rite expiatus summo supplicio sacrilegi, eisdem praesto fuit. 7, 1–26. Josue Domino imperante ascendit cum exercitu suo ad Hai, memorabilique stratagemate urbem facile subegit. Incolae interfecti, ipseque rex poena mortis affectus est. 8, 1–29. Post captam et incensam urbem Hai, Josue memor mandati Deut. 11, 29. 27, 4. populum ad montes Hebal et Garizim duxit [3], ubi benedictiones et maledictiones recitare, Deo altare erigere, nec non lapidibus legem – Decalogum – inscribere iussit. 8, 30–35. [4]. Ubi duarum civitatum excidium vicinarum gentium regibus compertum esset, c. 9, 1. 2. mox in bellum conspirant Hebraeosque armis statuunt depellere. Verum Gabaonitae – quibus tanquam viciniori-bus merito magis timendum erat – ut rebus suis quantocius consulerent, ultro se Hebraeis dederunt, et Josuam artificioso mendacio – remotae habitationis – circumventum ad amicitiam secum paciscendam callide induxerunt. 3–15. Fraude post triduum detecta, Josue audita illorum excusatione [5], ob iusiurandum, quo impunitatem illis promiserat, ipsos quidem vivere permisit, 16–20. in poenam tamen fraudis utque murmur populi compesceret eos perpetuo servitio templi addixit. 21–27. Hanc defectionem Gabaonitarum – ut alios a simili defectione deterreret – Adonisedec rex Hierosolymorum ulturus, cum aliis quatuor regibus chanaanaeis eorum civitatem Gabaon admotis copiis obsidione cinxit. 10, 1–5. Gabaonitae

[1]) Post haec Josue anathema in eum imprecatus est, qui urbem instauraret, 26. 27. impletum omnino sub Achabo. III. Reg. 16, 34. [2]) Qui prolatum in Jerichuntem anathema violavit: furto pallii coccinei, ducentorum argenti siclorum, laminaeque aureae, i. e. rerum Deo devotarum. Cf. p. 159. [3]) Dimidiata populi pars occupavit eam regionem qua erat mons Garizim v. p. XXIV., dimidia qua mons Hebal. [4]) Cum substructa esset ara atque erecti incrustatique lapides, et in his accuratissime scriptus decalogus, insuper rite litatum holocaustis et victimis pacificis; tum sacerdotes e medio loco, ubi erat collocata arca, obvertebant se prius ad montem Garizim, et veluti solennes stipulatores pronuntiabant duodecim illas benedictiones, quae a maledictionis forma per Moysen praescripta facile concinnabantur, post singulas interposito silentio consensum populi utrinque adstantis provocantes. Deinde pari ritu ad latus montis Hebal conversi, duodenas maledictiones pronunciarunt. Atque ita denuo instaurata fuit ab universa multitudine legis acceptatio. [5]) Quod scilicet sparsa fama de mirandis factis et promissis Dei compulsi ita egerint. Cf. p. 151.

Josue petierunt et facile a viro cordatissimo impetra-
ım fortissimorum virorum exercitu de repente hostes
Deo pro Israelitis pugnante, iis magnam stragem
In fugam conversos Dominus, ut sua quasi manu opem
ret e coelo – a descensu Bethoron[2] usque Azecam –,
ↄ lapidum grandine pluit, ut plerosque interfecerit[3].
ıraecipitem hostium fugam advertisset, veritus ne cae-
quendisque tam multis copiis parum superesset tem-
die iamiam in vesperam inclinante mox ingrua nox
ɜsidio esset, merito fidei noctem avertit. Adhibuit pri-
ias preces, deinde certissima fiducia benignitatis illius,
debat esse praesentissimum solem supra Gabaon et lu-
allem Ajalon sistere iussit. Dictis astra obtempera-
; luna simul consistere miraculo iussi, luci prolon-
ierunt, et sic triumphum plenum egerat exercitus He-
). 12–27. Eadem expeditione integra fere australis
sacrae capta est, regibus illarum regionum peremtis,
is, et equis eorum subnervatis 28–40. Et his gestis
exercitu victor in Galgalis stativa rediit. 41. Sequenti
ıus coalitionem Chanaanaeorum septemtrionalium arma
minus gloriosis atque amplis per omnem aquilonarem
oriis adornatis[4]. Septimo ab excessu Moysis et ab
erram promissam anno, dux fortis praeceptum accepit
e dividenda terra, quae erat cis Jordanem, novem tri-
imidiae tribui Manasse. Jos. 13, 1–8. Missi fuerant
atores in omnem terrae sacrae plagam, qui regionem
accurate metirentur ac describerent[5]. Ubi redierunt

lle prope Gabaon. coll. Isai. 28, 21. V. p. XXVI. [2]) V. p. LXII.
de pluvia lapidum in Chanaanaeos, Diss. V. T. I, 407. s. [4]) Cum
ı sive populi sine armis se dedissent, aliquot annis 11, 18. s. opus
·egio subigeretur. c. 11. et 12. Nec tamen coll. Jos. 15, 63. Jud. 1,
5, 6. s. Palaestina universa per Josuam occupata fuit; destructae
ɪr Josue 24, 2. septem gentes: Hethaei, Amorrhaei, Gergesaei,
ıerezaei, Hevaei et Jebusaei. V. p. XIX. XX. XXI. [5]) Redeuntes
ıb ipsis factam referre ad se Josue iussit, ut cum aliis quos elegerat
iis consulere posset, et post approbationem sortes dare. Jos. 18,
. 34, 17. s. Tum quoque fixis Israelitis, fixa est s. Tabernaculi se-

qui-missi fuerant peragrata descriptaque terra. Josue omnibus accurate discussis exactiori modo fecit tribuum partitionem. coll. c. c. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.[1]. Tribus deinde Ruben, Gad et dimidia Manassis promissis expletis, coll. Num. 32, 29. s. Jos. 1, 15. postquam Josue eos laudasset de obedientia praestita Moysi et sibi, de fide in fratres et perseverantia in hunc diem, Jos. 22, 1 8 ad suas sedes trans Jordanem redire sivit. 9. 10.[2]. Proximus iam morti comitia convocavit[3], ubi populum ad pietatis et probitatis officia exhortatus est. Jos. 23, 1–16. Idem fecit Sichemis[4]. Videns populum bene affectum foedus cum Deo renovavit; neve huius rei memoria periret, ingentem lapidem sub quercu prope Sichem monimentum erexit. 22–27. Provecta tandem aetate[5] e vivis excessit. v. 28. 29. Eius elogium eximium celebratur a Siracide. c. 46, 1–11. Vitae vero memoratae expositio habetur descripta in libro canonicae auctoritatis, qui sub nomine „Josue" exstat.

Digressio de mirabili Josue in solem et lunam imperio. Ex quo ad expugnandam divinam Bibliorum auctoritatem eruditi prodigia omnia ad naturales leges moliti sunt revocare, in mirabili statione solis et lunae sub Josue ex novis inventis vim omnem miraculi eludere et depellere conabantur — Ita Hugo Grotius, Annot. in V. T. ed. Bas. 1732. I, 3. Auctor Praeadamitarum Is. Peyrerius, in syst. 1, 4, 5. 208—209. Benedict. Spinoza, tract. th. pol. 2, 26. 6, 78. Hamb. 1670. Clericus, in Comm. in ll. hist. ed. Tub. 1732. p. 23. s. A. H. Niemeyer, Charakteristik d. Bibel. III, 346. Dathe, libri hist. V. Testamenti. ed. alt. Halae. 1832. p. 27. s. Hess, Gesch. Josua. Tüb. 1788. I, 128. Dereser, in bibl. vern. Frankf. 1812. II, a. ad h. l. p. 54. s. Maurer, Comm. ü. das Buch Josua. Stuttg. 1831. p. 107. s. E. F. C. Rosenmüller, schol. in Vet. Test. XI, 1. Lips. 1833. p. 180. s. C. D Ilgen, comm. de imbre lapideo et solis ac lunae mora. Lips. 1793. Winer, Realwört. I. p. 613. Ewald, Gesch. d. V. Israel. II, 251. s. J. de

[1]) De hac divisione omnino legendus est §. 19. Not. geogr. p. XLV. XLVI; item p. LXIV. [2]) Ubi a Moyse iam sedes obtinuerant. Ut vero ad Jordanis ripam pervenere monimentum erexerunt altare, quo se constanter adhaerere Dei unius cultui, et unam eandemque gentem cum cisiordanensibus se esse testaretur. Jos. 22, 11—34. [3]) Fortasse Siluntem. [4]) Quo proceres congregavit 24, 1. foederisque arcam deferre iussit. Hic extrema ad illos verba fecit. Enumeratis Dei beneficiis, quae Patriarchis et Israelitis in Aegypto obtigerunt, 24, 2—13. coepit monere eos, ut in animum inducerent timere Dominum et ei soli servire. Quod si hoc grave videatur, dat eis optionem quem colere velint. Qui respondebant se velle Domino soli servire. 14—21. [5]) Exacto sui principatus in ordinanda republica decennio, vitae vero centesimo ac decimo anno.

Gumpach, Alttest. Studien. Heidelberg. 1852. p. 174. s. — Non defuerunt etiam alii, qui solem et lunam nunquam sane stetisse autumarunt, putantes Josue versum in preces per modum optantis rogasse: ut ante subeuntem noctem hostes penitus funderet. — C. F. Keil, Comm. ü. d. B. Josua. Erlang. 1847. p. 189. s. — Ea autem est miraculi istius fides, adeo perspicua et aperta in Libris sacris veritas, ut alter plane sensus, quo miraculum elevetur nisi verbis textus plane detortis dari haud possit, ut ingenue fatetur iam F. Spanhemius — Hist. eccl. Vet. Test. p. 337. — „nec eludendo miraculo exertim tradito opus est confugere ad interpretationes alienas," et novissime vir eruditissimus L. de Laborde, Comment. géographique sur l'Exode et les Nombres. Paris. 1841. p. 94. Dicimus itaque: *Sol et luna vere steterunt ad imperium Josuae.* Consulatur modo textus libri Josue, 10, 6—14, tum et laudatum e libro Justorum סֵפֶר הַיָּשָׁר — de quo libro alio loco. Tom. II. disputabimus — testimonium. Verba S. S. obiecta, quibus totius rei eventus narratur, pronam adeo et vividam miraculi ideam ingerunt, ut nemo praeconceptis opinionibus liber unquam inveniri possit, qui non statim ingens aliquod prodigium tradi intelligat. Illud autem quod obtendere solent, rei gestae narrationem e libro *Iustorum* esse petitam, — Dereser, ad h. l. Haneberg, Gesch. d. Off. p. 162. — fidei historiae nihil officit; cum et Moysis opera prosaica oratione conscripta, particulis respersa sint — v. c. Gen. 49. Exod. 15. — ad numerum parallelismi poetici ligatis. Etsi obscurum non sit citatum praefatum ad numerum poeticum scriptum, an proinde ita eius phrases accipiendae essent, ut quasi contrarium quid exprimerent, ac illud cuius facilem pronumque conceptum ingerunt verba? Liber Iustorum hic in testimonium laudatur rei a Josue peractae. Quare si narratio auctoris stetisse solem non in speciem tantum sed revera proponit, tantumdem et liber Iustorum retulisse censendus est. Si liber Iustorum miraculum narrat et liber Josue, quorsum enim alterius ab altero testimonium alioqui peteretur? Facile concedimus dari apud S. Scriptores loca poetica, ubi imagines et figurae poeticae occurrunt; sed contextus ac tota rei gestae narratio genuinam loci interpretationem in tuto ponunt. Post lumina enim poetica ad planam et simplicem orationem regrediuntur, cum alteri sententiae ex altera lux affulgeat. Sunt etiam in figura poetica voces, quae cum ad literam reddi non possunt, lectorem cogunt aptum rebus sensum exquirere. Nihil simile in nostra narratione, quae testimonium e libro Iustorum petitum ita claudit: *non fuit, antea nec postea tam longa dies, obediente Deo voci hominis!* Quid requiritur ultra ad orationem simplicem rei gestae literales historias exponentem? Ad extremum, perperam dicunt omnem huius rei fidem a libro Iustorum pendere. Solem revera stetisse memoriae prodidit etiam Ecclesiasticus c. 46, 4. 5. „*Fortis in bello Josue successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum; in iracundia eius impeditus est sol, et una dies facta est, quasi duo.*" Item ponitur in antiquissimo carmine Debborae, Jud. 5, 20. Isai. 30, 30. et Hab. 3, 10—12., quo ultimo commemoratur solem et lunam stetisse in habitaculo suo. Iuxta hypothesim recentiorum dicendum foret, pariter haec loca esse poetica. De statione solis et lunae laudata verba intellexerunt, *Josephus* — Antiq. VI, 17. ed. Hav. I, 273. *quod vero longitudo diei eo tempore incrementum ceperit, ac ultra consvetum creverit palam est ex sacris literis in archivis Templi repositis.* — *S. s. Patres* — E quibus audiantur: *s. Justinus Martyr*, dial. cum Tryphone. n. 113. p. 381. „*Solem ille fecit stare quum prius Jesu nomine cognominatus fuisset, atque ab eius*

spiritu vim accepisset". *S. Ambrosius*, l. I. Off. c. 40. II. a. p. 52. „*Cum adversum Gabaonitas urgeret proelium, et vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis et fidei clamavit: stet sol; et stetit donec victoria consummaretur.*" *S. Hieronymus*, Comm. in cap. XXVIII. Isaiae. „*Sicut in valle Gabaon, sub Jesu principe, quando fiducia habitantis in se Dei locutus est: stet sol in Gabaon, et luna contra vallem Ajalon: et stetit sol spatio unius diei, multique de alienigenis perierunt.*" IV, 383. Idem adv. Jovinian. l. II. 15. II, 348. *S. Augustinus*, de Civitate Dei l. XXI, 8. „*Nos autem in divinis libris legimus etiam solem ipsum et stetisse, cum hoc a Domino Deo petivisset vir sanctus Jesus Nave, donec coeptum proelium terminaret.*" II, 454. In hunc sensum loquuntur: *Tertullianus*, lib. de ieiuniis. cap. X. II, 192. s. *Joannes Chrysostomus*, homil. de Davide et Saule. III, 6. „*Vox sanctorum frequenter et elementa vicit, et potestates illorum immutavit. Locutus est tantum Jesus Nave stet sol et luna, et stetit.*" ed. cit. IV. p. 777. *Theodoretus*, quaest. XIV. in Josue. I. 1, 312. — nec non ex *interpretibus recentioribus et recentissimis longe plurimi.* — Sic *A. Masius*, in Josue Comm. ed. Migne. T. VIII. curs. comp. S. S. p. 35—50. *Cornelius a Lapide*, Comm. ad h. l. ed. Antv. 1676. p. 52. 53. *G. Estius*, Annot. in praec. ac diff. ll. p. 69. *Tirinus*, Comm. I, 67. *Mezger*, S. Hist. p. 311. *Natalis A.*, Hist. eccl. V. T. II, 36. s. *Calmetus*, in Comm. ed. Wirceb. III, 117—120. Dissert. de statione solis et lunae. D. V. T. I, 391—407. *M. Wouters*, Dilucidat. select. S. S. quaest. ed. Wirceb. 1773. III, 32. s. *Leonardus A. s. Martino*, Examina scripturistica. Gandavi. 1767. III, 35. s. *J. C. F. Schulzius*, Scholiis ad h. l. ed Norimb. 1784. II, 41. *Lilienthal*, Die gute Sache der Offenb. V, 154. s. *Stolberg*, Gesch. d. R. II, 186. *König*, Alttest. Stud. I, 30. s. Anonymus in der *Ev. Kirchen-Zeitung*, 1832. p. 699. s. 1833. p. 193. s. *Laborde*, ut s. I. H. *Janssens*, Hermeneutica sacra Taurini. 1858. p. 122—124. *M. Baumgarten*, in Herzogs R. E. VII, 40. Illud tandem ad exitum advertere volumus: cum S. Scriptura vulgarium captui accomodare se consveverit, ac rerum naturalium speciem, non vero explicationem sectetur; factum inde, ut stetisse potius solem, quam terram perhibeat. Verum cum constet solem esse centrum systematis planetarii, terramque circa illum volvi sumendum erit: Josue locutum de apparenti solis statione, eo quod sol nobis videatur moveri, licet reipsa moveatur tellus. Atque ita astronomi in suis ephemeridibus, nosque in sermone quotidiano dicimus: sol oritur, sol occidit. Unde antiquiores theologi praeeuntibus s. s. Patribus, iuxta suae scientiae physicae et astronomicae placita, terram centrum esse systematis planetarii, solemque iuxta illum circumire existimantes, Josue textum per veram stationem solis et lunae explicarunt. Si quaedam catholicorum theologorum scholae a copernicana hypothesi abhorrebant, factum est inde, quia inter associas instaurati systematis haud pauci numerabantur adversus christianam religionem infensissimi, qui ad oppugnandam divinam Bibliorum fidem ex recenter detecto systemate praesidia valida suppetere sibi gloriabantur. Interim mox ut posterius systema invaluit, viri ex Societate Jesu eruditi et praestantes Copernici sententiae adhaerebant. V. omnino C. Passaglia, in nota ad edit. Enchiridii s. Augustini, c. Faure. Neap 1847. de hac re disputantem. p. 46.

§. 58. Annotatio generalis in Libros s. qui historias narrant.

Pentateuchum in codice s. Bibliorum t. o. excipiunt Libri quibus referuntur narrationes de rebus inter Hebraeos gestis a Moysis morte usque ad eversam per Chaldaeos Hebraeorum rempublicam. Sunt vero numero quatuor: Josue, Judices, l. l. Samuelis et Regum, הַנְּבִיאִים הָרִאשֹׁונִים, Prophetae priores inscripti. Ad quam inscriptionem animus advertendus ipsaque tituli ratio requirenda est. Appellati sunt de industria „Prophetae"; et quidem ideo, quod horum Librorum auctores „Prophetae" esse credantur, de quorum numero plures monimenta historica condidisse legimus. I. Par. 29, 29. II. Par. 9, 29. 12, 15. Deinde quod per enarrationem historiarum regni divini, extraordinario ipsius Dei eoque frequentissimo interventu munitarum, id in Libris suis spectent, ut per res in facto positas docerent: felicem aut infelicem reipublicae statum ab observatione vel transgressione praeceptorum Dei pendere. coll. Deut. 27 et 28. Sive quod consilio theocratico, id est „prophetico", in concinnandis commentariis suis usi fuerint. Non enim intendit pars ista narrativa S. S. aliam conclusionem nisi hanc unam: quod Deus adimplevit ea, quae circa terram s. Hebraeis vel comminatus est vel promisit. Promisit namque quod eos induceret in Chananaeam, defenderet, oppressos erigeret et servaret. Comminatus est: quod eos eiiceret de terra si legem non observarent, addita tamen simul sponsione quod in captivitate eos non desereret; immo si resipiscerent assisteret, emendatosque iterum reduceret. Iste autem cognominantur priores, a loco quem in ordine librorum V. T. obtinent; quippe qui Libris iis, qui vaticinia continent et Prophetae posteriores הַנְּבִיאִים הָאַחֲרוֹנִים, vocantur praemittuntur. Nihil autem plerumque simplicius est, nihil ab arte magis remotum, quam scribendi modus hagiographorum, qui res Hebraeorum digerunt. Haec orationis simplicitas eo magis attendenda est, quo saepius adiunctam habet nativam aliquam pulchritudinem. Rarissime Historiarum sacrarum scriptores eventuum causas attingunt, nisi quando has religionis suppeditaret momentum. De ipsorum autem factorum nexu naturali, si quis esset tacent, eademque fere ratione copulant eas res, quae proximae et quae remotae sunt, quae secum invicem coniunctae deprehenduntur et quibus nihil coniunctionis intercederet. Unde saepe fit quod nec temporis, nec magnae concinnitatis ordinem praeseferant. Quae omnia nonnemo mirabitur, si perpenderit hos libros Religionis, non vero chronologiae causa conscriptos esse. Haec et alia plura subinde dicenda, rite considerata hanc in lectorem et interpretem vim exercere debent, ut illorum Librorum narrationes ad consilium quod retulimus theocraticum et simplicitatem nativam exigat.

§. 59. Liber Josue.

Primus eorum librorum, qui res gestas referunt, eodem ubique nomine dicitur „Josue". Apposite post Pentateuchum sequitur, continuat enim gesta a morte Moysis. Divisionem libri tripartitam ipsaemet historiae tum occupatae et distributae terrae Chanaan, tum concionum adhortatoriarum, nec non mortis Josue suggerunt; quarum prima c. I–XII. narrat occupationem terrae sacrae duce Josue, secunda a. c. XIII–XXI. divisionem terrae, tertia a. c. XXII–XXIV. Josue ultima. Circa auctorem libri discrepant sententiae eruditorum [1]. Quominus ipsi Josue scriptionem [2] assignemus, loca 4, 9. et 15, 13–19. coll. Jud. I, 10–15. item 6, 4. 13. 24. 10, 13. 24, 31. nec non 16, 10. coll. Jud. 1, 20. denique 19, 47. coll. Jud. 18, 1. s. – quibus commemorantur facta quae post Josue obitum contigerunt – evidenter prohibent. Illud vero hic obiter inferri potest, etiam eorum quae in libri parte prima C. 1-12. narrantur, complurima literis mandata fuisse tempore rebus a Josue gestis synchrono, et successu temporis a Propheta vel viro inspirato, insertis quibusdam quae post Josue mortem contigerunt, locupletata et in ordinem redacta esse. Quae vero in posteriore libri parte habentur de terrae sacrae inter duodecim tribus divisione, a. c. 13–21. ea procul dubio ex monimentis aetati Josue supparibus hausta esse ut statuamus, sequitur e tabulis in republica asservatis [3]. Post ingenuam quam praemisimus indolis in hoc libro observatae delineationem, confitemur libri aetatem certe definiri vix posse. Quidquid hoc volumine tempora Josue excedens occurrit, persvadet auctorem alium longe ab ipso Josue exarasse librum hunc

[1]) Quae legi possunt collectae apud König, l. c. p. 133—136. [2]) Verba namque c. 24, 26. convenientius accipiuntur de foedere renovato Sichemis, quod consignatum fuisse dicitur in volumine legis. Ita Torniellus, in Annal. s. I, 388. [3]) Quarum apud Israelitas vim et auctoritatem earum necessitas evincit. Intererat enim imprimis sacerdotibus et Levitis authenticos urbium suarum servare catalogos, qui si non adfuissent, his spoliari potuissent. De hac re dubitare non sinit fundamentalis lex politiae in civitate hebraica: lex agraria. Singulae tribus traditione orali haud servare potuissent agrorum divisorum memoriam, quibus lex agraria innitebatur.

pus quo liber Judicum conscriptus est [1]; igitur
timum annum regni Davidis [2].

—

f. c. Welte, über die Parallelstellen, in den Büchern Josua und
b. Quarts. 1842, p. 584. s. [2]) Urbem Jerusalem tenebant Jebusaei simul
bus Juda et Beniamin. 15, 63. cf. II. Reg. 5, 6. 9. Nondum etiam
Gazer p. LIV. possederunt, sed Chanaanaeis permissam urbem tribu-
bant. 16, 10. coll. III. Reg. 9, 16. Gabaonitae sunt servi s. Taber-
actionis a Josue sublesta fide obtentae, 9, 27. quam Saulus II. R 21, 1.
sanguinis rescidit. C. 11, 8. et 19, 28. Urbs Sidon praedicato רַבָּה ornatur,
s Phoeniciae esse dicitur, quae splendida mentio Sidonis quadrat solum
nte Davidem, ubi Tyrus nondum tam inclytam famam receperat. Cf. p. LI.
rs et parentatio Josue, quae librum claudit, seriori aetate scripta rectissime
itaque dicendorum finem faciamus: quicunque fuerit auctor credimus eum
pulsum esse; ut Josue, qui nomine et rebus gestis Christum adumbravit,
mantem ecclesiae usum memoriae proderet. E sententia Origenis — hom.
— „hic liber non tam gesta Jesu Nave, quam sacramenta
iini nostri depingit“ — ed. Lomm. XI, 12. — Josue et Jesum,
t figurantem conferunt: A. Masius, in Josue praefat. apud Migne:
urs. compl. T. VII. Paris. 1839. p. 851—861. Natalis Al. H. E. I, 255.
, Introd. p. 284. s. H. Goldhagen, Introd. II, 83. s. Opus unius est
uae enim nostra aetate auctore C. H. van Herwerden — Disputatio
losue sive de diversis ex quibus constat Josue liber monimentis,
e qua eorum vixerunt auctores, Groningae. 1826. 1—159. — sententia
prolata est: de decem diversis variorum auctorum, quibus constaret
monimentis — quae collegit decimi monimenti auctor, aetate qua
i cultus in desvetudinem et contemtum abire ceperit; p. 157. 158. qui
intecesserit Judicum auctorem, scriptionem certe, qua libro finem impo-
uam ille suam confecit. p. 156. — librum Josue perperam quasi dilacerat.
illa proponenda summa imis miscet, et perquam incertis et lubricis
definit. V. p. 120. 131. 142. 145. 146. Hanc Herwerdenii opinionem
mentis in medium prolatis confutavit vir cl. König l. c. p. 117 s. et
um argumentis enumerandis non immoramur, advertentes tantum, id
oc libro accidisse, quod in Pentateucho, F. Bleek — Rosenmülleri
I. p. 44. s. item Einleitung. p. 312. s. 327. — Ewald — Studien und
831. 3. 602 s. — Stähelin — ib. 1835. 2. 472 s. 1838. 270. s. et
Unt. p. 90. s. — de Wette — Einl. p. 210. — lusum, quem cum documentis
cho obviis ceperunt, libro Josue quoque accomodarunt. Eodem fere
io Bertheau, quam protulit Comm. in ll. Jud. prol. p. XXXIV. Contra
disputat Hävernik, Handb. d. h. k. Einl. II, a. p. 12. s. Keil, in
I—XXXI. Lehrbuch d. h. k. Einl. p. 167. s. Exstat apud Samaritanos
r Josue, sed alter plane a libro Josue, de quo nobis in praesenti sermo
anorum l. Josue Chronicon exhibet a Moysis obitu usque ad imperium
uod plurimis fabellis insperserunt. Liber iste I. Scaligeri tabulis supremis
gduni Batavorum Bibliothecae legatus, votis eruditorum tamdiu frustra
, anno 1848 editus est a Th. I. G. Juynboll, Chronicon Samaritanum
scriptum, cui titulus est liber Josue. Lugd. B. in 4.

§. 60. Israelitae sub Judicibus.

Post obitum Josue aliquot annorum interregnum fuit, optimatibus ac senioribus reipublicae negotia administrantibus. Jos. 24, 1. Jud. 2, 7. Belli contra Chanaanaeos gerendi necessitas impulit Hebraeos ad consulendum Dominum [1], quem expeditionis ducem sequerentur. Acceperunt divinum responsum, ut Judam [2] constituerent belli ducem. Ordinato itaque duce, bellum contra Chanaanaeos continuatum est. Attamen, cum partim victis parcerent, partim vectigali imposito ab impia gente delenda desisterent; quin et consvetudinem vitae inirent: fidei morumque corruptio invaluit. Dimiserunt Deum patrum suorum, et ad colenda idola Baal atque Astaroth [3] declinare, facticiisque sacris confidere coeperunt. Jud. 2, 11–13. Corruptissimis his temporibus invecta fuit a muliere quadam eiusque filio Micha, primum in tribum Ephraim idololatria, ac deinde in tribum Dan, occasione expeditionis a sexcentis viris Danitis susceptae ad occupandam urbem Lais. Jud. c. 17. 18. [4]. Hoc tempore – quo non erat qui efficaci imperio flagitia avertere et in crimina poena debita animadvertere posset. Jud. 17, 6. 8, 1. 21, 24. – accidit pariter, ut uxor Levitae Ephrataei ab incolis urbis Gabaa Beniaminitis [5] infanda libidine exstingueretur. Propter quod scelus Levita maritus uxoris cadaver dissecuit in duodecim partes, et ad duodecim tribus mittens omnes ad tantum facinus vindicandum excitavit. Petierunt reliqui Israelitae a Beniaminitis sibi tradi reum, sed isti hoc facere detrectarunt, et per summam iniquitatem arma sumserunt, ut sceleratos contribules suos defenderent. Unde exortum est saevum bellum inter Beniamin et reliquas tribus, in quo tribus Beniamin post tres victorias de fratribus partas, ipsa tandem superata ac pene deleta est. Nec nisi misericordia flexi paucis, qui in bello superfuerant Beniaminitis, ne contingeret totam tribum perire, aliae tribus sine legis ac iurisiurandi violatione providerunt de uxoribus. Jud. c. 19. 20. 21. Cum sic Hebraei

---

[1]) Utique iuxta Num. 27, 21. [2]) Calebum Num. 34, 19. coll. Jud. 1, 12. [3]) V. p. LXXXVII. XCIII. [4]) Acceperat quidem Dan sortem suam, non tamen eius plenam possessionem adire poterat, sive Philisthaeis repugnantibus sive Amorrhaeis eos coarctantibus, Jud. 1, 34. ob idque de deducenda colonia cogitaverunt. V. p. XLVI. L. [5]) V. p. LXIII.

d idololatriam et impietatem defecissent, Deus ipsos hostibus plecndos, atque dura servitute opprimendos tradidit; attamen emenitis heroes suscitavit Judices dictos, qui eos liberarent. Jud. 2, I-3, 5.[1]. In serie horum iudicum primus occurrit: Othoniel, עָתְנִיאֵל[2], qui debellavit Chusan Rasathaim, cui octo annis servierunt raelitae, et iugum dominationis Mesopotamiae fortiter a populi rvice avertit. Quadraginta annos post bellum ab Othoniele stum, Israelitae in pace traducere poterant et a proeliis cessare. 9–11. Cum rursus addidissent praevaricari, misit Dominus versum eos Eglonem regem moabiticum, qui sociis Ammonitis et nalecitis attrivit eos; occupataque Jerichunte coegit eos servire i decem et octo annis. Quibus elapsis cum denuo clamassent aelitae, misericordia motus oppressis Deus liberatorem suscitavit od, אֵהוּד[3]. Aod missus ad regem ab Israelitis cum muneius, regiam aulam, tanquam rem arcanam nunciaturus Egloni, bitris remotis adiit. Quo facto regem letali vulnere transverravit[4]. Elapsus inde, loco abdito et opportuno validum

---

[1]) Erant „Judices" magistratus extraordinarius supreis, nec perpetua successione continuandus, a regia nitate plane diversus. Quare nomen illud non ita ad literam usurar, quasi iuri dicendo constitutum virum significet, seu tantum politiae afectum vel magistratum; cum penes illos esset summa tum pacis cum li potestas. Summum aliquem magistratum, qui iudex dicitur ipsa agnoscit stitutio mosaica. Deut. 17, 9. dicitur adeundos esse Sacerdotes et Judices. rii post veterem urbem cognominem eversam, atque novam alteram conditam, ices loco regum constituerunt; Jos. l. I. c. Apion. 21, p. 452. et Carthaginenses onia Tyriorum, summos reipublicae principes non alio appellatos nomine vorunt quam iudices, phoenicio nomine Suffetes vel Sufetim, — Cf. Livium. XVI. 4. ed. Clerici. 1610. Amst. I, 351. — quod non multum abludit ab heeo שֹׁפְטִים. V. Calmet, in lib. Jud. proleg. III, 266. Nägelsbach, in Herzogs. E. XIII, 23. s. [2]) Jud. 3, 10. Cenezi filius frater Calebi minor — vere sente Keilii, Com. p. 287. iuxta alios: nepos, more hebraico frater dictus — I. 15, 17. oriundus e tribu Judae. I. Par. 4, 17. Post expugnatas urbes gitum, cum sola Dabir restaret, Calebus illi praemium proposuit, qui eam sam expugnasset. Othoniel cum nihil inexpugnabile viro forti existimaret, sua tute Dabiram subiecit et belli mercedem Axam Calebi filiam accepit uxorem, a locis campestribus et irriguis, quos dotem adiecit socer. Jos. 15, 16—19. I. 1, 15. [3]) LXX Ἀώδ. Erat Beniaminites, et utraque manu sive dextera sive istra aeque utebatur v. 15. [4]) Quaerunt an Aodo licuerit Eglonem interficere? pondemus verbis s. Augustini — e libro contra Consentium de mendacio c. XIV. 29. ed. Migne. V. p. 539. — „*Non ideo debere imitanda existimari quia in eis*

exercitum coegit ex Ephraimitis. v. 27.[1]. Hoc itaque exercitu vada Jordanis occupavit, et e Moabitis decem millia hominum selectorum occidit. Abhinc Israelitae octuaginta annorum pace fruiti sunt 3, 12–30. Philisthaeos sexcentos numero, cum praedae causa excursiones fecissent Samgar, שַׁמְגַּר, ut erat ad opera ruris succinctus, aratri parte ac sude in usum teli conversa prostravit 3, 31. Contra Sisaram Jabini regis Chanaanaeorum, qui tunc temporis regnavit in Asor[2], per viginti annos oppresionem exercentis, ducem vindex a Domino electus est Barac בָּרָק, et Debbora, דְּבוֹרָה. Jud. 4, 5.[3]. Diuturna Chanaanaeorum potentia consilio, manuque muliebri fracta, summa fuit Debborae auctoritas, dignaque ab omnibus habita est, quae rempublicam administraret[4]. Postquam iam quarto populus ad idola defecisset traditus est in potestatem violentam Madianitarum[5]. Plurimis afflicti malis

reperiuntur libris, qui sancti et divini merito nominantur; habent enim conscripta et mala hominum et bona, illa vitanda ista sectanda: et quaedam ita posita ut de illis etiam prolata sit sententia, quaedam vero tacito iudicio ibi, iudicio nobis iudicanda permissa; quoniam non solum nos nutriri manifestis, verum et exerceri oportebat obscuris."

[1]) Quibus narrata re quam patravit, et terrore hostium exposito certam victoriam fide non dubia pollicitus est. [2]) Vide pag. XLIX. [3]) Barac filius Abinoem, e tribu Nephtali. 4, 4. 5. Dominicis iussis a Debbora — ex eadem tribu prophetica et iudice. V. H. Witsii, Miscell. sacr. I, 23. de prophetissis. p. 284. s. — sibi indicatis: cogeret exercitum decem millium, restitit ille, promissa licet victoria, pergere nisi Debbora comite non confidit. 6—8. Veniam inquit Debbora, victoria tamen tibi non reputabitur sed foeminae. Jaelem intelligebat. v. 9. Quo cognito Sisara nongentos currus armavit et castra locabat ingentia ad torrentem Cison. V. p. XXX. v. 12—13. Tum Debbora v. 14. ad bellandum excitavit: surge, inquit Baraco, hac enim die tradidit tibi Dominus Sisaram. Descendit e monte Thabor Barac, cumque de coelo ipso 5, 20. contra Sisaram dimicatum fuisset et sidera exercitum perterruissent, nullo negotio dissipatus est. 15—17. Sisara ipse de curru desiliit, pedes fugiens admodum lassus et siti enecatus in tentorium Heberi Cinnaei divertit, cuius uxor Jabel dormienti clavum per frontem et cerebrum malleo egit. 4, 17—21. 5, 24. Brevi post Barac Sisaram insequens, venit ad tentorium Jaelis, cui mulier Sisaram iacentem mortuum ostendit. Jud. 4, 22. Hanc victoriam Debbora belli auctor, quae in libertatem populum asseruit epinicio carmine celebravit. c. 5. [4]) Cum enim sub palma rerum suarum sedem fixisset, — palma inquam quae ex ipsius sub ea commoratione nomen et celebritatem nacta erat — ultro ad eam venerunt Israelitae, eiusque iudicatus annos quadraginta duravit. 4, 5. 5, 32. [5]) V. p. XCIII. Madianitae ad eas angustias populum redegerant, ut in cavernas se recipere, atque in munitissimis, arduisque locis se continere coegerint. Post satos per Hebraeos agros, illi per regiones currentes, immaturas adhuc messes metebant, pecora etiam si quando occurrissent mactabant. 6, 1—6.

raei crimen suum detestati, gementes precibus se ad Dominum erterunt; qui tandem exorari passus, 6, 7–11. per Angelum nini Gedeonem, גִּדְעוֹן [1], ad eos in libertatem asserendos voca-. Jussus Gedeon a Domino aram et lucum Baalis in domo s evertere, id strenue peregit. 25–27. [3] Tum contra Madia-, tribus vicinas ad arma vocavit. 33–40. [4]. Habito copiarum ctu, Deus viros tantum trecentos [5], ad hanc pugnam retineri it, ut hominum paucitate vincens gloria Domini fieret manifestior. -7. Ita redacto ad paucos exercitu, Gedeon castra hostium essus Madianitas novo quodam bellandi genere fudit. 8–22. [6]. tivos Gedeon insecutus, copiisque tribuum Manasse, Nephthali ser stipatus, traiecto Jordane ultra Soccoth et Phanuel [7] illos mproviso adortus, facile dissipavit ib. 23. [8]. Parta tam insigni

[1]) Filium Joasi, Manassaeum. 6, 11. [2]) Dum frumentum in horreo excu- et quo maior certitudo compareter eum miraculosa consumtione sacrificii 9. 23. 24. confirmavit. V. Habikhorstium, de altari Gideonis in Thes. I, i. [3]) Unde Jerobaal, 6, 32. 7, 1. יְרֻבַּעַל (ex יָרִיב בַּעַל, vindicet se de eo, litiget cum violatore altaris sui, de quo ultionem debet repetere) cognominatus est. ecto iis confluentibus exercitu, Deum exorans postulavit: ut prodigii alicuius se a Deo missum populo proderet. Oravit igitur et obtinuit, ut totus us regionis maxime roriferae eo tempore, quo meteoron hoc frequentissimum cf. p. XXXII. sine ulla guttularum nota sicca et incolumis maneret; dum m extensum in area vellus tantam copiam aquae ostenderet, quae vas haud um ad summitatem usque repleret. Voti compos factus nocte posteriore alterum m priori contrarium, magnitudine mirabilis par et aequale postulavit, ut ampos et aream obtegens, vellus adhucdum lana vestitum intactum in sic- pristina relinqueret: idque etiam obtinuit. V. G. Busmann, Dissert. de rore uloso Gedeonis. Argentor. 1744. §. IX. X. [5]) Aquam manu lambentes tan- la hac militari expeditione erant sumendi. Situs in bibendo latentis animi mperantiae indicium erat. Utpote qui etsi non minus ceteris sitirent, tan- i tamen sibi refocillationem indulgere noluerint, quam alii flexo poplite et iis haustibus bibentes. [6]) Delectis et in tres cuneos divisis trecentis duntaxat ibus imperavit, ut singuli lagenis — e figulina terra — in quibus faces occul- forent et buccina providerent; hos iam media vigilia noctis ad hostium a perduxit. Vix ad illa ingressus iussit omnibus tuba canere et lagenis te- is concussis faces prodere. Clangore tot tubarum, strepitu hydriarum ficti- ; facum undique collucentium fulgore et clamore militum „Gladius Domini et onis" Madianitae ita territi sunt, ut illico in fugam versi, mutuis sese con- nt vulneribus. [7]) V. p. XCV. [8]) Qua occasione duo Madianitarum duces et Zeb capti et interfecti sunt ab Ephraimitis. Hi attamen animadvertentes rem prospere successisse, doluerunt tanti belli confecti laudem sibi a Gedeone, ui putabant esse praereptam. Itaque tumentes ira et superbia cum Gedeone

victoria imperium – non quod ille iam gerebat et acceperat, sed aliud „regium" – sibi suisque posteris ultro oblatum fortiter recusavit et in domum suam reversus est, vixitque immortali gloria et numerosa prole felix. Jud. 8, 32.[1]. Mortuo Gedeone Israelitae divinorum beneficiorum immemores quinto ad idololatriam relapsi sunt. v. 33. 34. Huic tam sceleratae inconstantiae, mox crudelissima ingrati animi macula coniuncta fuit erga familiam Gedeonis, viri si quisquam alius, a multis annis de ipsis meriti. Sed haec impietas Abimelechi tyrannide civilique bello non leviter, neque molli brachio castigata fuit[2]. Judicatu

---

iurgia nectunt. Verum inflatae mentis tumor deferbuit modesto et blando responso Gedeonis, quo ea quae apud ipsos minima sunt et quasi neglecta suis rebus praefert. Inde ante solis occasum ad Soccoth et Phanuel rediit; cum eae urbes antea hostem insequenti annonam denegassent. Erant hi de tribu Gad, quorum proinde gravissima fuit immisericordia, quod in reipublicae totiusque populi negotio occupatos, in ipso perfectae victoriae Dei ope parte momento necessario panis commeatu destiterint! Nec in hoc sistebant suam inurbanitatem, sed insuper amaro sarcasmo Gedeoni illudebant. Iuste itaque Soccothenses et Phanuelitas spinis tribulisque punivit, i. e. instrumento trituratio contrivit, ut comminuuntur frumenta. 8, 4—17. V. Michaelis, Or. Bibl. VII, 17. Cf. II. Reg. 12, 31. I. Par. 20, 3. Converso deinde in Zebee et Zalmana regulos Madianitarum gladio, qui fratres Gedeonis occiderant, illos trucidavit. v. 18—21.

[1]) Gedeon sibi hoc unum postulavit, receptas ex praeda belli madianitici inaures, quas populus lubentissime cessit. 8, 24—27. Ex his aliisque rebus pretiosis fieri curavit Ephod, ornatum pontificalem et constituit, ut in Ephra — tribu Manassis — sacerdos Silunte accersitus, dehinc in altari holocausti, a se iussu Dei exstructo sacra faciat et Jehovam pro Gedeone consulat. Iam enim experientia ipsi cognitum erat, quantopere conferat ad salutem et felicitatem in omnibus Dei voluntatem scire et sequi. V. A. D. Habikhorstii, de Ephod Gedeonis diss. in Thes. I, 525. s. Hoc Ephod successu temporis toto Israeli exitio fuit.
[2]) Abimelech filius Gedeonis regnum, quod pater recusaverat affectans, septuaginta fratres suos, excepto Joathamo, natu minimo, qui abditus erat, interfecit. 9, 1—6. Verum haud diuturna erat eius dominatio, Deo iustas a fratricida poenas celeriter repetente. Permittente Deo ad sermonem 7—21. Joathami, quem ad Sichimitas habuit, hi duce quodam Gaale defecerunt ab Abimelecho. 22—30. Abimelech ira percitus urbem fraude invadit, seditiosos oppressit, quos cepit omnes occidit, urbemque amplam depopulatus adeo diruit, ut in ruderibus salem seminarit. Cives, qui in turrim quandam satis munitam confugerant fumo sarmentorum suffocavit. 31—48. Post ea facinora ad oppidum Thebes, quod pariter ab ipso defecerat profectus est, quod ex obsidione coepit, sed turris fuit in media urbe admodum munita, ad quam confugerant omnes utriusque sexus incolae, eaque obserata tectum turris conscenderunt. Abimelechus turrim oppugnare instituit, eo dum propius ad portam turris accedit ad illam incendendam, mulier

Tholae[1], et Jairi[2] nihil memorabile, neque domi, neque foris gestum est, sed pax placidissima fuit, qua abusi Israelitae a vera religione - sexta iam vice - defecerunt, adeo ut maiorum peccata novis cumularent sceleribus. Multa eapropter oppida Hebraeorum ab Ammonitis misere vastata sunt et afflicta. Jud. 10, 6–18. Tandem ex illa gravi et diuturna vexatione resipiscentes[3] liberati sunt per virtutem Jephte, יִפְתָּח[4]. 11, 1–3. Hic in iudicem electus missa ad regem Ammonitarum legatione petiit, ut ab iniusta invasione Israelitarum cessaret. Sed cum legati ad regem Ammoniticum iterata vice missi nihil aequi impetrarent; Jephte belli quod parabat negotium Deo commendavit, et totam regionem israeliticam transjordanicam percurrens cives armavit. 4–27. Priusquam autem signa cum hoste conferret, vovit: se Deo immolaturum, quidquid relata victoria domum revertenti primum occurrisset. Commissa pugna Jephte victor evasit, abstulitque ab hostibus viginti civitates. 28–33. Cum autem confecto proelio domum regrederetur, occurrit revertenti prima omnium filia unica, parenti victoriam gratulatura. Jephte recolens votum quod voverat ingemuit. Sed puella generose hortatur patrem: ne quaeso mei causa irritum patiaris, quod promisisti, votum in me exsequere! Atque elapsis - quod unum rogaverat ut permitteret - duobus mensibus quibus virginitatem suam in montibus cum amicis deploravit[5], virgo rediit ad patrem, qui e voto suo fecit atque filiam suamet manu mactavit. 34–39.[6]. Interea Ephraimitae nobilitate sua semper insolentes,

---

deiecit molae fragmentum in caput Abimelechi, quo letaliter feritur, neve feminae manu interiisse dici posset, servo armigero iubet ipsum interficere. Paruit amiger eumque confecit. 49—57.

[1]) Patruelis. 10, 1. 2. Abimelechi, de tribu Isaachar. [2]) Manassaei ex urbe Galaad. [3]) Precati sunt ad Dominum, qui primo illos audire noluit, quod alias non semel de manu hostium ab ipso erepti, nihilominus eum deserere non erubuissent. [4]) Erat Jephte Galaadites, e paterna domo a fratribus, qui negarant eum, utpote spurium haeredem esse posse domo paterna eiectus. [5]) Ratione defectus prolis, qui virginitatem servatam necessario comitabatur. Quam decora post Christi adventum virginitas virtus plane, coelestis plane et sublimis, ita olim ante Christum ignota immo dedecorosa habita. Pluris faciebat filia Jephte sine liberis et posteritate decedere quam mori omnino! [6]) Quid censendum de voto parricidali Jephte et vera filiae immolatione? Th. Hackspan, not. ph. et theol. I, 623. W. Smits, liber Lev. elucid. I, 330. s. Hengstenberg, Beitr. III, 143. Ev. Kirchzeit. 1839. p. 593. s. L. Reinke, Beitr. z. Erkl. des A. T. Münster.

honorem relatae victoriae Jephte invidentes, traiecto Jordane Jephte importune molesti erant; 12, 1. et cum bellum ei tumultuose

1851. p. 470. s. 500. s. Saalschütz, Archäologie der Hebräer. Königsb. 1855. I, 232. P. Cassel in Herzogs R. E. VI, 468. dicunt summam voti adimpleti esse: patrem iussisse, quo filia coelebs manserit, vel sacrasse filiam coetui mulierum, qui s. Tabernaculo inservierunt. Totius quaestionis decisio pendet ex explicatione voti. Licet enim S. S. diserte non pronuntiet, seu quod Jephte filiam immolarit, seu quod vivam consecrarit; perspicue tamen dicit, exsecutum esse in filia sua id, quod voverat. Itaque de illo dispiciendum erit num Jephte 11, 31. voverit, se illud quod sibi primum occurreret sine discrimine esse immolaturum? a. Vulgatus, 31. sic transtulit „quicunque primus fuerit egressus", ac si Jephte personam praecise intenderit. Recte quidem nam egredi victori in occursum in S. S. et ubique hominibus non pecoribus tribuitur. Praeterea nequaquam verisimile est, Jephte putare potuisse sibi e domo obviam processurum esse aliquod animal sacrificabile. Nec opus erat tanta emphasi tale votum facere, cum omnes pii sacrificia eucharistica vovere solerent. Sane quamdiu hoc argumentum non refellitur concedendum erit filiam a patre esse immolatam. Praeterea, b. quid est quod Jephte ad conspectum filiae adeo consternatur, clamet decepisti me! Forte quod filia Deo viva sit ministratura? Porro c. si vi huius voti in templo secludenda fuisset annon poterat virginitatem deflere per omnem vitam? Dum vero id urgent, in exsecutione voti non dici „immolavit eam;" negligunt verba v. 39. i. t. o. „cum Jephte in ipsa exsequeretur votum, tum ipsa nondum experta virum erat." Quodsi consecrasset Deo sine interventu mortis, nihil opus erat istud addi. Imprudenter autem eum egisse agnoscimus, non possumus tamen dissimulare quod S. Scriptura dicit. Sententiae huic veteres omnes ac recentiores plerique calculum adiecerunt. Josephus, Antiq. V. 7, 10. I, 298. popularium suorum utique sensa referens ita scribit: „Filiam mactatam in holocaustum obtulit, neque legitima neque Deo grata sacra faciens." Sequuntur s. s. P. P. et S. S. sine numero. Origenes, Comm. in Ev. Joann. Tom. VI. ed. Lomm. I, 261. S. Epiphanius, ad haer. III, 2. h. 78, e. c. p. 1055. S. Ambrosius, de offic. min. 50, 255. ed. Gilbert. p. 102. S. Hieronymus, adv. Joviniam. l. I. 23. ed. Vall. II, 273. Theodoretus, inter. XX. in Jud. p. 337. In eandem sententiam abiit s. Augustinus, Quaestionum in Heptateuchum. l. VII. 49. ed. M. p. 812. „Iste vero et Deo non iubente neque poscente et contra legitimum eius praeceptum, ultro sacrificium vovit humanum." Nec aliter doctor angelicus, qui Summ. II, 2. q. 88. art. II. ed. Bon. VIII, 427. intrepide pronuntiat: Jephte in vovendo fuit stultus, quia discretionem non habuit, et in reddendo impius. Addit tamen ibidem, probabile est eum poenituisse de facto iniquo. In hanc opinionem concessit: Bonfrerius, Comment. in lib. Jud. ed. Migne. S. S. C. c. VIII, 909. s. S. Serarius, l. c. p. 354. s. Wouters, l. c. III, 128. s. Calmet, diss. de voto Jephte, in Diss. V. T. I, 465. Leonardus a s. Martino, Examin. Scriptur. III, 101. s. Mezger, s. Histor. pag. 370. seq. F. G. Dresde, votum Jephte ex antiquitate iud. illustr. Lips. 1767. p. 18. seq. A. Pfeiffer, exercit. de voto Jephte, in Dub. vex. pag. 1114. seq. Bertheau, d. B. d. Richt. 162. seq.

indicerent, illos praelio coercuit. Jud. 12, 2–6. [1]. De successoribus Jephte Abesano Bethlehemite, Ahialone Zebulonite et Abdone Ephraimita, qua fortuna rem gesserint, sacer codex non prodit. 12, 8–15. Illud nisi constat hoc tempore coepisse septimam illam populi praevaricationem, propter quam traditus fuit in manus Philisthaeorum. 13, 1. Vindicandis de postrema servitute Philisthaeorum, a Deo destinatur Samson, שִׁמְשׁוֹן [2], qui virilem aetatem assecutus divino impulsu Thamnatam [3] profectus, contra leges et mores patrios, puellam philisthaeam sibi uxorem petiit et obtinuit. 14, 1–4. In eo itinere Samson inermis, paululum a via deflectens, leunculo sibi obviam facto, non restitit tantum, sed captum manibus discerpsit. v. 5. 6. Cumque post sponsalia inita Thamnatam ad nuptias celebrandas repeteret, inter epulas arrepta occasione a mellis favo in ore leonis – quem ipse paulo ante occiderat – invento, convivis paranymphis philisthaeis proposuit aenigma „de comedente exivit cibus et de forti egressa est dulcedo"; addita ea conditione: ut si illud intra septem dies solvere nequirent, darent ei triginta interulas et

---

Ewald, Gesch. des Volk. Israel. II, 401. s. H. Kurtz, Abhandl. über Jeftah's Opfer. in der luth. Zeitschr. 1853. Mittimus alios, qui de hac re opinionem dixerunt. Reiiciendi sunt omnino: G. Fr. Daumer, der Feuer- und Molochdienst der alten Hebräer. Braunschw. 1842. p. 41. s. et G. L. Studer, Das Buch der Richter. ed. II. Bern. 1842. p. 291. Qui duumviri e narratione ista contenduut, immanem cultum, ut humanae victimae Deo litarentur, apud Judaeos obtinuisse.

[1]) Anno primo Jephte reditum Noemi cum Rutha et connubium huius cum Boozo constituit: Josephus Khell, S. J. Theologus — diss. de epocha Historiae Ruth. Vienn. 1756. — quem ad hoc statuendum adduxit duplex S. Scripturae indicium. a. Fames, qua adactus Elimelech cum uxore et filiis in Moabitidem peregrinatur, Ruth. 1, 1. 6. cuius origo non tam sterilitati terrae pluviarum defectu, quam coll. Jud. 6, 4. 5. hostium devastationibus adscribi debet, irruptioni utpote ammoniticae, c. 10, 9. quae accidisset anno Jairi iudicis facile duodecimo. p. 28. 29. 32. Alterum b. Matthaei, 1, 5. series successionis genealogiae Josephi, in qua ab annis Davidis sursum progrediendum est. p. 4. 5. Interim *Ruth* sexus sui singulare ornamentum, virtutis suae vel hoc ipso praemium amplissimum assecuta est, quod eius memoria *peculiari libello* sit conservata. d. q. i. [2]) „Qui interpretatur sol." s. Hieronymus, prooem. ad Osee. VI, 19. — a. r. שֶׁמֶשׁ derivando — „sol populandus" iuxta Serarium. Erat filius Manue 13, 2. e tribu Dan — Dei consilio ex hac tribu liberator populi natus est, siquidem contermina erat Philisthaeae. Vide p. XLVI. — sterili matre, angelo Domini ortum eius nunciante natus, ab infantia religione Nazaraeatus consecrabatur. 3—25. Roboris gigantei fuit; sed qui telis vinci et *vinculis constringi nullis* potuit, blanditiis et querelis mulieris victus est. [3]) Urbem Philisthaeorum. V. p. LXXXIX.

totidem tunicas; vel si solverint ipse, easdem iuvenibus daret. Cum ergo illi solutionem aenigmatis – precibus et importunitate uxoris extortam atque ab eadem cum popularibus communicatam, – aperuissent, actus Samson spiritu Domini triginta Ascalonitas occidit, quorum vestes solvit iuvenibus pronubis. 14, 10–19. Relicta deinde ob commissam perfidiam uxore, ad patrem regressus est. Post aliquod tempus instanti messe Samson uxorem revisurus, invenit eam a socero alteri viro elocatam. Id aegerrime tulit, utque iniuriam sibi illatam ulcisceretur, tercentas vulpes [1] coegit, quas binas binasque iunctis inter se caudis alligatisque facibus in segetes Thamnatensium immisit, et una cum vinetis et olivetis incendio devastavit [2]. Tot malorum causa audita Philisthaei, ut Samsonem placarent, Thamnataeum illum simul cum filia concremarunt. 15, 1–6. His tamen nondum furore sedato, Samson se nonnisi ultione protracta quieturum minatus est. 15, 7. [3] Neque vanae fuerunt minae; nam novam Philisthaeis intulit stragem, postquam in specu Etam [4] sedes fixit [5]. Spe rei in Philisthaeos bene gerendae, delusis portarum custodibus, adiit Gazam, ubi cum

[1]) Cf. F. Mayeri, diss. de vulpeculis Simsonis in Thes. I, 428. s. Deyling, Obs. s. XIV. I, 61. s. [2]) Quam apte ad finem quem intendebant hac arte usus sit Samson perspicuum est. Cum maturae iam essent segetes, non potuerunt non facile per istas faces ignem concipere, sed et ab uno agro ad alium nullo negotio serpebat incendium. Rursum vulpes v. p. XXXVII. cum naturaliter ignem horreant, putantes se posse ignem effugere, continue discursabant et ab agro uno in alterum ignem propagabant. [3]) Samson *ulciscendo* privatas iniurias revera populi sui *vindicem* egit, sicut sciebat de se dictum esse divino oraculo. 13, 5. [4]) Tribus Judae. V. p. XXVII. [5]) Quamobrem Philisthaei copiosa manu in ditionem Judae ingressi, illam depopulati sunt. Cui invasioni avertendae, incolae a Philisthaeis provocati, ut Samsonem traderent; ter mille virorum ad specum venientes Samsoni indicarunt, velit se vinctum Philisthaeis tradi permittere, vitam tamen iureiurando integram paciscebantur. Non renuit ille, vinctus funibusque recentibus ad Philisthaeos se ducere sivit. Vix tamen in conspectum hostium venit, nullo negotio funes rupit, et asini maxilla illic occurrente mille viros interemit. 15, 9–17. Accidit sub haec, ut vir strenuus, neque machinis aut exercitu, sed sola manu pugnans ingenti siti aestuaret et prope conficeretur. Cum eius molestiam ulterius ferre non posset, opem a Deo quaesivit, qui statim rogantem fonte miraculose orto recreavit. v. 18–20. Fluxerunt aquae, e terra ubi iacuit maxilla, per molarem dentem eiusque loculamentum prorumpentes. Insolitus hic fons et plane admirabilis; sed omnes creaturae Dei vi subsunt, ut ad quosvis adeo eas usum convertat!

rtisset, ab oppidanis conclusus est. Sed heros tertia noctis lia surgens apprehendit duas valvas portae urbis, duosque es, et avulsas transverso vecte, ad montana Hebronis deport[1]. 16, 1–3. Attamen qui robore gigas fuit, atque armis i vinculisque constringi nullis potuit, voluptate victus est. listhaeae mulieris Dalilae[2] amore captus, eiusque blanditiis tus, Samson revelavit: se coma, voto dicata et adhuc intonsa, , in communem hominum ordinem fore redigendum[3]. 4–17. cognito, tonsis inter dormiendum capillis a Philisthaeis captus, lo utroque orbatus, et in pistrinum[4] detrusus est. 17–21. Gasis carceris anno circiter evoluto, recuperatis cum renascente sarie viribus[5], cum quodam die fuisset ductus ad templum gonis, in quod Philisthaei convenerunt ad solenne sacrificium in iorem Dei sui celebrandum, qui eis tam illustrem hostem traisset et ut coeco illuderent, Samson fide Deum invocans Heb. 32. prehensis columnis, quibus porticus innitebatur, domum ecit hostesque mole aedificii oppressit, suo sepultus triumpho. 22–30.[6]. – Mortuo Samsone pontificis simul ac iudicis munere gitur Heli, עֵלִי[7], Silunte. I. Reg. 1, 9. Illo civitatem gubernante amitosissimus fuit rerum publicarum status. Imprimis duo filii s invisi: Ophni et Phinees, patris adiutores, enormibus sceleribus

---

[1]) Cf. Lakemacheri, Obs. phil. VIII, 3. de Simsone portas Gazae in montem delante. p. 181. s. [2]) Quae ut magnam pecuniam — 5500 siclos? — a principibus listhaeorum consequi posset, tamdiu Samsoni molesta fuit, donec ab eo didicerit mum virium. Satis enim suspicabatur fortitudinem istam aliunde derivandam, m a corporis constitutione. [3]) Fortitudo non consistebat in crinibus, sed potius eo robore Samsoni a Deo, quamdiu Nazaraeatum suum custodiret, concesso s inter alia signum erat comam alere. V. p. 160. [4]) Ad molam circumndam. [5]) Quas imprudentia sua amiserat. [6]) Cf. p. LXXXVIII. De rebus sonis, v. Preiswerk, Das Morgenland. Basel. 1841. IV. p. 325. Samsonem Viga sumit *typum Christi*, qui pariter moriendo hostes vicit. Observ. VI, ed. cit. II, 503—516. Eundem habent Nicol. Serarius, Comment. in l. Judi- et Ruth. Lut. Par. 1611. p. 470. 495. 500. 580. et passim. Cornelius a Lap. m. ad Iud. XVI, 26. e. c. p. 177. Bonfrerius, Comm. in lib. Judicum, in Cursu pl. S. S. Migne. VIII, 1014—1019. — G. Roskoff, in opusculo, Die Simson-, nach ihrer Entstehung, Form und Bedeutung und der Heraclesmythus. ps. 1860. literam historiarum temere neglexit et sic veritatem e manibus dit. Concesso semel principio mythico, latus patet falsis opinionibus et pessimis putationibus campus! — Samson ultimus est iudicum, quorum imperium postei transmissum est in *libro „Judicum.“* d. q. m. [7]) LXX Ἡλί, de stirpe Ithamaris.

et sacrilegiis infames Dei iram in totam gentem concitarunt. I. Reg. 2, 12. 13. 15. 22. Hoc tempore Dominus secretorum suorum fide Samuelem, שְׁמוּאֵל, dignatus est [1]. Eidem, cum custodis ostiarii vice fungitur, noctu quater nominato 3, 4. s. Deus iussit, ut sententiam in Heli et omnes Israelitas ob crimina filiorum, nimiamque patris erga ipsos indulgentiam illi suo nomine denunciaret. Ut dies illuxit, Samuel ingenue pontificem Heli de revelatis sibi iudiciis divinis edocuit. v. 18. Terribilis oraculi veritatem mox probavit eventus; nam bello a Philisthaeis moto, Hebraeorum triginta et quatuor millia occisa sunt, arca [2] ab hoste capta, et ambo filii Heli caesi. Heli ipse nuntio funestae cladis accepto, e sella corruens subito exstinctus est. ib. 4, 2–18. Post obitum Heli [3] universi Israelis dux et iudex Samuel renunciatus est. I. Reg. 7, 3. Judicis munus iniens, populum praemissa poenitentia, et oblato sacrificio expiavit, ac Deo reconciliavit. ib. 7, 6. s. Quo facto acie cum Philisthaeis conflixit, qui graviter prostrati, captas antea urbes deseruerent. Nec amplius, toto iudicatus Samuelis tempore, quidquam in Hebraeos adversi moliebantur. Confecto bello Samuel iudiciis ex aequo administrandis, et regendae reipublicae penitus incubuit. ib. v. 17. [4].

---

[1]) Quem mater sterilis Anna ad portas conceptum a Deo Silunte petens et tabernaculi ministerio sacrandum vovens impetravit. Parit revera filium, cui nomen inditur Samuelis; hunc mater vota solutura duxit ad tabernaculum s. Siluntinum et immolatis ibi victimis dedicavit ministerio Domini. 1, 20—28. Cum tabernaculum ingrederetur, carmen quod I. Reg. 2, 1—10. legimus decantavit. E indicio praeiudicato hoc carmen a tempore ll. assignato in recentius removent: Herder, Geist d. h. Poesie. II, 232. Hensler, Erläuterungen des Ersten Buch's Samuelis. Kiel 1796. p. 12. Ewald, Die poetischen Bücher des A. B. Gött. 1838. I, 111. G. F. W. Funk, canticum Hannae. Norimb. 1841., qui p. 5. a Davide compositum esse credit. O. Thenius, Die Bücher Samuel. Leip. 1842. p. 8. qui victoriam Davidis de Goliatho canere vatem putat. E. Meier, Gesch. der poet. Nat. Lit. p. 361. in tempora Oziae refert! Profecto considerato sermone huius carminis, inane quid conantur. [2]) Arcam asportaverunt in castra, rati illius praesentia protectum iri et ab interitu tutos. Philisthaeos Deus gravissimis calamitatibus compulit, ut consilium de remittenda arca inire cogerentur; 5, 12. ipsam vero cum muneribus remissam ex urbe Bethsames v. p. LXI. cives Cariathiarim ad se revehebant. ibid. 6, 9. 21. [3]) Lapso viginti annorum intervallo. I. Reg. 7, 2. [4]) Cf. Lakemacheri, Obs. phil. IX, 7. de Samuele ius dicente. p. 130. s. Heli et Samuelis gesta enarrantur libro I. Regum, eo quod sub Heli floruerit Samuel, cuius tempore iudiciaria administratio Theocratiae, conversa est in regiam. d. q. i. V. Wouters, dil. II, p. 62.

§. 61. Liber Judicum.

Libro Josue, ob rerum apud Israelitas gestarum ordinem, oxime annectitur liber Judicum, שׁוֹפְטִים [1]. In eo vicissitudines ipublicae et ecclesiae a morte Josue ad tempora Heli pontificis iduntur; quibus ut rectissime observat d. Augustinus „sicut habebant et peccata populi et misericordia Dei, alterverunt prospera et adversa bellorum“ [2]. Quemadmodum tur in libro Josue de ingressione agitur filiorum Israel in term promissam eiusdemque terrae divisione; sic adepta possessione, ca modum quo Deus populum suum gubernavit sermo vertitur. opus libri vere theocraticus est, ita enim conformatus est, ut ustre exhibeat Dei foederis, cumprimis providentiae eius et veritis documentum, qui populum suum idololatria et peccatis excidium erentem, paternis castigationibus ad meliorem frugem revocat. de posteritas et emoliebatur, et monebatur illibatam Jehovae serre fidem. Unitas libri e textura eius, quae continua et aequabili rie iuxta prooemium c. 2, 8–23. se excipit, constat [3]. Capita inde XVII–XXI. de idolo Michae Beniaminitis erepto, et de bello beniainitico, non sunt fragmenta libro adiuncta e quodam documento, ius initium detritum vel lacerum erat [4], sed eiusdem cum reliquis ri capitibus auctoris [5]; nihil enim continent a consveta intuendi rame libri recedens, suo praeterea modo narrandi nullam suspicionem: antissam esse movere possunt. Exhibent potius duas morum, ales proxime post mortem Josue coll. 18, *30*. 19, 29. 20, 1. s. . fuerint [6], graphicas delineationes, specimina corruptionis puli, propter quam et similes toties opressi sunt. Chronologiae od attinet rationem ponendi sunt calculi iuxta Actorum 13, 20. [7].

---

¹) LXX, *κριταί*; Philoni, de confusione linguarum. ed. Mangey. I, 424. *τῶν κριμάτων ἀναγραφομένη βίβλος.* ²) L. XVI. de Civ. D. c. 43. II, 174. Cf. Wahl, l. i. c. p. 8—15. ⁴) Ut perperam posuit Ackermann, Introd. in . p. 187. ⁵) Unum c. c. 17—21. scriptorem esse probatur: e formula qua pus designat: 17, 6. 18, 1. 19, 1. 21, 24. Eundem totius operis esse prodit latio: 1, 27. et 17, 11. item 1, 1. et 20, 18. t. o. ⁶) Eo enim spectare has rationes et non post res gestas Samsonis Rabbini iam viderunt. Cf. R. Tanmi H. Comm. ar. ed. H. Haarbrücker. Hal. 1842. p. 43. 47. ⁷) „*Καὶ μετὰ ταῦτα ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.*“ Si

Ad aetatem et auctorem quod pertinet, huius nusquam in hac vel aliis S. Scripturis fit mentio. Quae tamen coniectura assequitur, haec sunt: a. E cap. 1, 21. liquet librum hunc ante tempora

sequamur annos, quos liber Judicum adnotat, servituti sub Chusano tribuendi sunt VIII, 1—8. (Jud. 3, 8. 1534—1527. a. C.) Othonieli XL, 8—47. (3, 11. 1527—1498.); servituti moabiticae. XVIII, 47—64. (3, 14. 1498—1471.); Aodo LXXX, 64—143. (3, 30. 1471—1392.) servituti chanaanaeae sub Jabino XX, 143—162. (4, 3. 1392—1373.); Debborae et Baraco XL, 162—201. (5, 31. 1373—1334.); tum servituti madianiticae VII, 201—207. (6, 1, 1334—1328.); Gedeoni XL, 207—246. (8, 28. 1328—1289.); Abimelecho III. 246—248. (9, 22. 1289—1287.); Tholae XXIII, 248—270. (10, 2. 1287—1265.); Jairo XXII, 270—291. (10, 3. 1265—1244.); secutae defectioni et ammoniticae servituti XVIII, 291—308. (10, 6—9. 1244—1227.); Jephte anni VII, 308—313. (12, 7. 1227—1222.); Abesani VII, 313—319. (12, 9. 1222—1216.); Ahialoni X, 319—328. (12, 11. 1216—1207.); Abdoni VIII, 328—335. (12, 14. 1207—1200.); servituti postremae sub Philisthaeis XL, 335—374. (13, 1. 1200—1161.); Samsoni XX, 374—393. (15, 20. 1161—1142.) His accedunt ex I. Reg. 4, 18. anni XL Heli, 393—432. 1142—1103.; anarchiae XX. ib. 7, 2. 432—451. sive 1103—1084. a. C. I. e. usque ad Samuelem, qui anno postremo 451. iudex esse coepit. „Anni quadragenti et quinquaginta“ Actorum 13, 20. proinde nitidissime exeunt. Qui tamen nunc cum loco III. Reg. 6, 1. componendi sunt, ubi legimus: fundamenta templi iacta esse quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel; id quod in annum quartum incidit Salomonis. Si iam Moysis 40, Josue 32, Saulis 40, Davidis 40, Salomonis 4, in summam colligantur 570 annos fere efficient, adeoque plures quam ex Actorum loco assignantur. Hanc pugnam elevare existimamus observatione: laudato loco III. Reg. 6, 1. statui solenniorem aliquam epocham aedificati a Salomone templi i. e. loci centralis cultus. Sumimus auctorem librorum Regum in ducenda aera consilio theocratico usum, neglexisse illos annos, quibus populus idololatriae deditus servituti alienigenarum parebat. Jud. 2, 18. 19. Qui anni servitutis e numero 451. exemti dabunt annos 479. Enimvero 1) Othonielis sunt 40. 2) Aodi 80. 3) Baraci 40. 4) Gedeonis 40. 5) Abimelechi 3. 6) Tholae 23. 7) Jairi 22. 8) Jephte 6. 9) Abesani 7. 10) Ahalionis 10. 11) Abdonis 8. 12) Samsonis 20. 13) Heli 40. 14) Saulis 40. 15) Davidis 40. 16) Salomonis 4. In summa anni 423. Ex his rursus detrahendi sunt sexdecim, quia nonnulla fere coinciderunt, neque anni integri sunt. E. g. Expeditio ad occupandam terram sacram, anno 110. Josue emortuali synchrona est. Liberatio Samgaris cum iudicatu Aodi contribui debet. Residui sunt igitur anni 407, quibus si adiiciantur Moysis 40, Josue 32 prodibit annus 480, annus ab exitu ex Aegypto, quo quarto Salomonis fundamenta templi strui coeperunt. V. G. J. Jatho, G. d alt. Chronologie. p. 10—12. Cf. e. Jos. Ant. VIII. 3, 1. 1, 422. Sulpitii sev. Hist. I, LV. p. 143. Nicephori. chronogragph. brev. ed. C. G. Credner I. Gissae. 1832. p. 12. Harduini, Chron. V. T. p. 529. s. Des Vignoles summa ingenii eruditionisve vi lectionem hebraicam erroris sollicitavit. Sed textus originalis, Targumim, et aliae versiones antiquissimae ita sibi constant, ut nil loci relinquatur suspicioni sphalmatis. J. A. Bengelius in Ordine temporum ad hos locos conciliandos p. 79. proposuit

avidis exaratum fuisse, leguntur namque ibi Jebusaei arce Sion ndum expulsi; quod Davides deinceps praestitit. Eadem aetas cte b. arguitur, e c. 13, 1. quo loco ad tempora sequiora ud obscure digitus intenditur; cum enim annos philistheae oppressionis numero quadraginta fuisse dicat auctor, suo tempore hanc n praetergressam supponit. Constat vero indubitanter, Samuelem erasse Israelitas a iugo Philisthaeorum. Idem liquet c. exinde, quod braei tempore scriptionis libri huius iam gaudeant administro eocratiae rege [1]. Ad hanc aetatem defendendam facit d. vividus dus narrandi, casca imprimis carminis Debborae cap. V. antiqui; in quo nulla omnino reperitur recentioris aetatis nota [2]. Cur nique hoc aevo potius, quam alio videatur adscribendus, ratio tima est e. argumentum ipsum, quo non modo Samuelis, sed am Heli regimen silentio premitur, utpote coaevis notissimum [3].

---

palam: si servitus minorem et quies maiorem, sive servitus maiorem, et iudex norem annorum numerum habet, minor numerus semper sub maiori continetur, maior sine minori summam chronologicam ingreditur. Ast quis non videt c regulam arbitrariam esse. Dyon. Petavius ration. temp. II, 66. s. Khell. l. c. 11. Spanhemius, Chron. s. ed. cit. p. 230. Keil, in den Dorpatischen Beiträgen d. theol. Wiss. Hamburg. 1833. II. p. 303. s. Comm. in die Bücher d. Könige. p. 71. leitung. p. 183. Haneberg, Einl. p. 84. Gesch. d. Off. p. 201. Reinke, Beitr. II, 157. igunt tempus iudicum in hunc modum, ut quae c. 3—10. seu ab afflictione sub sano ad iudicatum Jairi narrantur acoluthistice se excipiant, inde vero synchrotica habeantur; ita ut Jephte, Abesani, Ahalionis, Abdonis tempora in servis philisthaeae annos 40 incidant, sub quibus et Samson annis viginti praefuit. nique nullo modo ferri poterit Bertheauii hypothesis — Das Buch der Richter. l. p. XVIII. s. XXX. s. —, qua supponit librum Judicum compilatum e duo monimentis, quorum unum duodecim iudicum regesta continuerit; aliud per generationes excurrens singularem heroëm quemdam descripserit, cuius actis ervallum contineatur. Ita fere etiam Bleek, Einl. p. 344. sentit. Obstat tentai Bertheauii unitas libri, et ipsa quam explicandam sibi sumserat chronologia. quae contra monuit: Wahl, über den Verfasser des Buches der Richter. rangen. 1859. p. 2. s.

[1]) Ut colligitur e modo loquendi: „in diebus illis non erat rex in Israel." l. 17, 6. 18, 1. 31. 21, 24. nec non ex observationibus: 1, 10. 11. 6, 24. 11, 40. Marchinium, l. c. p. 154. Dupin, p. 80. [2]) Hoc fatentur viri bibliis s. neutiam addicti: C. F. Schnurrer, Diss. phil. crit. Gothae. 1790. p. 37. G. H. llmann, Comm. ph. a. in carmen Deborae. Jud. V. Lipsiae. 1818. p. 7. 8. mpach, Alt. Studien. I. Th. das Triumpflied Deboras. p. 6. 7. [3]) Captivis mentionem fieri c. 18, 30. 31. et quidem assyriacae, qua templum Silunte rsum est, C. H. Gravius evincere voluit: Comm. de templo Siluntino. 30. 36. V. p. LVII. at perperam. Hi enim versiculi narrant de eo tempore,

§. 62. Liber Ruth.

Ruthae librum esse quoddam librorum Samuelis exordium, historiarumque Davidis vestibulum, vere observavit s. Augustinus [1]: „Ruth ait magis ad regum – libri – principium videtur pertinere." Narrat: Judaeum Bethlehemitam Elimelechum una cum coniuge sua Noemi et duobus filiis, famis causa in regionem Moabitarum migrasse, ubi et fatis functus est. Filii eius Mahalon et Chelion duxerunt duas uxores moabiticas, quarum uni Orpha alteri Rutha nomen fuit. Rutha socrui, marito orbatae, in patriam Betlehemum revertenti adhaesit, indivulsa eidem fidei et vitae comes. c. 1. Bethlehemi cum degerent, svasu Noemi Rutha admirabili prorsus votorum successu Boozo iure leviratus nubit; c. 2. 3. 4, 1–12. ipsique peperit filium Obedum, avum Davidis [2]. Scopus libri primarius eo tendit: ut Regis regum, Dominique dominantium, e Davide progeniti, Christi Jesu notam habeamus genealogiam [3]. Recensetur hoc libro genealogia Judae et Pharez eius

---

quo arca Dei magna cum Israelitarum strage a Philisthaeis capta fuit. I. Reg. 4. Tunc enim α. multi ab eis bello capti in servitutem abstracti sunt tam ex Danitis, quam ex vicinis tribubus. Imo cum tribus Dan vicinior esset Philisthaeis, haec procul dubio tum prae reliquis passa est. Haec opinio β. maxime consonat v. 31. ubi legitur: „mansitque apud eos idolum Michae omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo"; atqui haec fuit Silunte usque ad tempora Samuelis. coll. I. Reg. 7. s. Hoc ipsum tempus comprehendunt trita verba: in diebus illis non erat rex in Israel. γ. Non est credibile Davidem regem piissimum et potentissimum idololatriam istam tolerasse. δ. Si ibi fuisset tempore Jeroboami I., sufficisset ad populum a templo ierosolymitano abstrahendum; nec constituisset impius rex in hunc finem ibidem vitulos! Dubia quae opponuntur — novissime ab E. Nägelsbach in Herzogs R. E. XIII, 31. — solvit iam Serarius, l. c. p. 629. s. Wouters, p. 159. s.

[1]) De Doctrina christiana. II, 8. ed. Bruder. p. 39. [2]) Laterculum chronologicum historiae Ruth exhibet Khellius, Op. s. c. de epocha historiae Ruth. [3]) Si quaerimus quem in finem libellus exaratus sit, plane nimium anguste sentiunt, qui cum in honorem familiae davidicae scriptum a quopiam arbitrantur. Ita Clericus, Dissertat. de Scriptoribus libr. hist. p. IV. Supplendae historiae Davidis e parte Scriptorem inservire voluisse concedimus; qui tantum abest ut Davidis proavis splendidos natales assignet, ut potius tenuem earum sortem, minime taceat. Verum maiora S. Spiritum intendisse putamus. Cum constet nullum librorum s. qui historias V. T. enarrant solum res belli domique gestas atque praeclarum civium vitas annalium more prodere voluisse, sed quemlibet altiorem rationem spectare; id ipsum huius libelli auctorem prae oculis habuisse a priori verisimile est.

filii usque ad Davidem, hoc fine: ut pateat sub diebus Novi Testamenti Christum Matth. 1. Luc. 3. natum esse ex Juda, quemadmodum promissum fuerat vaticinio Gen. 49, 10. Inde evangelistae proparentes Christi repetunt. Opportune quoque hic subindicabatur Messiam Bethlehemo proditurum, quod deinde clarius Michaeas est vaticinatus [1]. Observato attamen rite tenore narrationis, aliud insuper consilium auctoris libelli commendatur. Voluit propositis Noemi, Ruthae, Boozi exemplis in conspectum dare: homines qui Dei legibus et promissis diligenter fuerint obsecuti, ac posthabito quolibet commodo privato, fidei divinae fideliter sese committerent, eos praecipue gratia divina dignissimos protectionis Domini participes fieri [2]. I. Tim. 4, 8. Quis autem auctor fuerit [3] non magis liquet, quam quo tempore scriptura haec sit literis mandata. Credibile est tamen, id longo tempore post Davidis obitum accidisse [4]. Non eundem hic libellus in iudaicis aeque ac christianis codicibus tenet locum. Christiani subtexerunt libro Judicum, quocum rerum gestarum serie connexus est. Judaei generi librorum, quos vocant כְּתוּבִים, hagiographa [5].

---

[1]) Cf. D. J. H. Michaelis, Uber. annot. in Hagiographos. Halae. 1720. p. 728. 729. Wouters, Diluc. III, 169. [2]) Ubi enim attente animum advertimus ad ea, in quibus laudandis et describendis singulari studio atque ardore versatus sit; 1, 8. 16. 17. 2, 11. 12. 3, 10. 11. tum iam non in dubio erit, quin hoc quoque consilium spectaverit. [3]) S. Isidorus, de officiis. I, 12. ed. Arevali. Romae. 1802. VI, 374. Samuelem habet auctorem. [4]) Colligitur id a. cum ex initio 1, 1. tum e versu c. 4. ultimo. Id ipsum svadent. b. Chaldaismi: 1, 13. 2, 8. 3, 3. 4. c. Ignotum nomen propinquioris cognati, qui per „certus aliquis" circumscribitur. d. Illud quod legimus 4, 7. ostendit morem quemdam antiquitus apud Israelitas usitatum, scriptoris animo obversari ut iam pridem abolitum. At enim omnia ista ultra coniecturae fidem non ascendunt. Cf. Metzger, lib. Ruth, ex hebraico in latinum versus perpetuaque interpretatione illustratus. Tubingae. 1856. p. 26. Postremum monendum auctorem nec idyllion vel poësim finxisse, sed narrationem historicam ita vividis coloribus praestitisse, ut maxime in his, quae ad convictus domestici consvetudinem refert, spirantes quasi antiquitatis vultus praeseferat. Cf. J. G. Lakemacheri, Observ. phil. Helmst. 1730. IV, 5. pag. 83. seq. [5]) Inter libellos quinque — Canticum, Ruth, Threnos, Ecclesiasten, Esther — illis κατ' ἐξοχήν, Megillot, volumina dictos. Iidem libellum hunc in solemniis pentecostalibus publicae lectioni assignarunt, et id quidem optime propter argumenti similitudinem factum esse, e ratione huius festi in promtu est. Cf. Benary, de Hebraeorum Leviratu. p. 30. s. Metzger, liber Ruth. p. 26.

§. 63. Conditio ethica populi.

Qualis hoc temporis intervallo fuerit Hebraeorum fides, cum suis quaeque locis exposuerimus [1], hic praetermittimus; et modo tantisper qui fuerint Hebraeorum mores perpendamus. Israelitae qui tot et tam magna signa in Aegypto viderant, qui stupendis miraculis ex antiqua illa durae servitutis domo liberati erant, obliti omnium beneficiorum Dei in profectione sua ad terram promissam, impietate summa divinis mandatis saepissime fiebant contumaces [2]. Desperarunt de clementia Domini, perinde ac si Dominus nec posset, nec vellet ipsis in deserto de necessariis prospicere, atque ideo in multas aerumnas vitio suo inciderunt. Deum tamen qui tam servans est promissi, ut impleat illud, etiamsi homines sint refractarii [3], nunquam non, ingrati et obliviosi, praesentem et misericordem sunt experti. Qui ut sitim sedaret, e fontibus amaris dulces fecit [4]; ut famem reprimeret, pane coelesti [5] annis quadraginta eos aluit; ut querelas tolleret, coturnicibus eos satiat [6], et aquis e saxo percusso demanantibus refecit [7]. Sunt et alia exempla immorigeri hebraei ingenii. Ita Moyses et Aaron obiecerunt se maximis et praesentissimis vitae periculis pro servandis Israelitis. Hi autem eam mercedem rependunt illis, ut transferant culpam maledictionis in eos; qui erant ministri benedictionis, ut iudicent ipsos populi devastatores et interdum etiam lapidibus eos petant. Nec illud quoque praetermittendum, quod tam longo temporum intervallo, quo peregrinati sunt, vestes ambulantium non sint detritae, nec calcei rupti [8]. E quibus Israelitarum genti concipienda erant: fides, timor Dei, patientia in afflictionibus, et obedientia. Nihilo magis aegyptiaca superstitione inquinati vitulum aureum coluerunt [9], paulo post promulgatum Decalogum, in quo perspicue vetabatur ne alieni dii colerentur, aut ne ulla sacra praeter quae verbo Dei ordinata usurparentur. Non solum postulant aliena sacra vitulum aureum; verum etiam praepostere volebant, ut iter facientes

---

[1]) Vide sis pag. 131. s. [2]) Ezech. 20, 8. coll. Exod. 15, 24. 16, 2. 17, 3. Num. 14, 2. 27. [3]) Cf. Luc. 18, 7. [4]) Exod. 15, 23. [5]) Exod. 16, 14. [6]) Exod. 16, 12. 13. Num. 11, 18. 31. Ps. 77, 29. [7]) Exod. 17, 6. [8]) Deut. 29, 5. coll. 8, 5. II. Esdr. 9, 21. Cf. Deylingii, Obs. II, 16. pag. 184. [9]) Exod. 32, 24. Vitulus ex auro conflatus ab iis, qui mores aegyptiacos imbiberant, Apidis vicem obtinuit. Nec novus ille cultus conflatilis idoli; solitos enim sibi ritus: nota quippe numina revocarunt superstitiosi. V. p. 111. Grande hoc nefas populum Dei etiam dum in Aegypto habitaret, mente pervicaci iam saepius commisisse, Deus ipse per prophetas suos non semel exprobravit. V. Jos. 24, 14. Ezech. 20, 7. 8. 25. 23, 3. 8.

praecederet, tueretur et incolumes duceret in terram Chanaan. Regis coeli [1] - idoli Aegyptiorum, in quo ipsi virtutes et beneficia solis venerati sunt — imulacrum circumgestasse certis cum cerimoniis, exprobrat Israelitis in leserto viventibus Amosus, et verbis prophetae s. Stephanus. l. c. Inter uperstitiones abominabiles et exsecrandas, quibus immorigeri foedati sunt ecitatur quoque idololatriae species, quae fiebat oblatione liberorum idolo Ioloch [2]. Eodem tempore Hebraeos initiatos fuisse cultui Chamosi, et urpissimo deastri Beelphegoris, ex Moyse [3] intelligimus. Idem colligitur x historiis Balaami [4]. In numerosissima Israelitarum sub principatu Josuae urba, non defuisse gravium criminum reos, Achanis sacrilegum facinus adersus legem ab ipso Domino certissimae poenae denuntiatione sancitam alam testatur. Quanta sit hominum in pietate inconstantia, et quomodo ptimus quisque saepe pessimam consequatur posteritatem, depingitur in arratione de Danitarum idololatria, cuius sacrificulum se praestitit Jonahan nepos Moysis [5]. Inverecunda [6] postulatio Gabaonitarum et immane lagitium, reliquorum vero contribulium dissimulatio sceleratissimos eius aevi otant mores; sed et luculenter monstrant quomodo nullo tempore impii mpune ferant suam perversitatem. Eo tempore et saepe deinde, aevo am iam essent iudices, idolum Baal et Astarthen adoratam meminimus. Jedeonis Ephod ad cultum sacrilegum adhibitum, pariter nefariam superstitionem auxisse et aluisse didicimus. Praeter scelera hactenus commemorata magiae et divinationum quoque diversa genera penes Israelitas viguisse expressa mentione [7] Sacrae Paginae affirmant [8].

---

¹) מַלְכְּכֶם, LXX et Act. 7, 43. Ῥαιφαν, Ῥεμφάν. ²) Qui qualis fuerit cultus explicuimus. p. LXXXV. V. Lev. 18, 21. 20, 2. 3. ³) Num. 21, 29. 25, 3. coll. Jes. 22, 17., quae numina apud Moabitas et Madianitas in veneratione fuerant. ⁴) Cuius svasionibus rex Balac Moabitarum ut vidimus p. 117. Hebraeos, quos perdere voluit, ad ignominiosam idololatriam Beelphegoris per feminas formosas allexit. Balaami nomen eapropter merito in omne aevum exsecrabile est redditum. II. Pet. 2, 15. Jud. 11. Apoc. 2, 14. ⁵) Jud. 18, 30. ⁶) Ut olim Sodomitarum. ⁷) Exod. 22, 18. Lev. 19, 30. 20. 27. Deut. 18, 10. 11. 12. ⁸) Quibus locis gravissima quoque in ista flagitia decernuntur supplicia. Ceterum si lubet adi: P. E. Jablonszkium, Remphah Aegypt. d. illustratus. Opusc. II, 2. s. et in Ugolini, Thesauro. XXIII, 571. s. Ibidem: J. H. Maium, Kiun et Rempham. p. 617. s. J. G. Swabium, de Moloch et Rempham. 631. s. D. Dietzschium, de cultu Molochi. 861. s. C. Ziegram, de crudelissima liberorum immolatione Molocho facta. 913. s. J. F. Mayerum, de idolo אשרה. 791. s. Th. Hasaeum, de vera origine et significatione vocis Astartes. 997. s. Leusdenium, l. s. c. p. 312. s. Seldenum, de diis syris. pag. 139. seq. 173. 159. Vitringam, Obs. s. l. II, 241. Deylingium, Obs. s. II, XXXVI. p. 337. Witsium, Misc. p. 487. A. v. Dale, diss. de origine ac progressu idololatriae et superstitionum. Amst. 1696. p. 363. s. Movers, Phönizier. I, 289. s. Bauer, Der Prophet Amos. p. 367. Kurtz, Gesch. II, 411.

§. 64. Angelus Domini: Christus.

Periodo hac historiarum Revelationis divinae, maxime observandus est: legatus divinae maiestatis et summus Dei interpres, qui in S. S. Paginis nomine מַלְאַךְ יְהוָה, מַלְאַךְ אֱלֹהִים distinguitur[1]. Si ad locos in quibus de legato isto sermo iniicitur nos convertimus; primus reperitur Gen. 16, 7. ubi idem Agari aegyptiae in solitudine erranti innumerabilem posteritatem et filium nasciturum promittit[2]. Posthaec accidit illustris eius apparitio in convalle Mambre. E nomine divino אֲדֹנָי, quo Abrahamus utitur 18, 3., multisque aliis apparet: non angelum Dei ministrum, sed ipsummet Deum hic Abrahamo apparuisse et locutum fuisse[3]. Idem angelus Abrahamo, cum post immolatum arietem, ex eo quae ibi Dominus vidit et videri fecit, יְהוָה יִרְאֶה, 22, 14. locum cognominasset; denuo expressius iam promissa confirmat, et alia addidit iureiurando ad illa se propter tale factum adstringens[4]. Simili ratione angelum Jacobi colluctatorem, Verbum divinum, habitum quasi angeli gessisse observavimus[5]; eundem illum namque angelum Jacobus invocat, filiis Josephi in gratiam illius benedictionem exhibiturus[6]. In viso quod Moysi in dumeto ardente nec consumto obiicitur, Angelum Verbum Dei fuisse diximus[7]. Unde et Moyses Deut. 33, 16. posteris Josephi apprecatur benedictionem Illius, qui ipsi in rubo apparuerat; sed nonnisi Dei benedictionem poterat precari. Qui Moysi apparuit, idem erat[8] dux et tutor populi Israelitici, quem gratuito salutari foedere sibi consociavit, cuique inexplicabiles bonitatis suae thesauros communicavit. Coll. IV. Reg. 18, 7. s. Isai. 63, 9. s. Visio quae Josuae obtigit, prope gemina est ei quae Moysi

---

[1]) De quo cum aut nihil disputent, qui de opera historias V. T. navata enarrarunt, vel leviter defungantur, paulo diligentius erit inquirendum. Est enim digna res, quae ab omnibus cognoscatur, qui in intelligenda V. T. Oeconomia bene versari cupiunt. Patere igitur studiose lector huc facientia recolligere et accuratius expendere. [2]) Quo in loco quod. v. 10. Angelo Dei tribuitur, hoc v. 11. Jehovae adscribitur. Accedit eundem ab Agare non solum appellari. v. 13. אֵל רֳאִי, Deum visionis sed et cultum ipsi tribui divinum. [3]) V. p. 55. coll. p. 108. [4]) Vide p. 59. Quis non intelligit hoc loco angelum denuo Dei personam sustinere. [5]) Pag. 67. [6]) Cf. p. 73. Lakemacheri, Obs. phil. VI, 4. de victoria Jacobi. p. 361. s. Ceterum obiter notasse sufficiat Jacobum ita loqui, ut manifeste indicet, se angelum quem 48, 16. הַגֹּאֵל מ״ redemtorem ab omni malo vocat, Deum qui solus est auctor et dator bonorum tum corporalium, tum coelestium habuisse. [7]) P. 96. [8]) Coll. p. 109. 112.

idit [1]. Qui se pridem ante, ut principem exercitus ostendit Ange- Domini; Jud. 2, 1–3. apparet universo coetui in Bochim, di- ue se Israelitas ex Aegypto eduxisse, Moysi in monte Sinai ɜm dedisse et filios Israel in terram Chanaan induxisse. Nec s ab hoc fuit qui verbis promissisque excitavit Gedeonem ad randos Israelitas. Divinum numen denique haud dubie hu- ıa specie se patefecit sterili uxori Manue, filiumque promisit ısonem. Atque cum holocausti, quod offert Manue ex altari ascen- ɜt flamma; ascendit et ipse admirabilis nuntius, spectantibus Ma- et muliere eius, in flamma sursum fertur illaesus, ostendens ns sui ratione quis esset. Pii coniuges ex re quae acciderat, ·o quodam horrore pleni, in facies ad terram prociderunt, intel- ntes se Deum vidisse [2]. His ita positis liquet: hunc Ange- ı unitate essentiali cum Deo coniunctum et divinae ırae participem, parisque cum Deo summae potentiae ac estatis fuisse. Ideoque ipsum Deum, sed etiam visibilem ·isibilis Jehovae revelatorem, qui reconciliandi cura- ıem habet et mediatoris personam tenet [3]. Rationes e quibus

---

[1]) Par enim utriusque ratio et consilium esse existimari potest. Ut autem ı dissimiles rerum species offerantur, dissimilium rerum agendarum ratio postu- t. Josue enim cui perpetuo inter hostes versandum fuit, nudato gladio virum ıatum sibi praesto esse vidit; Moyses cui cum saevo populi ingenio et ipsis entis erat pugnandum, rubum ardentem conspexit. [2]) Supersedemus locis o allatis alios qui huc referuntur adiicere; ne certam quam ex his locis ere licet sententiam, locorum de quibus in utramque partem disceptari potest, ultatibus impediamus. [3]) Filium nimirum Dei λόγον aeternum, qui in cor- ı quodam maiestati suae conveniente, eoque non ὑποστατικῶς, sed ad tempus nto apparuit. Eiusmodi vero apparitiones filii Dei in Veteri Testamento ludia fuere incarnationis plenitudini temporis reservatae. Quapropter ne ıe eius verba Patris detrectent in antecessum cautio imperabatur. Deut. 18, s. V. p. 126. Interim candide fatemur interpretationi locorum modo allato- obsistere duas alias eorundem interpretationes: Quarum prima angelum crea- , — in hac reperiuntur praeter multos alios: I Clericus, Comm. ad Gen. 16, 13. 42. et novissime C. I. Trip, die Theophanien in den Geschichtsbüchern des T. Leiden. 1858. p. 200. 201. 207. Böhmer, in Herzogs R. E. IV, 27. s. qui angelum Michaelem sumit. — altera quam J. G. Herder, vom Geist der :. Poesie. Dessau. II, 46. s. proposuit, quamve secutus est Dathius, in ed. II. ıteuchi. Halae. 1791. p. 302. E. Meier, Geschichte der poetischen National- tur der Hebräer. Leipz. 1856. p. 482 — causam naturalem habet. Verum lus Domini non est angelus creatus, qui tantum Jehovae nomine loqueretur.

hoc theologumenon sumendem est, non solum continentur fide fere communi antiquorum tum Christianorum, tum Judaicorum Interpretum; sed etiam aperte in S. Scripturis Novi Foederis. E locis N. T. potissimum huc pertinent omnes illi, in quibus Christo ea attribuuntur, quae in V. T. Angelo Domini, visibili Dei mediatori et revelatori assignantur. Ita: I Cor. 10, 4. 9. ad Hebr. 11, 25, 26. eiusd. epist. Petri I, 1. 10. 11. aliique v. c. Joann. 8, 56. Habuerunt igitur apostoli Deum manifestum, qui sub Veteri Testamento populi electi curam gessit, pro divina persona, quae in Jesu Christo caro est facta. Praeter historias recitatas, interim in Hagiographis quoque V. T. inveniuntur loca, quibus attenti lectores

---

Sententia haec vel ideo stare nequit, quia angelus spiritus finitus est, Deus infinitus; potest subire angelus creatus Dei potestatem Exod. 20, 20. non autem personam. Angelus autem Domini α. se ipsum appellat Deum; Exod. 3, 6. β. αὐτοκρατορικῶς sibi tribuit ea axiomata quae Dei sunt; γ. qui angelum hunc conspexerunt se Deum vidisse sunt arbitrati Gen. 16, 13. 32, 31. Ose. 12, 4. Moyses denique δ. eundem, quem angelum Domini appellat, iisdem locis ipsum vocat Deum; quod ad sententiam redit: Angelus finitus est Deus infinitus. Id vero adversatur sanae rationi. Nemo negabit facillime fieri posse ut verba quae nuntius coelestis profert, in eius qui ipsum misit sermonem abeant, nulla alius iam verba referri, mentione interposita. Sed si angeli creati persona mirum quantum extenuata, Dei autem vires in eum collatae ad maximum qui concipi potest gradum evectae fuerint; nunquam assurget ad illam conditionem: ut uterque unam efficiat personam, quod quidem loci supra congesti flagitant. ε. Moyses denique et Josue, ut de aliis taceamus, usque eo dum intelligunt quocum ipsis res est, intrepide accedunt, percontantur, respondent. Verum e vestigio ubi divinum esse numen audiunt, illius sublimem maiestatem reverentur; ne attollere quidem oculos audent. „Proprium inquit s. Athanasius or. III c. Arian. p. 562. quidem angeli est Deo ministrare; verum non ista eius sunt opera sed Dei imperantis." Relinquitur igitur nulla alia sententia, nisi quae ipsum Deum apparuisse statuit. V. Kahnis, De angelo Domini diatribe. Lipsiae, 1858. p. 16. 5. Nec est Angelus Domini causa naturalis aut signum visibile, quo Deus suam praesentiam indicet. Cum multis locis ubi de Angelo Domini sermo est, causa naturalis vel signum visibile non memoretur et interdum vox Angeli illius e coelo solum audita sit, quae ratio aut auctoritas adest; communi omnium interpretum ore reclamante, ut phaenomena talia violenter textui affingantur? Sic iuxta Gen. 48, 15. Jacob Josephi filiis Ephraimo et Manassi Angeli Domini benedictiones exorat, quod quid inepti revera esset, si ille solam causam naturalem significaret solumque signum visibile esset. „*Dictis, qui eruit me de cunctis malis, ostendit* — ut recte advertit olim s. Athanasius l. s. c. p. 561. — *non aliquem ex creatis angelis sed Dei esse verbum quod in orationem consociavit. Nam cum nescius non esset illum magni consilii Angelum Patris vocari, non aliam praeter ipsum significavit, qui et benediceret et de malis erueret.*"

ad meditandum de natura Angeli Domini perducebantur. Quo referimus loca ad demonstrandum hoc gravissima: Prov. 3, 19. Sap. 7, 22–27. 8, 1. s. 9, 4. s. 10, 1. s. Eccli. 1, 1. 4. s.[1]. Unde haud mirum est, e S. S. Patribus et Scriptoribus: s. Justinum[2], s. Iraenaeum[3], Clementem Al.[4], Tertullianum[5], s. Cyprianum[6], Eusebium Caes.[7], s. Athanasium[8], s. Hilarium Pict.[9], s. Ambrosium[10], s. Cyrillum Alex.[11], s. Chrysostomum, – ut vidimus passim[12] – denique S. Augustinum professos esse: sub angeli Domini specie τὸν λόγον latuisse mediatorem. Ecclesiam ipsam huic opinioni favere, missis aliis vel ex una illarum antiphonarum intelligitur, quae O appellantur; ubi sic canit: „O Adonai et dux domus Israel, qui Moysi in igne flammae rubi apparuisti, et ei in Sinai legem dedisti, veni ad ridimendum nos in brachio extenso.“ Quare etiam Patres in synodo antiochena congregati ad Paulum Samosatenum dicere non dubitant: Angelum patris, qui ipse Dominus et Deus sit. Angelum magni consilii Abrahamo, Jacobo e Moysi in rubo ardenti apparuisse[13]. Postremo, si in traditionalem Judaeorum de hac re sententiam inquiramus, magna opinionum de Angelo Domini consensio nobis occurrit. Nam omnes fere eorum prisci doctores tenent: Angelum hunc, ceu omnis revelationis auctorem, arctissime cum Deo unitum quidem, attamen ab ipso Deo invisibili non minus, ac ab inferioribus angelis distinctum esse[14].

---

[1]) D. q. Per. III. dicemus. Quodsi distinctio personarum divinarum in iis non aperte doceatur, causa praeter alias in sapienti moderamine Hebraeorum nimis ad idololatriam proclivorum quaerenda est. [2]) Apol. I, 63. I, 149. dial. c. Tryph. §. 56. 59. 127. 128. p. 181. 201. 431. s. A. q. c. Semisch, Justin. Bresl. 1842. II, 261. s. [3]) Haer. III, 6, 2. IV, 7, 4. ib. 12, 4. p. 443. 579. 597. [4]) Paedag. I, 7. I, 131. [5]) De praescript. 8. III, 7. l. II. Marc. III, 86. ad Praxeam 15. 16. IV, 266. [6]) Testimon. II, 1—6. p. 33. s. [7]) Dem. ev. V, 10. 15. p. 268. 278. [8]) Or. c. Arian. III, 12. I, 561. [9]) De triuit. IV, 31—34. II, 94, 95. [10]) De fide ad Grat. I, 3. II, 448. [11]) In Exod l. I. de vis. Moysis in rubo. ed Aub. I, 260, s. [12]) Theodoretum interr. V. in Exod. 3. p. 121. [13]) Legitur in S. Conc. coll. ed J. D. Mansi. Florent. 1759. I, 1035—1038. [14]) Huius expositionis testes exstant: α. Isaiae capitis noni, versiculi quinti, memoratu dignissima et antiquissima interpretatio graeca LXX. interpretum β. Farrago testimoniorum e Paraphrasibus chaldaicis, in quibus מימרא דיי, et ut accuratiores volunt שכינה, verbum λόγος, sistitur: mundum creare, nomen Dei gerit, res divinas vult, decernit, praecipit. Iurat et per illud iuratur. Foedus iniit, liberavit et eduxit Israelitas ex Aegypto. Obiectum est adorationis et fidei. Quae omnia nonnisi Logo filio Dei propria

Haec, quibus si necesse esset permulta alia addi possent, ficiant; ut ostendamus theologumenon, quod Angelum Dom habet ipsum Filium Dei, vindicem et procuratorem populi el sub dispensatione Veteris Testamenti, argumentorum virtute c mendari [1].

esse novimus. P. Tillaei, de Theologia distincta V. T. Upsaliae, 1702. p. 1 Cf. I. L. Lange, Diss. de Targumim usu insigni anteiudaico in doctrina de pe Christi. Halae. 1735. §. I—XII. γ. Rabbinica monimenta quae collegit Reinke, l. i. 469. s., observata id ipsum tradere, res est apud omnes trita. Communi fere sent huic Angelo Rabbini nomen Metatronis tribuunt, מְטַטְרוֹן — ut scribit J. Bu fius s. h. v. in lexico rabbinico philosophico — quod e mente plurimorum lat est; in quo sermone is audit metator, qui ducem praeveniens loca design castra figenda sunt. Ita S. Petro Chrysologo J. Baptista „Metator Domini" S CXXVII. ed Aug. Vind. 1758. p. 186. et Serm. CXL. Angelus Gabriel pariter Me dicitur. ib. p. 201. Haec etymologia praestat illa, quae vocis originem e Sap. derivat. Cf. J. F. Meyer, der Engel Metatron. i. d. Blätt. f. höh. Wahrh Frankf. 1823. p. 186.

[1]) Patronos huius theologumeni plures si aveas s. l. adi C. de H diatrib. de proto-evang. in Thes. I, 70 s. Habichorstium, ib. p. 423. I lingii, Obs. t. II, 75. s. Vitringam, ad Jes. 63, 9. ed Herborn. 1722 1005. s. Köster, Meletemata critica et exegetica in Zachariae p. p. ' 1818. p. 68. s. Dorner, Die Lehre von der Person Christi. Stuttgart. 1 p. 422. H. Kurtz, Der Engel des Herrn, in Tholuks litt. Anz. 1846. 11· Gesch. d. A. B. I, 121. L. Reinke, Diss. de divina Messiae natura in ll. s. V adiectam Exegesi crit. in. Isa. LII, 13—LIII, 12. Monast. 1836. p. 381. U den Engel Gottes im Pent. i. d. Beitr. z. Erkl. d. A. T. Münst. 1855. IV, 355— Hengstenberg, Christologie. I, 124 s. Kahnis, De angelo Domini diat Lips. 1858. aliosque et turbam invenies.

HISTORIAE

REVELATIONIS DIVINAE

VETERIS TESTAMENTI

PERIODUS SECUNDA.

A REGIBUS HEBRAEORUM USQUE AD EXILIUM BABYLONICUM,
SIVE AB ANNO 1084—586. A. N. C.

CAPUT PRIMUM

B INITIIS MONARCHIAE USQUE AD SCHISMA

HISTORIAS REVELATIONIS DIVINAE ENARRAT.

§. 65. Samuelis munus institutionis.

Quod anima in corpore humano, id in republica est eruditio; :cli. 10, 1. s. unde quid boni ad omnes corporis civilis partes rivetur, dicere non est opus. Ceterum tam pretiosa et fidelis mani generis alumna e communi lege non aliter quam operoso ıtitutionis munere paratur. Haec autem ut ab omni tumultuantium gotiorum strepitu multum abhorret, ita vel maxime altos amat :essus et sibi sacra domicilia petit; quorum in omni republica maior usus cernitur et necessitas, quo veritate certiore hanc :ietatem non praesentis solum vitae commoda, sed altiora etiam aeterna prospicere persvademur. Scholarum in quibus He- ıeorum gens erudita est, si primas origines ponere velimus n quidem ad Patriarcharum tempora, neque Moysis, Josue et dicum; sed Samuelis referre debemus; viri qui rerum divinarum ıdiosissimus erat, et ad gloriae Dei serviendum omni cogitatione :ebatur. Hic tam illustris coelestium mysteriorum praeco – a quo Petrus Act. 3, 24. prophetarum initium ducit – ad excitandam u iacentem cum religione sapientiam, et corrigendam imprimis edam ecclesiae faciem, societates instituit „scholas propheti- ıs" [1] dictas, in quibus discipuli, filii prophetarum [2] erudiebantur.

---

[1]) חֶבֶל, cohors. I. Sam. 10, 5. [2]) II Reg. 2, 7. 15. בְּנֵי הַנְּבִיאִים, non infantes ıd homines iam adulti. Cf. Schwebel-Mieg, de proph. scholis Arg. 1833. I, 21.

Quaenam vero illorum fuerint optima studia, ex ipso horum coetuum nomine „הַנְּבִיאִים" [1] patet. Instituebantur nimirum per doctrinae sacrae communicationem, ad preces, hymnos, sinceram devotionem [2], similesque exercitationes sacras. Praeter praecepta, quae ad beatam aeternitatem perducunt, legebant et scribebant insignia providentiae divinae circa Israelem prodigia, totasque gentis historias. Musicam quoque vocalem et instrumentalem his exercitiis iungebant; nam ad nablii et tympani sonos filii prophetarum cecinisse dicuntur [3]. Sive existimemus vehementi illa emotione animi, quam concitavit svavesonantium instrumentorum numerus, animum veluti sede sua pulsum, facilius a Deo fuisse inspiratione repletum; sive malimus credere, dulci concentu musico fuisse sedatum animum, eosque affectus compositos, qui lenem illum divini spiritus imfluxum impediunt [4]. Psalmodiae temporibus Davidis laetissime efflorescentis causam, etsi non unicam et principalem, aliquam tamen in scholis prophetarum quaerendam haud ambigimus [5]. Et ita quidem divino consilio fiebat, ut scholae eiusmodi seminaria fertilissima fuerint virorum, qui apti redderentur ad extraordinarios Spiritus s. motus experiendos, dignique quibus revelationes Deus largiretur [6].

---

[1]) נָבִיא, ut apud graecos vox προφήτης a. r. πρόφημι eloquor, verba profero, a. r. נָבָא cui in lingua arabica v. e. r. copiose effudit sermones respondet (coll. Gesenii, Thes. p. 838.), interpretem alicuius significat. Exod. 7, 1. Non tamen omnes interpretes promiscue apud Hebraeos נָבִיא vocantur, — ut vult G. M. Redslob, Der Begriff des Nabi. Leipz. 1839. p. 9. 10. — sed ii tantum, qui Domini verba proferunt, Dei sunt nuntii אִישׁ אֱלֹהִים. I. Sam. 2, 27. II Reg. 4. 7. Cf. Vitringa typum doct. proph. Leov. 1716. p. 3. s. A. Knobel, Der Prophetismus der Hebraeer. Breslau. 1837. I, 102. s. H. Ewald, die Propheten des A. B. Stuttg. 1840 I, 6. s. Oehler in Herzogs R. E. XII, 212. s. Bleek, Einl. p. 412. [2]) Sine qua friget omne religiosum exercitium, nihilque habet, quo se commendet Deo; nam et ad obtinendas visiones, multum orationes illae valuerunt. Coll. Isai 30, 29. Jer. 33, 3. [3]) V. F. L. Schwebel-Mieg, De prophetarum scholis. Argentorati. 1835. II, 25. s. [4]) Cf. IV Reg. 3, 15. V. Witsii, Miscell. p. 61. [5]) Cf. J. Carpzovii. Introd. II, 97. Nachtigalli, Psalmen gesungen vor Davids Thronbesteigung. Hal. 1797. p. 3. Lowth, De s. poësi Hebraeorum. ed. Michaelis. Gott. 1770. II, 350. s. Bengel, Opusc. ac. ed. Pressel p. 4. s. [6]) Ceterum electio ad propheticum munus unice a liberrima Dei dispensatione pendebat, qui per scholas propheticas removere voluit ea, quibuscum Spiritus Sanctus convenire non poterat; et ostendere, quam grata sibi essent sincerae pietatis exercitia. Certe scholae istae adeo placuerunt Deo, ut multis ex hoc coetu prophetico arcanorum ac futuorum cognitionem indulserit. Coll. Amos. 7, 14. 15. Cf. Dale, Diss. de v. ac f. prophetia Amst. 1696. p. 198.

ıs iam ex his haberi merentur scholae: in colle Dei [1] uo post depositam provinciam iudicis concessit Samuel, ıspicio Dei amplam coronam discipulorum collegit [2]. muel – quem recte alterum dixerimus Moysem – docediscipulos, discipulos quidem suos, quorum veluti chosed et quibusdam diebus universum populum instituit, eos qui e populo ad ipsum confluebant [3]. Certe sinn dono insignem fuisse hanc Samuelis sedem legati unt; qui plures diversis temporibus ad Davidem, ob extorrem, hic vero hospitem ac in discentium nuum, capiendum missi: postquam accesissent ad excelmi sortem evecti sunt, de officio deinde redituque es. Tempore quo res Hebraeorum ad summum exerium, haecce domicilia conservata imo aucta fuisse, endum. Sed neque dubitandum, talia collegia etiam aetate non solummodo in regno Judae, quin et decem isse [4]. Resonabant valles cantu coelesti, cantumque ıstrumentorum musicorum symphonia; ut et aures sote demulcerentur, et mentes divina sonorum voluptate r. Omnino hac tempestate Galgalis, alia ac Samuelis dicitur [5], cui praefuit Elias Thesbites. Atque hinc tarum sub Achabo copia, ut quidam Abdia solus cutione, centum prophetas absconderet, quinquagenos elunca [6]. Eodem tempore quo priores, legimus et quandam scholam [7], aliam Jerichunte; quas consvealium relicturus Elias cum inviseret, integrae cohortes ıeticorum obviam procedebant. Quam vero discipulorequens fuerit posterior, vel inde facile iudicari potest; angustia loci pressos ad commodiorem sedem quaeeret [8]. His itaque imprimis discipulis adiutum Samuem tam felicem esse contigit, ut idololatriam tandem Theocratiam repurgaret [9]. Atque hae scholae, ut facile

0, 5. Hunc collem alii coniectant fuisse apud urbem Cariathiarim, alii [2]) Cf. not. geogr. p. LXIII. [3]) I. Reg. 9, 11. 12. coll. IV. Reg. oll. IV. Reg. 2, 3. 5. 4, 38. [5]) IV. Reg. 2, 1. 4, 38. [6]) III. Reg. eg. 2, 3. [8]) IV. Reg. 6, 1. 2. [9]) Cf. Nachtigall, Ueber Samuels , in Henke, Mag. f. R. T. VII, 38 s. L. Bertholdt, De ortu

credimus, sequenti aevo copiam effuderunt virorum, qui religionis et legum assertores exstiterunt acerrimi, quibusve populus israeliticus rerum sacrarum florem debet.

§. 66. Respublica Hebraeorum fit monarchica.

Cum Samuel ingravescente aetate filios suos in partem sollicitudinis ascivisset, illique degeneres avaritiae studio iudicia perverterent; populus exinde occasionem nactus est importunis votis a Samuele, ad instar aliarum nationum postulandi regem. Aegre tulit populi petita Samuel, quibus suum officium post tot tantaque merita accusari non ignorabat. Tulit tamen, et ad Deum retulit; qui iussit populi postulatis acquiescere, denuntiato tamen prius iure regis [1] seu potius abusu, ut eo audito populum voti poeniteret. Samuel populo prolixe exposuit, quam durum regimen regium sit futurum, et quid sibi reges sint sumturi [2]; nec tamen is a petendo rege destitit. Cum populus sibi regem postularet, vir quidam Beniaminita nomine Saul, שָׁאוּל, servo comite ad amissas asinas patris sui Cis quaerendas missus est. Postquam aliquo tempore per Beniaminitidem frustra oberrassent, monente servo Saul consultum abit Samuelem, ubi perditum pecus reperire esset. Propheta inquirentem honorifice excepit, de asinis repertis edocet. Divertentem ad se, intercedente iterata revelatione Dei, postridie clam aliis gutto s. olei in caput effuso in regem ungit [3]. Mox Saul, quem S. S. a iuvenili aetate, formae elegantia et staturae eminentia describit, in comitiis regni causa Masphae habitis — domi latens sed a divino oraculo proditus —, sorte rex designatus, et unanimi populi consensu approbatus fuit [4]. Sic in regimine civili maxima mutatio contigit, cum abrogato Judicum munere regia dignitas introducta fuisset, quo ipso tamen Theocratia

Theologiae vet. Hebr. Erl. 1802. p. 79. A. H. Niemeyer, characterist. Betracht. Samuels u. s. Verdienste um die Isr. IV, 30. s. Knobel, der Prophetismus der Hebräer. II, 28. s. E. Nägelsbach, in Herzogs R. Enc. XIII, 396. s. Oehler, ib. XII, 214. s. J. Schlier, die Könige in Israel. Stuttg. 1859. p. 14. s.

[1]) Non quod illud esset ius regis legitimum, sed usurpatum a vicinis gentium regibus. [2]) I. Reg. 8, 11—18. [3]) I. Reg. 9, 1—25. [4]) I. Reg. 10, 17—27.

non est sublata sed nova eam administrandi forma invaluit[1]. Solutis inde comitiis Saul reversus est in domum suam, quem pars Israelis honoris et obsequii causa deduxit; at multi illo spreto secessionem fecerunt, quam Saul caute dissimulavit.

§. 67. Regimen Saulis.

Ex humillima conditione agricolae ad israelitici regni fastigium Saulem Deus assumsit[2]. Neque tanti honoris merito Saul caruit, cuius istud est ab ipso Samuele elogium: videtis quoniam non sit similis illi in omni populo. I. Reg. 10, 25.[3]. Cum Saul[4] aliquamdiu optimi principis partes implevisset[5], coepit posthabitis monitis Samuelis proprii iudicii impulsu regni stabilitatem quaerere. Hinc factum ut divinos, quos ex unctione perceperat sensus[6] paulatim mitteret, ac tandem eo perveniret, ut ipsius etiam Domini

---

[1]) Peccasse Israelitas, dum Θεοκρατίας taedio regem expeterent, verba Domini cui hoc vehementer displicuit, I. Reg. 8, 6—8. nos docent. Quod non quidem ita intelligendum est, ac si status regius Deo displiceret; cum status ille, si modo vitium aliunde non accesserit, nihil quod legi divinae repugnet habeat, isque populorum indoli ita attemperatus sit, ut commode nisi sub regibus vivere nequeant. Nam exinde, quo dignitas regia inter Hebraeos constituta fuit, civitas hebraica non solum firmitate interna invalescere coepit, sed etiam apud exteros in auctoritate eaque graviore esse. Praesertim autem regnantibus Davide et Salomone, tanta fuit rerum publicarum prosperitas, tanta inde orta civium incolumitas, ut illius memoria nulla vel atrocissima calamitate deleri potuerit. Sed Israelitae in ratione et modo peccarunt, quo regem poscebant, ita ut ipsum Dei in hac gente regimen reiicere viderentur. Petitio haec cessit in contemtum divinae gubernationis. Coll. p. 129. Iniqua autem liceat esset populi postulatio, potuit tamen Deus salva iustitia in eam consentire; eo quod regis constitutio in se spectata nihil vitii habeat, Israelitae vero tantum in modo petendi regem peccaverint. [2]) Est quippe divinae providentiae proprium: pedum in sceptrum, lodicem in purpuram convertere, et elevare de stercore pauperem, coll. Ps. 112, 7. ut solium gloriae teneat. [3]) Saulus vir integer, eas habuit animi dotes, quibus facile videatur, si privatus semper mansisset, bonus aliquis futurus civis: idem vero haud constanti firmoque praeditus ingenio, cum regiam adeptus esset dignitatem, splendidiorem illam vitae rationem et perniciosam adulatorum laudem perferre non potuit. Ac de ipso quoque dici posset, quod de Galba dictum: maior privato visus, dum privatus fuit, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset. Tacitus, Hist. I, 49. ed. Londin. 1754. III, 26. [4]) Qui ab anno 1084—1045 a. C. sive coll. Act. 13, 21. annis quadraginta regnavit. [5]) Coll. I. Reg. 10, 27. 11, 7. 12. 13. [6]) I. Reg. 10, 9.

mandata sperneret [1]. – Post mensem a coepto regimine Saulus urbis Jabes Galaad [2] obsidionem factam ab Ammonitis [3] solvit. Ammonitas tanto impetu aggressus est, ut partim caesos partim fugatos penitus dissiparit [4]. Hac victoria magna reddita est Saulis auctoritas et populi favor [5]. Samuel autem hoc populi favore opportune usus, populum ad comitia Galgalensia invitavit, quibus regimen Saulis plenius confirmaretur [6]. In his Samuel, a nullo unquam Israelita cupiditatis aut iniuriae convictus, innocentiae suae testem Dominum et regem invocavit, atque sermone apologetico [7] ostendit: Deum quidem, quae suarum essent partium regem constituendo explevisse; reliquum proinde esse, ut Domini dicto se obedientes praestarent ut et in se, et in regem largam divinae benedictionis munificentiam deducerent. Nunquam se destiturum quin pro illis preces impenderet, pollicitus est. Galgalis omnibus domum suam reductis, primus initi a Saule regiminis annus evolutus est. Anno regni secundo Saul regio se cinxit satellitio [8]. Selectis ter deinde mille viris movit contra Philisthaeos [9]. Israelitae et animo et armis destituti in speluncas et montes confugiunt. Saul neglecto mandato Dei [10], videns populum a se fuga dilapsum, morae impatiens, non adexspectato Samuele sacrificia ipse immolavit. 13, 10. Vix sacra fecit, adest Samuel et occurrentem sibi regem redarguit, stulte eum gessisse monstrat, ipsique regnum haereditarium futurum non esse, sed in alium transferendum denunciat [11]. Hinc Samuel et Saul una cum sexcentis viris [12] de

---

[1]) I. Reg. 15, 3. 9. [2]) V. p. XCIV. [3]) Duce Naaso, qui miseris incolis non aliam pacis conditionem obtulit, quam durissimam servitutem, ipsa dexteri oculi effossione subeundam. [4]) 11, 1—11. [5]) Populus novi regis virtute motus ad supplicium trahere volebat illius contemtores, et certe fecisset nisi ipse Saul restitisset. [6]) I. Reg. 11, 12—15. [7]) I. Reg. 12. descripto. [8]) 13, 1. De difficultate quae oritur e cap. 13. v. 1. 13. videndi: Harduinus, Chronologia V. T. p. 531. L. Reinke, diss. Die Schwierigkeiten und Widersprüche m. Zahlenangaben i. d. B. d. A. T. quae inserta est I. Beitr. z. Erkl. d. A. T. Münst. 1854. p. 131—133. C. Becker, eine Karte der Chronologie d. h. Schrift. Leipz. 1859. p. 4. s. [9]) Jonathas, qui parti exercitus praeerat Philisthaeorum praesidiarios Gabaa depulit; quo accepto nuntio populo excutiendi tandem Philisthaeorum iugum spes facta est, unde in Galgal omnes ad Saulem confluxere. Neque interim Philisthaei sibi immorandum rati, numerosissima castra prope Machmas locant. [10]) Qui ipsum iussit septem diebus exspectare Samuelem, donec ille divino edoctus oraculo quid agendum esset decerneret, hostiasque offerret. [11]) 13, 10—15. [12]) Isti e tota copia congregata remanserant.

Galgala Gabaam perrexerunt; iisque instantes Philisthaei etiam astra ad Gabaam transtulerunt[1]. Jonathas autem cum armigero uo Philisthaeorum castra ingressus ingentem stragem edit. Quo iso Saul quoque cum exercitu, aucto etiam illis qui prae timore aulo antea dilapsi fuerant, advolans plenam de Philisthaeis victoiam reportavit[2]. His victoriis et rebus plurimis adversus Moabitas, dumaeos, aliosque per circuitum hostes Hebraeorum gestis factum st, ut abhinc non temere quisquam Israelitas lacessere auderet[3]. familia quoque felix Saulus trium filiorum, duarumque filiarum ater fuit. Erat adhuc poenitentiae locus, et supplicium pro prima ulpa non tam inflictum quam intentatum; verum ob novam conmaciam, quam sub specie religionis et boni publici dictavit cupilitas – spoliorum opimorum – et ambitio – triumphi –, poena enovata et stabiliter a Deo confirmata exsecutaque fuit, non tanım temporali sed et spirituali interitu[4].

---

[1]) I. Reg. 13, 15—23. [2]) Fugientibus Saul insistens diris Israelitas devoverat, ui tota ea die, ante deletos hostes quidquam cibi gustare essent ausuri. Jonathas re praeclare gesta, qui inscius patris edictum exsecratione firmatum — virga mellis aliuid de favo in silva forte occurrente carpens — transgressus fuerat, mortis discrimen subiit, e quo populi intercessio tam egregium iuvenem, victoriaeque auctorem capite plectendum iniuste existimantis eripuit. I. Reg. 14, 1—45. [3]) 14, 47. 52. [4]) Quod ita evenit. Deus Samuelem prophetam ad Saulem misit, quem provocaret ad expeditionem contra Amalecitas — eo quod Israelitas per desertum migrantes primi fuissent hostiliter aggressi v. p. 109. — suscipiendam, totamque horum gentem, ne pecoribus quidem exceptis, funditus delere iuberet. Quibus mandatis ad se delatis, Saul magnum exercitum coegit, cum eoque in Amalecitas profectus est. Cum ad eorum civitatem pervenisset Cinaeos, — v. p. XX. qui Israelitas ex Aegypto adventantes liberaliter exceperunt — ex hostium finibus iussit discedere. Quo sine ulla mora facto in hostes irrupit, eos devicit et qui fuga salutem petiverunt, usque ad Sur persecutus, occidit. Cum tamen contra mandatum Domini victoriam spondentis, regi amalecitico nomine Agago parcere constitueret; et populo consentiente praedam opimiorem reservaret, anathema in Amalecitas pronuntiatum violavit. V. p. 159. Haec dum a Saule aguntur, Deus Samueli ostendit, dolere se quod Saulem regem constituisset, propterea quod ab ipso deficeret, neque imperata perfecisset. — Palam enim ostendit animum levem et profanum mandatisque divinis non ita ut decebat morem gerentem, et se regno indignum reddidit. — Magno ex hac re dolore Samuel affectus totamque per noctem Deum precatus, prima luce in Galgala ad regem contendit, quem invenit de primitiis praedae holocaustum offerentem, et cum satisfecisse divinis praeceptis videret simulare eum; perceptis ipsis gregum armentorumque vocibus mandatum Dei neglectum Sauli exprobrat, atque irati Numimis sententiam de reprobatione et familiae eius

§. 68. De initiis Davidis.

Davides [1] natus est Bethlehemi modica urbe Judaeae [2], patre Isai Judaeo [3]. Fuit qua corpus spectes, egregius iuvenis, formosus, mirifice agilis et robustus [4]; qua animum, dotibus excellentibus praeditus, sed et a pueritia sincere pius erga Deum, ideoque in omnibus negotiis susceptis felix. Pascendis gregibus operam navavit, eminebat arte lapides funda accurate proiiciendi, nec non arcu iaculandi. Idem musices fuit peritus, fidibus svavissime canens, eaque re mox inter multos notus et clarus [5]. Non bene [6] Davidis ingenium norat Isai, quem ubi Samuel post reprobatum Saulem indicasset, ex eius domo aliquem in regem ungendum fore, indignum putabat, qui Samuelis oculos subiret. Sed Davidem regnare Deo visum est, atque ideo non cernens inter septem illos regni capacem, requisivit propheta ex patre: annon alia adhuc ipsi mascula esset soboles? Illo annuente petiit ut accerseretur. Quo a grege veniente, simul ac conspexit Samuel Davidem, – f. 15-17 annorum – Dei instinctu eum in regem unxit. Olei s. quo caput illiniebatur vis divina mox animum Davidis replevit [7]. Aversatus

---

a successione exclusione in ipsum pronunciat. Cumque nihil minus haberi vellet rex, quam inimicus Dei aut religionis, sacrificiis destinata esse pecora causabatur! At Samuel rebus et verbis convictum graviter vituperat, et meliorem esse ait obedientiam, quam victimas. Exinde Saul prophetam ad se redire abnuentem, iamque abitum parantem manu pallio iniecta retinuit; non ignarus quanti pro conservanda sua apud populum auctoritate referret vel externa Samuelis assistentia. Reversus Samuel Agagum adduci iussit, eumque manu propria ante altare Dei in frusta concidit. Quo facto a Saule rege in perpetuum discessit I. Reg. 15, 1--35. Peccatorum suorum conscientia cruciatus Saul, a Deo relictum se putans, atque timens ne e praedictione v. 23. aliquis ipsum regia dignitate privaret, homo miserabilis quotidie in peius ruebat: energumenus factus est i. e. a daemone obsessus et intus exagitatus. Ita s. Augustinus, de div. quaest. ad Simplician. II, 4. VI, 131. 134. Gregorius Mor. l. XVIII. c. e. p. 558. Theodoretus, int. 38. e. c. p. 380.

[1]) דָּוִיד et דָּוִד, Δαβίδ, Matt. I, 1. eiusdem significationis cum gr. Agapetus l. Carus. [2]) V. p. LIX. s. [3]) I. Reg. 16, 3. s. Ruth. 4, 17. s. [4]) Siquidem inermis occurrens leonibus, atque ursis illos aut suffocavit elisis faucibus, aut manibus in frusta discerpsit, quae res non minus roboris ac audaciae exigebat. [5]) I. Reg. 17, 34. 36. 16, 12. 15. 16. 18. coll. Ps. 17, 34. 47, 3. [6]) Ut apparet e c. 16, 11. [7]) „Implet namque citharaedum puerum et psalmistam facit." Greg. Magn. in Evang. II, 30. p. 1580. Inspiravit praecipue prophetiae donum et raram quandam

post tempora haec Spiritus Altissimi consortium Saulis, et occupante ipsum spiritu maligno, svasere medici nervorum oblectamenta in curationem; musicam videlicet quae furentem sedaret animum, et sua quasi sede commotum ad integrum statum reduceret. Quaerentibus vero praestantiam musici, servis commendatus est Davides. Itaque accersitus in aulam regiam, cytharam pulsando daemonem abegit [1]. Placuit regi arte artisque effectu, et cum liberali facie atque ingenio usus fuerit Davides, fit armiger regius [2].

§. 69. Davidis pugna cum Goliatho.

Philisthaei [3] cum essent homines superbi et bellica gloria nobiles, ne diu paterentur nomen suum [4] ludibrio esse, adversus

---

in canendo et ad numeros componenda carmina peritiam, deinde virtutem et fortitudinem, qua mirifice vir ille tantus in varia fortuna excelluit. Interim haec unctio Davidi non regnum dedit, sed regno illum destinavit. Nec dubium quin post haec Davides iterum pascendis gregibus occupatus fuerit. Ad rusticum opus et pastoritiam curam remissum inde plane verisimile, quia Samuel diligenter cavere voluit, ut haec quam occultissime fierent — 17, 28. coniicere sinit nec fratres inaudiisse quid —, ne emanarent in vulgus, et ad Saulis aures pervenirent, a cuius furore et tyrannica rabie pericula maxima vitae Davidis et saluti totius familiae metuenda erant.

[1]) I. Reg. 16, 14. Musicae svavitas levat aegritudinem, atque mitigatis affectibus per quos in animis nostris se diabolus insinuat, et furore pulso quo in humanae salutis perniciem daemon abutitur, eidem praecludit aditum, nec quietam in corpore sedem sinit. — Qua de re non pauca et pulchra habet Bochartus in Hierozoico II., 44. e. c. p. 461. sq. — Ceterum facile concedimus C. Sanctio — Comm. in IV. ll. Reg. Antv. 1624. p. 327. — non esse hoc totum opus numerosae melodiae, sed aliquid tribuendum verbis, quae in numeros aptavit egregius Psaltes, ex quo unctus et Spiritu s. afflatus fuit. Et hoc quidem eo magis, cum constet nullis sonis naturalibus quantumcumque modulatis id convenire; e contraria parte daemonum insidias fortissime vinci verbis, quibus saepissime ex ipsis Psalmis sumtis, ad malos spiritus pellendos utitur Ecclesia; quae proinde in Davidis quoque ore, quod Dominus suarum revelationum organum esse voluit, plurimum valuerunt. [2]) 16, 21. Quod tamen munus coll. 17, 35. nunquam exercuit, — cum e tali functione plures essent — quia antequam bellum a Philisthaeis ingrueret, iam ille ad patriam et pastoritium munus reversus fuerat. Remotus ab aula, vultum, vocem, corporisque habitum immutavit. Unde post permissam Davidi facultatem cum Goliatho congrediendi, quaesivit Saul ab Abnero belliduce, quisnam iuvenis ille esset, cui Abner nescire se respondit. Mirum quomodo Saul secus armigerum suum non agnoverit? [3]) Ab Israele caesi iuxta I. Reg. 14. [4]) Non solum apud Hebraeos sed et apud vicinos populos

Saulem arma sumserunt, coactisque copiis suis Sochone [1] castra posuerunt. Idem fecerunt Saul et Israelitae aciem contra Philisthaeos instruentes. Media inter duo castra [2] decurrebat vallis committendo bello opportuna, in quam quotidie e Philisthaeorum castris erumpebat vir quidam, et mole corporis et explorato iam pridem robore terribilis, nomine Goliath [3]: Ut fortissimum quemque ex israelitica gente ad certamen singulare lacesseret, quo bellum in compendium mitteretur [4]. Israelitis trepidantibus adspectum viri armatura sua mirum quantum defensi, notissimique herois, obtulit se obeundae fortunae Davides [5]. Impetrata aegre permissione regis, deprecatus erat Davides arma regalia ut incommoda. Impediri se, non adiuvari armorum pondere sentiens, iis positis, sumto baculo et funda, appropinquat giganti. Non anceps nec difficilis lucta, – ubi partem tuetur Deus – sed exitu ob virium inaequalitatem admirabilis [6]. Lenem elegantemque iuvenem intuitus Goliath, miratus est novum pugnandi modum. Sed immane corpus quo grandius, eo magis patuit lapillo. Inito namque certamine mutuis conviciis [7], cum Goliath iam in eo esset ut Davidem propius aggrederetur; praeoccupavit congressum Davides, manuque in peram immissa, depromtum inde lapidem funda eiecit ea vi et dexteritate, ut casside fracta in fronte Goliathi lapis infigeretur, et hic pronus in terram concideret. Davides hoste prostrato insistens, abrepto ipsius gladio cervicem praecidit. Animus inde Israelitis, fuga hostibus; hos

---

[1]) Regione Judaeae. [2]) Quae in montibus ex adverso consederant. [3]) גָּלְיָת. [4]) Huiusmodi duella futuri proelii praeludia erant, exitus vero eorum felices, obtinendae potius quam obtentae victoriae omina. Goliatho libere israeliticis copiis insultanti, nemo obviam procedere ausus est; unde diutius duo exercitus coram positi in castris se continuerunt. I. Reg. 17, 1—10. [5]) Sub hoc tempus a patre missus ad castra ut fratres inviseret. Ignominiam Hebraeorum facile se ulturum palam dicebat. Temeritatis tamen illum et audaciae suae frater natu major Eliabus redarguit. Eadem tamen Davides quin identidem repeteret, se continere non potuit; et inventae timentibus exitum rei committere, parta victoria ex urso se probavit. [6]) 17, 11—40. [7]) An inquit canis sum, qui me baculo invadis, accede iam carnes tuas avibus et feris agrestibus dabo devorandas. Davides nihil istis minis territus, qua erat in Dominum spe, non satis sibi habet, unum sternere Goliath; sed etiam sperat futurum, ut dissipentur castra Philisthaeorum et eorum cadavera vultures alant, et alias coeli volucres. Immota in Deum fiducia armatus, aliis armis non egebat!

victores caesis triginta millibus magnis clamoribus usque ad Accaron insecuti sunt [1].

§. 70. De Davidis fuga a Saule et persecutionibus.

Sublato Goliatho Davides Israelitarum – servatae gloriae et detersi opprobrii memorum – favorem sibi demeruerat. At nullum e memorabili isto facinore sibi peperit augmentum gratiae regiae, sed fundamentum odii internecini. De vita eius actum fuisset, nisi Jonathae industriosa et fidelis amicitia, aliorumque caritas et hospitalitas salutem Davidis in tuto collocassent [2]. Ab hoc

[1]) I. Reg. 17, 41—50. Caput Goliathi per plures civitates, quas victor exercitus transibat circumtulit. Davides tandem Hierosolymae nobile illud trophaeum reliquit; ut Jebusaei qui arcem Sion etiam tunc obstinate tuebantur, ex hoc discerent se quoque eodem duce, eadem arte expugnari posse. 51—54. Uti revera accidit. coll. II. Reg. 5, 7. Gladius Goliathi I. Reg. 21, 9. Nobae in sacro tabernaculo depositus fuisse narratur. S. Patres: s. Ambrosius, de officiis minist. I, 35. 177. ed. c. p. 79. s. Joannes Chrysostomus, in hom. de Davide et Saule III. pag. 777. S. Augustinus, enarratione in Ps. 143. IV, 1864. sermone XXXII. de Golia et David. V. a. p. 196. s. s. Gregorius M. Moral. XVIII. 16. p. 566 et XXXIV. 12. p. 1125. s. Bernardus, Sermone dom. IV. p. Pent. III. a. p. 422. s. pugnam Davidem inter et Goliathum, allegorice de victoria daemonis per Christum exponunt. [2]) Parentem Saulem et filium Jonatham dissimillimo ingenio fuisse oportet, prior laudem et victoriam Davidis suam sibi iniuriam et ignominiam duxit, posterior Davidis laudem perinde accepit, ac si ad se totum illud pertineret, cui abhinc erat devinctissimus amicus 18, 1. quem diligere coepit ut animam ipse suam. Nimirum procul dubio etiam antea Davidem noverat, cum hic musices vi Saulis morbum propulsaret, sed vero ubi tantam cerneret fortitudinem cum pietate coniunctam, flagranti eius amore incenditur et non minus in Davide, quam Davides in Jonatha vixit *„una utrique videbatur anima duo corpora ferens."* Gregor. Naz. in or. fun. Basilii. XLIII. 20. I, 786. — Prout in aliis plurimis rebus Israelitae prae suae aetatis gentibus longe multumque excelluerunt, ita nitidissimo hoc exemplo amicitiae! — Saul vero auditis plausibus foeminarum Davidi ab expeditione reduci praecinentium: Saul percussit mille et David decem millia, offensus exinde odio illum persequi incepit. Et cum iam a tempore minacis Samuelis vaticinii de regno transferendo ad alium, non sine dolore ac formidine cogitaret Saul; illud tantummodo in posterum reliquum videbat, ut illi a toto populo, qui cantatricum verba triumphalemque cantum adprobavit regnum traderetur. ib. 2—9. Quocirca quando graves has cogitationes et furoris plenas, agente spiritu nequam etiam verbis funderet, pulsantem coram se musicum instrumentum Davidem, hasta quam prae manibus habebat transfodere tentavit. ib. 10—12. Declinato a Davide feliciter ictu, et in posterum sibi ab eo magis timere coepit. Cognovit Saul, Deum adiutorem

demum tempore rex Saul Davidem accuratius notare, et propius nosse coepit. Ut honestam odio suo atque invidiae speciem praetenderet, Davidem praeficit mille militibus, eumque ablegat ad frequentes expeditiones bellicas. Discedenti vero, ut praemii spe discrimina vitae alacrior subiret, nuptias cum Merob filia sua natu maiori spopondit, sperans fore ut, ubi in certamine pro suo munere ac fide continenter versaretur, pro belli fortuna varia, aliquando caderet. Saulem spes fefellit, quod David prudentior et virtute sua nihil tentaverit, nihil susceperit, quod non fuerit egregium non tantum, sed et prosperum. Verum admirare sodes ingenium! Adveniente solenniorum coniugii die, Saul regales filiae suae nuptias, promissum victori proemium denegavit [1]. Sicut vero anima Jonathae amorem in Davidem concepit, sic etiam anima sororis eius Michol; quod quidem Sauli non displicuit, non quod Davidi bene cuperet, sed quia occasionem quaesivit, qua illum callide perderet. Nuptias illi se concessurum significavit, modo centum caesorum Philisthaeorum praeputiis, quasi dote, tantum honorem promereretur. Arbitrabatur istius conditionis implementum fore exitiale Davidi; cum scilicet talis amputatio a Philisthaeis pro contumelia haberi et summa vi vindicari debuit. Sed contra accidit, Davides conditione accepta, sine ullo suo aut suorum discrimine duplicavit dotem, et brevi ducenta hostium praeputia ad regem deferens, nuptias ab illo licet invito [2] impetravit. Michol vero magis post nuptias in Davidem augebatur affectus, plus valuit coniugis amor, quam patris observantia. Cum ab illa spe prorsus excideret Saul, factum est, ut multo magis cresceret invidia et suspicio meticulosi regis. Adspexit posthaec Davidem ut insidiantem imperio suo, itaque ipsum perimendi orditur consilia. Simul ac caedem in Davidem meditatus erat, illam perpetrandi quaerit

---

Davidi fuisse: animadvertebat enim se lanceae ictu eum transfigere non potuisse, a quo tamen neque per valorem, quia inexpectatus, neque per prudentiam quia non praevisus inferebatur, tutus esse poterat.

[1]) Imo oblatam illi et debitam uxorem alteri viro Hadrieli dedit. Qua re Davidi singulari perfidia iniuriam intulit cuius vindictam tamen David Deo commisit I. Reg. 18. 13 – 19. coll. II. Reg. 21, 8. [2]) I. Reg. 18, 27. Ne tam aperta inimicitia, Saul odium populi penitus in se concitaret.

occasionem; et nisi obstitisset tutela Dei suppressus fuisset Davides[1]. Quo proprius autem ille accesserat regi, eo magis pro ipsius laboravit salute, semper fausto cum successu. Non tamen ideo permulsit odium Saulis, qui nihil remisit de sanguinolentis consiliis[2].

[1]) Non iam astu hostiles manus sed domesticos instimulat adversus Davidem. Alloquitur I. Reg. 19, 1. Jonatham et omnes servos, quorum expertus fuerat virtutem et illis magnopere commendat suam vicem; ut doleant et omni studio Davidem, quem suis consiliis adversarium vocat, exstinctum curent. Sed in suscepto proposito Davidem enecandi, Jonatha auctore remotus est; placavit Jonathas parentem Davidi illumque de meliore parentis animo edocuit. v. 2—7. [2]) Brevi post reviviscente cum Philisthaeis bello, Davides magna illis caede illata, ceteros in fugam vertit 19, 8. Saul vero morbo consveto agitatus, Davidem psallendo rabidum sedare conantem rursus hasta confodere tentavit; quam cum Davides, corporis flexu mature declinasset, elusit iterum petitionem illam. Sed quia cum inimico et furioso rege commorari parum ratum putabat, illa nocte aula excessit et in suam domum se recepit v. 9. 10. Misit quidem Saul homines, qui domum eius observarent, ut sequenti die supplicio afficeretur; sed Michol eius uxor certiorem fecit Davidem de praesentissimo mortis periculo in quo versaretur, propter quod ei hac ipsa nocte fugiendum esset, illumque dimisit per fenestram. Ita Davides Micholis arte 13—17. fuga salvus elapsus, Samuelem in Rama adivit, narratisque prophetae omnibus, quae acciderunt ambo ad prophetarum coetum diverterunt. Verum nec apud prophetam latuit. Saul certior ea de re factus satellites capturos Davidem misit, qui tamen simul ac limina prophetarum attigerunt, insveto oestro abrepti sunt; idem secundis a Saule missis, idem demum ipsi Saul accidit. Rex in eo coetu mutatus, Samuelis et Davidis immemor, missis omnibus aliis, in similes affectus raptus hymnos cum discipulis prophetae cecinit. 21—24. Cf. Deylingii, Obs. sacr. III, 93. s. — Occasione huius periculi, e quo Davides se feliciter explicuit, cecinit Ps. LVIII. In finem ne disperdas David! — Non putabat Davides tutum sibi manere eo in loco, quem iam notum sciebat esse Sauli, a cuius manibus elabi non sperabat, nisi vis aliqua coelestis et maior intercederet. Unde hinc aliorsum se contulit et cum fugae locum maxime celatum esse expediret, illum tamen Jonathae cuius fidei atque amicitiae credebat omnia, occultum esse noluit, apud quem et de patris inclementia conquestus est. Jonathas lenioribus verbis amicum solatus, aeternam amicitiam promittit Davidi; optat talem Davidi sortem indulgeri, et tales in regno eventus, quos primo regni tempore priusquam deficeret sortitus est Saul. Promissione iurisiurandi persancte confirmata petit, ut si fidem praestiterit religiose interpositam et Davides ad regnum parentis sui loco pervenerit, ipsum quamdiu vixerit suamque familiam amice complecteretur; precatur ut Deus ultionem sumat de iniuriis Davidi illatis, et talia Davidis hostibus inferret, qualia ipsi detrimenta Davidi creare moliebantur. 20, 1—24. Oratio Jonathae facile persvadet ei ignotam non fuisse unctionem Davidis. Jonathas festo neomeniae parentis sui in Davidem animum explorat, cumque cognovisset, quod eum caedi destinaverit, urget Davidem ut statim ex eo loco discederet; precatur illi pacem, et petit ut meminerit pacti, quod sempiternum antea esse voluerunt. Uterque alterutrum deosculati collacrimarunt, sed Davides

§. 71. Varia exilia Davidis.

Exterritus sic metu insidiarum Davides, nullum inter suos sperando subsidium statuerat non amplius sibi cum Israelitis esse vivendum, dum in vivis ageret Saul; a quo non sine causa metuebat omnia, neque credidit in eius ditione aliquem fore locum vacuum a periculo. Quocirca proficiscebatur ad Philisthaeos[1], apud quos quasi alienus ab israelitico genere et professione viveret; cum tamen verus esset Israelita, et nemo illo melius et constantius Domini sacra observaret. Vix evasit ibi periculum capitis, – a quo singulariter liberatus est[2] – egressus e regione

---

vehementius, quod videret sibi deserendam esse patriam atque cognatos, et ad externas regiones, ad quas non pertineret Saulis imperium, esse transmigrandum. I. Reg. 20, 25—43. Cum primum David a Jonatha discessit, solus sine victu et armis viam instituit Noben, ubi tunc erat s. tabernaculum, cui praeerat Achimelech pronepos Heli ex familia Ithamaris; a quo ad victum necessaria postulavit. Achimelech miratus est, quod eo vir tantus appulisset, sine satellitio aut ullo comitatu, qualis chiliarchum atque regis generum decebat. — Coll. Matth. 12, 3. Marc. 2, 26. Luc. 6, 4. videntur tres quaterve fidi prae ceteris Davidis domestici per Jonatham moniti illum secuti esse. — Cuius interrogationi respondit Davides: datum esse sibi a rege negotium, quod nullam moram pateretur et oportere maxime omnibus celatum esse, festinanter se esse ab urbe profectum, neque armis neque commeatu providisse, propterea se utraque ab Achimelecho petere. 21, 1—9. Verum in tantum Davides dixit, ubi regiis se negotiis occupari affirmat; dum enim fugit regi inservit, cui sic occasionem tanti delicti committendi eripit. Fugit non ut delictorum, sed ut beneficiorum poenas effugiat. Davides gladium gigantis Goliathi a sacerdote poscit, et pane sacro vescitur; quia gladius praeterea nullus ad sui defensionem, nec panis alius ad sui sustentationem aderat. Licet omne studium adhibuerit Davides, ne cui fugam suam proderet; evitare tamen non potuit, quominus quidam Doeg, homo pessimus, Idumaeus, princeps praefectus pastorum Saulis illum videret et quid tunc rerum fieret observaret. Iste narrata regi Sauli hac Achimelechi humanitate, exitium capitale in illum ceterosque sacerdotes induxit. 22, 6—23. Cf. e. Ps. LI. Unicus tamen Achimelechi filius Abiathar salvus ad Davidem evasit, cui cum sortem sacram secum attulisset, non exiguo fuit usui in dubiis quibusve rebus. Est hoc specimen teterrimum quam suspiciosus et immanis tyrannus fuerit Saul!

[1]) Achisum Gethaeorum regem. [2]) Propositum enim sumsit temeritatis et audaciae plenum; cum ad Philisthaeos, quos multis antea attriverat cladibus se reciperet. Mox ac Davides pedem in urbe posuerat, agnitus a Gethaeis verebatur, ne cladium memoria ignominiam in eius capite expiandam svaderet. Subito consilium iniit liceat minus decorum, opportunum tamen: insaniam simulandi atque omnia in se ipso edidit furentis et amentis indicia. Hoc consilium ei optime

Philisthaea, alias latebras sibi quaesivit in spelunca quadam civitatis Odollam [1], ad quam conveniebant etiam fratres eius et cognati [2], atque quadringenti viri [3], qui Davidem [4] ducem sequebantur. Sed nec hoc loco diuturna mora. Relicta spelunca, cum carissimis sibi tetendit ad regem Moabitarum [5]. Impetrato a rege commorandi [6] spatio, benignam expertus est hospitalitatem, usque dum svadente propheta Gad, ut moabiticum praesidium desereret, Palaestinam repeteret [7]; etsi necessarium erat eum sic multo maioribus discriminibus exponi. Redit igitur in Judaeam, Ceilaque urbe a Philisthaeis hostibus liberata, ibi constituit sedem [8]. Verum nec istud in longum. Monitus a Deo [9]

---

iussit. Nam rex Achis graviter in eos indignatus, qui insipientêm et furiosum hominem adduxissent, Davidem procul arceri iussit. Davides hoc modo conservatus ab eo discessit. 21, 11—15. Ad hoc vitae tempus referendi sunt: Ps. 33. et 55. quibus auxilium Domini sibi praestitum celebrat, et illius erga suos curam magnifice praedicat.

[1]) I. Reg. 22, 1. [2]) Qui timebant sibi ne Davidis causa perirent. [3]) Viri quos angusta fortuna, potentiorum iniuria, aeris alieni magnitudo ac denique moeror cordis premebat; qui res adversas patiebantur, nec poterant amplius locum dignitatemve suam domi tueri, quos tamen nunquam passus est Davides in cives suos grassari, sed in populi hebraei hostes convertit. [4]) Cuius iam nota erat militaris virtus atque prudentia. [5]) Quibuscum per Rutham aliqua cognatio intercedebat. [6]) 22, 3—5. [7]) Regis tutelae fideique parentes commendat, quibus in Bethlehem vitam non putavit fore pacificam, quamdiu Deus non aliter de rebus suis instituisset. Cum Davides in Moabitide versaretur coll. I. Par. 12, 1—22. advenerunt ducenti e primis praestantissimisque bellatoribus partim tribus Judae, partim tribus Beniamin, e quibus etiam mox constituit principes armarum suarum. [8]) Cum nossent Philisthaei a Saule discesisse Davidem, cuius sub auspiciis videbant Hebraeis omnia fauste accidisse, ausi sunt rursus Hebraeorum fines praedabundi repetere, quare acies suas effundebant in eam partem tribus Judae ubi erat sita urbs Ceila. Jos. 15, 44. Ceilaitae cum a Saule nihil sperarent remedii ad Davidem confugiunt, cuius animum audacem et dexteritatem in re militari noverant. Ostendebant socii rem esse minus e suo aut suorum usu, si in urbem Philisthaeis proximam proficisceretur; sed Davides qui consulto Domino didicerat se fore victorem nihil cunctabatur, statim eo se magnis itineribus sustulit: ut ostenderet se semper civibus suis bene velle, quamvis a Saule male haberetur. Respondit eventus; nam Philisthaeos vicit, pecudes illorum abduxit et Ceilitas ab obsidione liberavit. 23, 1—6. [9]) Multo tempore ignorabat Saul ubinam spatium ageret Davides, cum vero accidisset hoc Ceilae latum subsidium, eodem copias perduxit, ut obsideret Davidem, quem moenibus clausum evasurum mortem non putavit. Non latuit hoc Davidem, coepit ideo mature sibi ac suis prospicere. Interrogavit per Abiatharem oraculum divinum, an quod rumor disseminarat, venturus esset Saul in urbem? et an Ceilitae post operam illam tam fidelem, utrum memores tam recentis beneficii ipsum essent inimico regi tradituri? Ad utrumque Deus affirmando respondit.

Ceilam extemplo reliquit, ne Sauli urbem obsessuro traderetur, et cum sexcentis viris, quos habebat laboris atque fortunae socios, vagus et profugus incertis sedibus errabat [1]. Ziphaei, in quorum silvas se praesidii causa abdiderat Davides, adeunt Saulem, ut descenderet cum idonea manu militum ad intercipiendum Davidem; nec de eventu, etsi is ultro citroque commearet, dubitaret. Quod ubi a Ziphaeis [2] accepit Saul, miserabili animo retulit gratiam; post ipse ad desertum Maon [3] convolavit. Neque id latuit Davidem, qui mox e locis campestribus ad montem conscendit; in eum igitur Saul totam aciem corripuit, quem sic accessit prope, ut tantum montis moles utrumque divideret. Davides iam de se actum esse credebat; sed ubi humanae defecerant vires et nihil solertia praestare poterat, adfuit Deus, qui cuncta Saulis consilia mittendo armatas Philisthaeorum manus turbavit. Tum vero Saul cum urgeret bellum, relicto Davide, quem se manu tenere iam arbitrabatur, aciem abduxit Philisthaeis eam oppositurus, et sic locum reliquit a milite et timore vacuum [4]. Spatio igitur ad fugam dato e deserto Maon migravit Davides in avia Engaddi. Quibus similiter proditis, rex, finito bello [5], ipsum ad necem quaesivit. Res tum gesta admirabilis, edita eminentissima pietas. Probavit sincerum erga Saulis salutem animum, quod perpetuam vexam terminare potuisset Davides caede auctoris, nisi ipsius mens et religio tale facinus repudiasset [6]. Inter has Davidis persecutiones Samuel placide

---

[1]) In locis a natura munitis, ut sunt saltus, rupes et generatim eiusmodi regiones, ubi pauci pluribus resistere poterant. Quod ubi rescivisset Jonathas, Davidem consolatus est validissimis argumentis ex eius innocentia et promissionibus Dei. Saulus vero consilium texit suum, quasi de Davide Ceilae ex insidiis capiendo ne cogitasset quidem. I. Reg. 23, 7—14. [2]) Qui se ipsos offerunt adiutorium. [3]) V. p. LXV. [4]) I. Reg. 23, 19—28 Quae res plane mirabilis atque a benevola Dei providentia profecta, argumentum praebuit Davidi, ut caneret Ps. 53. „Deus in nomine tuo salvum me fac.“ [5]) Comitatu ter mille militum. [6]) Saul persecutioni inimici intentus, naturae causa speluncam intravit, in cuius ultimis recessibus Davides forte cum suis latitavit. Adhortantibus sociis: ut Saulem interficeret, neminem fore caedis ultorem, pietate permotus noluit assentire. Sed quo clementiae haberet testimonium, extremitatem a regis pallio clanculum abscidit. Cum salvum eum dimisisset, indicando mutilatam vestem verbis gravibus monstravit, inanes atque omnino fallaces voces illorum, qui persvadere studebant contra ipsius salutem et vitam aliquid hostile meditari Davidem. Reipsa convictus Saulis animus, non potuit magnanimitati Davidis resistere „qui nunquam sustinuerat illum vel simplici vocare

em suum obit; omnium piorum desiderio [1], e damno reipublicae ivatam cladem singulis sibi interpretantibus. Funus magnificentia luctu comitantium solenne fuit. E rupibus engadditanis Davides desertum Pharan se contulit. A morte Nabalis hominis stolide rocis, uxorem eius Abigail – prudentia commendatam – sibi matrimonio iunxit [2]; auxitque insuper torum Ahinoa, quia exilium requibat subsidia. Cum David in desertum Ziph rediisset, Ziphaei [3] rsus Sauli produnt, Davidem in colle Hachila suum sibi comilinibusque posuisse perfugium. Quam occasionem perire nolens ul, assumtis ter mille viris desertum quam celerrime petiit imici internecione adhuc flagrando. Occupaverat aditum deserti. terna colebat Davides, et proxima videns castra Saulis, uno som comite intrat. Invenit Saulem quieti deditum et circumdatum rmiente custodia. Patebat persecutor denuo caedi, sed vero, rege n laeso, acquievit in ablatione hastae et ampullae [4]. Remisit

mine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognatio- appellans illum filium". S. J. Chrysostomus, hom. de Dav. et Saule III. p. 776. novit eius innocentiam, flevit ex agnitione fidei Davidis et suae iam pridem stinatae malitiae, qua illum toties quaesivit ad necem. Orat ut quando a se rari nihil possit boni, Deus illi pro tanta humanitate rependat; et tandem ecrat, ut quando illum regia potestas maneat, ne semen suum, quod ipse iustae dictae fecerat obnoxium, perdat sed foveat. Promisit Davides sicut antea athae, quod orarat Saul. I. Reg. 24. Cf. Ps. 57. Norat tamen Davides Saulis pers rationis ingenium, atque ideo etiamsi illum domum abeuntem videret, tutiora i quaerebat diverticula.

[1]) I. Reg. 25, 1. [2]) Nabal, homo praedives grege et fundis, ipso die tonsurae orum, in Carmelo — cognomine cum illo ad mediterraneum. V. p. XXIII. IV. — cum tonderet greges suos, accepit a Davide de cibi subsidio humanissi- petitum; quod tamen non solum inurbane reiecit, sed verbis contumeliam didit, et Davidem pleno ore tanquam perduellem et fugitivum vituperat. 25, -11. Qua petulantia ita vir fortis exarsit, ut constitueret et ipsum et totam domum ferro evertere. v. 13. 23. 24. Abigail autem Nabalis coniux, post- postulata Davidis et repulsam a marito ei datam rescivisset, oneratis com- itu iumentis Davidi obviam it; illique occurrens ignorantiam ac stultitiam riti excusat, humillime petens: ut dona oblata accipiat et Nabali condonet. atur Davides et Deo atque Abigaeli benedicit, propter occasionem sibi ereptam de Nabale vindicandi. Nabal per uxorem de Davidis iracundia iusta, et suo peri- quod vix evaserat certior factus, terrore concidit et post aliquot dies mortuus . v. 42. [3]) Ziphaei facile nosse poterant Saulem adhuc malo in Davidem animo i, quandoquidem abductam ab illius thalamo filiam Michol 25, 44. alieno viro Phalti didisset. [4]) Orta deinde luce Saulem monuit, quaenam sit causa, quae illius um ad sumendum de innocente supplicium tam acerbe impellat? et Davidem

spolia spoliato; causam vero iudicio divino. Non referunt similem in alio hoste moderationem ullius gentis historiae! [1] Quia quam esset versatile Saulis ingenium, multiplici experientia cognoverat Davides, statuit ad alienas se conferre ditiones: Philisthaeam ad regem Achis [2], de eiusdem favore sine dubio certus. Verum non cohaerebat cum incolarum nec moribus, nec religione. Metuebat quoque e quotidiano cum ipsis commercio periculum. Quod ut declinaret impetravit a rege, ut separatis habitare liceret sedibus. Concessum ipsi cum suis oppidum Siceleg ad habitandum [3]. Cum in Philisthaea degeret [4] Davides, accidit ut Philisthaei de bello Hebraeis inferendo decernerent. Inclinante in id rege Achiso, ut Davides – de cuius fide et virtute bellica nullo modo dubitabat – eiusque comites pariter belli iungerentur societate; restiterunt ei Philisthaeorum principes, cum parum tuta videretur illa societas, quae ex inimicorum gente, contra quam gerebatur bellum, foret adscita [5]. Davides Sicelegum redux, tristissimo quidem spectaculo terretur; nam absente eo oppidum Amalecitae exusserant [6]. Erat tum in maximis Davides angustiis [7]; sed ubi omnium frangebantur animi, erectus erat tamen eius ad bene sperandum. Unde quamprimum oraculo divino instructus, persequitur Amalecitas et magna clade vicit [8], denique quaecumque praedati fuerant

eo adigeret, ut e terra sacra migraret ad regiones, in quibus coluntur idola, ubi proinde sine periculo abiurandae religionis commorari non posset. Compunctus Saul suum confitebatur peccatum promittitque se cum errore depositurum animum priorem; neque unquam admissurum, ut aliquid Davidi accidat, cum iam semel atque iterum cognoverit se Davidi debere vitam. I. Reg. 26.

[1]) Fiducia in Deum, quae contra omnes hostes et mala tutissimum est asylum, Davides cecinit Ps. 90. — in quem pulcherrimum sermonem XVI. exaravit s. Bernardus IV, 130. s. —, forte hoc tempore etiam exarati sunt Ps. 19. nec non 91. — Satis videbatur cautum esse Davidis saluti a regia fide, si tamen in Saule regia fides aliquid haberet firmamenti! [2]) Qui tunc imperavit in Geth. 27, 1. [3]) Peregrinatus est Davides apud Philisthaeos per unum annum et quatuor menses, quo tempore egrediebatur ad vicina loca Philisthaeis et Judaeis, quae neque ad hos neque ad illos pertinebant, ex quibus agebat praedam, quae sibi ac suis suppeditaret ad vitam necessaria. [4]) Ferme quartum in mensem. [5]) Urgentibus Philisthaeorum proceribus Achis rex Davidem e castris Sicelegum remittere cogitur. I. Reg. 29. D. q. r. v. i. [6]) Uxores liberique sui et sexcentorum virorum, qui cum illo in Philisthaeorum castris erant, vi abstrahebantur. [7]) Exercitus, cui calamitas et dolor deliberandi facultatem ademit, de eo lapidibus obruendo cogitavit. I. Reg. 30, 6. [8]) Iubet Abiatharem per sortem sacram consulere Dominum an ex usu foret praedones

ecuperavit [1]. Ita Davides animo simplici et probo secutus Deum ucentem, fugam e fuga trahens, optime ductus est, ipsaque exilia uae subire cum suis coactus est nihil nocuerunt, sed multum ofuerunt!

§. 72. Regis Saulis ultima fata.

Paulo post, cum Davides a Philisthaeorum acie digressus esset, ilisthaei, valido comparato exercitu, in ditionem Hebraeorum rumpentes in valle Jezrael [2] castra locaverunt [3]. Saul inundanm copiarum terrore perculsus, cum Deus oraculo illum dignari llet, nec aliud ullum suppeteret consilium; mulierem quandam dorensem [4], quae mortuos evocare ferebatur, adiit, utque Samuen iam praemortuum magico carmine adduceret petiit [5]. Iusto i iudicio permissum est, ut Samuel e tumulo appareret; et de forna proelii committendi interrogatus, triste daret responsum: proma luce ipsi, filiis, copiis esse pereundum! [6] Ad haec Saul semi-

---

s persequi, venturive essent ad ipsorum manus? Quibus respondit Deus: sine bio. Nihil ergo cunctatus Davides assumsit secum sexcentos viros, qui accestis itineribus pervenerunt ad torrentem Besor. Cum vero eorum ducenti fessi gredi non possent ulterius, ad torrentem subsistere coacti sunt. His sarcinas custodia credita, alii quadringenti velociori cursu, servo Aegyptio duce edones insecuti sunt; qui securi discumbebant in gramine esui et potui largiter ulgentes, quare non fuit difficile Davidi tantam Amalecitarum copiam turbare s, deinde ad internecionem fundere.

[1]) Omnes uxores, liberos maximumque praeterea pecudum atque armentorum gem recepit. Praedae non solum aequalem partem ducentis illis, qui lassi substitet adiudicavit; verum etiam spartam aliquam officiorum studiorumque necessitus coniunctis amicis statuit mittere. Quibus omnibus ostendebat se non esse benerum immemorem et amicorum ampliorem sibi conciliavit gratiam. [2]) V. p. XXV. I. Reg. 28, 1. [4]) V. pag. L. [5]) Quia autem latis antea edictis, rex praestitores et praestigiatrices e regno suo extorres egisset, ideo ementitis vestibus privato comitatu foeminam convenit. Mulier iussa sibi exsequens prophetae rentis aspectu territa, exclamare coepit seque noscere Saulem prodidit. ne rex bono animo esse monens, quid vidisset interrogavit? illa virum summum 1. inquit. Vestem et vultum viri sciscitanti regi respondit: seniorem et pallio latum. Eo indicio Saul prophetam agnoscens, pronus in faciem adoravit. Post s Samuel minaci spiritu cur inviolatam sepulcri quietem turbasset requisivit? adque illa, quae de regno ipsi auferendo, deque aemulo tradendo a Deo praenuntiata nt, completum iri. [6]) *Quaerunt an arte magica suscitatus fuerit Samuel?* Responns nulla ratione, sed sola virtute et imperio Dei id factum, praeveniente Deo conas mulieris fatidicae; ipsum per se Samuelem ultro se aspectabilem reddidisse, verba

animis concidit; laboranti sucurrens mulier ut cibi aliquid ca enixe oravit. Invitus igitur licet, lassus rex Saul cibum su

---

Samuelis vera fuisse oracula, atque cap. XXVIII. lib. I. Reg. prono et maxime l sensu esse accipiendum. Id quod vel e perturbatione mulieris intelligi p quae vidit Samuelum apparuisse antequam evocaretur; idcirco praevertit ap Samuelis incantationem et eius effectum. „*Et haec in se habere res ipsae d clarissima voce*" inquit *Eusthatius*, diss. de Engastrimytho. *VIII. p. 553.* N metus ne quid necromantiae concederetur, atque daemonis in iustorum a auctoritati, interpretes in alias expositiones deduxit. Huic interpretationi favet *gustinus*, L. de cura pro mortuis gerenda. c. XV. „*Nam Samuel propheta def vivo Sauli etiam regi futura praedixit, cum liber Ecclesiasticus* (*46*, *23*. „*P dormivit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vitae suae et exaltavit vocem de terra in prophetia delere impietatem gentis*") *contineat in laude patrum, Samuel etiam mortuus prophetaverit*" VI, 606. In hunc sensum loquitur quoque *brosius*, Expos. evang. sec. Luc. l. I, 33. „*Samuel post mortem secundum scri testimonium futura non tacuit.*" I, 6. p. 1277. Sulpicius Severus, hist 64. p. 168. Theodoretus, quaest. 63. in I. Reg. p. 368. Beda, expos allegoricae in Samuelem lib. IV. c. 7. e. c. IV, 317. s. — alios adhucdum recenset E. Dupin, Nouv. Bibl. Par. 1690. II, 31. — s. Thomas, I. q. 89. a ad. sec. III. 311. et Theologi catholici plerique: Rob. Bellarminus, sec. gen. de Christo. l. IV, 11. ed. Ingolst. 1699. p. 372. C. Sanctius, Com h. l. c. p. 495. Cornelius a Lapide, Comm. ad h. l. p. 353. s. Tirinus, (in h. l. p. 93. G. Estius, Annot. in lib. I. Reg. p. 92. Alex. Natalis, Hist V. T. II, 57. s. Leonardus a. s. Mart., Examina script. III. 236. s. Wo Dilucidat. sel. S. S. quaest. III, 261. s. Calmetus, Diss. de Samuele per visum obiecto, inter Diss. V. T. I, 494. s. eandem sententiam dixerunt; et inter acat Dathius, Lib. hist. Vet. Test. ed. alt. Hal. 1832. p. 244. qui pariter ipsum Sam non quidem artibus mulieris sed ex iudicio Dei singulari apparuisse statuit ex acatholicis v. c. Th. Hackspanius — Not. phyl. 649. — Deylingius — s. II. XVIII. p. 192. s. — et van Dale, de orig. ac prog. idol. c. IX. p. 62 Originem hom. II. in lib. Sam. ed. Lomm. 11. 317. s. secuti, hanc appari diabolicis praestigiis adscribunt; quod olim iam nefarium et impium ess e. c. *Eusthatius*, — qui diss. supra laudata in Gallandii, Bibl. V. T. Ven. IV, 548. acerrime allegoricam Origenis sententiam de pythonissa insecta nam ait „*in potestate daemonum non sunt sive spiritus sive animae.*" Idem *Theodoretus l. c.* „*nec enim credo* ait *mulieres necromanticas vel quamlibet n animam, tantum abest prophetae!*" Sane inter omnes constat, daemones i rerum eventus latere. Jam autem is, qui per Samuelis visum loquitur, i ipsum et adiuncta implendi oraculi e certa scientia designat. *Incredibile d videtur* scribit l. c. *Bellarminus, animam tanti viri subiectam fuisse incantat pythonissae.* Rationalistae e. g. Clericus contendit (Com. ad h. l. e. c. p. 27 hominem loco eius substitutum, aut forte mendacium fatidicae mulieris esse aliter I. Schulzius, Schol. in V. T. II, 373. „fallax ac versuta mulier sin se videre excitum e mortuis Samuelem, qui indicasset ipsum regem adesse dubio subornati cuiusdam hominis fraudibus usa est, at decipiendum Sa

tus mox cum suis itinere nocturno ad castra regressus est. Mane ius diei proelium commissum est. Contigit autem maxima ex in monte Gelboe[1]; illata clade caesus ac profligatus est exerci-Israelitarum. Philisthaei non passi sunt filios Saulis elabi, sed tanter eos urserunt et occiderunt[2]. Acri pugna circa Saulem nte, in eum quoque inciderunt sagittarii[3]. Saul funera trium um circa se videndo, mori voluit et ipse; ne infideles illuderent atque tractato per ignominiam rege, et ita vile haberetur aeorum nomen. Verum cum ab armigero ictum letalem impe-non posset, αὐτόχειρ ense transfodere sese constituit, incubuit-in gladium[4]. Allophyli in praemium victoriae occupaverunt s Hebraeorum, quibus demum pulsi virtute Davidis.

§. 73. Davidis successio in regnum.

Tertio post reditum in Siceleg die, Davides per Amaleciten – diadema et armillam regis afferebat, a se ut aiebat occisi – de

---

o Thenius, die Bücher Samuel's erklärt. Leipz. 1842. p. 119. Sed ex hac hypo-non apparet, cur mulier tam durum responsum dederit Saulo? cur ei even-elli adeo infelicem et tristem augurasset? Quod utrumque contra morem ius generis hominum, qui artibus suis fallere student. Deinde quod gravius est, quomodo ista mulier si vel maxime callida et astuta fuisset, illum i eventum divinare potuit; non quidem cladem, sed mortem Sauli et filiorum Nullus igitur ambigendi locus est, quin Samuel reipsa coram rege steterit; ro sive in corpore sive extra corpus regi sese obtulerit, nescire nos fate-Quocumque autem habitu adfuerit perspicuum est: *„quod ipse Deus univer-efformata ut voluit specie Samuelis, protulerit sententiam"* *Theodoretus*. l. c. 199.

[1]) V. p. XXIV. [2]) Jonathas, Abinadab et Melchisua I. Reg. 31, 2. [3]) Coll. I. Par. [4]) Postridie belli Philisthaei venerunt ad spoliandos interfectos, invenerunt Sau-; tres eius filios; Saulis absciderunt caput et per ignominiam circumtulerunt, n in templo Dagonis affixerunt. I. Par. 10, 9. Corpus vero cum cadaveribus filio-moeniis urbis Bethsan V. p. LIII. suspenderunt; quae tamen noctu inde sustu-incolae urbis Jabes Galaad V. p. XCIV. honesteque parentarunt. Saulem in viscera mucrone, non temporariam solum sed aeternam mortem incur-omnes pene tenent s. s. Patres. E. c. s. Augustinus, ep. XLIII, 23. II, le div. quaest. ad Simpl. II, 2. VI, 138. s. s. Hieronymus, com. in cap. XX. V, 225. s. Bernardus, serm. XXVI. in Cant. III, 172. comm. in epist. ad Rom. c. IX. sub nomine s. Ambrosii in app. ed. I, 81.

exercitus israelitici strage Saulisque et filiorum morte nuncium accepit. Triste quidem, quia attritae fuerant Israelitarum vires; si privatam commoditatem spectes non iniucundum, cum sublatus esset hostis, cuius metu extorris ipse a patria agebat vitam silvestrem et horridam inter gentiles et israelitici nominis inimicos [1]. In dolorem solutus Davides et socii, quibus non poterat non esse luctuosum videre ruinam patriae, amicorum caedem et israelitici nominis gloriam subversam, vestimenta sciderunt sua. Cum paululum intermisisset fletum Davides acriter reprehendit iuvenem, quod sacro delibutum oleo et ideo Unctum Domini, temerare ferro et occidere ausus fuisset; eodemque momento trucidari illum iubet [2]. Post haec lesso obitum amantissimi Jonathae eique iuncti regis Saul deplorat [3]. Ulta caede, et veneratis animis defunctorum,

---

[1]) II. Reg. 1, 1—10. [2]) 1, 12—16. Amalecites iste non tam homicidii et laesae maiestatis, quam mendacii non immeritas dedit poenas. In re adeo gravi, caede regia, non levior est mendacii, quam homicidii culpa; cum mentiendo adprobaret caedem a quocumque factam. [3]) II. Sam. 1, 18—27. Ita canere incipit, quasi omnes sciant, quinam sint illi quorum acerbam mortem luget: Inclyti (V. הַצְּבִי, t. o. dorcades, quae paulo ante velocitate sua omnibus admirationem movebant) Israel super montes tuos interfecti sunt. Hortatur Israelitas, ut celarent hostes, quos incircumcisos vocat v. 20. de victoria, quam ipsi reportaverunt. Davidi omnium videbatur gravissimum et vix ferendum, si homines sigillo foederis divini destituti, Jehovae ignominiam inferre conarentur, quem victoriis de israelitica gente relatis, Diis quos ipsi colebant existimabant esse inferiorem. Summo abreptus dolore v. 21. monti in quo occubuerunt Jonathas et Saul dirissima quaeque imprecatur, nec ros nec pluvia veniat super vos; sint devoti montes isti, quia ibi abiectus est clypeus fortium. Veteres valde lugebant armorum iacturam, quippe quibus victores uti solebant, ut illustre sibi conderent victoriae monimentum. Miratur Davides eodem commate: abiectum clypeum Saulis herois fortissimi, quasi non unctum i. e. non praeparatum ad pugnam. (Coll. Isa. 21, 5. Hebraei consueverunt clypeos suos e ligno confectos et corio obvolutos ne fatiscerent oleo ungere. Cf. Ortlob, de scutis et clypeis. Lips. 1718. p. 20. 21.) Cum Jonathae et Saulis v. 22. fortitudinem eximiam celebrasset, ita secum reputans: eos non tantum aequali fortitudine fuisse conspicuos, sed longe etiam magis amore coniunctos, huius amoris magnitudinum v. 23. exquisitis laudat verbis. Patet autem inde egregia Davidis indoles, quippe qui quamvis Saul ipsum malis gravissimis affecisset, Jonatham tamen a paterno amore nunquam distrahere conatus fuerit. Ubi mortuorum virtutes celebravit 22—24. ad dolorem suum redit, v. 25—27. finitque flebili illa lamentatione quomodo ceciderunt heroes! — Eximium hoc poema commentario illustravit: A. H. Pareau, elegia Davidis in Saulum et Jonathanem. Croningae, 1824.

cogitare coepit apud se, quidnam in ea rerum conditione factu opus esset. Neque enim putavit suo muneri, aut optimi civis officio satisfacere, nisi his incommodis, quae malae iactatae reipublicae imminere videbantur occurreret. Quare cum secum haberet summum pontificem, consultum Deum esse voluit, an ex usu foret privato et publico ad aliquam civitatem proficisci de tribu sua Juda. Cum Deus ita fieri oportere respondisset, et Hebronem sedem assignasset, eo se quam primum recepit; quo etiam antiquos sibi socios et uxores traduxit. Noverat fere totus Israel Davidem nomine et dignitate regis esse dignum; et cum praesertim tribus Juda optaret regem sibi habere contribulem, venerunt eo viri ex hac tribu principes, et nova quadam unctione secunda [1], regem constituerunt [2]. Remanserat tamen e masculis Saulis Isboseth, quem Abner [3], colligens dissipatas acies, ne a suo genere excideret regnum, regem fecerat declarari reliquarum tribuum [4]. Deinde ad confirmandum ipsi solium exercitu quaerebat Davidem. Armaverat se rex Judaeae non segnius, ipsisque praefecit Joabum; bonis et culpatis facinoribus post haec memorandum. Poscente sic Abnero, res peragenda incipit pugna singulorum, ubi ex utraque parte duodeni committuntur [5]. Quo cum nihil efficeretur, e gladiatoria

---

F. W. C. Umbreit: David und Jonathan. Lied der Freundschaft. Heidelberg. 1844. Lessum D. versibus elegiacis dedit Lowth, de s. poësi. p. 470. s. — Hanc pietatem Davidis commendat s. Ambrosius, Apologia prophetae David ad Theodosium Augustum cap. VI. „*Inimici* inquit *ultus est mortem flebiliter satis deploravit interitum, et debitum sibi imperium diu distulit quod sciebat Deo auctore deberi.*“ I, 684.

[1]) Haud dubie per pontificem maximum. [2]) II. Reg. 2, 4. Hactenus tantum audierat Saulem occisum, ignorabat reliqua. Postea cognovit quam audacter et pie Jabesitae Saulis filiorumque cadavera sepulturae mandassent; illis proinde gratias egit, illorumque pietatem collaudat, ac si sibi tantum illud officium fuisset impensum. Hoc autem longe abest ab eo, qui inimice in alium animatus est. II. Reg. 2, 5–7. [3]) Patruelis Saulis qui sub Saulo exercitum duxerat. [4]) II. Reg. 2, 8. s. [5]) Quos e tribu beniaminitica produxit Abner perierunt, qui e parte Davidis steterunt, victores et incolumes prodierunt. Concertatio haec cruenti belli praelusio fuit, in quo tum Abner quam qui illius sequebantur signa, re desperata conversi sunt in fugam. Cumque Asaelis fratris Joabi ea esset in cursu celeritas, ut silvestres capreas pedum pernicitate superaret, ex omnibus elegit unum exercitus principem Abnerum, quem persequeretur ad necem Asael; semel atque iterum admonitus, ut aliunde sibi aucuparetur militarem gloriam ni vellet luere hasta confossus iuvenilem audaciam, perstitit ille nihilominus in eodem studio. Abner

praelusione fit proelium, ambigua tamen certaminis fortuna [1]. Sed et deinceps longo inter duas has familias tempore protractum est bellum[2]. Davidis domus amplior quotidie fiebat atque robustior, Saulis autem et opinione vilior et conditione deterior; donec cuncta discordiis fessa se submiserint Davidi. Neque id mirum, cum in Davide viderent fortitudinem eximiam, et in rebus administrandis prudentiam, cui semper aderat eventus felix et fortuna melior; deinde electum audierant Davidem, reprobatum Saulem [3]. Abnerus prae se tulit, quasi mallet res Davidis et Isbosethi componi per conventionem; clam vero decrevit excutere solio Isbosethum. Ineunt pacta Abnerus et rex Davides. Davides cum sciret universum regnum divino decreto sibi deberi, poterat illud quacumque commoda licitaque ratione vindicare. Nec ita multo post, impletis omnibus, Abner rediit ad Davidem; penes quem tamen ignaro rege incautus ab aemulo Joabo, adacto in viscera pugione, dolose confossus interiit[4].

---

quod svadendo non potuit, pugnando consecutus est, aversa etenim hasta transverberavit illum, reliquitque eodem loci vestigio, in momento temporis exanimem.

[1]) Noctis beneficio qui fuerant dispersi in unum locum convenerunt, atque ibi rursus bellum renovandum videbatur; Abnerus ex edito loco ad quem a Joabo fuerat compulsus; quem armis non potuit vincere oratione ab impetu ulteriore repressit, qui iussit receptui canere. II. Reg. 2, 12—32. [2]) 3, 1. [3]) Cum iuraverit Davides I. Reg. 24, 22. nunquam fore ut exstingueret familiam Saulis, bellum Isbosetho nequaquam intulit, sed tantum sibi illatum repulit; eo dumtaxat animo ut regiam dignitatem in se a Deo collatam tueretur, non ut occideret posteros Saulis, qui si postea exstincti sunt, culpa Davidis factum non est. [4]) Optime de Saulis domo, ex quo in illam regnum collatum est, meritus fuit Abnerus, cui uni: quod regnaret atque quod parente mortuo aliquo apud suos esset honore, debuit Isboseth. Quam ob rem Abner admodum tulit impatienter, obiurgari se per Isbosethum, quod Respa concubina Saulis plus quam honestatis et affinitatis ratio patiebatur consvevisset. Suum Abner diris exsecrationibus 3, 9. devovet caput, nisi irrogatam sibi iniuriam ulciscatur; curaturum se ut omnes omnino tribus Davidem regem agnoscant! Revera iniuriam ulturus Davidi amicitiam suam per legatos offert, perfecturum se: ut Israel universus regem illum agnosceret. Abneris operam Davides libenter accepit, ea tamen conditione, ut Michol uxor sibi reddatur. Abneri consilio Isboseth fecit ut Davidis votum impleretur. Mox adiit Abnerus seniores Israelis, quorum iudicio res administrabatur publica, et illis ostendit: quam futurum sit e salute communi, si imperium totum transferretur ad Davidem, cuius in regendo prudentiam, in re vero bellica virtutem exploratam iam pridem haberent, maxime cum iam ipse Deus illi addixisset imperium. Quare cum ad humanum divinum quoque accederet iudicium: non esse dubitandum, quodnam in ea deliberatione sumendum foret consilium. Quibus cum illud quod optabat persvasisset, profectus est quam

am graviter tulerit tanti ducis in fidem recepti tam indignam dem [1] Davides, cui nondum erat auctoritas ad puniendum bi facinus, quovis modo populo sollicite demonstravit. Protetur coram suis et illis qui comitati fuere Abnerum, neque se tore, neque conscio, tantum commissum esse facinus [2]. Consus deinde ad iusta memoriae defuncti solvenda luctus solen- universo populo indicit, ipse pompam funebrem sequitur et le cecinit carmen; cuius summa est: nullam ex eo mortis gee Abnero impactam ignominiam. Et haec omnia acciderunt temporis articulo, quo maxime turbari posse videbatur res elitica, quae tunc erat in meliorem conditionem Abneri seduli- e traducta. Abneri casus non soli Isboseth, sed etiam toti ulo dolori et perturbationi fuit; qui non ignorabat in illo exctum esse israelitici imperii familiaeque Saulis praesidium et men [3]. Isbosethum regem brevi abhinc duo viri exercitus sui idiose obtruncarunt domi suae; sed nefandos [4] Davides supcio supremo e medio tollit [5]. Iam nihil obstabat amplius, quonus Davides regno in totum populum Israeliticum potiretur; cula enim Saulis soboles partim exstincta erat, partim in eam ditionem redacta [6], ut nemo ex ea esset, qui serio ad regnum irare posset. Cum ergo ceterae tribus neque ducem haberent m quem sequerentur, neque regem cuius obedirent imperio; nes simul [7] ad Davidem venientes Hebronem facta ipsi deditione,

---

um Hebronem, ut sua populique consilia Davidi referret. Davides Abnerum nissime excepit; et cum se omnia facturum promisisset cum bona venia salvum isit. Quo tempore inter domum Saulis et Davidis concertatio obtinebat, vicini li captata occasione in Israelitarum finibus praedas agebant; quod non tulit ides, sed per Joabum hostes attrivit. Joabus sub idem tempus de expeditione ea reversus, ubi rescivisset Abneri pactum, metu ne Abner potiorem gratiae m apud regem obtineret, id per quam moleste tulit; et cum Davidi persvadere posset, ut a pactis resiliret, Abnerum turpi homicidio occidit II. Reg. 3, 27.

[1]) Cf. Ps. 36, 28. 29. [2]) II. Reg. 3, 29. Joabo lepram morbum precatur issmum. [3]) II. Reg. 4, 1. [4]) Isbosethi caput, quasi magnum aliquod laboris studii proemium recepturi, ad se deferentes. [5]) Ut autem exstaret aliquod mo- entum et illorum hominum inauditi sceleris, qui impias manus suas regi intu- t innoxio, et pietatis Davidis, qui illius mortem tam serio et studiose vindi- t; illorum praedonum abscissas manus et pedes ad piscinam Hebronis, loco publico, suspendi, caput autem Isbosethi sepeliri iussit, in sepulcro ubi paulo sepultus fuerat Abner. 4, 12. [6]) In Mephibosetho homine claudo. [7]) II. Reg. 5, 1.

praemisso foedere, interpositoque iurisiurandi firmissimo vinculo [1], tertio unctum [2] Davidem, super totum Israelem regem constituunt [3].

§. 74. Proelia et victoriae Davidis.

Post successionem in universum regnum Davides, cum collectas haberet vires, neque sicut antea dispersas, maiora iam quam prius moliri coepit. Cum in medio terrae sacrae [4] cerneret esse Hierosolymam, non putabat ex dignitate et commodo populi hebraici esse si ab externo teneretur habitatore Jebusaeo, cui ratum erat in ea aut vivere aut mori; unde hoc voluit esse suarum expeditionum initium et proemium successionis suae in universum Israel. Quod maiores sui consecuti non sunt, ut illam ex Hierosolymis abolerent ignominiam, quam Hebraei cum magno nominis dedecore tamdiu pertulerunt, ne simul viverent, contra quam a lege esset praeceptum, cum Jebusaeis, qui religione et sacris dissidebant, id nunc aggreditur et magnifice absolvit Davides [5]. Depulsis e castello Jebusaeis, cum illud futurum videretur non solum fortissimum munimentum, sed etiam ornamentum amplissimum, stabilem ibi sedem figere voluit; neve aliquod maneret impietatis vestigium, a suo deinceps nomine civitatem Davidis vocari voluit [6]. Ab hoc tempore omnia successerunt Davidi e voto; ita ut continenti victoriarum cursu et ipse

---

[1]) Quo confirmarat legem Deut. 17. 14. s., quam coll. Ps. 118, 11. ita amplexus est, ut in ipsa veluti praecordia condiderit. [2]) Coll. I. Reg. 16, 13. II. Reg. 2. 4. [3]) II. Reg. 5, 2—5. [4]) Optima sita loco, a natura ipsa munito. V. p. LXVII. [5]) Jebusaei propugnaculorum firmitate fisi, proverbiali dicterio II. Reg. 5. 6. — cuius interpretationem vide in append. ad Tom. III. Op. s. Hieronymi ed. Mig. quaest. hebr. in ll. II. Reg. p. 1343 — nullo modo sui voti ac conatus compotem esse futurum aiunt. Quia autem auspice et auctore Deo, qui locum illum ex omnibus maxime habebat eximium, illud negotium suscepit, facile victor evasit. Propositis praemiis, militum animos ad arduum opus aggrediendum armavit v. 8. Omnium primus, qui murum ascendit et illi labori atque certamini propositum bravium consecutus est, fuit Joabus vir fortis, acer ad res aggrediendas, acuto et solerti ad deliberandum iudicio; qui ut prius designatione Davidis principatum exercitus consecutus fuerat e liberalitate regis, sic etiam nunc suo merito dignitatem illam adeptus est, quam diutissime tenuit. [6]) V. p. LXVII.

augeretur novo decore et in singulos dies magis ac magis cresceret confirmareturque imperium. Neque id mirandum cum patronum haberet Deum, cuius ille praesertim intuebatur gloriam et armis non sibi sed Domino militantibus, studebat eius augere nomen. Cum audiissent Philisthaei, tenere iam non unam tribum sub sua potestate Davidem, sed totum Israelem, regiamque sedem in novam civitatem eamque fortissimam translatam; illaque esse regni vix dum nascentis exordia, ut ab illo quidvis formidare poterint; ut frangerent Davidem, antequam se et regni sui viribus et vincinorum foedere confirmaret, collegerunt exercitum, eumque non procul Hierosolyma [1] constituerunt [2], contra quem suas vicissim copias explicuit Davides [3]. Confirmatus benigno responso Dei descendit in proelium, et partim caesis partim fugatis militibus hostiles attrivit copias. Non diu cessatum est a bello, Philisthaei instaurarunt aciem; sed illos coelesti virtute exanimatos aggressus Davides denuo ingenti plaga percussit, neque cessatum est a caede, usque dum Hebraei ad Philisthaeorum fines pervenirent [4]. Subactis Philisthaeis alterum bellum contra Moabitas suscepit, eosque magna et celeri clade [5] adegit, ut quotannis imposita penderent vectigalia [6]. Tertium iam contra Syros eadem facilitate et exitu aggreditur bellum [7]. Syrorum in acie socii fuerant

---

[1]) In valle Raphaim opportuno loco. V. p. LXXXVI. [2]) II. Reg. 5, 17. [3]) Nihil arduum aggressus est Davides inconsulto Domino, quo id assecutus est, ut illum semper haberet adiutorem. Igitur nunc pariter interrogavit Dominum. Respondit Deus, venturum se auctore philisthaeum exercitum in manus Davidis. [4]) II. Reg. 5, 22—25. Hac occasione eripuit Philisthaeis Geth civitatem cum villis suis. II. Reg. 8, 1. I. Par. 14, 16. 18, 1. Urbs Geth cum suburbanis, coll. I. Reg. 13, 3. 4. Illam habuit usum ut Hebraeos quasi froenum — מֶתֶג הָאַמָּה — contineret, ne quid molirentur contra Philisthaeos. [5]) II. Reg. 8, 2. I. Par. 18, 2. [6]) Quasi pulverem milites moabiticos dimensus est Davides, eos qui duobus funibus comprehensi sunt occidit, sed integrum funem i. e. tertiam partem servavit. [7]) II. Reg. 8, 3—10. I. Par. 18, 3—11. Adarezer rex Soba — צובה vel ארם צובה, Syriae Sobaeae, quam Nesibin nobilissimam fere urbem Mesopotamiae esse, quae vulgo Zaubo dicitur, multis hanc in rem congestis argumentis ostendit J. D. Michaelis, comm. de Syria Sobaea quam Davides sub iugum misit. in Comm. ed. Brem. 1769. p. 57—70. — praepotens, in cuius obsequiis et alia Mesopotamiae regna fuerunt, coll. II. Reg. 10, 16. 19. expeditionem suscepit, ut manum Euphrati iniicerent, totoque Euphrate potiri tentavit. Id vero non ferendum ratus Davides, quia verebatur, ne in vicinos Hebraeorum in Galaatide agros irrumperet,

Idumaei[1]; sed etiam hi magna clade in valle salis affecti sunt et multa eorum millia caesa[2]. Praemium victoriarum fuit, praeter magna spolia urbesque[3], imperium ad Euphratem usque extensum, atque pax per aliquod tempus, non vero diuturna. Cum enim paulo post[4] Naazo Ammonitarum rege mortuo, Davides legatos suos ad illius filium Hanonem mitteret, qui ipsum propter patris[5] obitum consolarentur, Hanonque illos ignominiosissime habitos[6] remisisset; Davides iuris legatorum violati poenas ab Ammonitis gravi bello

---

Adarezerum bello aggressus est. Opposuit magnum apparatum bellicum Davidi Adarezer, sed alio exitu quam ipse sibi proposuerat; nam totus ille exercitus, qua caede, qua fuga, qua denique captivitate dissolutus est. Victo Nesibenorum regi ac tanta clade postrato, opem tulit II. Reg. 8, 5. rex Damasci. Syri damasceni cum vidissent regem vicinum a Davide victum et suo sibi capiti e vicina calamitate metuerent, exercitum comparant copiosum illumque pro Adarezer instruunt. Plures coll. Ps. 82. in societatem contra Israelitas populi coierunt; (Cf. Historiam bellorum Davidis cum rege Nesibeno illustr. a. J. D. Michaeli, comm. cit. p. 71—115,) non tamen exitu meliori, nam fusi sunt. Syrorum millia omnisque regio damascena in Davidis potestatem redacta, et victi quotannis vectigalia dependere coacti sunt. Victo Adarezer, Thou princeps Hemath (quam eandem esse cum Epiphania, extra dubium ponunt situs et veterum testimonia. Cf. p. 40. et J. M. Hasii, regni davidici et salomonici descriptionem p. 256. s.) cum cerneret prostratum pugnacissimum Adarezerum, vehementer gratulatus est per filium Davidi de victoria, dona misit tanto regi digna, — vasa aurea et argentea, quae omnia cum reliqua praeda consecravit Davides Domino ad templi ministeria, II. Reg. 8, 13—18. et ex illis postea Salomo conflavit vasa sacra — foedus et amicitiam iniit, et ita sui iuris mansit.

[1]) Versiculo enim decimo tertio c. VIII. אֱדֹם pro אֲרָם legendum necessario requirit vers. 14. coll. I. Par. 18, 12. Ps. 59, V, 60. t. o. v. 2. LXX, Syro et Arabe. Vide. De Rossi, Variae Lectiones V. T. Parmae. 1785. II, 174. Biblia ed. J. Jahn II, 294. [2]) Coll. II. Reg. 8, 14. III. Reg. 11, 15. 16. Par. 18, 12, 13. Ps. 59. quem hoc tempore et in hos praeclaros rerum eventus cecidit Davides. Res sic videtur gesta, quo tempore ad Euphratem Davides pugnabat Judaeam a tergo invaserunt Idumaei, Hierosolymae ipsi imminentes, partem exercitus duce Joabo et Abisai in Palaestinam Davides reverti iussit, eaque Idumaeos tanta clade adfecit; ut totius Idumaeae, in cuius urbibus sua praesidia locarunt Hebraei, servitus consequeretur. II. Reg. 8, 14. Davidi adscribitur victoria, quia ea quae ab exercitu geruntur, e communi more a principe duce gesta dicuntur. Summo rigore Idumaei sunt habiti. Joabus per dimidium annum stationem suam in ea regione fixit, et mares quotquot nancisci poterat, internecioni dedit. III. Reg. 11, 15. 16. [3]) Bete-Bahala, Bahalbeg, Balbec hodie Arabibus dicta, censente ita Hasio l. c. 260. Beroth, Berythum recentioribus Barut, Bairut. Mich. l. i. c. p. 74. [4]) II. Reg. 10, 1. s. [5]) Quocum amicissime Davides vixerat. V. quaest. hebr. in II. Reg. cit. quarum auctor passim Rabanus Maurus habetur. p. 1352. [6]) De barba legatis Davidis abrasa l. Lakemacheri Obs. phil. P. IX et X. p. 145. s.

repetiit. Ammonitae cum minime dubitarent, tantam se iniuriam regi opibus armisque potenti factam impune laturos; auxiliarem primum militem a Nesibenis, dein a tribus aliis Syriae provinciis[1] mercede conduxerunt[2]. Neque segnius Davides contra aciem instruxit, primumque Joabo principi exercitus summam belli commisit. Tentato certamine penitus prosternuntur Syrii[3]. Tam gravem plagam consecuta fuerat non levis syrii nominis apud exteros populos ignominia; unde enitendum sibi existimarunt, ut foedam illam notam a suo nomine depellerent. Idcirco recollectis amplioribus copiis[4], duce Adarezero et Sobacho eius militiae principe[5], redeunt. Davides comperta hostium multitudine, bellum suis auspiciis administraturus prodit priora decora novis victoriis cumulaturus. Contraxit quidquid poterat virium, perditoque instructissimo belli apparatu, ingentibus cladibus Syros divino metu percussos delevit. Quadraginta septem millia, et in iis quoque Sobach supremus armorum praefectus, Syrorum captis septingentis curribus, interiere. Rex Adarezer mature sibi fuga consuluit, vitamque tributaria servitute et renuntiatione foederis ammonitici redemit. Sic Hanonis perfidia punita et expiata ferocia, persecutionem belli – id tempestate monente – proximae aestati reservando, Jerosolymas in hiberna revertit[6]. Ita Davides, cum multa habuisset proelia secunda, neque aliquid in tantis ac tam variis expeditionibus[7] accidisset adversi, magni imperatoris nomen consecutus est; quem idcirco timebant omnes et quocum volebant

---

[1]) I. e. Betrechobensibus. V. p. 38. Istobensibus, incolis tractus iuxta montanum Galaad; Jud. 11, 3. et Machatitis, qui cum Gessuraeis fere semper iunguntur, Deut. 3, 14. Jos. 12, 5. 13, 11. 13. degebant in Batanaea vel proximi illi regioni, quae olim Ogi Batanaeae regis fuit. V. Hasium c. l. p. 277. [2]) Praeter hos quatuor populos, Mesopotamiae quoque mentionem faciunt I. Par 19, 6.; forte populus quidam Mesopotamiae intelligendus est, regi Nesibeno tributarius coll. I. Reg. 10, 16. 19. I. Par. 19, 16. 19. [3]) Prudenter Joabus exteros et pretio conductos prius impugnandos censuit et magno proelio fudit; eodemque die frater eius Abisai Ammonitas fugientes inter urbis regiae moenia coegit II. Reg. 10, 13. 14. [4]) Undequaque e locis trans Euphratem sitis. [5]) Qui eas promovit Helamum, Hasio l. c. 362. Cholle est, inter loca Palmyrinae ditionis in tabula Peutingeriana. [6]) Ceteri reges, qui Adarezero vectigales fuerant aut foedere iuncti, ingenti pavore concussi fugerunt primum ex acie, et deinde tributarii facti Davidis nullum amplius Ammonitis praebuerunt auxilium. II. Reg. 10, 16—19. [7]) Contra hostes Hebraeorum, quorum plurimi partem aliquam terrae populo electo assignatae possidebant.

inire sociale foedus; uti Tyrii quorum rex Hiramus amicitiam Davidis perpetuam colere satius duxit [1].

§. 75. Constitutio reipublicae sacrae et profanae.

Davides, qui incredibili celeritate ac virtute confecit bella [2], illud adiecit ad hanc laudem, ut rempublicam sacram constituerit ac profanam; ita ut in eo nullus, aut in proeliando virtutem, aut in religione pietatem, aut in republica administranda prudentiam desideret. Ubi nullum iam ab hoste vicino immineret periculum, accivit regni primores: ut, si id existimarent e religione futurum reque publica, deliberarent an non expediret arcam Domini – quae iam diu extorris a sua sede et peregrina vagabatur – ad dignum et decentem locum reducere? Summa fuit totius populi in hoc Davidis votum conspiratio; omnesque probarunt studium Davidis. Tum ergo arca, custos aeternae legis, ex Cariathiarim abducta Hierosolymas vehebatur, et prima vice in domo Obededomis deposita est [3]; post trimestre ex isto quoque hospitio maxima

---

[1]) II. Reg. 8, 13. I. Par. 14, 1. s. Allatis etiam muneribus cum intentione redimendi bellum. Thesauros ex his acceptos ad apparatum Templi consecravit; quod de spoliis et donis gentium aedificatum esse notatu dignum est. I. Par. 18, 10. s. [2]) Davides regiones subiecit, hucusque subiugatas a nemine. [3]) Ad illius translationis celebritatem congregata fuerant triginta millia, qui arcam currui novo impositam, e sede sua in colle Gabaa, II. Reg. 6, 3. coll. I. Reg. 7, 1. cum festivo iubilo et canoro plausu -- canendo coll. I. Par. 15, 16. Ps. 104. aut etiam Ps. 46. – instrumentis musicis omnis generis personantibus deducerent Hierosolymam. Iam aliquid spatii triumphalis ille processus confecit, ac ventum esset ad aream Nachonis cuiusdam, calcitrare coeperunt boves, et plaustrum a trita via in asperam inclinavit, ita ut videretur ad lapsum prona, nisi quis advolaret. Accurrit sed intempestive Oza Levites, et posthabito Dei mandato, Num. 4, 15. 20. temere arcam quin rei necessitas id urgeret contrectat, ideoque — in opere alioquin officioso ob defectum pietatis et reverentiae, vide s. Gregorii M. l. V. Moral b. I c. 11. I, 149 — a Deo morte punitur. II. Reg. 6, 7. Graviter concussit tum Davidis, tum aliorum animos Ozae repentinus interitus, fecitque ut tantae multitudinis exultatio verteretur in stuporem et luctum, cum aperto signo videretur Deus non probare illorum studium transportandi arcam. Quare Davides ne ulterius in se ac populum congregatum saeviret ultrix iracundia, de toto negotio diffisus, indignitatis suae sensu abstinuit a translatione ad superiorem civitatem; et reponere iussit arcam in domo Obededomis, quae aliquantulum distabat ab arce Sion. Ibi arca trimestri spatio commorata, multae benedictionis exstitit causa.

festivitate et laetitia in augustissimam partem palatii sionitici translata est. In quo actu solenni Davides erga Deum intimam submissionem, erga populum vero liberalitatem demonstravit [1]. Cum Davides – quem splendide nunc regiam habitantem pudebat, arcam Domini in ignobiliori loco asservari – regum pientissimus vovisset templum se Deo aedificaturum; rebus Israelitarum iam compositis ac pace parta de voto solvendo cogitare coepit [2], in eoque proposito Nathanem prophetam a se consultum habuit appro-

[1]) Davides cognita benedictione, quae Obededomi ab hospitante arca advenerat, congregavit iterum Israelitas ut antea quando primum iniit de traductione arcae consilium, I. Par. 15, 3. s. praecipue autem sacerdotes et Levitas vocavit. Ad hos rex orationem habuit dignitatis plenam et spiritus, qua iubet imprimis, ut si quid haberent, quod non admitteret loci sanctitas aut ministerii religio, id praescriptis a lege ritibus emundarent — quod illi e vestigio complent —; et tunc sacrarium illud maximum reportarent ad locum, qui illius custodiae e materia cedrina proxime praeparatus est. Deinde ut diem illum tantopere desideratum quam maxime redderet festivum, e magna levitici ordinis copia cantores constituit, qui variorum instrumentorum clangore personarent gloriam arcae triumphantis. ibid. 20. His aderant victimarum non exigui greges, in hoc solenni processu immolandi. II. Reg. 6, 13. Davides praeterea tam habuit diem illum festivum et laetum, ut ante arcam, spectante populo, tota corporis concertatione saltaret. Vide Ps. 83, 3. Ab uxore Michol, quae non tam piis quam curiosis oculis spectavit arcae ingressum, superbo quidem tanquam regiae dignitatis immemor contemtus est; ast non sine subiuncta iustissima poena sterilitatis, quae cum aliis accidat molesta foeminis, huic quoque, cum regio esset genere et ceteris uxoribus Davidis nobilior, non poterat non esse molestissima. — Nota. Laetantis est exultare. Dum festivitas peragitur, naturalis solennitas in eo est, ut agmen non sine ordine incedat sed per choros. Subsilient autem, si gaudium cantu et instrumentis provocetur. Simplicitatis eius quidem, quae bono sensu dicitur, est congrue agere illi animo, quem quis vere habet. Atque ex hoc sensu originem ducunt choreae, sive incessus festiviores inter instrumentorum complosiones, quarum frequenter in S. S. mentio fit. Saltatio illa moribus veterum Hebraeorum recepta, Davidi ovanti non magis vitio vertenda est, quam quod alibi moerentium mores usitatos secutus est. Cf. de Davide ante arcam foederis saltante diss. M. J. Mülleri, in Thes. I, 457. s. — Solennibus rite persolutis, noluit tam hilare ac promtum popularium officium omittere non remuneratum aliquo grati animi documento; quare ex tanta populi multitudine nemo fuit in utroque sexu, quem benedictione aut aliquo munusculo non fuerit prosecutus abeuntem. II. Reg. 6, 19. Ita se gessit pius rex cum populo, quasi paterfamilias cum domesticis. Sicut antea populo, ita modo domui suae bene precatus est Davides orans: — coll. Ps. 23. 101. — ut quando illam tanto dono ornare voluisset, sic etiam dignum redderet habitaculum suum Deus, cumulando coelestibus beneficiis. ib. v. 20. [2]) II. Reg. 7, 1. I. Par. 17, 1. 2.

bantem. At Deus ipsum id exsequi vetuit [1]. Ceterum pietatem conatus remuneraturus, misso ad ipsum eodem Nathane interprete [2] promisit: structuram illam utique perficiendam esse, se a filio, qui regnum pacatum habiturus sit [3]; sanxit item [4] regno davidico aeternitatem, Messiam ex illius stirpe [5] nasciturum et omnis generis beneficia. Davides luculentas promissiones hilari ac confidenti animo excepit, debita gratiarum actione celebravit Deumque oravit, ut re ipsa praestaret, quod promiserat [6] Interea commissum sibi a Deo imperium ea instruxit sapientia, quae a principe omnium votis quaesito exspectabatur [7]

[1]) Quia bellis distentus multum hostilis sanguinis effudisset I. Par. 22, 8. 28, 3 [2]) Commemoratis beneficiis iam tum collatis. II. Reg. 7, 7—11. [3]) III. Reg. 5, 3. [4]) V. II Reg. 7, 12—16. [5]) II. Reg. 7, 14. κατὰ σάρκα. [6]) II. Reg. 7, 17—29. Cf. C. A. Crusii, Hypomnemata ad Theol. proph. II, 195. s. Nullum apud veteres fuit dubium hoc vaticinium ad Christum pertinere, ut apparet e verbis populi apud Joannem 12, 34. et s. Petri. Act. 2, 30. Extra dubium id ponunt vs. 13 quo templum, quod exstruet x. ε. ille filius Davidis aeternum; et v. 16. quo domus et regnum Davidis sempiternum fore declaratur. Sed vero templum Salomonis aeternum non fuisse experientia docuit, domus item carnalis Davidis interiit et collapsa est; ergo de praestantiore domo, excellentiore regno, Ecclesia nimirum, — quae domus Dei viventis I. Tim. 3, 15. exstructa super doctrina Apostolorum et Prophetarum, quae ipso Servatore existente lapide singulari Ephes. 2, 20. 21. invincibilis est. Matth. 16, 18. — sermo est. Quam apte haec in Christum nasciturum conveniant, ante saecula a Deo genitum, et post saecula e Davidis lumbis, perspicuum est; neque aliter hunc locum intellexerunt Ecclesiae s. s. Patres et Scriptores et interpretes christiani, qui meliorum partium sunt fere omnes. Huc referimus veneranda priscae Ecclesiae lumina: s. Cyprianum, testim. I, 15. II, 25. II, 11. p. 41. s. Justinum Martyrem, Dial. §. 118. p. 397. Tertullianum contra Marc. 3, 20. III, 136. Eusebium, dem. ev. VI, 12 p. 269. Lactantium, inst. div. IV, 15. I, 195. s. Ambrosium, in Luc. 3, 8, 9. p. 1316. s. Augustinum, de Civ. Dei. XVII, 8. II, 199. s. Basilium, ep. CCXXXVI ad Amphiloch. III, 363. Cf. F. X. Patritium, de interpret. Script. S. II. q. 9. p. 190. J. Beck, ü. d. Entwickl. der mess. Idee in d. h. S. d. A. B. Hann. 1835. p. 33. s. J. Bade, Christ. d. A. Test. I, 151. s. Hengstenberg, Christologie. I, 143. s. [7]) Ut ministeria levitica in atrii sacri Loci essent quam apprime concinna, Davides Dei iussu I. Par. 23, 4. s in triplici Levitarum stirpe Gerson, Caath et Merari novos ordines descripsit. Praecipue quatuor istos primarios: primum templi ministrorum strictius sic dictorum; secundum cantorum seu musicorum, tertium ianitorum, quartum iudicum seu praefectorum, qui tamen officiis suis extra templum fungebantur. Cantorum erant tres principes: I. Par. 25, 1. Asaph, Heman et Idithun, viri non solum peritia musica excellentissimi, sed etiam ipsi spiritu Dei pleni et ideo Psalmorum nonnullorum auctores. Iidem habebant filios rei musicae tractandae insigniter peritos; et hos iam Davides Levitis praefecit cantoribus in XXIV sortes divisis, singulis ordinibus ipsorum nomine appellatis. De natura

Sic Abiathar comes aerumnarum summus Pontifex; vicarius interea Sadoc exstitit. Formationi ministerii sacri respondit constitutio aulae et militiae [1]. Cancellarius declaratur Josaphat [2]. Scriba sive negotiorum forensium notarius erat Saraias. Primi consiliarii [3] imperiales filii Davidis facti [4]. Rei bellicae cura credita Joabo, praefectura perpetui exercitus [5] Banaiae [6].

---

indole et instrumentis musicae sacrae, si cui placet praeter auctores p. 151. laudatos consulendi erunt: A. T. Pfeifer, Ueber die Musik der alten Hebräer. Erlangen 1779. J. L. Saalschütz, Geschichte und Würdigung der Musik bei den Hebräern. Berlin. 1829. G. M. Redslob, de praecepto musico למנצח על הגתית. diss. Lips. 1831. Keil, Handbuch der bibl. Archaeologie. II, 182. Leyrer, Musik bei den Hebräern in Herzogs R. E. X, 123. Levitarum ordinibus egregia serie respondebant sacerdotum ordines XXIV hebdomadarii, una cum classibus septenariis, pro numero dierum a Davide iussu Dei identidem constituti. I. Par. 24. Quod ordinem hunc a Davide sic descriptum maxime commendabat, erat summus concentus in tot subordinationibus obtentus.

[1]) Vi cuius pro numero mensium anni vertentis, regiorum redituum duodecim curatores creabantur. I. Par. 27. Quae et quorum fidei ac curae credita fuerint publica ministeria narratur: II. Reg. 8, 16. s. [2]) Cui id negotii datum est, ut res gestas traderet monimentis. [3]) LXX αὐλάρχαι, I. Par. 18, 17. loco כֹּהֲנִים sacerdotes, quod II. Sam. 8, 18. legimus, invenitur הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ, primi ad manum regis, LXX πρῶτοι διάδοχοι, ad explenda illius ministeria et levanda onera. [4]) V. Sanctii, Comm. ad h. l. pag. 660. [5]) הַכְּרֵתִי וְהַפְּלֵתִי, II. Sam. 8, 18. t. o. II. Reg. 15, 18. V. II. Reg. 20, 7. 23. III. Reg. 1, 38. 44. I. Par. 18, 17. Cerethi coll. I. Reg. 30, 14. e tribu Juda oriundi, et qui his semper iunguntur Phelethi coll. I. Par. 2, 33. eiusdem tribus vulgo sagittarii fuisse creduntur et funditores. Certe viri fuerant corpore robusto, rei militaris periti, quorum iam esset comperta fides et quibus regii corporis esset custodia, σωματοφύλακες q. d. praetoriani. V. Pinedam, de rebus Salomonis. l. II. p. 83. J. B. Carpzovii, Disp. de Crethi et Plethi in Ugolini Thes. XXVII, 442. s. H. Opitii, exercit. de C. et P. Dav. et Sal. satellitio. ib. p. 458. Lakemacheri, Obs. ph. P. II, 2. p. 11. s. Sunt qui velint Philisthaeos fuisse. V. Movers, Phön. I, 19. Hitzig, Urgesch. d. Phil. p. 17. s. Bertheau, Zur Gesch. d. Isr. p. 186. Lengerke, Kanaan. I, 193. s. Winer b. Realwört. I, 234. 235. Ewald, Gesch. Isr. II, 615. s. Knobel, Völkertafel. p. 215 s. Dunker, Gesch. d. Alt. I, 311. Rüetschi, in Herzogs R. E. VIII, 53. s. Sed hoc perperam dicunt, non enim poterat Davides hostis acerrimus et domitor Philisthaeorum legisque observantissimus ex incircumciso populo praetorianos sibi seligere, ne si dicantur quidem proselyti facti; cum turpe et contumeliosum fuisset Hebraeis alienigenis committere regii corporis custodiam. V. Gesenium, in Thes. s. h. v. p. 719. [6]) Recensentur insuper II. Reg. 23, 8. heroës, quorum virtute Davides usus est diversis temporibus, non vero enumerantur omnes, sed tantum praecipui, extraordinaria a Deo rerum Davidicarum moderatore fortitudine instructi. Ratione fortitudinis tres horum heroum sunt classes, prima: Jaschobam — V. sedens in cathedra — qui Philisthaeos octingentos uno proelio ipse solus prostravit. Eleazarum, — qui sua virtute ad

§. 76. Lapsus Davidis et poenitentia.

Post tot prospera etiam adversa quaedam Davidem exceperunt, quorum ipse, peccatis Deum irritando, praecipuus auctor exstitit. Ut reliquias persequeretur rex ammonitici belli, Joabum cum exercitu misit ad expugnandam Rabbam [1]. Plurimum intercessit temporis inter progressum exercitus ad bellum et regiae civitatis obsidionem: cum post captos quadam die pomeridianos somnos per solarium [2] deambulando conspiceret foeminam – uxorem Uriae cuiusdam e ducibus militiae, Bethsabeen – corpus lavacro curantem [3], lenocinio formae victus illam vitiavit, seque adulterio polluit [4]. Ubi ex illo furtivo concubitu Bethsabeen concepisse didicit, Davides adulterium omnino celare volens, ut

---

provocandos Philisthaeos profectus exercitum Hebraeorum liberavit. Nam cum res in summo discrimine esset, pugnavit tamdiu donec manibus defatigati gladius ita prae sudore adhaereret, ut vix solvi potuerit. ib. 9, 10. I. Par. 11, 12. 13. 14.) et Semman amplectitur. Istorum singulare factum laudatur. ib. 15–17. Davidi propter urgentem sitim, aquas patriae urbis Bethlehemiticas, ipsi sola gustus recordatione gratissimas ardentiore voto sibi expetente, eo inscio, non sine gravi vitae periculo per medios hostes transgressi feliciter aquas apportaverunt. Aquas tamen illas Davides secum reputans praesentissimum horum heroum periculum, recusavit bibere sed illas libaminis instar effudit Domino, ipsi nimirum gratias agens pro praesidio heroibus istis praestito. Ad alteram classem referuntur: Abisai et Banaias, ib. 18, 20. tribus primis inferiores, sed reliquis superiores. Ad tertiam classem reliqui 23—39. triginta septem; etsi coll. I. Par. 11, 10—12. plures adhuc fuerint.

[1]) Ammonitarum metropolim II. Reg. 11, 1. s. [2]) Unde ad subiectas valles aedesque in iis aedificatas despectus erat. [3]) *„Praeceps quippe anima dum ante non providet,* ait s. Gregorius. M. l. XXI. Mor. 2. I, 678. *ne incaute videat quod concupiscat, coeca post incipit desiderare quod vidit. Unde et prophetae mens quae sublevata saepe mysteriis internis intererat, quia alienam mulierem incaute vidit, obtenebrata postmodum sibi illicite coniunxit."* [4]) Cum abesset diu Urias in suspicionem venire poterat Bethsabee violatae coniugalis fidei, cui flagitio lapidatio erat. Lev. 20, 10. statuta. Hoc igitur suplicium et infamiam ut declinaret mulier, mature Davidem monuit, ut videat quid facto opus sit, et qua ratione velit suae saluti ac nomini consultum. Non minus timebat Davides, ne qua in vulgus tanti ac tam indigni flagitii fama erumperet; licet enim nihil a legis severitate timeret, timere tamen debuit infamiam, quae regium nomen obscurat et subditorum movet invidiam.

geret turpitudinem, homicidium viri innocentissimi commisit [1]. avides et Dei ipsius et omnis pietatis immemor, literas Uriae dedit ad Joabum summum belli ducem deferendas; in quibus iubet, ut acie in illam certaminis partem coniiceretur Urias, ubi maius ab oste periculum sese ostenderet, eoque loco desereretur, unde evadere non posset incolumis [2]. Joabus statim iuxta regis mandatum um circumiisset urbem, animadvertissetque unde fortissimi Ammonitarum erumpere solebant, ad eum locum cum praesidio veluti d eruptiones coercendas collocavit Uriam. Facta eruptione, oppidani non paucos e praesidio illo oppresserunt, inter hos etiam agitiose in periculo relictum Uriam [3]. Bethsabee, audito coniugis bitu, impendit defuncto luctus honorem [4]; quo expleto [5], viduam ex in torum adscivit [6]. Sed quae fecerat Davides Domino vehementer displicuerunt! Multi iam fuerant exacti dies, neque tamen avidi mens antiqua rediit, quam immoderatus carnis affectus ripuerat. Ad illum igitur Deus misit Nathanem prophetam, qui xcitaret e somno soporatum animum, et illum sceleris renovata nemoria feriret. Nathan, adducta elegantissima parabola sceleris ndignitati accomodata, fecit, ut rex ipse quasi damnans alium, cuus proponebatur adumbrata culpa, in se ipsum tulerit severum ustumque iudicium. Davides sermone Nathanis divinitus perculsus [7], elociter rediit ad conscientiam; altissimo tandem ducto gemitu

[1]) E castris evocat maritum Uriam, ut si domi suae pernoctasset adulteium celaretur regis. Is vero nullis persvasionibus artibusque adduci potuit, ut dum rea Domini et exercitus regis sub dio agerent, captaret delicias e lecti mollitie, ique domum suam abiret. [2]) Eundem Uriam suae sibi necis auctorem esse voluit, ille enim a rege accepit et detulit, quibus se in laqueos mortis duxit. ic unum delictum alterum parit. *Propterea* inquit s. Augustinus, enarr. in Ps. . IV, 587., *videte fratres mei, quemadmodum eloquium Dei* Ps. 2, 11. *in nostra ilicitate tollat nobis securitatem. Hoc peccatum non fecit David cum persecutorem iudem pateretur. Quando David sanctus Saulem inimicum patiebatur, non concuivit alienam, non adulterata uxore occidit virum.*" [3]) Misit deinde Joabus nunium de rebus belli, quod Davidi minus accidit durum quam oporteret; probat ictum Joabi et bono animo esse iubet, neque de meliori desperet eventu, hanc im esse bellorum naturam ut modo in hanc, modo in alteram partem inclinet ictoria. [4]) Judith. 16, 29. Eccli. 22, 13. [5]) Quia iam expetitis nuptiis nullum ege obstabat impedimentum. [6]) Susceptus est hoc anno a Davide filius, quem : adulterio mulier concepit. II. Reg. 12, 15. s. [7]) „*Non respuit verba praecientis, non dixit audes mihi loqui regi? rex sublimis prophetam audivit.*" Augustinus, enarr. in Ps. 50. l. c. p. 588. *Non dixit quis es tu, qui me*

erumpebat in confessionem ingenuam: Peccavi, exclamat, peccavi Domino [1]. Multiplicem deinde poenam – caedes sine fine eventuras in familia, et quasi poena talionis violationem turpissimam uxorum – quam divinae iustitiae rigor inflixit [2], libenti suscepit animo. Cito Davides veniam impetravit, restituta est illi salus, imo revocata vita cuius ius amiserat et quam Dominus auferre ferro sive alieno sive domestico minatus fuerat; ita tamen ut pro eius vita vitam infantis ex adulterio nati supposuerit Deus; is igitur morte subito percussus interiit [3]. Dum haec agebantur, Rabba[4] ita ad ultimas angustias compulsa erat, ut capta urbis parte ad fluvium sita, illius iam prope appareret exitium [5]. Quare Joabus regem interpellavit, ut suum adferret militum delectum et expugnationi praesens adesset, ut ipsius imperio res tota conficeretur. Fecit rex quod visum est Joabo; collectas e reliquo populo copias produxit in aciem; et cum ad extremum invaderet urbem, statim cepit eam [6]. Durissimum de Ammonitis, ut divini humanique iuris violatoribus, sumsit supplicium [7]. — Post confectum bellum natus est ex Bethsabee Salomo [8].

§. 77. Mala domestica Davidi a Nathane praedicta.

Erat regi filia Thamar — soror uterina Absalomis genita ex Maacha — quam Ammon primogenitus Davidis perdite deperiens solam nactus, denegata libidine, vi incestavit. Verum peracto iam facinore eandem quam antea deperierat, incepit exterritus horrore delicti odisse, usque adeo, ut verbere servili eiicere iuberet plangentem. Cum

---

reprehendis? quis te misit, ut tam libere loquaris? qua vero audacia impulsus haec fecisti. S. Chrysostomus, hom. II. de Poenitentia. II, 289.

[1]) Quae unde profecta sit et qualis fuerit, disci debet ex Ps. 50. (Miserere mei), quem sui sceleris aeternum esse voluit testem et praeconem et ut sciant homines, quantam fabulam habeat concupiscentiae tragoedia. „*Alii homines cum a sacerdotibus corripiuntur peccatum suum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere, ibique eorum lapsus est maior ubi speratur poenitentia.* S. Ambrosius, apol. pro Dav. I, 676. [2]) II. Reg. 12, 10. 11. [3]) II. Reg. 12, 12—23. Ne populus cui iam erat notum Davidis adulterium, aequitatem in Domino requireret, „*puer enim ille vivens et aliorum oculis identidem occursans, testis fuisset assiduus paternae libidinis et crudelitatis exercendae.*“ Theodoret, q. XXV. in II. Reg. p. 428. [4]) V. p. XCVI. [5]) Ne Davidi cui ab evertendis capiendisque civitatibus immortalis advenerat gloria, hoc deesset ad illustre nomen. [6]) Et cum illa spolia opima, v. c. diadema inusitatae magnitudinis. [7]) Captivis serris tribulisque ferreis subiectis, et per fornacem lateritiam traductis. II. Reg. 12, 26. [8]) 12, 24. שְׁלֹמֹה, Σολομῶν, Matth. 1, 6. pacificus, q. d. Irenaeus; cui et nomen Jedidja יְדִידְיָה coll. Deut. 32, 15. q. d. Theophylus, a Deo factum est. 12, 25.

Thamar de accepta iniuria lamentatione quereretur, forte occurrit Absalom. Hic ut causam audivit, consolatus est ipsam. Quanquam nec Davidem tanta ingnominia latuit; qui licet rem graviter tulerit; cum tamen Ammonem plus nimio diligeret, ab eo puniendo abstinuit. Absalom odium in fratrem fovens ultionis opportunitatem opperiebatur, quae et successit. Ammonem ad epulas vocatum vinoque laetum sicarii iussu Absalomis peremerunt. Post commissum crimen Absalom ad Tholmai regem Gessur, avunculum suum, confugit; ibique trienni exilio iram declinavit paternam, donec prudentia Joabi veniam procuravit redeundi. Sed impetravit tantum reditum, nondum vero facultatem paterni conspectus. Biennio attamen lapso, rursus Joabi artibus patri reconciliatus est, qui filium amplexatus pristinam illi amicitiam restituit. II. Reg. c. 13 et 14. (*Quanti periculi res fuerit revocare Absalomem S. S. haud obscure innuit, dum eum 14, 25. 26. corporis forma, flavis et rutilis capillis ornatum longeque praestantissimum fuisse subiungit. Id enim eo spectat, ut doceat eo illum fuisse aptiorem ad res novas moliendas, eoque imprudentius fecisse Davidem illum ab exilio revocando. Absalom ferocis et inquieti ingenii homo, regnum sibi deberi cognoscens brevi magnificum sibi comitatum, equos et currus comparavit et satellitum armatorum quinquaginta sibi legit. II. Reg. 15, 1. s.*) Cum inter filios Davidis superstites maior natu esset, et verisimile prae aliis filiis Davidis unicus ex materno etiam genere regia proles, — utpote ex filia regis Gessur procreatus — certum tenuisse videtur, successionem in regno sibi deberi. Atque cum habere regnum, quam exspectare mallet, quotidie ad regiae domus fores, iuxta introitum portae civitatis Hierosolymae, ubi publice ius disceptabatur, mane veniebat omnesque, qui negotiis litibusque implicati ad regem comparerent, unde essent interrogabat: auditisque eorum negotiis, causisque itineris, bonam iustamque causam illos habere dicebat; neminem tamen a rege constitutum esse, qui illos audiret; omnes corruptos, neque iustitiam, sed privata commoda dominari. Ideo concludebat, non prius in suam sibi sedem iustitiam redituram, quam ipse et legum esset et aequitatis vindex. Addebat ad haec arctum amplexum, et osculum plus satis molliter impressum. Sic autem populum ad rerum novarum studium disposuit, atque plebem paulatim seduxit. Cum ita hominum animos et studium explorasset, speraretque tempus maturum esse, rem aggreditur religionis speciem consilio scelerato praetendens. Votum simulat emissum apud avum tempore quo exul fuerat; offerre se Deo sacrificia, si quando in patris gratiam et conspectum redire contingeret. Facile autem fuit Davidem hominem pium et religiosum, pietatis specie decipere, et sic veniam eundi impetrare. Hebronem profectus II. Reg. 15, 11., cum ducentis viris simplicibus causam coniurationis ignorantibus, conventus agit et rebellionem in patrem adornat. Hinc missis per cunctas tribus Israelis exploratoribus, fallacibus promissis eis suas partes persvasit, et significabat cum buccinae clamorem audivissent ex eo intellecturos Absalomem inaugurari et proclamari regem, volente et iubente patre aetate gravi ac pene septuagenario. Sed et Achitophelem — cuius neptis erat Bethsabee, Davidis antea ministrum; iam vero firmioris ex consideratione eius proditorem — de quo norat quam esset in deliberando prudens, conspirationis haud dubie auctorem et principem, Gilone — urbe in montana tribus Judae parte, haud procul ab Hebrone sita. Jos. 15, 51. — ad se arcessivit. E cuius societate illud praeter alia videtur consecutus, ut omnes qui illius prudentiam noverant, sibi persvaderent nihil in tanta re susceptum esse temere, neque ubi tanti viri interfuisset intelligentia de felici rerum eventu fore desperandum

Et haec omnia quidem Absalomi ex voto cesserunt; nam dum solemnia celebrarentur sacrificia, magni ex Israele toto concursus hominum fiebant in Hebron, qui augebant quotidie Absalomis vires. Ignorabat David, quid rerum fieret in Hebron; donec nuncius venit, a quo de his, quae Absolom egerit certior redditur. Audita re: fuga saluti suae consulere tutissimum duxit. (*Mirum est quod rex bellator, in civitate adeo munita et ad resistendum instructa, statuerit in locis desertis quaerendum esse perfugium. Sed pius rex, qui nunquam victus fuerat, videbat cum Deo sibi fore pugnandum, cuius ultricem virgam in seditione Absalomis considerabat. Coll. II. Reg. 12, 11. Agnoscamus in his omnibus manum Domini; ita Dei iudicio, inquit Salvianus l. II. de gubernatione Dei p. 55. a se aliter effectus, ut ei quem timuerat totus orbis, unus in faciem insultaret inimicus. Neque tamen Davidem deserendi causae defuerunt humanae quas recenset Calmetus ad h. l. III, 904. a. Nunquam desunt in populo seditiosi, turbarum novarumque rerum cupidi. b. Factio Saulis nondum erat penitus exstincta. c. Nota Davidis scelera, crimen cum Bethsabee et caedes Uriae. d. Iniuria iudicum in rebus populi curandis. e. Joabi, qui secundus erat a rege, superbia et fastus intolerabilis.*) Igitur Davides ipse et eius ministri Hierosolyma diffugere, relictis tantum, quae regias aedes custodirent, uxoribus; quo significabat, sę spem reditus neutiquam abiecisse. Cum egressi essent, constiterunt inter torrentem Cedron et Jerusalem. Ibi cum Davides populum sui comitem lustraret, ut videret quos retinere secum, quos domum remittere deberet, deprehendit praeter legiones Cerethi et Phelethi, praetorianam cohortem cui regii corporis tutela credita est, sexcentos quoque viros Gethaeos. Unde apparet Davidi et selectissimorum manus, et custodias adhaesisse. Sed neque sacerdotes deesse voluerunt regi, quem sui ordinis amantem experti fuerant; et quo maius illius fortunae accederet praesidium, arcam secum sumsere, quae regiae causae aequitatem ostenderet et bellatorum confirmaret animos. Davides vero duxit sibi religioni populum arca privare. Sadocum cum arca foederis in urbem reverti voluit: quia si res felicem haberet exitum, ipse confestim rediret in urbem, ubi in s. Tabernaculo sicut antea arcam coleret; sin Deus de se ac regno aliter statuisset, non recusare se, imo libenti animo subiturum quidquid Domino, cui repugnare nullatenus liceret, visum fuerit. Adoravit posthaec Deum, e vertice montis, unde prospectus erat Hierosolymas, tanquam mox privandus aspectu sanctae urbis. Magni insuper ac praesentis animi virtutem ęt praesentiam in eo ostendit, quod Chusai Arachiten fidelem amicum Hierosolymis reliquit qui ipsum de singulis rebus edoceret, et simulata cum Absalome amicitia frustraret consilia Architophelis. Pro istis infatuandis deprecabatur Dominum oratione Psalmi 54, 10. 13. 14. 17. 18. 63. Eodem tempore egressa est Hebrone seditiosorum acies; atque ideo prudenter factum a Davide, quod celerrima fuga praevertit Absalomis adventum. II. Reg. 15, 14—39. Fugienti autem Davidi, ac vix montem Oliveti transgresso, Siba servus quondam Jonathanis, nunc vero Miphibosethi — filii Jonathanis, claudi II. Reg. 9. — duobus onerariis cum commeatibus occurrit. Interrogatus de fortuna Domini sui, subdole respondit ipsum in urbe perstitisse, quod speraret in se avitum regnum ea occasione ab Israelitis esse adducendum. Cum homines in calamitate constituti creduli esse soleant, nec omnia ita ut decet expendant, Davidi etiam facile eiusmodi quid persvadere potuit; et a rege, in quem se officiosum ostendit, quae data fuerant Miphibesetho praedia, sibi ad impendia sumtuum vindicare. II. Reg. 16, 1—4. In ea sententia Davidem plus nimio festinasse

stea compertum fuit. II. Reg. 19, 27. s. Cum Davides Bachurimos — in strali tribus beniaminiticae termino — venisset, vir quidam Semei de cognatione Saulis, qui diu metu inveteratum odium in Davidem compresserat ubi eum cidisse existimavit a regno, diris exagitavit convitiis, lapidibus appetiit et pulvere idavit. Gravissima autem fuerant, quae in Davidem coniecit convicia, cum n virum sanguinarium, virum nequam vocaret, caedemque domus Saulis illi probraret; cum tamen iussu Davidis non tantum nemo ex hac domo interfectus et, sed et Saulis ac Isbosethi interfectores poena gravissima mulctati. Ferebat tienter rex suorum peccatorum conscius et poenitens maledicas voces, non men illi viri fortes, qui Davidis latus stipabant, quorum unus Abisai facultatem rege petiit, ut tanti sceleris vindex petulantissimi hominis caput amputaret. *I ille, ut ait s. Bernard. serm. XXXIV in Cantica III, 238. nec cumulatam iniuam sensit, quia praesensit gratiam. Quid mihi, ait, et vobis filii Sarviae? O vere minem secundum cor Dei, qui se ulciscenti potius, quam exprobranti, succensendum tavit. Vetuit ergo prohiberi maledicum convitiatorem, quaestum existimans maleta, et ideo dicit Ps. 118: bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes s^a^.* Tandem rex cum suis in locum pervenit, ubi paulisper respirare potuit. ,5—14. Inter haec Absalom acclamantibus populis Hierosolymam ingreditur. Cum tris exhibet se pariter Chusai, Davidis amicus, operamque suam ipsi offert et adittitur. Absalom tanta fatorum velocitate ad regnum evectus de firmanda potentia a Achitophele deliberat. Hic impium consilium dedit Absalomi de temerando terno lecto, quod pari impudentia suscepit Absalom. Metuebat Achitophel mo vafer, ne Israelitae in eam ingrederentur sententiam: facile fieri posse, ut im patri iterum reconciliaretur, patremque poenas tum ab iis sumturum, qui i partes secuti essent. Gravissima itaque quadam iniuria afficiendus erat Davis, ut populo persvaderetur nullam amplius exspectandam reconciliationem; et plebs Absalomi constantius adhaereret. Solarium idem ille locus quo Davidis ccatum concipi coeperat, II. Reg. 11, 2. poenam quoque 12, 11. 12. intentatam attulit vidi. Absalom hoc ipso loco concubinas patris nefando facinore polluit. 16, 21—23. nsultus deinde de modo belli Achitophel, maturandum esse dixit, et opprimenm Davidem; dum adhuc lassus est et infirmus, neque res ad pugnam disposita, tequam se et opportuno loco communiat, et ad illum novae conveniant copiae ibus vitam suam et regnum tueatur. Expetiit itaque e copiis, quas Hebrone cum attulerat Absalom, dari sibi duodecim millia, quibus brevi rem totam contam iri promittit; et sublato rege, belli fomite, nil praeterea negotii futurum esse liquum. Huic consilio, cum reliquae multitudini quoque placuisset, quia revera i temporis articulo admodum erat opportunum, assenserat Absalom; placuit tamen sciscere et Chusai — quem et virum noverat magni consilii et sibi fidelem fore bitrabatur —, atque eius suffragium audire. Iste considerando exsecutione consilii hitophelis extrema portendi pericula Davidi, non impedire tantum haec molimina, ret fallere aggreditur. Orationem suam accomodat ad insani adolescentis vanissimam ingenium, quod superbe de se cogitat, et nihil non felicitati suae ac viribus polletur. Svasit ei totum populum israeliticum congregare, et contra Davidem edure; cum hac ratione, ubicumque locorum esset, facile vinci posset. Quodsi cum lectis Davidem aggrederetur, et isti clade afficerentur, fieri aliter vix posse, nam ut reliquis terror ingens iniiciatur et omnes diffugiant. Sane istae rationes ecie non carebant. Chusai omnia haec arrogantissimo adolescenti facile persvasit,

qui quo erat spiritu insolenti, non minora de sua fortuna meditabatur. N
tamen hic negligenda Dei providentia cuius praecipuas in hoc negotio p
fuisse et res ipsa docet, et scriptor sacer 17, 14. diserte innuit. Interim C
Davidem de omnibus monuit per filios sacerdotum Sadoci et Abiatharis ,
thanem et Achimaasum. Davides simul ac intellexit quae gesta sunt, cum
Jordanem traiecit. Achitophel autem cum suspicaretur, reiecto quod dederat co
Davidis partes superiores fore praeoccupare potius mortem quam exspectare m
et domum suam reversus, laqueo gulam sibi ipse fregit. Absalom con
Chusai secutus, traiecto itidem Jordane castra posuit in Galaatide; Da
vero Mahanaim, v. p. XCV, quo Sobi — filius Naasi regis Ammonitarum,
vitae pepercerat post infelicem rerum Ammoniticarum exitum II. Reg. 1
— et Bercellai Galaatides varia ad vitam necessaria attulerunt. (*Vires
et alios quorum fortunis sublevatus est rebellionis tempore, ut beneficos pra
Ps. 40, 2. Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala lib
eum Dominus. Cum ita traiecto Jordane castris saepe mutatis in deserto de
in Psalmis cecinit desiderium quo tenebatur cultus sacri, a quo se divulsum
dolet: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima
ad te Deus! quando veniam et apparebo ante faciem Domini. Ps. 41, 2. Deus
meus ad te de luce vigilo, sitivit in te anima mea, in terra deserta et in
inaquosa Ps. 63, 2. Recordatio sanctuarii in illo quoque exilio eum delect
fiduciam eius sustentat: quoniam melior est misericordia tua, canit, super vitas.
A finibus terrae ad te clamavi; Ps. 60, 3. quia factus es spes mea, turris f
dinis a facie inimici. 4. Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula. 5. Avert
retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Ps. 69, 4. Adiutor et liberator
es tu, ne moreris. 6. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia; tu es
solus! Ps. 85. 10. Respice in me et miserere mei; da imperium puero tuo
vum fac filium ancillae tuae. 16.*) Interea Absalom, orto sole, copias contra p
duxit. Cum ergo eo iam ventum esset, ut proelium committendum foret, D
expendit quid haberet virium; et cum se videret non omnino imparatum a
gnam, tres ex suis copiis acies instruxit. In quibus cum tribunos et centu
designasset, iuxta bellicam disciplinam cuius ipse peritissimus erat, singuli
duces praeposuit: illi fuerunt Joab militiae princeps, eius frater Abisai, et
Gethaeus. Quominus vero ipse Davides in proelium iret — quod facere d
ut videtur, vita caute providens, voluit — populus prohibuit; qui prudenter
regis timebat, ipsumque ob incertum eventum proelio abesse volebat, prae
cum numero satis amplo esset, et ipse rex facile ex urbe Mahanaim opem
posset. Populi ergo voluntati rex obtemperans, cum copiae egrederentur, d
palam mandavit, ut leniter cum Absalome agerent; vitae nimirum eius co
cere voluit, de aeterna eius salute haud sine ratione sollicitus: ceteroquin
causa erat, cur servari hominem impium vellet, quem e medio tolli p
rei intererat. Absalom non diu cunctatus proelium in silva Ephraim c
XXVII miscuit, quo in proelio victoria penes Davidem fuit; copiae Ab
in fugam actae, hinc inde errarunt et fusi in fuga ceciderunt, sive fame et si
paludibus immersi, vel insequentium ferro perierunt. II. Reg. 18, 1—8. A
ipse mulo vectus, cum ramos perplexos magnae quaercus subiisset,
cidem adhaesit, iumentoque in cursum effuso et diffugiente ex arbore pe
Mirum hoc est et singulare, aliquem ex capillis potuisse suspendi, sicque im

ramis esse caesariem, ut non extricari potuerit penduli corporis non exiguo , quare hic aliquid fuit sine dubio ab ultrici Domini providentia; erat i pulchra vere caesaries, sed ab illa suspensus iustas persolvit poenas. Cum endentem miles quidam vidisset, Joabo hoc retulit, qui decem argenteos lum unum ei se daturum fuisse dixit, si Absolomem interfecisset; at miles voluntatem noverat, vile existimavit omne pretium prae regis mandato. norae impatiens, sumtis tribus spiculis ea medio corpori Absalomi infixit, nondum animam efflasset, a decem armigeris Joabi interfectus est. ib. 10—16. autem in fossam, quae erat in silva, proiectum et ingens super eum lapirvus statutus, v. 17. 18. *Qua in re graviter peccavit Joab, etsi enim Abpitis poenam promeritus erat, non tamen Joabi fuit hanc illi infligere; idque quia rex diserte praeceperat, ut filio parcerent, quo ipso si vel maxime uid passus est Davides, non tamen fas erat Joabo sententiam eius corrigere.* pariter ac interfecti Absalomis nuntium tulit Achimaas, sacerdotis Sadoci avides hinc in magnam tristitiam coniectus filium insolentissimum, qui contra ipsius caput manum elevasset, luxit. ib. 9—33. Tanquam pius — it Theodoretus 'int. 35. p. 440 — eum, qui non poterat amplius curari itentiam. Item quia noverat in quas poenas tam impia et parricidalis peretur. — s. Augustinus de doct. chr. III, 21. p. 95. — Acciderunt regis t lacrymae — quibus sicuti et operto capite funebre lamentum de filio — toti populo perquam molestae adeo, ut non tam exsultaret de parta quam de regis gemitu doleret. Tristes omnes, nulloque laetitiae signo gressi sunt, ac si clade ingenti ab hoste adfecti fuissent. II. Reg. 19, 1—4. c permoleste Joabus, et ad Davidem ingressus eum obiurgavit, oratione, vum cum Domino loquentem minime decebat. Quia tamen quae Joabus non omni destituebantur fundamento, necessitati parendum esse existimavit; spectum populi prodiens, suorum iterum erigebat animos. Ceteri autem miuratione supererant, in sua quiqui tabernacula redierunt ib. 5—10. em qui propensiori in Davidem erant animo, de rege reducendo delibequod cum Davides cognovisset, non tantum continuare bellum supervacase duxit, sed hac occasione etiam animos Judaeorum, qui in causa Absanium maxime videbantur peccasse, per summos sacerdotes Abiatharem um conciliare sibi voluit. Duumviri hi contribulibus suggerebant, quam indiurum esset, si illi ultimi in rege reducendo esse vellent. Oblata Amasae milifectura, facile totam tribum ad se perduxit. Amasa id egerat, ut Judaei nitterent, qui Davidi nunciarent, posse eum tuto in sedem regiam remi—14. Priusquam vero, intellecta Judaeorum voluntate, reverteretur Davides, o gratiam referre voluit illumque rogavit, ut secum iret Hierosolymas ad aulam particips laetitiae, quia ipsi in adversa fortuna maximis adstiterat auxiliis. aetatem inertem officiis aulae imparem causabatur; petiit tamen, ut ad himaunm transferret illam, quam parenti pollicebatur gratiam. Recepit inter aulicos, in illum collaturus quae meruerat pater. 31—39. Traiecto cum Galgalis occurrissent Israelitae reliqui, graviter ferebant quod tribus em duceret — quasi scilicet sola sibi regem tribueret —, et cum tribu postulare coeperunt; ad quae haud immerito acriori sermone a Judaeis stmodum regem soli Hierosolymas introduxerunt — repressi sunt. 40—43. ex iurgiis brevi in apertam defectionem ventum est; svadente Seba filio

Bochri, II. Reg. 20, 1—22. quae suppressa quidem fuit, sed post Salomonis tempora in novum erupit. Attrivit etiam alia afflictio recuperatum iam regnum caritas annonae, quae ad tertium annum extensa mirabili modo tollitur. II. Reg. 21, 1–14.

§. 78. Extrema Davidis gesta.

Incessit Davidem ultimo hoc tempore, quo regnum pacatum habuit, vesanum plane desiderium numerandi populi; quae res novam calamitatem non domesticam modo, sed et publicam arcessivit. Joabus et reliqui principes [1] conati fuerant regem abducere ab eo consilio. Iudicavit Joabus hic negotium iuberi, cuius nulla necessitas. Rex suspicatus se perstringi, obstinarat animum in eam sententiam; et ideo potentius mandavit computationem [2]. Interim nondum delatus erat populi census, iamque norat Davides in eo negotio gravem intervenisse culpam. Facti sui poenitens enumerationem inchoatam abrupit, Deum enixe deprecatus; poenam nihilominus sensit. Dominus enim per prophetam Gad optionem offert regi: malit ne triennium [3] caritatis annonae, an fugae ab hostibus trimestre, an triduum pestis? Ultima praeoptata [4], e vestigio mane grassari coepit lues, usque ad tempus constitutum, מועד, i. e. triduanum. Tertia die, cum ordo faciendae caedis ipsam regni metropolim tangeret, inhibita est [5]. Anno vitae postremo,

[1]) II. Reg. 24, 3. 4. [2]) Fuisse aliquid in animo regis, quo sibi in tanta multitudine placeret est probabile, neque enim ulla est tanta humilitas, quae dulcedine gloriae non tangatur. Sane s. Gregorius, M. lib. XXV. Mor. 15. p. 807. hunc censum populi, ambitioni tribuit: „tumore repentinae elationis inflatus populum numerando peccavit.“ Lustraverunt principes universam terram, sed non numeraverunt; quia Joab ex eo labore quem maxime invito ac reluctante animo susceperat, quam ocissime se expediit. [3]) Coll. I. Par. 21, 13. [4]) Quod Domini mallet se potestati committere, non hominum! Dominus enim cito miseratus ignosceret. Ambrosius, Apol. pro Dav. ad Theod. c. VII. p. 687. [5]) Pestis illa non videtur ab initio tentasse Hierosolymam, quia illam coll. Ps. 86, 2 inter omnes alias civitates diligebat Dominus; sed postquam regiones alias — in quibus septuaginta et duo millia ceciderunt — dire foedaverat, Angelus, per quem ministrum Deus terram dissipavit israeliticam, Hierosolymam venit, ut stragem ederet. Quem mox ut ex improviso vidit Davides, ad Dominum fervide oravit, ut manum contineret a caede; rogat ut gladius in aliorum capita hostiliter intentus, in suum convertatur. „Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione aestimabatur indignus“. s. Ambrosius. l. s. c. Angelus vastator cessare iussus est, excessit ex urbe, cum gladio tamen districto et stillante

cum Davides, fatiscente iam corpore, foveri non posset, ad hunc usum Abisag [1] regi seni fomes et uxor adiuncta est [2]. Adonias, forma et indole par Absalomi [3], praesumens imperium, Joabo et Abiathare – quasi armis et religione munitus – in suas partes tractis, de regno invadendo cogitavit. Quamobrem sacrificii praetextu fratres suarumque partium magnates lauto convivio excepit [4]. Id inscio Davide fiebat; recente facto per Bethsabeen et prophetam Nathanem denunciato, Davides confestim iussit Salomonem [5] mulae regiae impositum ad fontem Gihon [6] deduci ibique per Sadocum oleo sacro in regem ungi et comitantibus militibus omnis generis solennissime in urbem revehi, acclamante populo: Vivat rex feliciter! [7] Quo facto Salomonem throno regio – inter gratiarum actiones Deo – imposuit. Cuius rei fama delata inter ipsum convivium

sanguine, et stetit iuxta aream Ornan Jebusaei in colle Moria. 24, 16. coll. II. Par. 3, 1. V. p. LXVII. Vix peccati sui adeptus est veniam, cum per prophetam monetur, quomodo possit omne supplicium declinare: in ea ipsa area, super qua angelus cernebatur, exstruat altare. Protinus Davides emta area cum tota haereditate Ornan sexcentis siclis — I. Par. 21, 26. quod fuit aedificandi ibi templi quasi praelusio — altare erexit, ubi obtulit sacrificium. Hoc opus pietatis cum obiisset, victima coelitus consumta est. „Occurrit misericordia, Domini, tenuit manum angeli priusquam calicem illum exinaniret.“ s. Ambrosius enarr. in Ps. 37. I, 822. Deus Davidi et populo quidquid conceperant timoris ademit, iubens Angelo gladium quasi iam innoxium in vaginàm recondere.

¹) Virgo Sunamitis. Cf. p. LI ²) Labores et mala praesertim domestica, quae eius familiam postremis vitae illius annis turbaverunt, corporis valetudinem infirmaverant, extenuaverant vires et naturalem calorem fere exstinxerant; ea certe aetate non adeo provecta, ut vegeti roboris non aliquid retineret. III. Reg. 1, 1. V. s. Hieronymi, ep. LII. ad Nepot. p. 255. s. Theodoreti, interr. VII. in III. Reg. p. 459. ³) Coll. II. Reg. 3, 4. quartus Davidis filius, sed reliquis mortuis, et Salomone iuvene, natu maximus. Cogitabat a parentis aetate non procul abesse supremum diem, eumque ad imperium iam minus esse idoneum. Augurabatur quoque ex amore patris erga Bethsabeen praelationem Salomonis; stulta regnandi cupiditate apparatum regium sibi paraverat. Davides senectute atque morbo afflictus, ut erat animo in filios magis quam expediret indulgentiae molli, viderat quidem saepe Adoniam satellitio stipatum comitatu, qualis deceret futurum haeredem regni, viderat sed siluerat! Idque regis silentium plerique et Adonias pariter, qui sua pulchritudine, blanda ceteroquin animorum conciliatrice, paternos ceperat oculos, veluti tacitum assensum acceperunt. ⁴) In suburbio apud lapidem Zoheleth, prope quem serpebant aquae fontis Rogel. V. p. LXX. ⁵) Non solum paterna voluntate et fide praestita matri Bethsabee, sed a Deo peculiariter electum. ⁶) V. p. LXX. ⁷) Addi nihil poterat celeritati et solertiae, qua rem adeo gravem et difficilem ad prosperam finem perduxit Davides.

Adoniae fautorum auribus delata omnes a partibus eius abstraxit. Ipse Adonias perduellionis reus confugit ad cornua altaris, et a Salomone reipsa [1] veniam impetravit illi tamen omni publico ministerio interdicto [2]. Ab hac unctione, vivente adhuc parente, Salomon regias res administravit, atque ius dicere coepit [3]. Habita sic instantium cura ex defectione virium valetudinis Davides mortem sibi imminere praesensit. Igitur ut universorum ordinum benevolentiam et studium filio regi conciliaret, advocatis proceribus comitia instituit. Comitiis salutantibus Salomonem regem universalem [4] consilium suum aperit de exstruendo templo, quod ab ipso fieri Deus noluerit, sed potius filio Salomoni reservaverit. Deinde, quo se omni regis debito exsolveret, filium introduci iubet illumque ad officia Deo et regno rite praestanda exhortatur; et inter alia exsecutionem consilii sui de templo aedificando illi demandat [5]. Hoc ipso tempore Salomonis regis, ab universis regni proceribus et omni populo suscepti, facta est secunda inauguratio et renovatio primae; et ut augustior celebriorque existeret, nemine absente, nemine contradicente [6]. Non diu postquam mandata postrema dedit

[1]) Ea lege si quid innovare deinceps non audeat. [2]) III. Reg. 1, 5—53. [3]) Quot vero menses exacti fuerint, ex quo Salomon renunciatus est rex, ad Davidis usque mortem non constat, coll. I. Par. 28. et 29 exiguum videtur intercessisse spatium. [4]) De filii felicissimis auspiciis incredibiliter laetus fuit pater. I. Par. 28, 1—8. [5]) Tum quoque eiusdem templi ichnographiam extraordinario Dei ipsius subsidio delineatam, in operis totius normam tradidit. David ipse ingentem ligni, marmoris, argenti ac auri gemmarumque thesaurum structurae templi consecrat; eandemque conferendi liberalitatem a populi universi proceribus obtinet. Exemplum regis principes ac divites quilibet tam splendide sequebantur, ut Davides ipse e rei insperato successu divinam animorum gubernationem agnosceret; I. Par. 29, 1—9. ideoque Deum, una cum iisdem laetissimo animo, copiosis sacrificiis celebraret, addito voto pro salute populi et Salomonis. 10—19. Tunc videtur etiam Ps. 71. recitatus fuisse. [6]) I. Par. 29, 22. V. J. Pinedae, de rebus Salomonis. Moguntiae. 1613. II, 12. p. 108. Salomone sanctissimis monitis instructo, ad se quoque pertinere iudicavit Davides, duorum hominum, Joabi et Semei, ulcisci scelus, quos communis omnium sententia damnabat. Hoc autem in negotio princeps mitis et religiosus, nullo vindictae studio ducebatur, sed in mandatis filio dabat, ut, iusta puniendi occasione attenta, assequeretur quod dudum factum opportuerat, poenas nempe de Joabo, quas gemino homicidio meruerat, III. Reg. 2, 5. 6. coll. II. Reg. 19, 5. 6. 7. 20, 4. 5. et de Semei, qui regi Davidi de patria tam bene merito non solum verbis insultavit, sed etiam lapidibus laesit regiam maiestatem — cui sceleri gravissima ubique gentium supplicia leges indicunt — repetendo.

alomoni, cum regno vitam posuit Davides, anno aetatis septuage-
mo, regni autem sui quadragesimo [1].

§. 79. Elogium Davidis.

Hic finis vitae gestorumque Davidis, qui in utraque fortuna vir fuit ex omio Siracidis 47, 2. „quasi adeps separatus a carne"; — in quo uno de sacri- i victima Deus nihil reiicit, nihil fastidit — „exemplar et veluti mensura, ad us sanctitatis, et virtutis vere regalis trutinam, aliorum deinceps regum vita, res, religio examinantur." — Ut eleganter observavit s. Ambrosius prioris pro vide apologiae c. I. p. 676. — Qui haec, quae de Davidis indole et pietate praecedenti tractatione innotuerunt, ea qua decet attentione secum reputaverit e minime mirari subit, vitam Davidis vi religiosa et venustate ethica svavissimam aginem regis vere theocratici exhibere, ad quam respici Deus ipse saepis- s praeceperat. III. Reg. 9, 4. 11, 4. 14, 8. 15, 3. 4. 11. IV. Reg. 8, 19. 14, 3. 2. 18, 3. 19, 34. 21, 7. II. Par. 17, 3. 29, 2. 34, 2. Quod autem in ipso re- que ab eo gestis, maioris est momenti, ad solatium Christianorum illud est, quod vides vir secundum cor Dei (I. Reg. 23, 1 s. Ps. 17, 22. 23. Act. 13, 22. t cuius nasci familia Christus incarnationis elegit mysterio, cuius steritas aulae coelestis est, utero virginali suscipiens mundi Re- ntorem" — s. Ambrosius, de Poenit. l. I. 1, 4. ed. c. II. a. p. 390.) Ty- m Christi referat. Cf. Ps. 77, 70. s. 88, 21. s. 36. In historiis Davidis cir- spiciendum erit, quaenam fata et eventa commode tanquam typus eorum, quae isto acciderunt vel ab eo gesta sunt, accipi queant. Seligi tamen tantummodo sunt, quae Davidi ex decreto providentiae Dei sine eius culpa, quam per pec- m contraxit, acciderunt. Sic e. c. nativitas e regia tribu Juda in urbe Bellehem; ae et persecutiones, quas a rege per spiritum malum agitato et invidia malevolorum tinuit; de quibus nihilominus Davides, sicut et de iis, quos sibi et causae suae in- tes expertus est, triumphavit; positoque solio in ruinis eorum, qui imperium suum rtere conabantur, gloriosus sedet. Quibus in Christo facile respondent genus prosapia Davidis, passiones eiusque reprobatio a principibus Judaeorum; qua en via Ipse quoque ad gloriam ascendit. Memorabile pariter, Davidem nepoti suo demtori orbis vestigia pressisse, per quae ad crucem ambulavit. Nam et Davides giens Absalomem torrentem Cedron superavit primum, deinde Oliveti fastigium endit. Uterque persecutores suos lamentatione prosequitur. — Longum esset sin- la percensere, in quibus Davides Jesu Christi figuram expresserit, plura dabit . Goldhagen, Introd. in S. S V. T. II, 244—246. — Nunquam inter Israelitas, dum inter gentes, reperitur rex Davidi par aut suppar, in quo viri strenui,

[1]) Regnavit enim ab a. 1045—1006. a. Chr. Nactus vero est sepulturae cum et honorem in ea Hierosolymae parte, quam ipse abstulit a Jebusaeis et suo nomine appellavit civitatem Davidis; perstititque sepulcrum Davidis ad mpus usque Christi, Act. 2, 29. imo s. Hieronymi, qui narrat — ep. XLVI. aul. et Eust. — se ad Davidis mausolaeum precari consvevisse. Cf. ed. Vall. , 209. not. 1. V. p LXIX. LXX.

religionis amantes et suae gentis studiosi exemplum habent, ad cuius similitudinem se gerant. Regnum et sapientia praeter eximiam summamque pietatem in illo admiratione dignissima. Utrumque in homine, qui pueritiam inter greges, adolescentiam in bello et fuga, aetatem in regno constituendo trivit. David regum Hebraeorum gloria et virtute clarissimus fuit, eritque quoadusque saecula erunt. Huic uni regis nomen adeo proprium et peculiare, ut Matthaeus in genealogia Christi eum bis r e g e m *nominet, Salomonem et ceteros ne semel quidem. Qui si humanae imbecillitatis non immunis aliquid aliquando passus est, aut operatus humanitus, in quo ab eo, quod voluntas praescribit divina, defecit sic tamen se ad rectam vivendi normam revocavit, ut Dominus, agnus occisus ab origine mundi, purgaverit peccata ipsius. Eccli. 47, 13. Apoc. 13, 8.*

Jocando et asperso sale satyrico auctores Op. Dictionnaire historique et critique. ed. Amst. 1730. II, 908—913., modestius Hess, Geschichte Davids. Zürich. 1785; J. M. Jostius, Allgemeine Geschichte des israelitischen Volkes. Leipzig. 1850. Tom. I, 219. s., et qui in Scripturis Sacris iudaicum potius quam christianum sensum illustrare cupiunt: Thenius et Bertheau in Commentariis suis in libros Samuelis, Regum et Paralipomenon, Winer. in R. W. s. h. v.; denique qui historiam israeliticam unam omnium contemnunt: Menzel, Staats- und Reichsgeschichte der Königreiche Israel und Juda. Berlin. 1853. M. Dunker, Geschichte des Alterthums. Berlin. 1852. p. 291 bis 323, et alii qui his fere diebus celebrantur historiarum ut vocant universalium scriptores, Davidis gloriam obscurare malunt et de multis gravibus quidem criminibus et vitiis accusare. „N o s tamen, qui cum s. Augustino S c r i p t u r a s S a c r a s, n o n h o m i n u m p e c c a t a d e f e n d i m u s" — Faust. l. XXI, 41. VIII, 427. — quae in opprobrium Davidis congeruntur testimonia, quae appellant gravissima, illustrabimus. Obiiciunt: a. Testimonium I. Reg. 28, 1. 2. ubi si ex animo polliceatur Davides opem suam adversus Israelitas, impius est contra Deum et patriam: si vero non ex animo, fallax et mendax erga regem Achis? Sed aliter statuendum erit, si sumas Davidem, quid facturus sit nondum determinasse, sed rem totam divinae providentiae commisisse, atque ideo certi nihil affirmasse, sed tantum dixisse visurum regem, quid ipse cum pugnandi adforet articulus, facturus esset. Consuluit vero Deus famae et conscientiae Davidis, neque pugnavit contra gentem suam, neque quam alligarat Philisthaeorum regi prodidit fidem. Cf. I. C. Schulzii, Scholia in V. T. II, 369. 370. Attexunt b. saevitiem et tyrannidem semel et iterum, exaggerant supplicia de Moabitis et Ammonitis sumta; II. Reg. 8, 1. 2. 12, 31. quae plane barbara vocant, eiusque qui omnem humanitatem exuit et ferinos imbibit mores et spiritus. Sane supplicia haec forent saevitiae immanis et tyrannidis intolerandae, nisi Moabitae et Ammonitae eorum primi auctores fuissent. Verum minuetur multum atrocitatis species si coll. I. Reg. 11, 2. Amos. 1, 13 — Cf. G. Baur, Amos p. 248. s. — statuamus sic Moabitas et Ammonitas solitos fuisse facere, victosque eodem modo esse habitos a Davide, quo ipsi captivos in bello Judaeos habuerunt. Cf. I. A. Danzii, Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitas. Jenae 1710. Saalschütz, mos. Recht. p. 675. s. Tum praeterea excusatio petenda e mitissimo Davidis ingenio coll. I. Reg. 25, 32. Venimus c. ad adulterii et homicidii crimen. Sed „d a m i h i h o m i n e m s i n e p r o l a p s i o n e d e l i c t i!". s. Ambrosius apol. c. p. 68. Qui tamen in nota peccati minime est excusandus, in gravitate excusare poterit. E. II. Reg. 11, 3—5. iure colligunt interpretes licentiores Bethsabee mores, quare alioquin etiam

balneum non usque ab omni culpa immune videtur. Si, prout pudicam decuit mulierem, providisset, an aliorum oculis locus patere posset, neque cepisset regis oculos, neque ipsa passa fuisset pudoris tam turpe detrimentum. Hoc Davidis exemplum saepe nobis proponunt s. s. Patres ad commendandam gravitatem dicti Matth. 5, 27. 28. „De longe vidit, ait s. Augustinus, enarr. in Ps. 50. III, 587. David illam, in qua captus est. Mulier longe, libido prope. Alibi erat quod videret, in eo unde caderet." Neque obliviscendum fervidi quo Oriens gaudet climatis, quod confert, ut vehementiores fiant animi affectiones. Quae omnes idoneae censentur causae culpae moderandae. Sed si haec alicui videri possent quaesitae et minus feliciter inventae, utpote dubiae; huic ad omnia obiecta indubitatam ac verissimam responsionem afferimus, videlicit: peccati spontaneam cognitionem et confessionem poenitentis animi; quippe nulla magis vel idonea vel salutaris excusatio: Peccavit Davides, quod solent reges, sed poenitentiam gessit, flevit, ingemuit, quod non solent reges." S. Ambrosius, l. c. Sic lacrimatus est assidue, ut non minorem usum peccatoribus peccator ipse ad verae poenitentiae formam, quam iustus iustis ad perfectionem attulerit. Alia Davidis errata minora diluit Pineda, de rebus Salomonis. p. 12–22. Ceterum Davidem excusant quoque: A. H. Niemayer, Charakteristik der Bibel. IV, 325 s. F. L. Stolberg, Betrachtungen der heil. Schrift. Hamb. 1821. II, 414. s. H. Leo, Vorlesungen über die Geschichte des jüdischen Staates. Berlin. 1828. p. 143—150. Kurtz, in Herzogs R. E. III, 306. J. Schlier, Die Könige in Israel. Stuttg. 1859. p. 635. H. Ewald, Geschichte des Volkes Israel. II, 504—668. ed. Gott. 1843. felicius in rebus Davidis versatus, si plus aliquid a paradoxis sibi cavisset.

HISTORIARUM DE DAVIDE APPENDIX TRADENS NOTITIAM

PSALMORUM.

Monitum. Davides, inde a prima unctione Spiritu s. afflatus II. Reg. 23, 2. erat eo etiam nomine in Israele toto celebratus, quod „Psaltes" esset egregius. ib. v. 1. Quia cum praeclara concinnaret carmina, quae olim in Tabernaculo et Templo canebantur, quaeque nunc in Ecclesia svavissime resonant, iure optimo se Psalten nominat; non solum ob numerosam Psalmorum inter Israelitas cani solitorum compositionem, sed et eximium quo illos ipse modulabatur cantum. „Veniamus ad Davidem prophetam et regem; sed lubentius eum ex nomine prophetiae appello. Siquidem regnum eius in Palaestinam, prophetia vero in fines orbis terrarum extendebatur; et regnum quidem modico tempore terminatum est, prophetia vero immortalia verba pronunciat. Satius esset solem exstingui, quam verba Davidis oblivioni tradi," S. Joann. Chrysostomus, hom. II. de poen. II, 288. Horum Psalmorum, quos Dominus Davidi inspiravit, multiplicem et illustrem materiam proponemus ita: ut accommodate ad hos etiam aliorum auctorum huius generis s. Cantica „Libro Psalmorum" comprehensa expendamus.

§. 80. De nomine, partitione et collectione Psalmorum.

Liber Psalmorum praecipua s. Literarum pars, et Spiritus s. admirabile planeque divinum poëma, apud Hebraeos ut plurimum appellatur סֵפֶר תְּהִלִּים [1], sive L. laudum; „quod in omni parte laude Dei“ sit conspicuus [2]. Graeci *Ψαλτήριον* dicunt, propterea quod ad sonum psalterii, cuiusdam instrumenti musici ambabus manibus pulsari soliti [3], carmina decantarentur [4]. Liber Psalmorum *βίβλος ψαλμῶν*, sive sacrarum cantionum, centum et quinquaginta [5] *ψαλμούς* complectitur. Hebraei volumen Psalmorum in quinque libros dispescunt, quam divisionem S. S. Patrum et Scriptorum eccl. plurimi, utpote vetustissimam rati, secuti sunt [6]. Quod numerum 150 Ps. excedit, canonica auctoritate non

---

[1]) Contr. תלים, σέφερ Θιλλήν, ut ex Origine Eusebius legit, Hist. Eccl. VI, 25. ed. Val. p. 226. et Hippolytus, in Ps. p. 188. [2]) Ven. Beda. in psalt. praef. VIII, 310. Cf. Stolberg, über die Psalme. III, 303. Quamquam enim et preces et descriptiones rerum multarum historicas et prophetias contineat, tamen, quod Dei maiestas, bonitas et potentia rogationibus et infirmitatis nostrae sensu et mirabilium rerum praedicatione commendetur, optime Liber laudum inscribi potuit. [3]) Sap. 19, 17. Sir. 40, 21. [4]) Graeca nomenclatio ad Latinos aliosque populos transiit; cuius nominis etymon ducitur a ψάλλω, quod est fidibus canere, Sir. 9, 4. unde ὁ ψαλμός canticum, carmen. Judith. 16, 2. Luc. 20, 42. Act. 1, 20. Eph. 5, 19. Col. 3, 16. [5]) Numerus Psalmorum canonicorum apud Hebraeos et Christianos certus semper fuit fixusque, scilicet 150. Nec s. Ecclesia plures in suis decretis synodicis admittit; ut patet e canone 59. Conc. Laodiceni apud Harduinum. I, 791. e Conc. rom. I. sub Gelasio 1. ib. II, 937. e Conc. Trid. Sess. 4. [6]) Velut Epiphanius, de pond. et mens. c. V. II, 162. „*Nec illud te latere debet, honestarum rerum studiose, Psalterium ab Hebraeis quinque in libros esse partitum; nova ut indidem Pentateuchus oriatur.*“ Primus liber a primo Psalmo ad quadragesimum continetur. Secundus a quadragesimo primo ad septuagesimum. Tertius a septuagesimo secundo ad octogesimum octavum. Quartus ab octogesimo nono ad centesimum quintum. Quintus a centesimo sexto ad centesimum et quinquagesimum perducitur. Id ipsum praeivit Origenes, Selecta in Psalmos. ed. Lomn. XI, 352. Inter alios etiam probaruut: S. Hippolytus, in Ps. §. 8. ed. Lagarde. pag. 193. S. Hilarius, Pict. prologo in librum Psalmorum. I, 1. s. S. Ambrosius, enarr. in Ps. 40, 37. II, 882. S. Hieronymus, ep. XL. ad Cyprianum Presb. 4. p. 1051. S. Augustinus, enarr. in Psalm. 150. IV, 1960. et alii. Quod autem maxime probat eam divisionem ab olim inductam, illud est, quod singuli libri doxologiis claudantur, quae de industria adiectae esse videntur. Cf. imprimis F. Delitzschii, symbolas ad Psalmos illustrandos isagogicas. p. 1—12. p. 35. s.

gaudet [1]. Quis colligendorum et in ordinem digerendorum Psalmorum auctor fuerit, anceps iam pridem quaestio fuit [2]. Esdrae tribuit maior veterum Hebraeorum pars; et ex traditione Hebraeorum illud habere affirmat Eusebius [3]. Non abs re tamen suspicamur plures in illud opus, nec eodem tempore laborasse. Sub Ezechia, quandam Psalmorum collectionem obtinuisse [4] facile credimus. Jeremiam sententias a Psalmis sumtas usurpasse, iure colligimus [5]. Nehemias pariter bibliothecam sacram instruens apposuit et Psalmos David [6]; sicut et Judas Machabaeus. Quicumque autem huius collectionis adornandae consilium iniverint, id constat: ipsos divino Spiritu inflatos summa fide cantica sacra descripsisse, et sacra a profanis discrevisse. Divinam Psalterii veritatem, canonicamque auctoritatem commonstrant a. Res, mysteria, revelationes ibi contentae. b. Intima consensio cum reliquis S. Scripturis. c. Complementum vaticiniorum in Psalmis consignatorum d. Testimonia utriusque Testamenti V. aeque ac N. e. Auctoritas Ecclesiae.

[1]) Etenim in mss. graecis, non tamen omnibus, assuitur, Ps. 151. cuius meminit iam Synopsis. n. 21. p. 151. Reperitur iste Ps. pariter in edit. LXX. Roman. 1587. Lut. Par. 1628. II, 181. Iure derelictus est a Vulgata. Nota. In versione latina a Ps 10—147. ea observatur ab hebraeo numerandi discrepantia, ut 9. et 10. Ps. in unum conflatis, Psalmus hebraicus undecimus pro decimo numeretur; hinc numeri subsequentes unitate deficiunt. Haec autem dissensio excurrit usque ad Ps. 114., qui rursus cum Ps. 115. coniungitur, ast cum mox Ps. 116. in duos dividatur, iterum in sequentibus unitas deficit. Demum Ps. 147. in duos partito, numerus 150. completur; sic Psalterium hebraicum, graecum et latinum in eodem numero Psalmorum desinit. Plura de hac re dabit G. Genebrardus, Psalmi Davidis. p. 54. s. [2]) Sed absque periculo, cum de primario huius instituti auctore, qui Spiritus s. esse creditur, libri pendeat dignitas. [3]) In Ps. 86. ed. Montf. I, 537. [4]) Coll. II. Par. 29, 25. [5]) Coll. Jer. 9, 8. Ps. 27, 3.; 10, 24. Ps. 6, 2.; 11, 20. 17, 10. 20, 12. Ps. 7, 10. 11. Lam. 2, 16. 19. 3, 46. c. Ps. 21, 14.; 3, 54. s. Ps. 31, 10. 18.; et aliis quos congessit Kueperus, Jeremias. p. 156—164. II. Reg. 22 totus Psalmus 17. descriptus est, et Davidi auctori tribuitur. Ps. XVIII. t. o. XVII. V. — cuius Davidicam originem perperam negavit J. Olshausen, Emendationen Z. A. T. Kiel. 1826. p. 17. s. — eodem numero eademque laude esse habendum ac exemplar, quod prostat II. Sam (Reg.) 22., evicerunt J. B. de Rossi, Variae Lectiones V. T. Parmae. 1788. IV. diss. prael p. 14. C. de Lengerke, Comm. cr. de duplice P. duodevigesimi exemplo. Regim. 1833. p. 9. s. 50. s. Libro I. Par. 16, 8. Ps. 104. et deinde e. l. v. 23. Ps. 95. reperitur. II. Par. 7, 6. exstat disertissima mentio. Ps. 105. [6]) II. Mach. 2, 13.

§. 81. De Titulis et auctoribus secundariis Psalmorum.

Cum de aetate Psalmorum definienda agitur, id specialiter inquirendum sese offert, quaenam in hac causa inscriptionibus i. e. Titulis, quos plerique eorum in fronte gerunt, auctoritas constet. Tituli non sunt omnes eiusdem rationis. Habito respectu ad elocutionem sunt vel proprii [1] vel improprii sive tropici [2]. Relate ad numerum vocum, sunt qui unica tantum voce constant [3], item qui duabus vocibus exprimuntur [4], denique qui pluribus constant vocibus [5]. Interdum pluribus absolvuntur incisis, quorum pars non exigua obscura est [6]. In multis quidem exprimitur nomen auctoris; nonnulli praeter hoc indicant aliud quid ad argumentum [7] aut modum, qui in recitando servari debuit [8], aut praefectum musicum [9] pertinens; cessationem a cantu ad extremum frequenter voce Sela [10] praecipiunt. Psalmi alii decantati sunt voce

---

[1]) Ps. 3, 17. V. [2]) Ps. 16. t. o. מִכְתָּם, aureolum, qua voce significatur perfugium ad Deum esse thesaurum auro cariorem. Cf. e. Reinke, Die mess. Psalm. I, 135. Ps. 22. t. o. Super cerva diluculi, עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר, i. e. de passione iusti, quem a primo tempore inimici venantur et tandem occidunt, sed qui hinnuli ad instar cervorum a morte salit ad vitam perennem. Perperam plures duce Hasaeo, disp. in Ugol. Thes. XXXII, 207. de tibia ex osse cervino confecta sumunt. [3]) V. c. Ps. 25. 26. 27. t. o. Davidis sc. Psalmus. [4]) V. c. Ps. 16. V. Oratio Davidi. [5]) V. g. Ps. t. o. 52. למ״ מַשְׂכִּיל לד״ praefecto carmen didascalicum Davidis. Cf. Reinke, K. Zusammenstellung a. Abweichungen vom hebr. T. der LXX. u. V. Giess. 1858. p. 117. [6]) Ps. 17. V. 59. V. 83. V. [7]) Ps. 56. 57. 58. V. [8]) E. g. Ps. 11. t. o. 12. Pro octava, עַל־הַשְּׁמִינִית, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, quo nomine designatum credunt instrumentum octo fidibus instructum. Reinke. l. c. p. 17. Octavum ordine canendi modum habet Roediger, in Thes. Ges. p. 1439. Gesenius. ib. p. 905., tonum gravem a viris cantatum: basso. V. Calmeti, diss. in musica instrumenta Hebraeorum diss. V. T. II. p. 168. Gerbert, de mus. s. I, 5. cantilenam generis diatonici, octo tonis contenti intelligit. Ps. 8. 80. 83. t. o. עַל־הַגִּתִּית, LXX. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν, pro torcularibus; quam inscriptionem praeeunte ita Chaldeo ad usum fidium referendum multis docuit Redslobius, diss. p. 20—25. [9]) לַמְנַצֵּחַ, in sacris munere fungentem, qui Psalmos ipsi assignatos Ps. 61. 76. vel solus cecinit, vel, accinente choro, eximiam saltem egit personam. V. Sontagium, Tit. p. 170. s. Redslobium. l. c. p. 14. [10]) סֶלָה. Ita hanc vocem vexatam explicant Calmetus, diss. in Sela. l. c. p. 122. Smits, Psalt. eluc. prol. I. art. 2. p. 52. Gesenius, in Thes. p. 956. J. G. Sommer, Bibl. Abhandlungen. I, 1—84. (Diss. antiq. Paschii, P. Reime, J. Bytmeisteri, A. Heumanni, Pfeifferi exhibet Ugolinus, Thes. Ant. XXXI, 2. p. 1689. s.) et recentiores fere omnes. Praeivit vero iam s. Hieronymus hanc

, seu mera solaque, sine admistis instrumentis; alii ad
na musica sive inflatilia sive pulsatilia; sic ut organa
ca decantantium voces sequerentur, vel organa praeirent, in-
erentur voces; vel tandem vox cum pulsu coniungeretur [1].
ıs tituli Psalmorum, diversis de causis, ita obscuri sunt,
ılla explanatio certa afferri possit [2]. S. Thomas [3], existimat
s Psalmorum ab Esdra confectos: „*Sciendum* ait *quod tituli ab*
: *facti sint secundum ea quae tunc agebantur, et partim secun-*
ea quae contigerunt“ [4]. Quod etsi fortasse verum non est,
uctoritatem certe Psalmorum canonicam nihil refert. Sane
ırysostomus [5] diserte docet: a Spiritu Sancto dictatos titulos [6];
ɜm comparat cum statuis, quas reges ponunt assecutis victoriam.
ieronymus [7] docet inscriptiones has Ecclesiae continere sacra-
a. Nec aliter s. Augustinus [8] „solet Scriptura Psalmorum my-
ı in titulis ponere, et frontem Psalmi sublimitate sacramenti de-
·e.“ Illud tantum addimus, non posse omnium Titulorum exactam
rationem; eos praeiudicio antiquitatis suffultos esse, – quod
e consensu fere perpetuo LXX et Vulgatae cum textu hebraeo
oque non temere spernendos [9], sed caute examinandos, et si

---

significationem commemorando „sunt qui cuiusdam musicae varietatis existi-
silentium.“ Ep. XXVIII. ad Marcellam. p. 135. de voce „diapsalma.“ Ipse
·onymus LXX secutus, constanter in sempiternum interpretatur; simul l. c.
lvertit vocem Sela superiora pariter inferioraque connectere, aut certe docere
erna esse, quae dicta sunt. Alii aliter, et nulla hic augurandi meta.

[1]) E. c. Ps. 29. 49, 64. 87. 97. V. Ceterum in re musica Hebraeorum, pleraque nobis sunt, manentque obscura et incerta, ut nonnisi dubiis con-
s de illa agatur. Cf. F. Delitzsch, in Herzogs R. E. XII, 281. Prima
enta accentuationis metricae Hebraeorum exposuit Baer, in ed. cr. Libri
. Lips. 1861. IX—XIV. [2]) Iuxta coniecturam recentiorum interpretum aliqui
habentur ceu initia quaedam carminum tunc temporis notorum. Inveniuntur
e haud pauci Psalmi, qui in t. o. sunt sine, apud LXX et V. vero cum titulo et
m. [3]) In expositione aurea in Davidem. Ps. VI. Op. ed. Par. 1660. XV,
[4]) Id quod etiam dudum Theodoreto, praef. in Psalmos. I, 2. p. 606. vi-
st. [5]) Lib. II. de compunctione cordis ad Stelech. 4. I, 145. [6]) In tertium
am. Op. V, 1. [7]) Comm. in Ezech. l. 14. 48, 16. V, 608. [8]) Enarrat.
58. IV, 692 [9]) Ut fecerunt Nat. Alexandr. H. E. II, 65. H. E. Stege-
diss. inscriptiones Psalmorum serius demum additas videri. Hal. 1767.
, Die Psalmen. Heidelberg. 1835—6. H. Ewald, Die poet. Bücher. Gött. 1835.
. E. Meier, Gesch. der poet. Nat. p. 117. s. J. Olshausen, Die Psalmen.
1853 pag. 5. 22. J. J. Stähelin, Zur Einleitung in die Psalmen. Basel.
p. 13. 20. 21.

argumento Psalmi non responderent, tum primum reiiciendos esse Tituli pars sunt Psalmorum; evincitur id e lege accentuationis metri cae, et ex ipsa sermonis structura; cum plurimis Psalmis ita cohae rent, ut demto titulo versus minime sint integri. Idem liquet e pa rallelismo aliorum s. Canticorum [1]. – Accedit ad haec quaestio: de auctoribus Psalmorum secundariis. Duae sunt autem veterum Patrum hac de re sententiae. S. Hippolytus [2], s. Hilarius [3] et s. Hiero nymus[4] decernunt: „*errare eos, qui omnes Psalmos David arbitrantur, et non eorum, quorum nominibus inscripti sunt.*“ Contra vero s. Augustinus[5] Philastrius [6], Cassiodorus [7], Theodoretus [8], Euthymius [9], dicunt Psalmos omnes a Davide fuisse compositos; ceteras inscriptiones hoc tantum velle significare, „quod his inquam viris, iuxta in scriptionem nominum, privatim ad psallendum sit traditus“ [10] Ultro quidem fatemur, maiorem Psalmorum partem, quorum auctor noscitur, ad Davidem spectare; attamen omnes eidem auctor

---

[1]) E. G. Exod. 15, 1. Deut. 31, 30. Jud. 5, 1. I. Reg. 2, 1. Isai. 12, 1 Hab. 3, 1. quorum exordia itidem totius textus pars sunt. Ceterum de Titulis Psalmorum, praeter Commentatores, ex instituto egerunt C. Sontagius, Tituli Psalmorum in meth. anniv. red. Silusiae. 1687. F. Reissner, qui ind. quar. ad n. meth Ps. intell. Aug. Vind. 1775 omnes titulos hebr. graec. et lat. V. declaravit. Cf. e de Wette, Comm ü. d. Ps. ed. 4. Heid. 1836. p. 21. s. Thalhofer, prol. p. X. s Olim iam s. Gregorius Nyssenus, tract. alt. in Psalmos, qui est de inscriptionibus Psalmorum ed. Par. 1615. I, 291. s. idem praestitit. Antonii Agellii, Theatini Commentarium in Psalmos et cantica, Rom. 1606. Colon. 1607. Par. 1611, quod etiam hoc sub respectu haud exiguo subsidio fuisset, quamvis nulli pepercerimus solertiae, proh dolor! obtinere non potuimus. —. Ex omnibus omnino Psalmis, quibus in textu hebraeo auctorem occasionemque indicaturus praeest titulus, accurato examine instituto, perpauci enotari poterunt, qui inscriptioni sibi praefectae ipsi adversentur. V. Calmet, Diss. in Titulos Psalmorum. l. c. p. 76. s. H. P. Ries, Forschungen über die Ueberschriften der Psalmen. Leipz. 1846. Keil, in Hävernicks Einl. III. Erl. 1849. p. 106. 147. [2]) ὑπόθεσις διηγήσεως ε. τ. ψαλμούς. ed. Lag. p. 188. [3]) In librum Psalmorum prologo. §. 2. p. 3. s. [4]) Ep. ad Cyprianum. CXL, 4. l. s. c. p. 1051. [5]) Lib. XVII, 14. de Civit. Dei. II, 210. [6]) Haer. CII. ed. Gallandii. VII, 508. [7]) Praef. in Ps. c. 2. II, 3. [8]) Praef. interp. ed. c. p. 605. [9]) Monachus Zigaboni, laudatoria in David praefixa comment. ed. Par. 1547. [10]) Huic sententiae adhaeret e recentioribus: R. Bellarminus, praef. explanationis in Psalmos. Op. ed. Venet. 1726. Tom. VI. Bezange, Introd. in V. T. I, 461. Goldhagen, Introd. in S. S. V. T. II, 235. Torniellus, Annal. I, 426. s Sc. Sgambatus, Archivorum V. T. l. III. Neap. 1703. p. 284. J. Ghesquierus, David propheta, hymnographus, historiographus. Tremoniae. 1800. p. XVIII.

buere non possumus [1]. Id vetant a. inscriptiones Psalmorum, quae re reiiciendae, sive in sensum improprium torquendae forent. Et od haud inferius est b. elocutionis differentia, nam Davidici faiore et leviore vena fluunt; Asaphici linguae strictioris interm et vehementis sunt [2]. Profecto c. certum est res, Davidica tate posteriores, multis in Psalmis narrari [3]; Davidis igitur ii non nt sed subsequentium Hagiographorum [4]. Quanquam unius auctoris n sint Psalmi, recte tamen, facta a potiore denominatione, Luc. , 42. usus obtinuit – quem etiam Ecclesia servat – ut Psalmi avidis, tanquam ab illo maxima parte profecti, nuncupentur [5].

---

[1]) Inducenda essent alioqui prodigia, quae nonnisi summa necessitate iuite admittere oportet. Cf. J. Weitenauer, S. J. disq. acad. an solus David Ps. nium auctor sit, in L. Psalm. expl. Aug. Vind. 1757. p. 550—557. [2]) V. Marchini, divin. II, 11. p. 234. s. [3]) V. c. Ps. 101. 125. 136. [4]) Cf. Calmeti, Diss. de ctor. Psalmorum. p. 90. Natalis Alexandri, H. E. V. T. II, 66. F. W. Smits, alterium elucidatum. Antv. 1744. I. prol. 2. c. 1. p. 97. s. Quot autem Psalmos nposuerit Davides determinari non potest, neque Ecclesiae decisione constat. ste hebraica inscriptione: לדוד, Davides edidit tres supra septuaginta; videlicet . 3—9. 11—32. 34—41. 51—65. 68—70. 86. 101. 103. 108—110. 122. 124. 131. 3. 138—145. t. o. Pro comperto tamen habemus, ipsum et alios ἀνεπιγράφους ddidisse. Ps. 2. enim sine titulo est, attamen Act. 4, 25. Davidis esse docetur: et Ps. 94. caret titulo, Apostolus tamen ad Hebr. 4, 7. eum Davidi tribuit. Davidis mine citatur etiam 17. II. Reg. 22, 1. 2. item 104. I. Par. 16, 7. 8. nec non 105. 6. 107. 135. I. Esdr. 3, 11. Carminibus duodecim 50. 73—83. t. o. praescriptum est men Asaphi filii Barachiae, qui fuit princeps cantorum laudantium Dominum Par. 25, 1. non solum Davidi proxime iungitur, sed etiam propheta nominatur. rachitis coaevis Salomonis et quidem Hemani adscribitur 88. Ethani a sapientia leberrimo, III. Reg. 4, 31. Ps. 89. Moysi tribuitur 90., cui titulus: Oratio oysis hominis Dei. Corachitis, Ps. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 84 85. 87. 88. Salomoni 1. et 127. assignatur. [5]) „Psalterium Davidicum" dixit C. Tridentinum, exemplum secutum C. Carthag. III. Quare ita egerit, fidelissimus C. T. historicus lert S. Pallavicinus, Hist. VI. 14, 5. ed. Antv. 1670. I, 590. Nota. Sunt interpretes, itzig, l. c. II, 114. Olshausen, p. 4. s.) qui plerosque, alii (ut Lengerke, die fünf ich. d. Ps. Königsb. 1847. Vorb. I, XXIX.) qui multos; alii (v. c. Bengel, Diss. introd. in l. Psal. suppl., in Op. acad. ed. G. Pressel. p. 13. 19.) qui aliquos lut Ps. 44. 74. 76. 79. 83. 119. ad machabaica tempora referant. (Ita etiam H. sse, de Ps. mach. diss. Vrat. 1837. p. 20. s.) At vero si Psalterio carmina maabaica inessent, in Canonem — utpote quem altero medio saeculo ante Christum natum omnibus numeris absolutum esse constat — vix dum edita, etiam cepta, quoniam vetustas originem obliterare tunc nondum poterat, vera auctorum mina in fronte haberent. Cum autem in nullius ex his Psalmis inscriptione, ne nimum quidem machabaicae aetatis indicium cernatur, eos qui carmina machaica tuentur, in errore versari apparet. Cf. G. Gesenium, in d. Ergänz. z. Hal. L. Z.

§. 82. De argumento et indole Psalmorum.

Uti nec unius auctoris opus sunt Psalmi, ita nec eiusdem argumenti [1]; singula plane carmina suum peculiare habent argumentum. Id tamen compendio dixerimus, omnium Psalmorum caput praecipuum est „ut – iuxta s. Thomam [2] – anima coniungatur Deo;" Psalmistas in eo versari, ut intimos animae humanae Deum appetentis affectus prodant. Hoc desiderium ubique in Psalmis, quam graviter, tam varie ac svaviter inculcatur [3]. Qua in re, cum diversos animi motus expertus sit Psaltes, ante omnia hos ipsos, ut Sanctorum corda introspiciamus, scrutari oportet [4]. a. Psaltes repletus esse potest sensu animi in Deum paulatim defluentis ac veluti liquescentis [5], et cum Deo quasi familiaris, nihil praetermisit, quo Deum amantem, seque redamantem faceret [6]. Vel b. Psaltes infirmitatis suae conscius, postquam a lege aberravit, ex imo pectore suspiria et gemitus tristiores eosque continuos profert, remitti petit peccata, Domini misericordiam implorat; sed uno tenore praesenti opitulantis Dei auxilio erigitur [7]. Est hoc

1816. p. 642. Hassler, Comm. cr. de Psalmis mach., quos ferunt. Ulmae. 1827. 1832. I, 9—11. II, 47. de Wette, Comm. p. 10. Eiusd., h. k. Einleit. ed. sept. Berol. 1852. p. 365. Böttcher, de inferis. p. 219. Neque a Josepho Flavio unquam Psalmi huiusmodi commemorantur. Argumentum Psalmorum horum — qui ut machabaici habentur — ita est comparatum, ut nihil tempus machabaicum requirat; hinc qui recentissime de hac re commentatus est P. de Jonge (disquisitio de Psalmis machabaicis, Lugduni Bat. 1857. p. 4. 12. 32.) Psalmos machabaicos ad exiguum numerum, quatuor sc. 44. 74. 79. 83. reduxit. Sed his ipsis Hengstenberg, Commentar über die Psalmen. ed. II. Ps. 44. II, 382. Ps. 74. III, 304. Ps. 83. 433. tempus ante machabaicum solidis usus argumentis assignavit. De Psalmo vero: 79, ipse de Jonge l. c. p. 35. fatetur ex argumentis internis nil quidquam, quod indubitatum quis ducat, effici posse. Accedit huic opinioni quoque Ewald, in Jahrb. der bibl. Wissenschaft. 1853. 4. p. 20—32. Ueber das Suchen sogenannter makkabäischer Psalmen. Bleek, Einleitung. p. 619. s.

[1]) Non potest omnino Psalterii cum aliis S. Scripturis institui comparatio, in quibus idem est scribendi scopus, unumque argumentum. [2]) Prol. exp. aur. pag. 260. [3]) Diligam te Domine. Ps. 17, 2. In Deo salutare meum et gloria mea, 61, 8. Sitivit in te anima mea, 62, 2. Gustate et videte, quoniam svavis est Dominus. 33, 9. [4]) Sciendum est haec distingui ita secundum s. Paulum, ad Tim. I. 2, 1. [5]) Quo elevatur ad gradum vitae spiritualis, qui unitivus dicitur. [6]) E. g. Ps. 33. 72. 110. 116. 121. 134. 159. [7]) V. c. Ps. 42, 1. Iudica me Deus. Hos inter eminet. Ps. 118. „Beati immaculati;" omnium quidem Psalmorum longissimus, qui svavissimo argumento suo cor humanum divino ardore

rgumentum Psalmorum deprecatoriorum, quorum species sunt Psalmi poenitentiales, in quibus anima pia de se ipsa queritur. Etsi vero in hac divinorum canticorum sylloge plurimi sint Psalmi, qui de poenitentia canunt antiquo tamen Ecclesiae usu, ad nostram usque aetatem, in eum censum non veniunt nisi septem [1]. c. Psaltes canit victoriam piorum, et saepe de rebus sui temporis locutus, nimo repente in futura rapto, res Novi Testamenti interserit. Psalmi sti prophetici appellantur; si speciatim aliquid de persona, muere, vel Oeconomia Christi praedicunt, vulgo „messiani" vocantur. - Iam vero Psalmi de Christo vaticinantes amplius distinguendi sunt. Nempe quidam a re, quae typum maioris et futurae rei continet, et cuius contemplatione consideratio incipit, assurgunt ad antitypum iusque veritatem. In quibus saepe re, non verbis, inest praesignificatio venturi. Unde in eiusmodi Psalmis vaticinia literalia de rebus Novi Testamenti quidem exhibentur, sed ita ut res praedictae cum suis umbris spectentur. Propterea magis in talibus Psalmis locutiones emphaticae obviae sunt, quam aperto et proximo Psalmi obiecto congrueret; atque sic indigitatur maius quid esse intelligendum [2]. Id vero tenendum, minime necesse esse, ut hi gemini sensus

ecendit, ut ipse in via mandatorum Dei, quae sola ad veram beatitudinem ducit, inconcusse ambulare pergat; vel, si forte ex humana fragilitate ab ea tantisper diverterit, in eam regredi festinet, eamque constanter premat.

[1]) I. 6. Domine ne in furore. II. 31. Beati quorum remissae sunt iniquitates. III. 37. Domine ne in furore tuo arguas me. IV. 50. Miserere mei Deus. V. 101. Domine exaudi orationem meam. VI. 129. De profundis clamavi ad te. VII. 142. Domine exaudi orationem meam. Psalmos istos paraphr. expos. not. crit. illustravit E. Klüpfel, Vindob. 1823. Cf. e. F. C. W. Umbreit, Christ. Erbauung aus dem Psalter. Hamb. 1848. p. 83. s. [2]) Cf. Sack, chr. Apologetik. p. 308. s. Hävernik, Einl. III. T. v. Keil, Erl. 1849. p. 101. s. —. Huc referuntur: Ps. 3. Domine quid multiplicati sunt, coll. Joann 19, 15. Luc. 23, 34. s. Mtt. 27, 20. Cf. Rob. Bellarmini, expl. p. 8. s. V. 5. 6. de resurrectione Christi intelligit s. Augustinus, de Civ. Dei. l. XVII, 18. II, 216. —. Ps. 8. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra. In quo praenunciatur Christi regnum et potestas, nec non humani generis per divinissimum Salvatorem exaltatio. Hunc sibi adscripsit Christus, Mtt. 21, 16. coll. 28, 18. et s. Paulus, eidem accommodat. I. Cor. 15, 26. Hebr. 2, 7. —. Ps. 18. Coeli enarrant gloriam Dei. Coll. Rom. 10, 8. de lege Christi ubique promulganda per apostolos canit. V. J. Augustinum enarrat. II. in h. Ps. IV. a. p. 157. Bellarm. pag. 54. Ghesquieri, David. p. 8. s. —. Ps. 20. Gratiarum actio ad Deum directa, qui Davidi promisit aeternitatem regni II. Reg. 7, 16. Cf. G. Genebrardi, Psalmi Dav.

ubique quaerantur; e contra esse Psalmos, qui proxime Christu nulloque medio tangant, de Christo eiusque regno unice e

Lugd. 1600. p. 116. — . Ps. 23. Prophetia de Christo ascensu suo coelos patefacient coll. I. Cor. 10, 26. 28. L. Paraphrasim huius Ps. secundum sensum principali rem ad Christum pertinentem apud C. Jansenium, Ep. Gandav. Paraphr. in o. P et cant. Lugd. 1580. p. 32. Reinke, d. mess. Ps. I, 318. — . Ps. 39. Exspectans e spectavi Dominum. Davides in persona ecclesiae veteris exponit desiderium sun videndi adventum Messiae redemtoris sui, gaudetque se exauditum esse, qu orationem ad Hebr. 10, 5. reassumens Christus, offert se ipsum in hostiam r conciliationis, celeriter resurrecturam ad gloriam. Cf. Luc. 24, 46. Cf. Card. M. Thomasii, Psalterium. ed. tert. ad usum dioec. Strigon. cur. ab Em. Eszterház Prim. Vienn. 1734. p. 154. s. —. Ps. 40. „Beatus qui intelligit super egenum, quo, ut diximus p. 266. Davides tempore extremae inimicorum suorum malitia animum in Deum defigit ipsumque laudat, ita, ut inter haec per repraesentatio nem passionum Christi propheticam efficacissimum solatium acciperet, pronoqu animo viam illam per passiones ad gloriam calcaret, quam calcaturus esset etia ipse Christus. Coll. 40, 10. Joann. 13, 18. Act. 1, 16. V. Reinke, d. mess. P I, 343. —. Ps. 44. quo auctor, primo sponsi i. e. Christi, secundo sponsae i. e. Ec clesiae laudes celebrat; tum eorum, qui ex hac sacra unione generandi su filiorum. Non minus canit pulchritudinem svavitatemque Christi, et progreditur a laudem victoriae a Christo reportandae. V. s. Paulum, ad Hebr. 1, 8. 9. Origenes c. Cels. I, 56. Lomn. XVIII, 103. Eusebii, dem. ev. l. IV. p. 192. S. Athanasii, ep. a Marcell. 6. I, 984. s. Basilii, homil. in h. Ps. Op. I, 158. s. S. Augustini, de Civ. De XVII, 16. p. 212. Imprimis epistolam S. Hieronymi. LXV. ad Principiam Virginem p. 376. quae continet explanationem huius Psalmi, ubi etiam docet inscribi Canticu pro dilecto, qui ille est, de quo Isaias canit 5, 1. et evangelium narrat. Mtt. 17, 5. C E. C. Westphal, Comm. ad h. Ps. Hal. 1772. p. 2. J. H. Kistemacker, Cantic. ca p. 102. s. —. Ps. 46. quo, sumta a constitutione regni typici in populo electo occa sione, celebratur verum regnum Dei, conscenso per Redemtorem maiestatis thro in omnibus gentibus stabiliendum. Coll. Ephes. 4, 8. V. Reinke, d. mess. Ps. I 3. s. —. Ps. 67. Hymnus propheticus de tempore, quo omnes gentes colant Deu coll. Rom. 11, 25. 15, 9. de Gloria Christi et Ecclesiae aliquando efficienda h stium interitu. Coll. Apoc. 18, 19. 22. 23. Cf. J. H. Kistemacker, Exeg. cr. i Ps. 67. et 109. Monast. 1809. p. 6. 43—45. Iuxta s. Hilarium — Tract. in l ed. Par. 1830. II, 476. — „Est totus ipse sacramentis legis evangeliorumq contextus. Qui et assumtae a Domino carnis afferat rationem et Domini sup coelos complectatur ascensum et futuri eius regni gloriam comprehendat." V. s. Augustinum, in h. Ps. ed. ben. IV, 664. s. Nec oblivioni tradendus est. Ps. 6 quem sibi vindicat Christus. coll. Mtt. 23, 38. 27, 34. Marc. 15, 23. 36. Lu 23, 36. Joann. 2, 17. 15, 25. 19, 28. s. et Act. 1, 20. Rom. 15, 3. s. H Psalmo rursum docetur via passionis Jesu aditum ad gloriam patere. Cf. s. Atha nasii, ep. ad Marcellinum. 7. I, 985. —. Ps. 77. quo, facta invitatione ad audiend magnalia Dei, quae memoriae prodita sunt, describuntur res ante, in et post occu pationem terrae s. gestae, ut e recordatione divinorum operum populus institut ad observationem legis divinae, spesque fit Christi venturi, qui inter homin

literaliter vaticinentur [1], quocumque sermonis genere id fiat; peccantque, qui egregiis his de divinitate Christi testimoniis invictae probationis vim detrahunt[2]. Psalmi isti ea, quae ad vitam Christi, nativitatem, adorationem, unctionem, magisterium, sacerdotium, passionem, mortem, resurrectionem, spirituale regnum et Ecclesiam pertinent, apertissime describunt [3]. Cum igitur hi Psalmi ex historiis iis

---

agens parabolis docebit. Coll. v. 2. Matt. 13, 45. Videsis Crusii, Hypomnemata ad Psalmor. L. III. p. 725, s. —. Ps. 79. quo sub schemate vineae sistitur Ecclesia, quam Deus propter Messiam tuetur. Cf. M. Geieri, prael. in Ps. Dav. Dresd. 1668. II, 32. s. —. Ps. 88. in quo loquens inducitur Ecclesia V. T. mater futura omnium gentium ad Christum convertendarum. Cf. Reinke, d. mess. Ps. II, 126. s. .—. Ps. 96. Dominus regnavit, exultet terra; quo describitur Christi, destructo peccato, in universum orbem regnum, illiusque mundum iudicaturi maiestas. Coll. Hebr. I. 6, 8. II. Petri. 3, 7. L. s. Euthymium, ad h. Ps. pag. 275. Bellarm. p. 394. —. Ps. 117. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius; quo Davides canit multa Dei beneficia, sed illud potissimum quod Christum lapidem angularem extulerit in summum aedificium. Salvator ipse Psalmum hunc de se exponit. Matt. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. I. Petr. 2, 7. Cf. Goldhagen, Introd. II, 258. 259. —. Ps. 131. qui orationem continet ut Deus memor promissi de Messia suscitando e progenie Davidis II. Reg. 7. mittat lucernam, quae illuminet et splendeat in aeternum. Luc. 1, 32. Joann. 5, 35. Cf. Crusii, Hypom. Lips. 1771. II. p. 151. 190. 902.

[1]) Ut etiam acatholici fatentur v. G. F. Hufnagel, diss. de Psalmis prophetias messianas continentibus. in Comment. theol. ed. Kuinoel. III, 61. seq. Hengstenberg, Comm. ü. d. Ps. IV, 647. s. [2]) Sic egerat F. Vatablus, annot. suis in Psalmos. ed. Vogel. Hal. 1766. p. 6. 48. 86. H. E. G. Paulus, Philologische Clavis über die Psalmen. Heidelb. 1815. p. 6. s. Rosenmüller, Wette, Hitzig, Lengerke, Ewald, Olshausen, Bleek, aliique. Quam ob rem olim Theodorus Mopsvest. blasphemiae accusatus et impietatis damnatus fuit a Synodo oec. V. apud Mansi. IX, 211—215. [3]) In hunc censum omni iure referendi sunt: Ps. 2. Quare fremuerunt gentes, qui coll. Act. 4, 25—28. 13, 33. Rom. 1, 5. Hebr. 1, 5. annunciat Christi regnum per totum terrarum proferendum orbem, frustra obluctantibus hostibus. Sane nemo interpretum tam pertinax est, qui asserere audeat, Davidem terram ad extremos usque fines in suam potestatem redegisse. In Christo autem Jesu id impletum, eiusque spirituale regnum ad extremos usque mundi fines porrectum, diffusa per totum orbem Ecclesia, evidens est. V. Tertull. adv. Jud. 12. IV, 321. Eusebii, dem. ev. IV, 16, 182. s. Theodoreti, int. in h. Ps. p. 616. Euthymii, l. c. p. 3. s. Hufnagel, Diss. in h. Ps. Comm. Kuinoel. IV, 401—420. —. Ps. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede a dexteris meis. Allocutio ad Christum directa, qua Davides cernens in Messia coniunctum munus expiandi et regnandi, Christi divinitatem, generationem aeternam, regiam dignitatem, sacerdotium, victorias praecinit. Gaudet et veluti gratulatur Christo de exaltatione, quam obtinebit, et quacum iungetur quasi oblatio voluntaria populus maiori numero quam parit aurora ros. Hunc Psalmum res Messiae spectare tam

coaevis explanari non possint, et a primordiis in Ecclesia de Jesu Christo explicati et intellecti fuerint temere agunt, qui vim

---

indubitatum fuit apud Judaeos adeo; ut Christus Matth. 22, 44. et Apostoli Act. 2, 34. I. Cor. 15, 25. Hebr. 1, 13. 5, 6. 6, 20. 7, 21. haec vaticinia vel in sermonibus publicis, usurpantes, de regno et sacerdotio N. T. neminem repugnantem habuerint, Psalmo communi opinione ut messiano recepto et vulgo audito. (Cf. Kistemacker, l. s. c. p. 72. s. Bullet, Reponses critiq. à plus. diff. prop. sur l. Livres s. Par. 1775. p. 339. s.) Idem confirmat series contexta, nam Davidis Dominum esse, sedere a dexteris Dei, dominari in medio inimicorum, sacerdotem esse in aeternum, confringere reges, iudicare inter gentes, exaltare caput talia sunt, quae in neminem conveniunt nisi in solum Messiam Deum-hominem, generis humani redemtorem. Cf. expos. in h. Psalmum: Theodoreti, p. 1391. Euthymii, p. 317. Deylingii, Obs. S. III, 14. p. 106. s. Iustissime tales censentur quoque esse. **Ps. 15.** et **21.** quibus passio et mors Jesu Christi atque vocatio gentium praenuntiantur per Salvatorem parta. Coll. Isai. 53. Hebr. 2, 12. seq. Psalmus quidem **15.** Conserva me Domine quoniam speravi in Te. Oratio patientis Christi, qui confidit auxilio Dei, et sperat Dominum tum vindicta in improbos, tum salute Ecclesiae glorificandum esse. Personam, quae v. 10. loquens inducitur, non esse Davidem, sed Jesum ex Act. 2, 27. 31. 13, 35. certum est. Cum autem totus Psalmus sit oratio quaedam continuata, non possunt intelligi ultimi quatuor versiculi de Christo, quin totus Psalmus de Christo intelligatur. Cf. Bellarminum. p. 39. B. Bossuet, Liber Psalmorum, oper. ed. Leod. 1766. I, 39. Hufnagel, diss. in h. Ps. Comm. theol. Kuinoel. V, 1—8. Psalmus 21. Deus Deus meus, quare me dereliquisti. Preces morituri Messiae, quibus exposita summa vi passionum, orat festinationem auxilii. Depingitur distentis membris cruciatus, nudus et vere confossus. De passione et resurrectione Domini tam aperte loquitur, ut plane temerarium sit ad alium sensum velle eum pertrahere. Neque Davidi, neque genti israeliticae ullo modo applicari potest, ut patet ex passionum latitudine et qualitate effectus. V. v. 14. 16. 18. 19. 23. 28. 29. 31. 32. Coll. Matth. 27, 35. 43. 46. 55. Marc. 15, 24. 34. Luc 23. 34. Joann. 91, 23. 24. Hebr. 2, 12. 5, 7. Psalmo hoc Davides in spiritu non suo sed Dei, videt dolores Christi, illos sentit, quid Christi in his animi futurum sit percipit, suspiria audit. Imaginem persecutionum et malorum Messiae, quae quomodo afflictum fatigatura essent, pie revolvens trahitur in communionem tristitiae, Christi animum pronuntiat et Salvatorem loquentem facit: ita quidem, ut conditionem filii Dei non indicaverit solum sed suo animo impressam vividissimis depinxerit coloribus. Quid quaeso est, quod non congruat cum iis, quae iuxta Evangelia in extremo agone Salvatori evenerunt! Cf. G. A. Winer, de prophetica indole Psalmorum. Erlang. 1840. p. 13. 15, 28. 29. 41. 56. Hanc prophetiam in solo Jesu fuisse adimpletam probant: s. Justinus M. dial. c. Tryph. §. 100—106. p. 338. et passim. Tertullianus, adv. Judaeos. c. XIII. p. 223. s. Augustinus, de Civ. Dei l. XVII, 17. p. 216. Illud ad extremum notetur v. 17. in textu hebraico lectionis varietatem adesse כָּאֲרוּ foderunt, cuius implementum ex evangeliis notum est, et כָּאֲרִי, quod part. r. כור, plur. termin. ם — uti I. Sam. 20, 38. II, 20, 23. II. Reg. 11, 4. 19. — resecta per apocopen habent. Pfeiffer, dub. vex. p. 585.

propheticam illorum elevare non verentur. Vim verbis inferunt etiam ii, qui, quae de Christo prophetice dicta sunt, in alias personas detorquere audent [1]. Neque excusandi sunt illi interpretes, qui oracula quam paucissima in Psalmis ad Christum referunt [2]. Denique

---

Exercit. VII. de integr. voc. "כ· p. 1141. Crusius, Hypom. p. 457. Admissa hac sententia non discrepat sensus, nam vertendum „fodientes sunt," neque Judaei criminis falsarii accusantur. Ceterum qui de hac re disputarunt, reperiuntur diligentissime adnexa crisi recensiti in J. B. de Rossi, Variae lectiones V. T. IV, 14–20.; ubi ita concludit „*videtur vel restituendum esse textuale caarù, vel saltem lectionis varietatem hic agnoscendam esse, ut liberum nobis sit alterutram praeferre.*" Sane castiganda est Judaeorum illorum pervicacia et vix excusanda, qui lectionem כארי plane mordicitus defendunt, altera quae apertissima est et prona reiecta, quod haec luculentius quam illa supplicii Jesu Christi testimonium ferat. Cf. e. Calmet, diss. in h. l. II, 124. s. Frischmuth, de manuum pedumque Messiae in eiusdem crucifixione perforatione. Jenae. 1663. Bocharti, Hieroz. I 3, 6. p. 779. s. Dathii, Ps. ed. alt. Hal. 1794. p. 75. Hufnagel, Dissert. in h. l. p. 27. qui tamen ultimi uterque כאר „foedare" vertere malunt! Denique iure s. s. Patres e. c. s. Augustinus, ad Psalmos messianos refert (enarrat in h. p. IV, 901.) Ps. 71. Deus iudicium tuum regi da; in quo continetur benedictio prophetica Salomonis — inscriptio לשלמה obiectum Psalmi non auctorem notat — a typo ascendens ad antitypi maiestatem. De Christo hoc carmen agere apparet ex eo, quod ibi plura dicantur, quae non possint illi Salomoni regi secundum carnem iuxta ea, quae S. Scriptura de illo narrat convenire. V. c regni aeternitas, pax perpetua, omnium regum et gentium veneratio, benedictio omnibus nationibus per hunc regem obtingens, gloria Dei per totum orbem agnoscenda; Domino autem Christo aptissime aptari possunt. Cuius ortum temporibus ipsis antiquiorem prophetae praedicant, quem rori comparant, quo regnante iustitiam et pacem orituram, et totum mundum ad ipsum convolaturum eiusque imperio subditum iri vaticinantur. Cf. s. Augustinus, de Civ. Dei XVII. 8, 2. p. 200. Theodoreti, int. p. 1100. Euthymii. p. 198.

[1]) E. g. Nickes, de Estherae libro. Romae. 1858. T. II. Ps. 68. p. 267. in Mardochaeum. Ps. 96. p. 364. in victoriam de Amane. Ps. 117. de festo die Estherae sumit. p. 401. e. s. p. [2]) Nec ulla alia nisi quae facillime agnoscant; in reliquis autem potius sensus sectantur ad palatum neologorum, quam ut penes homines istiusmodi in suspicionem piae credulitatis incurrant. Ita Jahn, App. Herm. II, 241. s. J. Beck, Ueber die Entwicklung der mess. Idee. pag. 28. s. 89. s. Delitzsch, Comm. u. d. Psalter. Leipzig 1859. II, 411—417. G. Baur, in ed. VI. Comm. de Wette in Ps. p. 80—81. Gesch. der Alttestam. Weiss. p. 407—420. Παραλληλισμόν, Psalmorum cum Historia evangelica eleganter exhibet P. D. Huetius, Demonstrat. evangel. propos. IX. p. 280. s. Goldhagen, septem supra decem; et quidem Ps. 2. 8. 15. 21. 23. 30. 39. 44. 67. 68. 71. 88. 96. 109. 117. 131. 149. peculiarius ad Jesum Christum e testimoniis S. S. refert. Idem Ps. 7. 18. 34. 40. 56. 58. 66. 80. 81. 84. 85. 107. 108., quoque Messiam spectare dicit. L. Reinke, die mess. Psalmen. Giess. 1857. ad futurum Redemtorem pertinere ait: Ps. 2. 8. 16. 19. 21. 22. 24. 40. 41. 45. 47. 68. 69.

est genus Psalmorum [1], in quibus d. Auctor hostibus Dei suisque omnia infausta imprecatur. Haec non ex immanitate prodiisse iudicanda sunt [2]. Quodsi de inimicis interdum queritur, et mala precatur, haec conditionaliter intelligenda sunt, i. e. mali male pereant nisi resipuerint. Verba isthaec comminantis potius quam imprecantis sunt. Non tam suos inimicos detestatur, quam Dei; imo vero legis divinae contemtores, qui dolis, caedibus, oppressione, atque omni scelerum genere ita se gerebant, ac si Deus vindex non esset. Atque ideo hae imprecationes et dirae puniendorum vitiorum zelo excusantur. Qui Domini nomine loquitur Psaltes, etiam Deo exosa crimina acrius detestari potest et debet [3]. Hoc ad extremum monitum volumus, in Psalmis plura obscura esse. Obvolvunt huius Libri sensum textus originalis concinnitas, elocutio sublimis et emphatica, eoque magis a nostro dicendi genere discrepans oratio tropica et velamen figurarum [4]. Praeterea, quod frequentissime fit, respicitur ad res et personas Veteris Oeconomiae [5]; in his altius penetrandum est, levatoque externi sensus nucleo,

72. 78. 89. 96. 110. 118. 132. Cf. praeter monita ad singulos horum Psalmorum: II, 248—252. V. Thalhofero, Erklärung der Psalmen mit bes. Rücksicht auf d. lyturg. Gebr. ed. 2. Reg. 1860. prol. p. XXII. s. exclusive messiani sunt: Ps. 2. 15. 21. 44. 71. 109., typico-messiani: Ps. 8. 18. 34. 39. 40. 67. 68. 76. 77. 96. 101. 108. 116. 117. G. M. Dursch, ein allgemeiner Commentar über die Psalmen d. A. T. Carlsruhe. 1842. p. 143. s. 153. s. nisi Ps. 2. 22. 68. 110. J. König, Die Theologie der Psalmen. Freiburg. 1857. p. 483. s. nisi Ps. 2. 16. 22. 40. 45. 72. 110. habent messianos, quo iure reliquos neglexerint non apparet?

[1]) Ps. 5. 7. 13. 34. 43. 55. 63. 73. 82. 108. 128. 136. [2]) Mitissimum enim fuisse Davidem, hominum lenissimum, longeque abfuisse ab omni vindictae cupiditate ex historiis a nobis enarratis satis comperiri arbitramur. [3]) De his Ps. vide Umbreit, Chr. Erbauung. p. 4. s. Eppi. C. Martin, Die Feindespsalmen, in Dieringers, K. Zeitschrift. II, 1. Cöln. 1845. pag. 269. seq. E. W. Hengstenberg, Comm. ü. d. Ps. ed. 2. Berl. 1852. IV, 635. s. [4]) His incommodis consulere volentes editores a Scholis piis Austriae Comm. „Psalmi Davidici." Vindob. 1757. textui praemiserunt: Propylaeum, I—CL. quo exhibent Synonymiam, Archistiam, Polysema, Apostrophas, Antithetica. — Difficultates augent etiam crebriores mendae Psalterii ceu libri frequentius descripti. Cf. E. F. J. Ortenberg, Zur Textkritik der Psalmen. Halle. 1861. Si quis Psalmis utiliter legendis operam locare voluerit despiciat, ut historiarum subsidio sensus literalis eorum constituatur, ita tamen ut ipse spiritus Psalmorum, seu ratio, e qua carmen profectum est, attendatur. [5]) E. g. ad urbem Jerusalem, Templum, Arcam, Davidem, Salomonem, eorum hostes. e. s. p.

in latentia introspiciendum mysteria[1], animoque infigenda Christi[2] et Ecclesiae sacramenta[3].

§. 83. De praestantia et usu Psalmorum singulari.

Est quidem quaelibet pars Codicis Sacri praestantissima; „*excellenter autem quod in omnibus utile erat hic liber Psalmorum complexus est*“ [4]. Ad Psalmorum librum non immerito refertur[5] encomium[6] „sicut lux aurorae oriente sole mane absque nubibus

---

[1]) Cogitandum non de urbe lapidibus composita, de templo divinae maiestati angusto, de fragili ligno, de bello et pace, Saule et Achitophele. [2]) Qui quiquid prisca illa magnificentia figurari potuit revera confert. [3]) Vivi lapides Christo coaptati; in quorum cordibus, non symbolis quibusdam, sed spiritus sui efficacia habitat coeleste regnum; quod non pauculos solum Israelitas complectitur aut angustae continetur regionis terminis, sed totum Israelem mysticum comprehendit, diffusum per omnes partes orbis habitabilis. Eucharistica Christi praesentia, qui non arcae alicui aureae, aut Cherubinis humana arte factis, sed throno patris sui coelestis insidet, stipatus s. Angelorum turmis Ecclesiam gubernat, tuetur omnique bonorum gratia locupletatur. Ecclesia inter adversa et prospera peregrinans, sanctorum persecutores visibiles et invisibiles, pugnae in hac vita perpetuae, secutura pax sempiterna. Cf. s. Gregorii Nyss., Tract. prior. in Psalm. p. 257. s. S. Augustini, enarr. in Ps. 7. ed. ben. IV, 29. in Ps. 51. pag. 475. s. Singula Psalmorum genera disponere atque sic quae dicta sunt in partes exsequi et ab incepto nostro alienum, et Commentarii opus est. *Commentariorum in Psalmos — quorum numerus in immensum pene excrevit. Sunt qui ultra 500 numeraverint. Le Long sedulus si quis alius et exactus earum rerum perscrutator ad 600 recensuit. Biblioth. S. Par. 1723. II, 1098. s. exceptis iis, qui in universam S. S. commentati sunt — auctores hos accurate enumerare a nostro consilio alienum est. Quare non omnes sed partem tantummodo atque communi aestimatione ceteris praelatos afferimus. Initium ducendum a J. B. Corderio e S. J. qui dedit: Expositionem Patrum Graecorum — Athanasii, Ammonii, Anonymi, Apollinarii, Asterii, Basilii, Gennadii, Georg. Alex. Gregor. Naz. et Nyss. Dydimi, Dionysii, Ar. Eusebii Caes., Hesychii, Theodoreti, Theodori Antioch., Theodori Heracl., Isidori. Cyrilli Al. Maximi, Pachymerae, Chrysostomi, Psellae, Origenis — e vetustissimis mss. ἀνεκδότοις concinnatam in paraphrasim, latin. et annot. illustratam. Antverp. 1643—6. III. vol. in fol. Huius Op. singula volumina continent. 50. Ps. Praeter hunc et alios ad quos ben. lectorem saepe remisimus, ne diutius immoremur, nominandi sunt: Le Blanc, Comm. in Ps. Lugd. 1665. J. Lorini, Comm. in l. Ps. Ven. 1718. G. Cartier, Psalmodiae eccl. dilucidatio. Aug. s. Vind. 1734. H. Gossler, Die Weisheit der Ps. Pad. 1835. Handschuh, Die Ps. erläutert. Wien. 1839. Scholz et Allioli, in Vers. bibl. P. Schegg, Die Psalm. übers. ed. 2. Mon. 1857. Engeln, Psalt. cum canticis. Monast. 1858. Kopsz, s. Psalterium. Sab. 1857. Th. Kremnicska, Paraph. Psalm. popul. Pos. 1857.* [4]) An. proem. a. Corderium. I, XLVIII. [5]) In C. Sanctii. Comm. in l. Reg. p. 887. [6]) II. Reg. 23, 4.

rutilat, et sicut pluviis germinat herba.“ Nam totum Psalterium splendet sicut aurora, quam nulla nubium opacitas obscurat; et non aliter a sitientibus mortalium animis excipitur, quam coelestis imber ab agro sitiente [1]. Elucet vero praestantia eius summa a. Ex argumento huius Libri, utpote quod in se contineat epitomen omnium historiarum sacrarum, legis et prophetiae. „*De his omnibus* — inquit s. Thomas [2] — *in hac doctrina tractatur; de opere creationis, gubernationis, reparationis et glorificationis, et haec est ratio quare magis frequentatur Psalterium in Ecclesia, quia continet totam Scripturam.*“ Egregiam sane in his Psalmis et credendorum et agendorum formam habemus [3]. Quanta porro sit dignitas huius voluminis patet b. ex usu Ecclesiae α. Veteris Testamenti, ubi solus hic Liber in musica sacra praebuit partem cultus divini haud exiguam [4]. Ad eundem usum haud inepte refertur mos Israelitarum cantandi Psalmos graduales [5] singulari cum laetitia vice neomeniarum, festorum maiorum, et sacrarum peregrinationum. Quo loco fuerit

---

¹) Coll. Deut. 32, 2. ²) Prol. exp. aur. p. 259. ³) Omnia quae hoc respectu in laudem Psalmodiae s. dici possunt complecti videntur s. Nicetii episcopi verba (De Psalmadiae bono tract. in Spicilegio L. d'Achery, Par. 1723. I, 223. s.): „*Quid* ait *in his Psalmis non invenies, quod faciat ad utilitatem et aedificationem, ad consolationem humani generis, sexus, aetatis? Dominus Deus noster per David servum suum confecit potionem, quae dulcis esset gustu per cantationem et efficax ad curanda vulnera peccatorum per suam virtutem. Suaviter enim Psalmus auditur cum canitur, penetrat animum cum delectat; facile Psalmi memoria retinentur, si frequenter psallantur, et quod legis austeritas ab hominibus extorquere non poterat, hi per dulcedinem cantionis excludunt. Nam quidquid Prophetae, quidquid Evangelia ipsa praecipuunt, in his carminibus suavi meditantium dulcedine continetur. Deus ostenditur ut timeatur, simulacra ridentur, iustitia ingeritur, iniquitas prohibetur, misericordia laudatur, incredulitas abdicatur, veritas requiritur, mendacia damnantur, dolus accusatur, innocentia collaudatur, superbia deiicitur, humilitas sublimatur, poenitentia praedicatur, pax sequenda depromitur, contra inimicos protectio postulatur, vindicta promittitur, spes certa nutritur et quod his est omnibus excellentius, in Psalmis Christi sacramenta cantantur: nam et generatio eius exprimitur, et reiecta plebis impiae et gentium haereditas nominatur: virtutes Domini cantantur, passio veneranda depingitur, resurrectio gloriosa demonstratur, sedes quoque ad dexteram mirabiliter depingitur. Deinde igneus Domini adventus manifestatur, terribile de vivis et mortuis iudicium panditur. Quid plura?*“
⁴) Cf. M. Gerberti, abb. de cantu et musica sacra. S. Blas. 1774. I, 5. seq.
⁵) שִׁיר הַמַּעֲלוֹת. Ps. 120—134. t. o. cantica graduum, ascensionum Jerosolymae. Cf. e. Ps. 113—118. et 135. 140. 147. 148 149. 150. Gerbert. p. 27. V. Delitzsch, in Herzogs R. E. XII, 281. s.

Psalmorum β. in Ecclesia Novi Testamenti, facile liquet
ıeceptis apostolicis. Nova Lex cum Veteri pene certavit de
huius assiduitate. Atque ad id Servatoris et discipulorum
ıplum praesto est [1]. Neque praetereunda est allegatio Christi
ıpostolorum creberrima [2]. Certe praeter Pentateuchum [3] et
m [4], alium sacrum Librum habemus nullum, qui in dicenda
ʒelii causa ab iisdem frequentius fuisset citatus. Usus Psal-
m γ. perpetua Ecclesiae traditione et praxi constat [5]. Ec-
ı sapientissime Psalmos in varias diei horas distribuit, ut
ıtros suos ad munus suum revocaret; quod quidem aliud
est, quam laudandi Deum nomine Ecclesiae sponsae Jesu
ıti filii sui [6]. Quanti momenti fuerit apud veterem Ecclesiam

[1]) Matth. 26, 30. Marc. 14, 26. Passim apud s. Paulum de hac re fit
ı: I. Cor. 14, 15. Ephes. 5, 19. Col. 3, 16. *„Sine dubitatione inquit s. Augu-
epist. LV. ad Januar. 34. faciendum est, maxime id quod etiam de Scripturis
li potest; sicut de hymnis et psalmis canendis, cum et ipsius Domini et Apo-
m habeamus documenta et exempla et praecepta."* ed. ben. II, 142. [2]) 47. vicibus.
vicibus. [4]) 42. vicibus. [5]) Antiquissimi sane moris erat Psalmos cantare
ptem διαστήματα, in religiosis conventibus matutinis et vespertinis; qui
oribus aetatibus plerumque coetus antelucani, vigiliae et horae noc-
, lucernales vocantur. Officio matutino, cum vita monastica, gradatim
ıntur horae canonicae P. T. S. N. et Completorium. Cf. s. Ignatii, ad
. 4. pag. 159. ad Rom. 2. pag. 203. ad q. v. Gerbertum, l. c. p. 28. not.
Justini, Apologet. I, 13. pag. 32. Tertulliani, Apologet. 39. I, 112.
ıis, c. Cels. VIII, 37. XX, 162. Eusebii, Hist. Eccles. X, 3. p. 370.
. in Ps. 65. p. 325. s. Ambrosii, in Hexaem. III, 5. I, 42. s. Basilii, ep.
III, 136. s. Joannis Chrysostomi, hom. de J. S. Bernice et Prosdoce.
8. s. Augustini, enarr. 2. in Ps. 21. ed. ben. IV, 94. s. Hieronymi, ep.
l. p. 206. 118. p. 722. Cassiani, de Coenob. instit. l. II, ed. A. Gazaei.
, 1722. pag. 13. seq. Concil. Laodic. c. XV. XVII. apud Hard. I, 784.
nense. II. ap. eund. III, 361. Cloveshovense. II. c. XVII. p. 959. Sed quis
testimonia recenseat? Lassatur calamus gravissimorum s. s. Patrum et
orum eccl. numero, qui unanimi consensu Psalmos recto ordine recitandi
antiquissimum institutum stabilierunt. [6]) Psalterii recitandi per totum an-
nodum, quem Graecorum ecclesia servat promit: Leo Allatius, de libr. eccl.
ss. ap. Fabricium, Bibl. Graec. Vol. V. ed. Hamb. 1722. p. 43. s. *Plura ad
rem Psalmodiae cognitionem dabunt: J. Bona, de divina Psalmodia eiusque
, mysteriis et disciplinis. Op. ed. Antv. 1723. p. 397. J. Grancolas, Commen-
hist. in rom. Breviarium, quo simul aliarum singularum ecclesiarum, prae-
vero Breviarii Parisiensis ritus explicatur. Venet. 1734. p. 1—182. E. Mar-
le antiquis Ecclesiae ritibus. T. III. ed. 2. Antv. 1737. p. 17. s. B. Gavantus,
rus s. Rituum. ed. C. Merati. Ven. 1740. II, 113. s. L. Paleotimi, Antiquit.
. eccl. summa. Ven. 1766. II, 64. s. Imprimis diligentissimus J. L. Selvaggius,*

haec disciplina, ut clerici Psalterium totum animo perciperent et memoria custodirent, praeclare demonstrat id, quod legimus de s. Gregorio M., qui episcopum ordinare recusavit Joannem presbyterum, utpote Psalmorum nescium [1]. De Gennadio Const. narrat Nicephorus [2], eum in more habuisse, ut neminem s. ordinibus initiaret, qui Psalterium ignoraret. Carolus M. [3] iussit clericos „ut totum Psalterium memoriter tenerent". Et si acceptissimum usum Psalterii in Ecclesia christiana cum exiguo tenuique usu Synagogae recentioris conferimus, quis dubitet, Christo reiecto et spreto, salem et perspicuitatem singularis Libri Judaeis ereptam fuisse.

§. 84. REGIMEN SALOMONIS.

Accingimur ad describendum Salomonis, pacifici Deoque amabilis, imperium: principis pietate, sapientia, potentia, opibus, rerum memorabilium copia undequaque gloriosissimum. Salomon cum Davidi sanctissime fatis functo magnificentissimis exsequiis parentasset [4], pleno iure unicum se agnovit regem. Nova his diebus conflata est contra eium coniuratio. Vix enim elapso luctus tempore, Joabo et Abiathari recens exauctoratis visum est, tentari oportere Adoniae coniugium cum Abisaga, et in eo gradum ad regnum.

Antiquitatum christ. institutiones. ed. 2. Vercell. 1778. l. II. p. 2. c. 7. III. p. 146. s. J. B. W. Augusti, Denkwürdigk. aus d. christ. Archäologie. Leipzig. 1822. V, 235. s. VI, 1823. p. 170. s. A. J. Binterim, Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten d. chr. kath. Kirche. Mainz. 1827. IV, 1. p. 298. Der canon. Stunden alter Geist und Wesen, eine kirchenhist. theol. Abhandl. ü. d. Brevier. ed. 2. Landshut. 1835. p. 50. s. B. Schwinghaimb, Ueber das Brevier. Linz. 1838. p. 115. s. W. Böhmer, Die chr. Kirch. Alterthumswiss. Bresl. 1839. II, 333. Lüft, Lyturgik. II, 131. s. J. Amberger, Pastoraltheologie. Regensb. 1832. II, 361. V. Thalhofer, Erklärung der Ps. ed. 2. p. XXIV. seq. F. Armknecht, Die h. Psalmodie, o. d. Psalmod David u. d. singende Urkirche. Gött. 1855. O. Strauss, Der Psalter als Gesang und Gebetbuch. Gesch. Betrachtung über den Psalter. Berlin. 1859. Hos et alios harum rerum lector studiosus consulere poterit.

[1]) Ep. 48. l. V. ind. 13. II, 777. [2]) Hist. XIV, 23. p. 970. [3]) Admonitione ad presbyteros apud Hard. IV, 961. [4]) Quo vivo ac superstite, iam regnum administravit. Cf. Ps. 71, 1. s. Augustini, de Civ. Dei. XVII, 8. pag. 201. s. Hieronymi, epist. LXXII. ad Vitalem. pag. 435, in qua multa de Salomone disputat.

Adonias rogavit Bethsabeen [1] peteret a rege dari sibi Abisag Sunamitem in uxorem. Et Bethsabee quidem imprudens favebat his nuptiis: at Salomon matrem repulit, ambitiosum vero procum, iterum laesae maiestatis reum, caedi iussit [2]. Quo interfecto etiam in eius fautores et socios animadvertit, debitasque poenas exegit [3]. Cum nihil esset reliquum quod regno metueret, solennissimas nuptias celebravit cum regis Aegypti filia [4]. Optime vero censuit firmandum adolescens se atque etiam regnum e monitis Davidis: Sapientia, pro qua adipiscenda ascendit ad altare et s. Tabernaculum in Gabaon sacrificaturus ardentissimasque preces effusurus [5]. Immolato holocausto, per somnium quoddam propheticum, Dominus Salomonem invitavit, ut si quid vellet peteret. Iuvenis rex poposcit sapientiam, ethicam et politicam. Petitio haec ita Deo placuit, ut non solum sapientiam confestim reipsa Salomoni contulerit, sed insuper pro munificentia sua opes et gloriam adiecerit [6].

---

[1]) Mulieris huius pro materna auctoritate intercessio plurimum videbatur habere ponderis. [2]) Iustis de causis timuit, si istae importunae accesserint nuptiae, ex affectatione regni tantopere desideratae, quidvis ab Adonia metui posse. [3]) III. Reg. 2, 13—46. Abiatharem, qui in coniuratione fuisset Adoniae — id quod graviter affecit Salomonis animum — ne porro sua aetate res publicas turbare posset, usu sacerdotii excedere iussit, et res suas curare in Anathoth. Cf. p. LVIII, 154. Omnino occidisset, nisi Deo consecratus foret et parenti Davidi assiduus, illis maxime temporibus, quando a Saule premebatur. Joab, cum videret severe puniri eos, quos habuit in coniuratione socios, statuit mature sibi esse providendum et recepit se ad locum maxime religiosum sc. ad altare. Sed extra s. tabernaculum ductus iussu regis interfectus est. Supererat adhuc Semei, cui, ne longius vagaretur et tumultuose ageret, intra muros Hierosolymarum vivendi legem praecepit Salomo, quam transgressus poenam mortis incurrit et iustissime peremtus est. Regum theocraticorum — cum essent legis divinae vindices, populi electi iudices, tranquillitatis et publicae salutis defensores — erat, reos supplicio afficere; hi minus ipsi sibi contrahebant poenas scelestis debitas. Ita Salomon singulari virtute et pietate mandata parentis executus est, et id obtinuit ut sublatis inimicis a regno constabiliretur. [4]) III. Reg. 3, 1. Ut sumunt proselyta erat, quia inter idola nuspiam memorantur aegyptiacae superstitiones. Attulit haec dotem Salomoni urbem Gazer, quam Pharao pulsis Chananaeis suae ditioni adiecit. III. Reg. 9, 16. [5]) Cf. Sap. 8, 21. c. 9. Eccl. 51, 26. [6]) Interim „*dormiendo*, ut loquitur Thomas, Sum. I, 2. q. 113. art. 3. VI, 505 *non meruit sapientiam, nec accepit; sed in somno declaratum est ei, quod propter praecedens desiderium ei a Deo sapientia infunderetur. Unde ex eius persona dicitur* Sap. VII, 7. *optavi et datus est mihi sensus.*“ V. e. s. Augustini, de Gen. ad lit. 12. 15. 31. III, s. 466. Intellexit id Salomo experrectus propria experientia, per effectum consecutum, nempe maxima sui mutatione, β. e sapientia, quam sibi infusam sensit.

– Sapientiae salomonicae specimen sunt ter mille parabolae et mille quinque cantica [1]. Parabolarum portio nobis superest in libro Proverbiorum; e canticis conservatum est tantum Canticum Canticorum. – Rediit laetus in urbem tam grandi cumulatus dono, et cum hoc tempore sponsam sibi Sapientiam Cant. 8. duxisse videret, gratum se praebuit eucharistico sacrificio [2]. Statim atque Salomon sapientiam divinitus accepit, illustre illius edidit documentum in lite duarum foeminarum – tabernariarum –, quarum utraque infantem vivum sibi filium vindicabat, utraque mortuum eiurabat [3]. Vicinorum et domestici regni conditione securus, de educenda templi fabrica serio cogitavit. Viros optimos sibi ministros, et duodecim annonae curatores per totidem regni circulos constituit, omniaque ita ordinavit, ut sibi et civibus omnium rerum copia suppeteret [4].

§. 85. Aedificatio et Fabrica Templi.

Cum Salomon plus quam tribus annis a suscepto regno desudasset, in comparanda materia et expensis pro demandata sibi Templi fabrica [5], tandem magnificum aedificium aggressus anno

---

[1]) Dissertationes item de singulis arboribus, a cedro Libani usque ad hysopum. III. Reg. 4, 29—34. [2]) III. Reg. 3, 4—15. [3]) Cum res foret occulta, nec quisquam advocari posset testis, sagacissime obiecto filii cruciatu parentes torquere, infantem dividi iussit, ut quaelibet illarum foeminarum suam sibi medietatem auferret. Nec enim aliud medium, aut alia probatio litem hanc decidendi suppetiit. Ita naturam interrogavit, et illa respondens matrem tenerrimo affectu monstravit, veri amoris consciam et culpae nesciam. Negantem filii necem, quam horrebat natura, germanam matrem agnovit Salomon. Hic controversiae perdifficilis exitus visus est populo insigne sapientiae argumentum. 3, 16—20. „Non immerito aestimatus est intellectus Dei esse in eo, in quo occulta sunt Dei. Quid autem occultius, quam internorum viscerum testimonia, in quae sapientis intellectus velut quidam pietatis descendit arbiter, et velut quandam genitalis alvi eruit vocem, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium suum apud aliam vivere quam in conspectu matris necari.“ s. Ambrosius, l. II. de off. c. 8, 46. ed. Gilbert. p. 116. [4]) III. Reg. 4, 1—25. [5]) Statim circa initia regni sui cum Hiramo, eodem quocum iam Davides tractarat, Tyriorum rege, de accersendis fabris et caedenda atque comportanda materia ad templi aedificationem egit. Non parvum tempus in praeparanda materia insumtum esse videtur. Indiguit

quarto, mense secundo imperii [1] cum summa populi laetitia fundamenta iacere coepit, loco a patre iam praeparato [2]. Cumque potissimum illam structuram urgeret, intra septennium, i. e. anno regni sui undecimo, augustissimum Domini sacrarium perfecit [3].

---

nim non paucis diebus ingentis illius operariorum copiae et delectus, ut qui fieret pluribus provinciis, et labor convehendi tum e Libano in mare, deinde per mare Joppen, exinde vero terrestri itinere Hierosolymam. III. Reg. 5, 1—8.

¹) Quadringentesimo et octogesimo anno egressus ex Aegypto. V. p. 214. ²) III. Reg. 6, 1. Septuaginta millia portantium onera, octaginta millia caedentium lapides sub tribus millibus et sexcentis praepositis, partim ex Judaeis partim ex gentilibus — omnes mercede e publico alendi — operas suas navabant; ita divisi ut tertio quoquo mense, tertia eorum pars in opere esset occupata, reliquis interea ad familias suas regressis et quiescentibus. III. Reg. 5, 15. 16. II. Par. 2, 17. ³) III. Reg. 6, 37. 38. Nota. Antequam hoc opus perfectum contemplemur de *fontibus e quibus Templi Salomonici* — quod Zorobabelis pietas qualitercunque imitata est — *cognitio petenda est*, disserere oportet. Sunt hi III. Reg. 6—8. II. Par. 3—7. Coll. I. Par. 25. s. IV. Reg. 25. Jerem. 52. Ceterum hi l. l. Templum x. ε. cum aliquot solum partibus concise describunt. De atriis eorumque aedificiis vix verbum. His quasi praeiactis fundamentis accedit Ezechielis visio, c. 40—42. 43. et 46. qua forma illius templi proponitur, in quam intenti, qui a babylonico iugo in patriam essent reversuri, novum templum ad veteris similitudinem excitarent. De templo Salomonis locutum fuisse Ezechielem eiusque figuras ostendisse Israeli, satis (ut affirmat Vilalpandus, l. i. c. p. 24. et Thenius, l. c. §. 2. p. 25. s. quibus, cum distincte rem pensito, lubens assensum meum subiicio) firme conficiunt argumenta sequentia: a. Perhibetur Hierosolymas delatus propheta, ut hoc videre posset templi aedificium. b. Nulla invenitur apud S. Script. templi Salomonici mensura, quae vel eadem vel saltem ab ea non discrepans habeatur in Ezechielis descriptione. c. Etiam proximi finis ratio: ut admissorum criminum dolorem, reique sacrae instaurandae spem concipiant Israelitae, nos hortari urget visione hac ipsum templum Hierosolymitanum ostensum. d. Eodem plane rationis contextu percenset propheta templi, altaris, atque aliarum etiam partium dimensiones; nec non leges, ritus ac cerimonias praecipit, quarum observatione Dominum colant. Nulla videtur assignari posse causa, propter quam templi descriptiones ad historias non spectent, leges vero et ritus maxime. e. Ezechiel sacerdotali munere functus, omnia, quae templi prioris erant, comperta habere potuit; unde et in iis, quae in libris Regum et Paralipomenon deficiunt v. c. de atriis atque exterioribus aedificii partibus, (ut sunt porticus, portae, exedrae, gazophylacia, thalami, columnae, cochleae, coenacula) exactissime apud illum templi a Salomone (demtis illis, quae mutari pro variis temporum, facultatumque rationibus potuit) aedificati figuram servari dicendum est. f. Iubet Deus figuram templi parare, tabula efformare et corporeis oculis subiicere, ut illam intueri possint, quare Hieronymus, Geometria eruditum fuisse Ezechielem putat. Comm. in 40, 1. s. 1, 10. V, 465. 525. Haec vero omnia in idem recidunt argumentum, templum Ezechielis non tantum simillimum esse templo Salomonis, quin imo idem ipsum.

Eius Templi fabrica in duas primarias partes distinguitur: in exteriorem, et interiorem, sive aedem sacram. Figura tam in tota s. aede, quam in partibus erat quadrangularis [1]. Aream Templi undequaque valles profundissimae cingebant, unde exterius muro, peribolo, munita fuit; ne obambulantes per eam in praeceps ruerent [2]. Dividebatur haec ipsa area in atria utrinque satis ampla duo: exterius sive magnum, et interius [3]. Totum autem spatium variabatur omnis quidem generis lapidum strato. Atrium ex quovis latere circumdabant columnarum ordines triplices seu porticus [4]. Atrium interius tres portas habebat ab oriente, aquilone et meridie singulas. Occidentis porticus, propter ipsius Sancti Sanctorum religionem, porta caruit [5]. In atrio interiori erat structa aedes

Vix Liber S. S. invenitur, in quo non aliquid occurrat de Templo, eiusque apparatu. Eam ergo ob causam coll. p. 128. 133. eiusmodi prosequendam suscipimus descriptionem, in qua omnia quae necessaria visa fuerint complecti conabimur. In effingenda huius templi imagine ante omnia removenda est animo opinio: α. simile fuisse templum hierosolymitanum nostris; haec una constant aede, illud multa aedificia et atria habebat; β. attendendum est, Salomonem in aedificio templi conatum esse, quantum potuit exprimere s. Tabernaculum, — V. p. 134—143. — efformando ex lapidibus, quod primum ex pellibus erat. Quae omnia ex utriusque collatione possunt esse perspecta. Lineamenta figura tabernaculi a Moyse expressa, duplicatis quidem dimensionibus, solidiori materia, maiori sumtu et apparatu, sequebatur forma atque imago templi a Salomone constructa, eodem ipso architecto, infinitae sapientiae Deo exemplaris prioris magistro, atque delineatore Cf. Villalp. l. c. p. 466. coll. p. 171. γ. Distabat a Tabernaculo Domus, quod huius usus in via tantum sit, illius et in loco, in quo manendum est diu. Dominus autem in Templo permanentem sibi sedem locaverat, et domicilium in quo coleretur. Coll. Ps. 131, 13. 14.

[1]) Ea tamen differentia, quod Oraculum esset ex omni parte perfectum quadrangulum: Sanctum vero anterius longius esset quam latum. [2]) Coll. Deut. 22, 8. De templi situ videsis p. LXVIII. [3]) Par. II 4, 9. Utrumque erat sub dio, tum ut fumus victimarum ex atrio interiori, in quo erat altare holocaustorum exhalaret, tum quia externum, in quo populus versabatur, erat amplissimum, ut tegi non posset. Gradus in porta ascendendi, Ezech. 40, 34. excelsiorem fuisse demonstrant aream atrii interioris, area atrii exterioris. [4]) Ut ad eas populus se reciperet pluviae aut aestus tempore In his erant arculae stipi colligendae expositae, ad quas populi offerentis manus pecuniam sacram immitteret. Coll. IV. Reg. 12, 9. Marc. 12, 41. Luc. 21. 1. Joann. 8, 20. [5]) Portae vestibulis circumdatae fuerant, cancellisque occlusae fenestratis. In intercolumniis atrii erant pelves, in quibus victimae lavabantur. Et in his omnibus ars cum materia certare videbatur. Murus porticus interioris postibus distinctus fuit, ut visui saltem esset qualibet ex parte patens, quo

ra [1], bifariam divisa in Sancta, Sanctuarium, et Sancta Sanorum, Sanctissimum. Ante Sanctuarium erat Vestibulum [2] הַבַּיִת אוּ, ὁ πρόναος, fornicatum, ianuae domus Domini praetensum ntemque totam occupans, ad elegantiam, magnificentiam et vas Templi commoditates exstructum. Vestibulo exornando inserbant forma egregiae columnae aeneae; quarum quae a dexteris t יָכִין, firmitas, quae a sinistris בֹּעַז, robur dicta fuit [3]. Ad entem aedis sacrae [4] positum erat altare aeneum, sive holocaurum [5], ita ut sacerdotes ei ministrantes faciem suam versus ionem arcae directam Sancto obverterent [6]. Iuxta altare holo-

---

ulus in exteriori atrio manens sacrificium perspicere posset. Super vestibulis orum suspensa erant cubicula, e quibus aliqua cantoribus fuerant tributa. ch. 40, 36. 39.

[1]) Ambitum quod attinet eius longitudo ab oriente in occidentem erat 60 cuorum, latitudo a meridie in septemtrionem 20 cubitorum; qui ambitus si speur, solos sacerdotes ad sanctuarium accessisse, certe sufficiebat. [2]) Pars ante um relicta, pervia, quae a domo proiecta exterius illustrium aedificiorum ae praetenditur. [3]) Multus est historicus sacer III. Reg. 7, 15. in descridis his duabus columnis aeneis. Columnis istis coll. IV. Reg. 25, 16. 17. Par. 3, 15. Jerem. 52, 21. capitella seu coronamenta quinque cubitorum ita sunt beneficio ambientis limbi, operis lilii. Coronamenta habebant quagentorum malogranatorum ornamentum. In quovis coronamento erant duo nes malogranatorum, quivis habuit nonaginta sex, versus omnem coeli pla-, et quatuor, in quatuor angulis. Jer. 52, 23. Sculptura columnarum habebat lexum florum, frondium ac fructuum cumulum, septem largioribus ramis sculos ac frondes pulcherrime immiscentibus. Nomina ipsa Jachin et Booz, xprimebant votum Salomonis pro templo, quasi rex dixisset: utinam stat Deus hanc domum et perpetuam faciat, utinam sit in ea domo vigor pero! Ps. 88, 22. Cf. Lamy. p. 1048. 1054. Salomonem scapo columnarum haec ina inscripsisse svadet Apoc. 3, 12., ubi Dominus ad has columnas alludens : qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei et scribam super ('ἐπ' αὐτὸν sc. στῦλον) nomen Dei mei. Quidquid sit, columnae illae erant bolum simul et certum vaticinium, quod Deus sacram aedem et statueret et rmaret. Hoc inde probatur, quia non erant pars necessaria aedificii, non i ferendo conflatae, etenim non subiiciebantur alicui epystilio, nulla super trabeatio imposita erat, denique breviores sunt illis, quae fiunt ad fulcienda ficia. V. Pinedam, l. i. c. p. 469. J. F. Meyer, von der Form der salomohen Säulenknäufe, in d. Blätt. f. h. W. Frankf. 1818. I, 13. seq. [4]) Coll. Par. 4, 1. [5]) A multo aere, quo obductum erat sic dictum. [6]) Spatium quod r altare et templum erat medium, tanquam sacrum, solis sacerdotibus erat essum, qui et in eo, tempore calamitatum publicarum, orabant supplices . 2, 17.

caustorum vas aeneum [1] collocatum fuit [2]. Insistebat fulcro circulari, et istud duodecim bubus aeneis [3]. Praeter hoc vas aeneum aderant decem labra minora [4]. Sanctuarium, cuius in limine stamus, repraesentabat Tabernaculum, quod iussu Dei Moyses excitaverat. Haec aedes erat Templum proprie dictum. Quadraginta cubitos continebat longitudo, viginti vero latitudo et triginta altitudo [5]. Parietes tabulis cedrinis obtectae erant, et tabulae, quanquam e pretioso ligno, subdebantur laminis aureis [6]. In diversis tabularum ordinibus earumque lacunis exstabant figurae Cherubim [7]. Cum Sanctuarium Templi locus esset magis spatiosus quam sanctum mosaicum, Salomon decem candelabra fieri fecit [8], quinque a dexteris et quinque a sinistris; quibus sic multiplicatis multo et miro splendore collustrabatur [9]. Multiplicato candelabro, necesse erat ut multiplex fieret etiam mensa panum propositionis; decem mensis in quibus offerebantur panes, apponebantur centum phialae plenae odoramentorum svavissimorum [10]. Altare suffitus, quemad-

---

[1]) Quod respondebat labro mosaico; mare appellatum, quia magnam capiebat aquarum copiam. [2]) Lilii instar sexagonum, et in labiis suis tanquam campana inversa repandum. [3]) Quadruplici serie et terno ordine positis, et quoad posteriorem sui partem introversis; epistomia habuit forte duodecim pro numero boum ore aquam foras mittentium. III. Reg. 7, 23. s. II. Par. 4, 2. [4]) III. Reg. 7, 27. II. Par. 4, 6. Omnia vasa erant in vicinia Jordanis fusa; habuerant insculptas effigies Cherubim, leonum, boum et palmarum. Ad haec et alia opera usus est viro in aere conflando et cudendo magistro Hiramo Judaeo, II. Par. 2, 13. s. sed patre Tyrio, a Phoeniciis in artibus culto. III. Reg. 7, 13. [5]) III. Reg. 6, 2. Columnarum intra aedem sacram nulla fit mentio. Incertum est etiam an habuerit fenestras; nominantur quidem in Vulgata III. Reg. 6, 4. fenestrae, sed hae erant magis aperturae, ut fumus et odoramenta viam patentem invenirent. Cellae aedem sacram cingentes, locum non dabant fenestris patentibus, sed nec indigebat lumine naturali, compluribus lucernis collustrata et ipsa auri undique renitentis corruscans splendore. [6]) III. Reg. 6, 15. 21. [7]) III. Reg. 6, 29. Cherubimicis figuris etiam Tabernaculi tapetes decoraverat Moyses; palmarum fructus imitabantur praecipuum colorem, qui lucebat in tapetibus Tabernaculi. [8]) III. Reg. 7, 49. II. Par. 4, 20. [9]) Laminae aureae parietum, laquearium, et pavimenti, erant instar speculorum innumerorum, a quibus repercutiebatur lux septuaginta lucernarum. [10]) Cum aperturae angustae essent, patens autem esset ianua, omnis odor thymiamatis ferebatur versus atrium: sic expellebat odorem carnium, quae cremabantur, et cruoris victimarum. III. Reg. 7, 48. II. Par. 4, 8. Scutras quoque i. e. genus vasis rotundi, hamulas ad fundendum liquorem, et phialas ad excipiendum sanguinem fieri fecit. Licet haec omnia sic auxerit Salomon nihil tamen contra divinum praescriptum egit; nam ut olim

dum in s. Tabernaculo, unicum tantummodo fuit [1]. Superest nctum Sanctorum [2]. A pavimento usque ad summitatem pa-tum laquearia omnia erant operta tabulis cedrinis, et his xae laminae aureae, quas variae caelaturae exornabant [3]. Sanctissimo reposita erat arca, quam alis suis tegebant duo erubim, quos his, qui erant super arcam, maiores et a pariete aotos erectosque stare fecit Salomon [4]. In arca nihil aliud fuit eter legis tabulas [5]. Porta oraculi [6] unica erat, sed duarum varum, in quibus exstabant caelaturae palmarum et Che-imorum. Iuxta latera Sanctuarii ad ipsos muros – excepto re orientali, ubi erat ostium, quo ingressus patebat – erant lae trium contignationum [7]. Cellae inserviebant ad fulcimen-a, decorem et ad usus quosdam necessarios; ex interioribus superiores ascensus fiebat per cochlaeam ex parte australi [8].

---

yses formam s. Tabernaculi, sic Davides Templi rationem a Deo accepit. Et e ideae instituit Salomon. coll. I. Par. 28, 19.

[1]) III. Reg. 7, 48. II. Par. 4, 19. ut in sancto mosaico ita et in templo itum fuit in hoc ipso loco, ante Sanctum Sanctorum. [2]) דְּבִיר, I. Reg. t. o. 6, Oraculum quoque seu locutorium dictum, quia inde Deus edebat sua oracula , a quibus consulebatur. Coll. Apoc. 16, 1. V. p. 142. [3]) III. Reg. 6, 16. II. Par. 5. [4]) III. Reg. 6, 23. [5]) III. Reg. 8, 9. coll. II. Par. 5, 10. Cf. p. 138. l. not. 3. 4. Urna aurea, in qua erat manna repositum, et virga Aaronis quae uerat, distinctis locis conservatae fuisse videntur. [6]) III. Reg. 6, 32. De quibus disserere, cum Scriptorum S. brevis hac de re sit sermo, arduum . Cf. Bähr, d. sal. Temp. p. 44. 149. 157. s. Videntur ceterum nonnunquam inter dissentire auctor. l. l. Regum et Paralipomenon. Ita e. g. III. Reg. 6, 2. II. Par. 3, 4. Immanis esset ista discrepantia nisi locus l. Regum intelligi set non de tota altitudine aedis, sed de primo eius tabulato 30 cubitorum; ue enim verisimile est aedem tam humilem fuisse. In Paralipomenis autem situr tota eius altitudo 120 cubitorum. Praeterea diversis temporibus, qui-i aedes s. aedificata est, instaurata, nec non renovata, potuerunt aliqua mutari: non mirum sit, non ubique convenire inter se S. Scriptores, qui non scribunt de quae prorsus eadem sit. [8]) Magnam conclavium multitudinem fuisse, in ibus degebant praecipui altaris ministri Levitae et Sacerdotes: supellectilia bus opus erat in sacrificiorum apparatu custodiebantur, thesauri recondebantur, i pii et religiosae mulieres vitam agebant e IV. Reg. 11, 1. s. indubitatum . Interim plura de his scire cupientem adire iuvabit: F. Riberae Villacasti-nis S. J., de Templo et de iis quae ad Templum pertinent. l. V. Antv. 1623. primis, l. I. qui est de fabrica Templi. p. 3—98. atque II. qui est de iis quae nt in Templo. p. 99—176. J. B. Villalpandi, e S. J. Theologi, in Ezechie-a explanationem et apparatum urbis ac Templi, — commentariis et imaginibus

Tam illustre aedificium Illius cultui mancipandum erat, qui eius struendi animum Davidi dederat, Salomoni facultatem. Verum ut id fieret ea celebritate, quae responderet operi, Salomon ad parentis exemplum Israelitarum concionem congregavit [1]; ut mense septimo [2], dedicationis solennia magnifice agerentur [3]. Ubi ergo proceres et cum illis magni populorum conventus comparuissent, die constituta, solennitati initium datum a traductione arcae foederis ex arce Sion, sacerdotalibus humeris, ad novum Templum [4]. Praecedebant cum tubis sacerdotes, sequebantur cantores cum organis canendo [5]. Copiosis per totum viae tractum imolatis victimis, arca in Sanctuarium perlata et deposita est. Venit et in partem huius magnificentiae Dominus, subito prodigio nubes e coelo defluens totam aedem Deo dicatam implevit. Hoc ostento Dominus regis molitionem sibi gratissimam esse testatus est [6]. Arca sub Cherubimorum alis constituta [7], Salomon adscenso suggesto [8] provolutus in genua et ad Sanctuarium conversus, orationem fudit [9]. Peractis precibus surrexit,

---

illustratum. Romae. 1604. Tom. II, 2, in fol. — qui diuturno labore et assiduis meditationibus de explicando templo optime meruit. L. Capelli, Trisagion s. Templi hieros. triplex delin. in App. Bibl. polygl. Lond. VI, 1. seq. Idem in Crit. s. Franc. 1695. VII, 2997. L. C. Sturmii, sciagraphiam templi Hieros. in Ugol. Thes. VIII, 1151. s. J. Lighfooti, descript. templ. ibid. IX, 573. Diss. circa templ. Salomonis in Bibl. Critic. S. Lovan. 1704. I, 599—647. J. B. Lamy, de Tabernac. foed. de s. civitate Hieros. et de templo Hierosolymitano. libri VII. Paris. 1720. Pinedae, de rebus Salomonis. lib. V. cap. 5. 18. p. 449. s. Hirtii, Der Tempel Salomos. Berl. 1809. Meyeri, Der Tempel Salomos. Berl. 1830. C. F. Keilii, Der Tempel Salomos, eine archäol. Untersuchung. Dorpat. 1839. Eiusdem Handbuch der biblischen Archäologie. I, 119. s. Bährii, Der Salomonische Tempel, mit Berücksichtigung seines Verhältnisses zur heiligen Architectur überhaupt. Karlsruhe. 1848. Ott. Thenius, Das vorexilische Jerusalem und dessen Tempel, ad calcem comm. in II. Regum. Lips. 1849. Quoad locos parallelos Ezechielis, praeter Villalpandum, utiliter confertur H. C. Hävernick, Commentar ü. d. Propheten Ezechiel. Erlang. 1843. p. 621. s.

1) Imprimis advocavit principes tribuum. III. Reg. 8, 1. coll. Num. 1, 4. 2, 7. 2) Numerando a paschate; i. e. mense Octobri. 3) Integra hebdomada solennia ista acta sunt; quae statim aliud septiduum excepit festum Tabernaculorum. III. Reg. 8, 55. 56. 4) Cum arca translatum est quoque tabernaculum foederis, et omnia instrumenta, quorum usum praecepit Deus. 5) Forte Ps. 118. coll. II Par. 5,13. 6) III. Reg. 8, 11. 12. II. Par. 6, 1. coll. Ps. 17, 10. 12. 96, 2. 7) Ut dicitur III Reg. 8, 6. 8) Quod in medio atrii struxerat ex aere. II. Par. 6, 13. 9) Cuius tenore exoravit: ut Deus regnum sibi tranquillum, pacem populo sempiternam concederet. Porro Deum precatus est, ut, qui nullo contineretur loco, domum illam

atombenque augustissimam[1] fecit, et statim novo miraculo delas e coelo ignis victimas altari impositas consumsit; ut ostenderet is quam accepta essent ipsa sacrificia, in quibus ipse sacerum ignem et manus praevenisset[2]. Horum miraculorum testis versus populus, prono in terram vultu Deum primum adoravit, nde laudibus celebravit, plurimaque obtulit sacrificia[3]. Evolutis i diebus, universus populus a Salomone dimissus ad propria remivit, cum ei rex bene, ille regi fausta omnia precatus esset.

§. 86. Salomonis opulentia et gloria.

Absolutis aedificiis sacris animum adiecit Salomon ad alias icturas excitandas; tredecim annos impendit aedificationi regiae[4] atiique reginae; quae aedes dignam amplissimo principe Orientis em referebant. Splendidissimam etiam apparavit supellectilem, et hac solium aureum eximiae venustatis pretiique eburneis crustis atum[5]. Tum stratis publicis reficiendis, moenibus et urbibus[6] inrandis, operam navavit. Augebatur in dies opulentia Salomonis; tiosissima quaeque totius orbis advehebant classes, quae peritissi- Hirami nautis instructae[7], margines et littora Ophir et Tharsis ebant[8]. Ex his navigationibus repetitis, tanquam ex uberrimo

---

ui honorem excitatam, divini numinis proprium locum exhiberet III. Reg. 2—27.; precantes ibidem respiceret, 28—30. ac pronis auribus exciperet ea ia, pro quibus obtinendis vel avertendis orationes funderentur; 31—50. ique confidit, quae Dei bonitas est, semel benevoli atque benefici in suum ulum, ea quae pollicitus est, rata et integra fore. 51—53.

¹) Boum viginti duo, ovium centum viginti millia obtulit. ²) III. Reg. 8, -64. II. Par. 7, 1. ³) Deus Salomoni iterum apparuit, et per visionem faustissima misit; modo patris pietatem aemulatus praeceptis traditis obsequeretur, contra ei ssima minatur, si eis refragaretur. III. Reg. 9, 1—9. ⁴) Saltus Libani, e cocedrorum, vel columnarum forma, dictae. V. pag. LXIX. ⁵) Eodem pertinent tae aureae et scuta laminis aureis obducta militum custodum; nec non domus ae utensilia III. Reg. 7, 2. 9, 10. 10, 18. 19. ⁶) III. Reg. 9, 15. II. Par. 8, 6. ⁷) Tyriorum regi antidori loco viginti urbes assignavit Galileae, unde iperet fructus annuos. Verum Hiramus conquestus est de Salomone, quod tates assignasset parum fertili loco sitas, et quarum fructu tot praestita officia facile rependerentur. III. Reg. 9, 10—13. ⁸) V. Pinedae, de rebus Salom. V. p. 204. s. Quae dirigebatur in Ophir. i. e. in Indiam pro auro evehendo, ebat ex Asiongaber ad mare rubrum, — Cf. pag. 45. XC. — et breviori

et perenni opulentiae fonte immensae Salomonis divitiae collect sunt[1]. Nec multo minor proventus fluebat e donis, a regibus foedera undique oblatis. Muneris loco panni pretiosi, aromata, equi, muli, arm vasa argentea et aurea data[2]. Accesserunt alia regalium redituum g nera: Sic tributa ea quae de more Israelitae suis regibus pendeba nec non illa quae subactis provinciis conterminis quotannis pendent a Davide imposita fuerunt. Praeter haec mercatores illos, qui e aliis provinciis varias, easque nobiles merces convehebant, siv regalium vectigalium illis mercibus impositorum locatores, certa auri summam solvere oportuit[3]. Circa id temporis, dum pace opulentia et pietate florebat imperium, regina Sabae[4], sapientia Salomonis summa omnium sermone increbrescente fama commota Hierosolymas iter suscepit, ubi magnifice excepta comiterque habit per aliquod spatium mansit. Itaque cum Salomon benignissime quae stiones reginae audire, et mox proposita sibi dubia cumulatissime

---

indigebat tempore; quae ibat in Tharsis, navigabat itinere annorum trium, e excurrit e portu Joppensi, — Cf. p. 36. LV. — per mare mediterraneum, atque nunc ad Africae nunc ad Europae portus deflectens, illinc simias, pavones et ebur hinc vero, et potissimum ex Hispania, quae metallorum erat omnium foecundis sima, aurum et argentum accipiebat. III. Reg. 9, 26. s. 10, 11. II. Par. 8, 18 9, 21. Cf. J. Oldermann, disputatio de regione Ophir. Helmst. 1714. Keil, biblisch archäol. Untersuchung über die Hiram-Salomonische Schiffahrt. Dorpat. 1834 Movers, Das phön. Alterth. III, 1. Handel und Schiffahrt. Berlin. 1856. coll II, 2. 594.

[1]) Summa et incomparabilis fuit auri et argenti Hierosolymis copia, u hyperbole moderata III. Reg. 10, 21. legatur: non erat argentum, nec alicuiu pretii putabatur in diebus Salomonis; i. e. erat tenuioris notae virorum huius temporis. Hoc unum addimus, quod dicunt Villalpandus et Salianus: tricesies centies millia aureorum, seu ut vulgo loquimur tria millia millionum, in ope Templi adhibita esse! [2]) II. Par. 9, 23. s. [3]) Quaestuosam mercaturam autem exercuisse Salomonem e III. Reg. 5, 9. 10, 26. s. probari nequit. Nam rex Sa lomon equos ex Aegypto, ubi coll. Cant. 1, 8. plurimi et generosi fuerant, item e Syria et Hethaeorum regione extrahendos procuravit; non quidem iterum ven dendos aut ullius mercaturae quaestusve faciendi gratia, sed magnificentiae e opulentiae ergo. Quadraginta millia in quatuor mille praesepibus illum aluisse legimus. III. Reg. 4, 26. coll. II. Par. 1, 14. 9, 25 Cf. Reinke, Erläuterungen der wichtigen Schwierigkeiten und Widersprüche bei den Zahlangaben in den Beitr. z. E. d. A. T. I, 151. [4]) Regionis Arabiae felicis. coll. Job. 6, 19. Ps 72, 10. 15. t. o. Isa. 60, 6. Ezech. 27, 22. Jerem. 6, 20. Joel. 4, 8. Mtt. 12, 42. regina austri, quod nomen nulli melius, quam Arabiae, e Judaea spectatae, congruit. V. Pinedam, l. V, 5. p. 527. s. N p. 37.

enodaret; illa non tantum mirabatur regis, ipsam famam superantem, sapientiam in responsis, sed et in aliis quoque operibus, quae mire Salomonis ingenium commendabant [1]. Liberalissima deinde et tanto principe digna munera obtulit Salomoni. Rex affectum ex donis emensus neque minora, neque pauciora rependit; quibus ornata regina, eodem quo venerat comitatu, in patriam reversa est [2].

§. 87. Lapsus regis et regni.

Quo maior fuit Salomonis sapientia eo foedior eius lapsus exstitit, quem insanus mulierum amor adduxit, quo fascinatus desipere coepit, qui mortalium erat ceteroquin sapientissimus [3]. Cum taliter froena luxuriae laxaret [4], idololatricae illae foeminae [5], quae delirum suo versabant arbitratu, facile impetrarunt: ut suum quibusque idolis cultum instrueret, et illae pro religionis patriaeque more sua obirent sacra et immolarent victimas [6]. Sic ubi Salomon usque adeo a proposita declinavit via, Dominus [7] apparuit, eique annunciavit: dividendum esse regnum, quod posteri integrum retinuissent, si ipse obedientem praebuisset divinae legi aurem. At vero concedendum

[1]) Elegans splendor in Templi non minus, quam domestico apparatu, exquisita omnium rerum magnificentia: pontis, porticus, tabulatorum, tot rerum denique concursus; et quod fuit omnium admirabilius sacrificiorum iugis oblatio in admirationem prorsus singularem ipsam ita rapuit, ut a se ipsa prorsus excessisse videretur. Se plura, quam fama tulerat vidisse, se maiora contemplatam. Gratulabatur Israelitis celebravitque eorum fortunam, qui singulari Dei beneficio forent talis regis moderationi doctrinaeque subiecti. [2]) III. Reg. 10, 1–13. II. Par 9, 1. seq. [3]) Septingentas uxores et trecentas pellices aluit. In his autem pro regio nomine ac maiestate providendis, multos sumtus factos esse oportuit, ad quos solvendos subditis imposuit onus gravissimum, quod non levis causa exstitit, ut israeliticum imperium divideretur. [4]) Senex, annos tunc fere agens 50. [5]) Duxerat luxuriosus alienigenas uxores multas, quas longe magis quam populares deperibat. III. Reg. 11, 1. [6]) III. Reg. 11, 2–10. Non enim putamus Salomonem usque adeo perfricuisse frontem, aut a mente commotum, qui in illis idolis aliquid putaverit esse divinum, sed ut apposite scribit s. Augustinus, de Civitatae Dei. l. XIV. c. 11, 2. II, 25. *„nec Salomonem credibile est errore putasse idolis esse serviendum, sed blanditiis foemineis ad illa sacrilegia compulsum.“* *„Sed mulierum*, ut idem s. Pater loquitur de Genesi ad literam. XI, 42. III, 453. *amori ad hoc malum trahenti resistere non evaluit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne suas, quibus deperiebat atque diffluebat delicias contristaret.“* Cf. Pinedam, l. c. VII 9. p. 665. Haec sententia nobis maxime arridet, ne tot beneficia Deus Salomoni incassum contulisse videatur. Aliter C. Sanctius, ad h. in Comm. ll. III Reg. p 1149. [7]) Tertia iam vice. coll. III. Reg. 3, 11. 9, 1.

esse meritis Davidis, ne iacturam illam regni Salomon in diebus suis subiret; sed filius qui in regnum defuncto patre proxime suc-cederet [1]. Certe ad hoc usque tempus hebraica respublica crevit ac maiora in dies incrementa sumsit. Vix Salomon Domino tergum vertit, et officiorum suorum in illum oblitus est, continuo ruere coepit, ac retro sublapsa referri. Dei fracto foedere, contemtisque mandatis, Salomon hostium domesticorum et externorum molestiam statim expertus est. Turbas ipsi fecit Adadus [2]. Adversarium quoque nactus est Rezonem Syrum [3]. Denique ut viciniori premeretur malo belli civilis semina iecit Jeroboam Ephraimita [4]. Lascivum regem praepropera senectus invasit [5]; cum per quadraginta annos [6] regno praefuisset obiit, deliciis potius quam laboribus confectus, Hiero-solymisque tumulo, quem sibi condiderat iuxta Patris tumulum in monte Sionis [7], sepultus est. – An poenitentiam egerit non tradit explicite S. Scriptura; hinc de ea, adeoque et de salute Salomonis diversae sunt S. Patrum et interpretum sententiae [8]. Ad meliorem

---

[1]) III. Reg. 11, 11—13. [2]) E regio Idumaeorum genere princeps, qui tempore belli per Joabum in Idumaea gesti, fuga elapsus in Aegyptum — patriam repetens, — avitum regnum recuperare tentavit; III. Reg. 11, 14—22 sed res illi pro voto cessisse non videtur, cum Idumaei diu etiam post Salomo-nem usque ad Joramum II. Par. 21, 8. 10. manserint subditi regibus Judae [3]) Hebraeis tributa pendere solitus eiuravit, Damascum sui iuris fecit, et Salomoni infensum sese praebuit. III. Reg. 11, 23—25. [4]) Jeroboamum operi Mello — V. p. LXIX. — exstruendo praefecerat rex. Hic prava habitudine gentilium suorum coacte labores praestantium usus, igniculos defectionis in illos iniecit, nec aegre illis aures non ingrate praebentibus persvasit seditionem. Animos illi addebat Ahias Silonites vates, qui Deo impellente occurrens Jeroboamo pallium suum novum in duodecim partes secuit, quarum decem ei tradidit, facta spe decem tribuum et novi regni. Jeroboamum cum interficere vellet Salomon, fuga in Aegyptum salutem quaesivit, ubi ad obitum usque Salomonis mansit. III Reg 11, 26—40. [5]) Salomon communem illius aetatis vivendi metam septingentos annos non attigit. [6]) Ab anno 1006—967. a. Chr. coll. III. Reg. 11, 42. II. Par 9, 30. [7]) III. Reg. 11, 41—43. Vide pag. LXX. Quo et deinceps paucis exceptis reges Judae post mortem illati sunt. [8]) Cf. Pinedam, l. c. l. VIII p. 733. s. Etenim tametsi hactenus a pluribus gravissimisque scriptoribus, ex professo ut dicunt, acriter disputatum sit; adhuc tamen sub iudice lis est, propter valida, quae hinc inde afferri solent argumenta. Fatemur hanc quaestionem non esse decisam, proptereaque neutram eius solutionem sine temeritatis vitio pro erronea haberi damnarive posse. „*Rigida interim sententia* (ut habet Mesger, Hist. s. p. 512.) *fere negativis; benignior et salvans positivis nititur argumentis, ideoque priori praeferenda.*“

mentem prius rediisse, quam moreretur plerique tenent [1]. Quod cum pie credi possit, lubenter assentimur; eo securius cum in libro, quem titulo „Ecclesiastae" edidit, haud obscura poenitentiae documenta reliquerit et animi rerum mundanarum pertaesi atque ad veram felicitatem, quae in Dei timore consistit, aspirantis. Vir sane, cuius nec meliora initia optare possis, nec deteriores exitus reformidare!

§. 88. Canticum Canticorum.

Cum Salomon iuvenili et florentiori sua aetate totus Sapientiae amore teneretur [2], cecinit Canticum Canticorum [3]. Scriptum est Canticum istud in modum dialogi; atque secundum literam in

[1]) Quos recenset longa serie J. Salianus, Annal. Eccl. V. T. Par. 1621. III, 917. 918. J. Lorinus, Avenionensis S. J. Theol. Comment. in Ecclesiasten. Mogunt. 1607. pag. 2—8. Smits, Prol. in Ecclesiasten. p. XIV. Et vero huic opinioni favet, II. Par. 11, 17. coll. II. Reg. 7, 14. His locis cum pio Davide iungitur, qui si impius et inpoenitens obiisset, secernendus potius fuisset. Neque enim tam ad principium, quam ad finem vitae respicere solemus, dum verba facimus de alicuius pietate, quae exemplo inserviat. Hoc idem assumunt s. Irenaeus — ad haer. l. IV. 27, 1. p. 649. — s. Cyrillus Hierosol. — catech. II, 13. p. 28. — s. Epiphanius — haer. XLII, 4. I, 305. — s. Ambrosius — apol. alt. p. Dav. c. 3. p. 712. — s. Hilarius — tract. in Psal. LII. p. 99. „Et ne per Salomonem pluresque alios istiusmodi bonitatis Dei exempla percurram, ait, quibus increpitis demutationum offensis, ob fidei tamen meritum adfuit venia proclivis." Denique pro salute Salomonis stat s. Hieronymus — comm. in Ezech. XIII. 43. p. 524. — *„Sed et ipse, scribit, fabricator eius templi Salomon peccaverit et offenderit Deum, licet postea egerit poenitentiam scribens proverbia, in quibus ait: Novissime ego egi poenitentiam et respexi ut eligerem disciplinam."* Prov. 24, 2. Et epistola LXXIX. ad Salvinam. p. 504. *„Si David amicus Domini et Salomon amabilis eius victi sunt, quasi homines ut et ruinae nobis ad cautionem et poenitudinis ad salutem exempla praeberent, quis in via lubrica lapsum non metuat."* [2]) In vivis facile adhuc agente matre Betsabee. Nulli sane aetati magis conveniebat spirituales amores canere, quam quâ eodem ipse flagrans amore, et impudicos mulierum amplexus nondum expertus, amabilis Domino et appellabatur et erat, ac carminibus iam clarescebat. Foecunda etiam totque picta coloribus oratio, et ornatissima poematis indoles, non aetate iam attritum sed vegetum scriptorem inferunt. [3]) שִׁיר הַשִּׁרִים, LXX Ἆσμα ᾀσμάτων, exaggerationis gratia quemadmodum: Deus Deorum, rex regum, coelum coelorum. Plurali nomine pariter laudat in officio Ecclesia, ut patet e festis Visitationis, Assumtionis B. M. V. item s. M. Magdalenae. Ideo quippe, ut insinuetur praestantissimum omnium Canticorum. a. Ex parte enim sponsi, canitur regi regum; b. ex parte vero materiae continet mysteria mysteriorum; c. ex parte denique medii perfectissimi amoris vinculum.

[illegible] profert Salomonis castos erga virginem Sulamitidem amores [illegible] amoris in dilectum quem regem vocat, plena, vehementissimo absenti [illegible] rapta exclamat: Osculetur me osculo oris sui, trahe me! exultabimus [illegible] abimur in te! Adsunt filiae Jerusalem, illa semet suamque ab illis vilius [illegible] formam praedicat, absentemque acclamans sponsum, ut ubi sit, indicet [illegible] comperit id ab illis filiabus. Repertus sponsus extollit eius speciem, [illegible] illa sponsi, exsultantque ambo; illa amoris beatitudine plena, hic tenera sollicitudine erga dilectam sibi. C. 1—2, 7. Sponsa loco alio videt eminus venientem ad se dilectum suum. Sponsus velocissime accurrit ad sponsam; stat ad parietem domus invitatque eam verbis amantissimis, ut verno adventante tempore in campum prodiret. Surge amica mea! ostende mihi faciem tuam! sonet vox tua in auribus meis! Illa vero gestiens exclamat: dilectus meus mihi et ego illi. Moratur sponsus inter lilia, quem ut revertatur, rogat sponsa. 2, 8—17. Sponsa, scena mutata, sollicite quaerit de nocte dilectum, surgit, circuit civitatem, interrogat custodes urbis; invenit eum tenetque, et introducit secum. 3, 1—6. Sponsus conspiciendum se praebet in lectica admodum magnifica. Sponsus sponsae formosissimae eximiam pulchritudinem magnificis laudat encomiis, vocans ut ad se veniat, contestans amoris desiderium verbis ardentissimis, comitesque ad laetitiae societatem invitans. 3, 7. s. 4. Sponsus a sponsa invitatus descendit in hortum, ubi myrrham metit [1] et epulatur. Haec deses et somnolenta illi venienti domum suam nocte, pulsantique ut aperiat fores, respondet cunctabunda; deinde cum aperiret, abierat ille. Abeuntem vero quaerens ab urbis excubiis male tractatur. Pergit porro, rogat filias Jerusalem, ut sibi languenti amore, ubi sit dilectus indicent. Quaerentibus his quis sit ille? dilecti sui speciem variis emblematibus depingit. 5, 1—17. Sponsa cum videret dilectum suum descendisse in hortum aromatum descendit ac effatur: ego dilecto meo, et dilectus meus mihi. Sponsus vicissim compellat sponsam, ei comparans quidquid est svavissimum et nobilissimum. Pronubae pulcherrimo sponsae aspectu iugiter frui desiderant. Tumque Sulamitis precatur, ut secum in villam, vineam ac domum maternam exeat; ubi affluant iucundissima amoris societate. c. 6. 7. 8, 1—4. Apparet sponsa super dilectum innixa, oratque ut sibi iungatur amore fortissimo, quique exstinguatur nunquam. Dumque gaudii sui dulcedinem verbis promit, eam monet sponsus, illi vocem suam audire faciat, quoniam auscultent amici. Sicque finit Canticum sponsa

---

[1]) De monte Myrrhae et colle Turis. I. G. Lakemacheri, Obs. phil. Helmst. 1732. pag. 277. s.

ecunde clamante: Fuge dilecte mi, assimilare capreae hinnuloque rorum, super montes aromatum! ib. 5—14.[1]. E recitatis in aperto quid argumentum Cantici Canticorum literali insinuet sensu[2].

¹) In septem dies nuptiales, qui olim observabantur Cant. Cant. distribuit met. p. 634. Placet haec partitio Calmeto, Comm. VII, 117. et W. Smits, t. Cant. elucid. prol. 37. Prima dies inciperet a 1, 1—2, 7. inde secunda ie ad finem c. 2. Tertia a 3, 1—5. Ab eo ad 5, 2. quarta excurrit, cui equens nox a v. 2—6, 9. finem imponit. Deinde agitur quinta usque ad 1. Sexta a dicto v. ad 8, 4. sese extendit; septima denique usque ad finem tici deinceps perducitur. ²) Observationes polemicae. *Non ita Canticum l habendum est, quasi historias contineat, ut placuit Theodoro Mopsuesteno et pretibus e numero acatholicorum, qui solis verbis inhaerentes amatoriam esse ionem existimant. Ita simili errore dixerunt: J. D. Michaelis, oriental. u. exeget. 'ioth. Frankf. 1774. VI, 139. s. H. A. Ewald, Das Hohelied Salomos. Götting. 5. p. 1. s. F. Hitzig, Das Hohe Lied. Leipz. 1855. p. 4. Sanctam amoris seve-tem, et eius quidem amicitiae sponsalis, pingi vult E. C. Friedrich, Cant. Cant. n. poët. form. Regiom. 1855. p. 3. s. J. G. Vaihinger, Der Prediger und das elied der Urschrift gemäss übers. u. erkl. Stuttg. 1858. p. 226. s. 238. Mere mun-um amorem et blandientes amantium voces consectatus est: Weissenbach, d. h. L. mos. Leipz. 1858. p. 84. s. Bleek, Einl. p. 638. F. W. Umbreit, Lied d. Liebe. II. Heidelberg. 1828. p. 6. Epithalamium, instar graecorum et romanorum, cum regis Aegypti habet J. B. Bossuet, praef. et expos. Cant. Cant. Op. I, 632. s., mavult proximo quidem sensu et historico nuptias, remote mysteria cantari. Pa-etiam congrue sumitur C. C. ceu collectio carminum erotico-idyllicorum. Ita E. G. Paulus, in J. G. Eichhorns Repertor. für bibl. und morgenl. Liter. XVII, Jahn, Einl. II, 816. E. J. Magnus, Krit. Bearbeit. und Erkl. des Hohen Liedes Halle. 1852. p. 1—24 48—56. E. Meier, Geschichte der p. Nationalliteratur. 13. s. Per totum enim illud eaedem personae, sponsus quippe et sponsa, loquentes ountur; actiones omnes a primo capite usque ad ultimum bene cohaerent; si o quis aut quae loquatur accurate observetur; quaeque de improviso quasi inter-unt, non ad primarium argumentum referantur. Cf. Umbreit, Erinnerung an das s Lied. Heid. 1839. p. 8. s. Neque casto verborum C. C. amictu mysterium ugii exponere credendum est. Sic censet Fr. Delitzsch, Das Hohelied unters. aug. Leipz. 1851. p. 173. s. Neque est C. C. somnium politicum et religiosum, allegorice repraesententur vota et desideria populi degentis in terra olim israelitici si, optantis adiungi regno iudaico, ut contendit: J. L. Hug, Das Hohe Lied in r noch unversuchten Deutung. Frib. 1813. §. 8. p. 10. §. 14. 15. 16. p. 21—25. n defensione eiusdem, Schutzschrift und weitere Erklärung. ib. 1816. p. 1—28. explanationi calculum adiecit. J. G. Herbst, H. k. Einl. in d. h. S. d. A. T. II, 1. 237. Contra has intuendi rationes multa et gravia argumenta produxerunt, Smits, 0. s. F. Cant. Cant. vers. belg. notisque elucidatum. Antv. 1746. in prol. c. II. a. t. p. 15. s. c. VI p. 39. s. p. 101. J. H. Kistemaker, Cant. Cant. illustr. ex Hiero-phia Orient. Monast. 1818. p. 64. s. 73. 93. s. et passim. E. W. Hengstenberg, s h. L. Sal. ausgelegt. Berlin. 1853. p. 254. s. Haneberg, Geschichte der Off. p. 342. l, Häv. Einl. V, 494. Einl. p. 424. Reusch, Lehrbuch. p. 60. ex ipsis Judaeis Men-lsohn, in opere „Jerusalem." Berlin. 1783. Synagoga et Ecclesia Canticum C. unanimi*

Verum in his, quae secundum literam dicuntur, aliud longe sublimius consilium fuit Spiritui sancto. Salomon dum in enarratione poëtica ea fingit, quae flagrantissimo amori congruant, sub elegantissimae imaginis involucris [1], – secundum unanime S. S. Patrum et Scriptorum eccles., qui arcanum Cantici C. sensum cum Ecclesia maxime assecuti sunt, suffragium – quod supra carnem est et divinum dumtaxat sapit, mysticum et coelestem canit amorem. Quem cum iidem S. S. Patres in lucubrationibus suis pari pietatis, doctrinae et elegantiae laude patefaciunt, in duas potissimum abeunt sententias, quae penitius inspectae in unam concurrere deprehenduntur. Priorem sententiam enarrat S. Gregorius Nyss. [2] inquiens: „Sub Epithalamii specie coniunctionem humanae animae cum Deo auctor describit". Id quidem iustissime dicit [3]. Incomparabilis

---

consensu hoc in Canonem librorum sacrorum recepit, idque ab antiquissimo aevo. Cf. N. Nonnonii, de canonica auctoritate Cant. C. Ultraiect. 1725. Bezange, Introd. I, 502. s. Goldhagen, Introd. II, 305. s. Carpzovii, Crit. s. V. T. Lips. 1748. p. 906. s. Hoc factum non esset, si nihil praeter delicias terreni connubii, carnalium nuptiarum, amoris profani, contineret; sicut olim iam dixit Theodorus Mops. quem in Synod. II. Const. coll. 4 n. 68—71. damnatum accepimus. „Ad haec autem despernit idem Theodorus et Canticum Canticorum, et sicut ad amatam sibi haec Salomonem scripsisse dicit, infanda Christianorum auribus de hoc exponens." Mansi, S. Conc. n. Coll. Flor. 1763. IX, 225—227. Cf. Theodoreti, praef. p. 4. Sane impium pariter est et ineptum, quae in C. C. leguntur historice interpretari velle.

[1]) Involucrorum varietate errandi occasio pluribus data est, qui seriem quandam dramaticam, actionum et personarum sibi constantem atque connexam in cantico esse putaverunt, ac velut in theatro ac per diversos actus et scenas commercium nuptiale exhiberi dixerunt. E c. H. Ewald, l. c. p. 50—154. Idem, Die poet. Bücher des A. T. Gött. 1839. I, 40. Delitzsch, l. c. p. 77. F. Böttcher, Die ältesten Bühnendichtungen. Leipz. 1850. Frustra tamen; cum α. hi viri scriptoris artificium distinguere neglexerint. Certe β. Circumstantiae pro definiendis personis loquentibus non sunt evidentes ac perspicuae; atque hinc sermo, qui ab aliquibus tribuitur sponso, ab aliis tribuitur sponsae, aut pronubis, e. s. p. Quo sane plurimum alteretur sensus necesse est. C. C. non esse drama multis confecit Lowth, de s. poësi. p. 611. s. Accedit γ. quod talis poematis dramatici forma tum Hebraeis minime nota et usurpata fuerit. Cf. J. G. Eichhorn, de Judaeorum re scenica. Gott. 1811. p. 20. Kistemaker, l. c. p. 66. 67. [2]) In Procopii, catena veterum Patrum in Canticum Canticorum, apud A. Maium, Class. Auct. e cod. vat. edit. T. IX. Rom. 1837. p. 257. [3]) Omnino Verbi Dei, seu Sapientiae divinae, atque Ecclesiae, sublimiumque, quibus illa maxime constat, animarum miram coniunctionem et reciprocos amores praedicat s. Paulus. II. Cor. 6, 16. Verbum illius amoris vi pertractum in terras suscepit hominem, et animas

n Ecclesiam sponsam et eiusdem in Jesum sponsum mago [1] per omnia S. Scripturae volumina diffusa est. Lege res futurae sub figurarum umbris latebant; adeo- ı Cantici Canticorum perpetua allegoria, duplici instructa irituale quaerendum est. His igitur positis in C. C. Spiritus s. o Virginem castam, Ecclesiam, Christo sistit [2]. Exinde imago ista ad N. T. Unde illud Joannis B.: qui habet sponsus est [3]; et passim Ecclesia procedit ut sponsa, ıponso ornatu, amore, fide dignissima [4]. Hanc sententiam cipit, aeque maiorum suffragio communita, siquidem plures Canticum nostrum ad beatissimam Virginem Mariam n referunt, et ipsam esse Virginem quae Sponsae apel- gnificetur arbitrantur [5]. Atque ipsa Ecclesia S. S. Patres ertim S. Ambrosium, in eo argumento copiosissimum [6] nulta transtulit in liturgiam et officium de B. V. Maria [7]. nodum ergo de ecclesiastica Cantici ad Virginem M. acco- e, inspecto solenni Ecclesiae usu, ambigere non licet [8] e fas est dubitare, an quae illo continentur Deiparae re- ıt, eiusque dotes atque ornamenta aptissime repraesentent [9];

---

a sibi, ut unius cum eo sint spiritus; Ecclesiam et animas sanctas quoque ıe accedenti miram amoris vicem rependere testantur eiusdem s. Pauli i vivere Christus est. Philipp. I, 21. Cf. Ps. 72, 28. 83, 3. Prov. 4, 5. Sap. 8, 2. sai. 5, 1. 62, 4. 5. Ezech. 16, 8. Osee. 2, 16. [2]) Cf. Theodoreti, praef. . 6. [3]) Joann. 3, 29. [4]) I. Cor. 6, 15. 16. Eph 5, 2. 30. Apoc. ɉuo etiam factum est ut sublimes animae e. c. s. Franciscus Assisi- ıarina Senensis, Rosa Limana, quorum cor melliflua Christi passio edul- c Cantico semper mirum in modum delectarentur illudque legendo gratiae Christi degustarent. Cf. Vitam s. P. Francisci conscriptam ventura. cap. XIII. ed. J. v. d. Burg. Coloniae. 1849. p. 386. [5]) Non ut non id praecipue de Ecclesia dictum putetur. [6]) Qui licet nunquam Canticum explanaverit, apis tamen instar melitissima oratione passim ris e. g. de Isaac et anima, I, 355—384. et in serm. XXII. in Ps. 118. 158. illud fere totum interpretatus est. [7]) Ut adeo nullum sit Cantici ıod accommodatione convenientissima ad Deiparam non retulerit. la vere aurea verba s. Coelestini ad episcopos Galliarum: „*Obsecratio- liturgicarum — quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quae ab radita in toto mundo atque in omni ecclesia catholica uniformiter cele- t legem credendi, lex statuat supplicandi.*“ Cf. Epistolarum rom. Pontif. P. Constantii, ed. Schoenemann. Gott. 1796. p. 868. 869. [9]) Cf. Cornelii legomena in C. C. Antv. 1670. p. 3. s. C. Passaglia, de immaculato Deiparae

celebrari Unigeniti cum Ecclesia sive in universim, singulis iustis, amoris connubium, quin pariter significantium cum Deipara [1]. Quae sublimioribus animabus congruunt, magis Mariae congruunt, non tantum accomodatione sed etiam ad literam, quoniam inter sublimes et perfectas animas, sublimissima ipsa est et perfectissima [2]. Canticum ergo Canticorum perpetuum esse tropum, constans est maiorum doctrina, per saecula accepta, quam tota semper Ecclesia ab exordio secuta est; mysticus et allegoricus proprius est huius Libri sensus [3]. Hos deinde amores Salomon, de quo ut speciali Christi figura dictum

---

V. Conceptu. II, 517. s. Schuleri, Das Hohelied erläutert. Würzburg. 1858. p. 30. Anonymi, ü. d. liturg. Gebr. d. Hohenliedes im marian. Cultus, in Katholik. Mog. 1859. p. 111. s. Hautcoeur, in Bouix, Revue d. sc. eccl. Par. 1860. II, 121. s. Sane non sine iniuria atro stigmate ab adversariis notantur interpretes catholici, qui S. S. Patrum et Ecclesiae exemplo C. C. B. Mariae semper Virgini vindicant.

[1]) Cui Deus hoc ipso quod ad omnium salutem concepit et peperit, coronam aeternam capiti eius imposuit: Eiusdem a macula originali immunitatem, a naevo quovis integritatem, aliaque innumerabilia. [2]) Judaei Canticum Canticorum interpretantur de casto Domini cum Synagoga, totaque Judaeorum gente connubio. Hoc sensu Chaldaeus paraphrastes, quasi hic describatur desponsatio synagogae cum Messia. Ita etiam Keil l. s. c. [3]) Summa interim servanda sobrietas, ne curiose omnia quae in C. C. attexuntur evolvantur. Similibus exercitiis indulserunt L. Fromondus, Comm. in Cant. C. Lovan. 1653. P. J. Ev. Cap. lib. anagogicus sponsae per casti amoris scalas ascensus. Lov. 1633. De id genus exercitiis iudicium tulit accuratum J. Malderus, Ep. Antv. in Pharo spirit. Lov. 1653. Qui rudem carnalemque sensum solummodo in cantico interpretando sectatur, praeterquam quod offendiculo esset inevitabili, toto e lectione eius operis fructu se ipsum privaret, Salomoni affingeret, quae neque sine horrore audiuntur, neque cogitasse ipsum unquam dum scriberet persvasum habemus; qui profanis oculis et minus casto corde ad illud accedit, pro spiritu vivificante occidentem literam offendit. Sapienter proinde cauteque Judaei lege caverunt, (V. Origenis, prol. p. 289. Hieronymi, praef. in Ezech. e. c. p. 4.) ne quis ante tricesimum aetatis annum carmen illud legeret; (quod obtinuisse testatur etiam Gersonius, Tractat. c. Romantium de Rosa. art. oct. Op. ed. Antv. 1706. III, 303. *„Dicunt Doctores, Cantica Salomonis, quamvis bene in se sobria sint, olim legi non fuisse solita, nisi ab his qui triginta nati essent annos, aut supra ne ullam inde sumerent carnalitatem.“* Quin s. Isidorus in Prooemiis. 38. ed. Arevali. V, 201. auctor est, ab eius lectione interdictos fuisse prorsus homines carnem tantum et sanguinem sapientes, qui spiritualibus et mysticis impares essent. *„Illud etiam non est omittendum, apud Hebraeos hanc fuisse observationem, ne cuiquam librum hunc legere permitterent, nisi viro iam perfectae scientiae et laboratae fidei: ne forte per imbecillitatem infantiae et fidei imperitiam, non tam erudiret cognitio lubricas mentes, quam potius ad cogitationes corporales converteret.“*

:: ego ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium [1], qui pacifici oque et amabilis nomine Salvatorem repraesentat [2]; hos inquam ores Salomon in hoc Cantico miris affectibus, mira varietate concinnitate cecinit [3]. Eius operis rebus, imagini eximiae et)ilissimae, quam maxime respondet dicendi genus Cantici vivin, molle, blandum; ut ipsum per se opus omnibus numeris ıolutum reputandum sit [4]. – Salomoni opus hoc omni iure vindiur, tum quia α. in fronte per inscriptionem: אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה, n etiam β. in contextu, de nomine et re sese significet [5].

---

[1]) II. Reg 7, 14. [2]) I. Par. 22, 9. [3]) Eo mens erigenda est et spiritus a ad lectionem huius libri nos ipsos conferimus. Procul ergo hominum proorum ludibria! castis potius imbuti cogitationibus, ad tam profunda mysteria)icienda accedamus. Unde congruentissima commentaria Cantici Canticorum t scripta s. Joannis a cruce, totidem scintillae igneae mystici amoris; S. P. rnardi, Claravallensis Abbatis, melliflui ecclesiae doctoris, sermones 86, in ticum Canticorum; (ed. Par. cit. Tom. III.) quos imo ex corde profudit, et in)us tanta facundia divinae caritatis vim atque sublimitatem expressit, ut apat illum omnes in seipso coelestis amoris affectus et motus vero atque vivo itus sui experimento sensisse. Inde legentium corda in Sponsi amore inflamet rationem intimioris devotionis edocet. Morte autem praeventus s. Berlus telam ad finem non perduxit in c. 3, 1. subsistens. Continuare abruptum ı Gilbertus de Hoylandia sustinuit, et pari fere dicendi genere filoque 48. ones Bernardinis iunxit; sed interpellante pariter auctoris morte in c. 5, 10. at. Cf. Sixti, Sen. Bibl. s. l. IV. Par. 1610. p. 216. Praetermittenda denion est: S. Thomae, de Aquino expositio in Cantica Canticorum svavissima. e ultimo vitae suae tempore, dum aegritudine pressus a monachis Fossaeae — terracinensis dioecesis, ordinis Cisterciensis — ut eundem librum exaret rogatus esset, mortem proximam praevidens toto pectore in Deum revoı viva voce dederat, oratione ardenti, e qua ignitorum affectuum incendia apere videntur. Cf. Sixtum S. l. c. p. 305. Duplex vero Aquinatis nomen ferens Cantici expositio vulgo typis circumfertur. Una quae incipit: Salomon iratus (Op. ed. Par. XV, 453—482.); altera quae incipit: Sonet vox tua. De aque (quae iuncta exhibetur in ed. Neapol. 1856. pag. 1—32. et 33—70.) entia operose summoque eruditionis apparatu pro more disputat B. de Rubeis dn. praev. in Op. D. Th. Neutra certe ab angelici magistri pietate et trina abhorret. [4]) Assumuntur in discursus ornamentum similitudines et meerae, quae nostris auribus plane insolitae sunt. E. c. quam peregrinum is est dentes comparari gregi tonsarum ovium, collum turri Davidis, 4, 1. s. at Carmelo. 7, 4. 5. Ex his multiplex continuo oritur obscuritas; et exinde diverimae interpretationes. Ceterum cum pro varietate regionum varius sit his in is gustus, perspicuum est multas imagines, quae si ad nostrum genium conatur vix aliquid grave sonant, antiquis elegantissimas fuisse. [5]) 3, 7. 9, 11. 6, 7. 8 Cf. (Hengstenberg), Ueb. d. h. Lied, in d. ev. Kirchenz. 1827. n. 23. 24. p. 177. s.

γ. Abundat C. C. similitudinibus et figuris, quae a plantis, arboribus fruticetis et frugibus petitae, harum rerum apprime peritum indicant scriptorem, cuiusmodi Salomonem fuisse novimus [1]. A Salomone Canticum hoc profectum esse, testatur denique δ. Synagogae et Ecclesiae auctoritas [2].

§. 89. Proverbia.

Cantico C. succedunt: Proverbia, מִשְׁלֵי [3]. In Proverbiis non habetur anthologia adagiorum, similitudinum, aenigmatum, quae ad mores vitamque hominum communem, rei familiaris curam, instituta popularia pertineant et brevi complexu enuntient, quid in vita fiat plerumque aut fieri oporteat [4]; sed adducuntur sententiae graves, plenae sapientiae, mysterii et utilitatis, quae pietatem practicam lectores edocere volunt et eos manuducere ad vitam in hoc aevo tranquillam et beatam, aeternam et in futuro gloriosam. „*In Proverbiis enim* inquit s. Isidorus [5] *moralia docens per communem quemdam loquendi usum doctrinae coelestis institutionem brevibus sententiis coaptavit.*“ „*Est sermo de Scire practico, hoc est notitia certa qua scimus: non ut sciamus, sed ut operemur, quale est Scire morale*“ [6].

---

[1]) Symbolorum usum maxime convenire ingenio Salomonis, apparet quoque ex libris praeter Canticum Canticorum ab illo scriptis. V. imp. Prov. 8. et 9. Qui opponunt reperiri in illo vocabula aramaea, ab aetate Salomonis aliena, supponunt, quod demonstrandum foret. Literae hebraicae non adeo nobis exploratae sunt, ut definire possemus, quae vocabula aetati Salomonis aliena fuerint. Ad ipsam Cantici indolem pertinet, inveniri voces in aliis libris nuspiam occurrentes. [2]) V. Carpzovium, l. s. c. p. 919. s. Kistemacker, l. c. p. 3 s. [3]) In vocis huius notionem in app. T. II. inquiremus. Cf. int. I. Reg. 10, 12. Ezech. 20, 49. 24, 3. Jerem. 24, 9. Ps. 48, 5. 77, 2. Job. 27, 1. Prov. 22, 6. Voce מָשָׁל, utcunque sermo parabolicus, figuratus, sententiae signantur, quae cum saepe in proverbium cedant, LXX παροιμίαι Σαλωμῶντος vocantur. [4]) Ut volunt J. C. W. Augusti, Grundriss einer h. k. Einleitung in's Alte Testament. Leipz. 1827. p. 238. E. Bertheau, Die Sprüche Salomos. Leip. 1847. p. col. p. 33. F. Hitzig, Die Sprüche Salomos, übersetzt u. ausgelegt. ib. 1858. [5]) In Libros V. et N. T. Prooemiorum, 36. ed. Arevali. V, 200. [6]) Th. de Vio Caietanus, in Parab. Salom. ad verit. hebr. cast. Lugd. 1545. p. 2. Unde olim iam Clementi, rom. I. Cor. 57. p. 134. ἡ πανάρετος σοφία, e πᾶν et ἀρετή, sapientiae omnem complexae virtutem (De hoc nomine consule Cotelerium in not. 12. ad loc. Clem. rom. ed. Clerici. II, 179.) nomine veniunt, et a Gregorio Naz., Orat. VIII. in laudem sororis Gorgoniae. n. 9. I, 222. παιδαγωγικὴ σοφία salutantur. Non solum autem Clemens romanus „sed etiam Hegesippus, Irenaeus et omnes antiqui proverbia

Argumentum Libri, quod sicut et scopum auctor ipse 1, 2. 3. 4. patenter indicat, commoda partitione secundum tres partes considerari potest. In prima cc. I–IX. continetur prooemium libri, quo fundamentum virtutum omnium: Sapientia et vera Dei cognitio explicantur. Exhibet generalem sapientiae commendationem uno fere tenore propositam. Ad eam omnes hortatur Salomon proponendo dignitatem, naturam, causam et fructus, quos suis studiosis prodiga manu conferat sapientia. Sapientia instituit epulum, quod recte convivium sapientiae vocatur, in quo ritu convivali, omnibus hominibus ad hoc invitatis, qui praeest, praecepta sapientiae per varia, gravia, et elegantia dicta edisserit. In secunda parte cc. X–XXIV varia tradit tam virtutum praecepta, quam cautelas vitiorum. In his citra accuratum nexum interrupte loquitur, eaque proverbia proponit Salomon, quasi oracula, prout Spiritus Dei elocutionem suggessit. Agit de pietate et impietate, disciplina, prudentia, stultitia, de bona fama, temperantia, divina providentia. e. s. p. Quot fere versus, totidem dicta sententiosa de officiis variis erga Deum et homines proponuntur; neque privatis dumtaxat personis sed etiam publicis, nam traduntur regulae vivendi et agendi pro qualibet conditione e. c. ecclesiastica, politica, oeconomica. In tertiam partem referri possunt quae a cc. XXV–XXIX. ponuntur parabolae Salomonis multo post tempore Ezechiae regis iussu a sapientibus viris in idem volumen congestae. Prov. 25, 1. Cap. XXX. in persona Aguris [1] commendat opera Dei incomprehensibilia; exponit paupertatis ac divitiarum pericula; enumerat intellectu difficilia; res minimas et admodum sapientes; quatuor quae cum gravitate incedunt; servandum denique in omnibus modum dicit. C. XXXI, 1–9. nomine Lamuelis [2] se loquentem inducit, recensens matris suae olim sibi datam

---

Salomonis vocare solent *sapientiam* omnium virtutum praecepta — πανάρετον σοφίαν — continentem." Eusebius, Hist. Eccl. IV, 22. p. 143. Saepe in antiquis monumentis antonomastice Σοφία dicitur. Ita appellat s. Cyprianus, Test. a. Jud. III, 56. II, 88. item Clemens Alex., Strom. II, 22. ed. Potter. I, 501.

¹) אָגוּר, V. congregantis. Cf. Caietanum, l. c. p. 250. Simon, Onom. coll. p. 416. J. H. Heidegger, Enchiridion bibl. ed. 5. Jenae. 1723. p. 280. poenitentiam reddunt. Nomen proprium habent: Corn. Jansenius, Comm. in Proverbia. Lugd. 1580. p. 121. Smits, Proverbia Salomonis elucidata. Antv. 1746. p. 15. F. W. C. Umbreit, Comm. über die Sprüche Salomos. Heidelb. 1826. p. 392. Gesenius, in Thes. p. 22. Bertheau, l. c. p. XV. Keil, in Hävernick's Einl. V, 411. Bleek, Einl. p. 633. ²) לְמוּאֵל, apud LXX habetur in fine c. XXIV. V. ed. Lut. Par. 1628. II, 229. 241. οἱ ἐμοὶ λόγοι εἴρηνται ὑπὸ θεοῦ βασιλέως. Caietanus, l. c. in ipso. El. p. 277. Simon, p. 503. Deo dicatus, Dieudonné. Jansenius, l. c. p. 128. Ipsi Deum. Maldonatus, l. i. c. p. 146. quia Deus fuit cum ipso. Schulz, Schol. V, 231. Dei peculium sive is, quem sibi totum elegit. Umbreit, l. c. p. 408. der Gottgeweihte. Keil, l. c. p. 413. zu Gott, d. Gottergebene. Hanebergo, Einl. in's A. T. p. 212. Gesch. p. 347.

instructionem: tum reliquis a v. 10–31. uxoris probae virtutes laudesque elegantissimo carmine praedicantur, in quo singuli versus ad literarum hebraicarum alphabeticam seriem dispositi sunt [1]. Proverbiorum librum a Salomone profectum – licet tota collectio non simul ac semel, sed variis temporibus facta sit – nulla impedire, multa svadere argumenta videntur. Praeter inscriptionis vetustissimae auctoritatem, qua se scriptorem Proverbiorum Salomon ipse profitetur, cuique ut fides negetur nulla adest ratio, momentum addunt argumenta ex aevo et ingenio Salomonis sumta. Ex historiarum fide constat, Salomonem, qui omnibus aetate coaevis et disparibus sapientia praestitit [2], ter mille sententiarum prolocutum [3]. Auctorem, non compilatorem, duntaxat fuisse Salomonem testatur Ecclae. 12, 9. Neque ratio horum proverbiorum, neque scribendi genus repugnat et credere vetat eas Salomonis esse. Multas quoad rem et sensum gnomas e Proverbiis Salomonis verbotenus depromsit Jesus Siracides [4]. Authentia P. roboratur testimoniis N. T. Ita in epistolis tradita capita doctrinae morum saepenumero e Proverbiis sunt hausta [5]. Denique canonicam P. auctoritatem asseruerunt s. s. Patres et Scriptores [6].

———

...aicae est originis, quoniam nomen Lamuel inter reges non invenitur. Sed coll. II. Reg. 12, 25. III. Reg. 1, 37. symbolicam appellationem habere, quid prohibet? quamquam hic solum coniecturae locum esse non diffiteamur. V. Cornelii a Lapide, Commentar. in Prov. Ant. 1661. ad 30, 1. p. 809. 31, 1. p. 857.

[1]) Argumentum Proverbiorum fuse enarrant notisque inspersis illustrant: C. A. Rhode, de veterum p. sententia gnomica, Hebraeorum imprimis. Havniae. 1800. p. 133–196. H. A. Hahn, Comm. ü. d. Predigerbuch Sal. Leipz. 1860. [2]) III Reg. 4, 32. t. o. I. 5, 12. [3]) Quod autem in altera libri parte nonnullae sententiae bis occurrant, hoc optime ita censetur nobis explicari, si sumamus, plus semel diversa opportunitate prolatas fuisse sententias, omnes autem consignatas fuisse, prout eas edixerat rex. Enimvero recurrentes istae sententiae, quamvis verbis conveniant, diversa tamen iteratae occasione, connexione, intentione, diversum quoque nasciscuntur sensum aut certo respectum, ut proin sine tautologiae vitio ab eodem auctore repeti potuerint. [4]) Vid. Cornelii, prol. p. 6. [5]) Cf. Prov. 1, 16. 3. 7. Rom. 3, 15. Rom. 12, 16. Pr. 3, 11. Heb. 12, 5. 6. Apoc. 3, 19. Pr. 3, 34. Jac. 4, 6. Pr. 10, 12. I. Pet. 4, 8. Pr. 11, 31. I. Pet. 4, 18. Pr. 17, 27. Jac 1, 19. Pr. 17, 13. Rom. 12, 17. I. Thess. 5, 15. I. Pet. 3, 9. Pr. 20, 9. I. Joann. 1, 8. Pr. 20, 20. Matth. 15, 4. Marc. 7, 10. Pr. 25, 21. Rom. 12, 20. Pr. 26, 11. II. Pet. 2, 22. [6]) Praeter iam laudatos: Origenes, fragment. ex l. de Prov. XIII, 217. Prolog. in Cant. Cant. XIV, 309. s. Basilius, hom. XII. in princip. Prov. II, 97. Gregorius, Nyss. Comment. in Cant. C. hom. 1. I, 469. s. Hieronymus, in prologo galeato. s. Augustinus, de Civ. Dei. XVII, 20. II, 220. Theodoretus, praef. ad Joann. Eppm. ante explan. Cant. Cant. II, 1. p. 4.

nus exstitit Theodorus Mopsuestenus, qui dicere non est veritus: lomonem cum Proverbia et Ecclesiasten scriberet, humana udentia illa dictasse; quae sententia damnatur in concilio oecu-:nico V. [1]. Tempus, quo Salomon Librum Proverbiorum confecerit, coniecturis versatur; Salomoni in aetate virili, ante lapsum, dum eger vitae scelerisque purus sapientia Dei affluebat, non absque ui probabili ratione tribuere doctores Judaeorum [2]. Cum in bro hoc tanta sit sententiarum varietas, ut ex eis ad quodvis gumentum tractandum facile rationes eaeque efficacissimae sumi ssint; recte dicitur: vix esse inter Sacros Codices alium, qui quidvis dicendum et persvadendum atque ad conciones vul-res magis sit accommodus; quemadmodum vel e S. Gregorio facile animadverti potest, qui ad formandos hominum mores epissime ex hoc Libro testimonia petit. „Proverbium enim habet s. Basilius [3] morum est institutio et correctio affectuum, in summa: vitae est disciplina, eorum quae agenda sunt prae-ptiones sanas ac cordatas complectens“ [4].

§. 90. Ecclesiastes.

Auctor, qui in libro nostro argumentum tractat, quod pro-me accedit ad illud Proverbiorum semet ipsum C. 1, 1. 12. pellat: Coheleth, filium Davidis, regem Jerusalem. Quod um nomen קֹהֶלֶת attinet symbolicum esse nemo diffitetur; sed ter eius interpretationes maximum invenitur discrimen. Anti-issima nominis explicatio apud LXX legitur, qui vertunt Ἐκκλη-σιαστής. Hunc titulum retinuit Vulgata. Tituli vero hanc rationem ddit s. Hieronymus [5] „*Ecclesiastes graeco sermone appellatur qui coetum gregat i. e. ecclesiam, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo d loquatur ad populum et sermo eius non specialiter ad unum sed ad*

[1]) Coll. IV, 6. 3. apud Mansi. IX, 223. Alia concilia advocare in rem manifestam prorsus inutile iudicamus. [2]) Cf. Carpzovii, Introductionis ad os biblicos V. T. p. II. e. c. p. 175. [3]) Homil. c. p. 98 [4]) S. Hieronymus tim ex Hebraeo fonte, partim secutus antiquam versionem LXX interpretum, e tunc usitata et toto orbe recepta erat, traduxit in linguam latinam librum verbiorum. Unde Vulgata nunc editio, in aliquibus differt ab hebraeo textu. a Cornelii, prolegomena. p. 6. Smits, Prov. eluc. p. XXXIX. s. [5]) In Commentario in Ecclesiasten. p. 383.

universos generaliter dirigatur" [1]. Cur masculino et quidem oratoris nomini, terminatio foeminina sit affixa, causam assignant: quod non ipse Salomon, sed Sapientia, חָכְמָה, per eum loquatur, quae concionatrix dicitur [2], quia foris praedicat et in plateis dat vocem suam [3]. Unde olim iam interpres graecus venetus [4] „ἐκκλησιάζουσα σοφός," reddidit [5]. Nihil manifestius a capite ad calcem usque prodit Ecclesiastes noster, quam se Salomonem esse. Incipiamus α. ab inscriptione. Quis unquam alius post Davidem dici potuit rex Israel in Jerusalem quam Salomon. Is enim solus est, qui e numerosa Davidis sobole solium regium conscendit [6]. Sua ergo in hoc monimento verba proponi, ipse filius Davidis et rex Hierosolymorum persvadere adeo lectoribus cupit; ut eum in finem tot iteratis vicibus in prima persona loquatur, Ecclesiastae titulum subinde repetitum sibi vindicet, eosque quos facit sermones, suos esse testetur [7]. β. Salomoni summo iure convenit imago, qua auctor per totum opus oculis nostris exhibetur [8]. In Salomonem ea omnia aptissime quadrant, quae de se [9] praedicat Ecclesiastes. E veterum opinione nequaquam spernenda Salomon post

[1]) Quae quidem interpretatio etymologia vocis sese commendat. קֹהֶלֶת habent passim part. fem. a. K. verbi קהל, nonnisi in H. et N. usitati, quod significat: congregare, convocare populum i. e. concionem. [2]) Cf. J. Maldonati Sapharensis. S.J. Comm. in praecipuos S. S. V. T. libros: Ps. Eccl. Prov. Sap. Proph. m. Par. 1643. p 148. [3]) Coll. Prov. 1, 21. [4]) In Gesenii, Thes. p. 1200. [5]) Foeminina forma ad Sapientiam igitur referenda est, ad quam homines congregantur. Aliorum interpretamenta vide apud W. Smits, Ecclesiastes elucidatus. Antv. 1746. prol. 2. s. Th. Dindorf, quomodo nomen Koheleth Salomoni tribuatur. Lips. 1791. F. G. C. Umbreit. Coheleth scepticus de summo bono. p. 74. Salomoni tribui potest hoc nomen, ut organo divinae Sapientiae; cum et alia virorum nomina terminatione foeminea apud Hebraeos exstent, veluti Alemeth, I. Par. 8, 36. Esdr. 2, 57. 9, 42. Phokereth. Praeterea Coheleth in numerum eorum nominum, quae dignitatem vel munus significant, quaeve in linguis semiticis non raro abstracta et foeminina sunt, referendum est. Talia nomina forma foem., significatione masculina, habere et Arabes ostendit Bochartus, Hieroz. I, 2. 4. ed. c. p. 88. 89. Cf. ex gr. vox خَلِيفَةٌ, Chalifaton, notissima. Unde fit: ut קֹהֶלֶת iam cum verbo foeminino construatur 7, 27. habita ratione terminationis et respectu ad sapientiam, quae hoc schemate inducitur, iam cum verbo masculino 1, 2. 12. 12, 8. 9. 10. oculo ad virum sc. filium Davidis intento, per quem hic Sapientia loquitur. [6]) Ut ex historiis recitatis notissimum est. [7]) 1, 2. 12. 7, 28. 12, 8. [8]) 1, 12. 2, 9. 7, 27, 28. [9]) 1, 16. 2, 4. 7. 12, 9. 10. Postremo loco, ut eo maius pondus monitis suis accedat, memorat reliqua scripta sua, praecipue Proverbia.

um, et actam demum poenitentiam, Ecclesiasten edidit. Sane ueis c. 2. prolixe enarrat opera sua [1], talia sunt, ut a iuvene proci, aut exiguo temporis spatio absolvi nequiverint. Ad haec l. rerum omnium oculis lenocinantium vanitatem serio deplorat; rere dixerimus, felicitati mundi neminem acrius nuntium remie, quam qui eam maximam expertus fuerat. Scriptori aetate vecto c. optime convenit elegantissima effoetae senectutis deptio [2], et vehementissima foeminarum detestatio [3]. Idem perlet d. quod in damnandis peccatis totus versetur, luculenta nitentis animi indicia prodat; et severa de imminente iudicio admonitione ad timorem Domini revocet mortales [4]. Taceo nstans perpetuumque testimonium, antiquitatis tum iudaicae [5] tum istianae quae sine disceptatione Salomoni hoc volumen attribuit [6].

---

[1]) V. c. aedificia, opes, voluptates. [2]) 12, 1. s. [3]) 7, 27. [4]) 12, 12. 14. Cf. Essen, l. c. p. 67. s. [5]) Cf. S. Sgambati, Archiv. V. T. II, 26. 302. Smits, prol. p. 5. 17. 20. [6]) „*Illud etiam praefari necessarium est Theodoret — interpret. in Cant. Cant. p. 18. — tria Salomonis esse volumina: verbia, Ecclesiasten et Canticum Canticorum. Ac proverbia utilem quidem de bus disciplinam complecti; Ecclesiasten autem eorum quae sensibus percipiuntur ram indicare, vitaequae praesentis docere vanitatem: ut ea fluxa et fragilia ocentes, tanquam praetereuntia spernamus, et quae futura sunt ut permaia concupiscamus. Canticum vero canticorum mysticam sponsi et sponsae necessitem et coniunctionem continere. Ut adeo universa Salomonis doctrina sit veluti quaedam quae tribus gradibus constet, morali, naturali et mystico.*“ *Ita fere s veteres tres Salomonis libros materia et argumento distinxerunt. E c. Origenes, in Cant. C. XIV, 309. Ecclesiastae expositores doctrina et sanctitate praestantis: S. Hyppolitus Portuens. p. 200. 201. Dionysius Alexandr. ed. Sim. de Magistris. 1796. p. 1—16. S Gregorius, Thaum. ed. G. Vossii. Mog. 1604. p. 169. s. et regorius Nyss. I, 374. s. S. Ambrosius, de Tobia. c. 13. „bonus ad omnia magister esiastes liber est Salomonis.“ I, 605. S. Epiphanius, de pond. et mens. c. 4. II. p. 162. lius, hom. XII. in princ. Prov. II, 97. 98. S. Hieronymus, Comm. in Eccles. Vall. 383. S. Augustinus, de doct. chr. II, 8. p. 39. J. Damascenus, de fide orth. 17. I, 284. S. Bernardus, serm. I. in Cant. Op. III, 1. 2. Observationes micae. Apud Graecos et Latinos, paucis haereticis demtis, nunquam in dubium t. Sed Lutherus „huius libri auctorem ocreis et calcaribus destitutum equitare in is“ effutiit. Hugo Grotius, praef. in Eccl. Op. ed. Bas. 1733. I, 258. notat „ego Samis esse non puto, sed scriptum serius, sub illius regis tanquam poenitentia ducti ine.“ Nec aliter G. Zirkel, Der Prediger Sal. Würzb. 1792. p. 31. s refutatus C. C. Smidt, Salomos Prediger o. Kohel. Lehren. Giess. 1794 p. 254. s. L. Berthold, Einl. V, 1. Erl. 1815. p. 2215. Wette, Einl. p. 381. Eiusdem quoque sententiae deprehenduntur: Ewald, Das Hohelied Sal. p. 133. s. Heiligstedt, comm. veri. IV, prooem. p. XV. H. G. Bernstein, Quaestiones nonnullae Kohelethanae.*

[illegible]astes perpetua quaedam concio aut oratio est, qua Salomon [illegible] demonstrandum sumsit: „quam vana et inutilia sint omnium [illegible]minum negotia et studia, quae in humanis rebus suscipiuntur“ [1]. [illegible]ropositione generali tanquam reliquarum fundamento docet: Vanitatem

---

[illegible]atislaviae. 1854. p. 50. Vaihinger, Der Prediger. p. 45. s. in Herzogs R. E XII. 104. s. et ipse quem mireris E. W Hengstenberg, Der Prediger Salomo ausgelegt. Berlin. 1859. p. 5., falso Salomoni opus inscriptum suspicatur, eiusque regis personam simulasse aliquem illa aetate, qua Palaestina provincia persica facta sit. D. Burger, Comment. in Ecclesiasten. Duisburgi. 1854. p. 12 tempore Darii Codomanni et Alexandri magni. Hitzig, Der Prediger Salomos. Leipz. 1847. pag. 124. Antiocho Epiphane in Judaeos dominante, auctorem vixisse affirmaverunt. Verum omnes hae coniecturae nullam ex ipsomet libro auctoritatem obtinent. Idem habet Bleek, Einl. p. 643. Audax criticorum genus spreta traditione cum antiquissima inscriptione, — quae nequaquam adventitia aut ab aliena manu adiecta, sed pars operis ipsi textui inserta est — verissima Criticae nota; omnia ex palato suo aestimat, neque quidquam pensi habet, dummodo acutius sapere atque intelligere videatur. Ducti sunt hi viri illa cumprimis ratione, quod in „Coheletho“ plurima verba deprehendantur a puritate elogii hebraici aliena, quae nonnisi Danieli, Esdrae et Targumistis usurpata, Hebraeis tempore Salomonis incognita fuerunt. Verum etiam haec ratio a mera hypothesi pendet. Primum sunt numero paucissima quae antesignano H. Grotio, c. o. Heiligstedt. p. XV. XVI. Bernstein. pag 44–46. Burger, p. 4–8 in medium protulerunt: non praetermissuri certe plura si reperissent. Sed iam Calovius — Criticus sacer biblicus. Viteb. 1673. — qui omnes [illegible] in quaestionem [illegible] examinavit, nonnisi duas ostendit chaldaicas, [illegible] apud Hebraeos aetate Salomonis obtinentes. Idem praestitit: L. v. Essen, Der Prediger Salomo. Schaffhausen. 1856. p. 42–45 Reusch, Zur Frage über den Verfasser des Cohelet. [illegible] Quartalschr. Tüb 1860. p. 430. s. E. Boehl, de Aramaismis [illegible] K[illegible] diss. hist. et phil. qua librum Salomoni vindicare conatur auctor [illegible] 186[illegible] [illegible] quam late pateret linguae hebraicae thesaurus [illegible] ut plura contineret, quae hodie nonnisi in lingua chaldaica [illegible] [illegible] decebunt adversarii vocem quandam potius chaldaicam quam [illegible] esse? Vetus quippe monimentum nobis in Ecclesiaste superest: [illegible] verba occurrant, quorum affinitatem aramaea [illegible] Est insuper Coheleth argumenti didactici [illegible] [illegible] gentiumque id iuris sibi proprii [illegible] forent Quid deinde si attendatur, a Salomone [illegible] esse librum, cumque e longa cum exteris et [illegible] etiam [illegible] Cf. Griesinger, Ueber die [illegible] Stuttg. 18[illegible]4 p. 4[illegible] J F. Schelling, Salomonis regis [illegible] sapientis, [illegible] Stuttg. 18[illegible] praef p. X XI. XII. Welteü [illegible] II, 2. p. 250.

[1] S Gregorii Thaumat paraphr. [illegible] In argumento enarrando vestigia legimus Joannis de Pineda e S. J. Commentarii in Ecclesiasten. Antv. 1620, qui uti maxime [illegible] plenissime, multa diligentia et eruditione Cohelethum explanavit

omnium rerum mundi, affirmans nihil sub sole novum esse. 1, 1—12. Se ipsum dicit e variis quae collocasset studiis, intellexisse, difficultatem et inutilitatem studiorum humanorum in genere. 12—18. Demonstrata rerum huius vitae ipsarumque scientiarum vanitate, pergit Ecclesiastes testaturque, se ad voluptates, quibus sensus alliciuntur, convertisse, probaturus utrum in illis veram solidamque beatitudinem inveniret. Parasse sibi multas et varias voluptates, quibus vitae suae svavitatem conciliaret; sed in omnibus his se acquiescere non potuisse. 2, 1—11. Gaudium sapientis, quod e bonorum possessione percipere potest, pariter vanum esse, 12-23. nihil firmum sub sole, ubique vicissitudinem. Si quid boni his in terris sit, id non in hominis potestate situm, sed Dei largientis munus esse; quo proinde homo, remota omni anxietate, atque sorte sua prorsus contentus, fruatur. 24—26. E natura instituti cursus mundi probare nititur: 3, 1-8. ipsam externarum rerum, de qua semper queri homines solent, vicissitudinem iis esse fontem inexhaustum felicitatis. Cum igitur omnium eorum, quae homo suscipit, eventus et successus e rerum ordine divinitus stabilito pendeat, qui ceu sempiternus ab homine mutari nequit, nil superest, nisi ut homo bonis moderate fruatur. 9 — 15. Abhinc 3, 16-4, 3. removere pergit E. et evertere offendicula adversus fidem in providentiam et pietatem inde manantem. Saepe quidem accidit, ut inter homines ius violetur, et alii ab aliis iniurias accipiant, tamen et haec res in rerum humanarum ordine divinitus instituto posita est. Nam illae iniuriae tantummodo per certum tempus durant, et certo tempore divino iudicio obnoxiae sunt. Aliud porro producit argumentum vanitatis rerum humanarum. Homini cui labores sui prospere succedunt, alii invident; tamen etiam pigritia est reprobanda. Stultitiam divitiarum probat a vita misera et solitaria divitis, cui non est haeres et tamen satiari non potest opibus; divertit hic E. ad laudes et commoda amicitiae. 4—12. Longa serie omnia vana et ficta, quae hominem pelliciunt, recensens; de inconstantia sortis humanae ratiocinatur. Accidit ut infimo loco positi imperio potiantur, potentes autem cladibus subito ruant. 13—16. Vera animi requies in pietate quaerenda est v. 17; quare iam 5, 1—6. E. vitae et morum praecepta tradit, quibus praecipit: vitandum temeritatem in loquendo aeque ac in votis faciendis. Si quis iniurias fieri videt, eo se consoletur, omnes a Deo summo domino et iudice ad rationem de his quae fecerint reddendam vocari. 7—11. Pingit vanitatem avaritiae; divitiae possessoribus suis perniciei sunt, 12—18. homo officio divinitus sibi delegato contentus, grato animo sorte sua fruatur. 19. Avarorum insaniam denuo ostendit E. 6, 1—9. comprimitque fastum humanae

superbiae. Ad quaestionem, qua in re bonum et utile hominis cuius vita brevis est consistat, respondet: in meditatione de morte. Res adversae aequo animo ferendae. 6, 10–7, 23. Ut res firmae incertis praeponendae sunt, sic stultitiae celeriter evanescenti praestat sapientia, cuius possessio haud peior imo melior thesauro, sibi ipsi satisfacit. Quamvis fiat: ut homines aemulati sapientiam, tum propter ipsorum stultitiam, tum propter laqueos aliorum, a proposito penitus aberrent. 24–30. Rursus interrogat in quo vera hominis felicitas posita sit. Unum tantum ex omnibus superesse, in quo homines laborent, sapientiam. Unde a. c. c. 8–10. multis disserit E. de praestantia studii sapientiae. Illustrat quantopere sapiens stultum antecellat E. variorum exemplorum adductione. Hoc esse iustorum solatium, nequaquam ideo quod in aerumnis sint illorum studia Deo non probari; uti impii eo quod prospere agant dies suos, minime confidere possunt opera ipsorum Deo placere. Nondum enim occulta et secreta sapientiae divinae videre concessum est. Contemnuntur et superantur sapientes a stultis; sed cum sapientia vera, pereunte viro insipiente, semper bene succedat, vita sapienter degatur oportet. Sapientia igitur quae hominem beat quaerenda est. Interim rebus praesentibus, Deo bene adiuvante et probante, iucunde utendum. Omnibus enim inexplorabili quodam Dei iudicio eadem sors moriendi continget. Unde homo amorem terrestrium bonorum missum faciat, et ea ad liberalitatem et beneficientiam convertat; quia id ei in posterum utilitati erit. Verbo pie vivendum a iuventute propter severum fulmen iudicii divini. Concludit librum generali sententia: unum tantum esse in quo sibi homines fidant, timorem Dei nempe et debitam legibus eius fidele obsequium iudiciique ipsius reverentiam. c. 11, 12, 1–14. E libri argumento facile dignoscitur scopus operis sanctissimus et divino Spiritui dignissimus. „In Ecclesiaste rerum naturam – Salomon – discutiens, cuncta in mundo caduca et vana esse deprehendit: rerumque omnium fragilitate perspecta renunciare mundo admonuit“ [1]. Dicendi genus Ecclesiastae obscurissimum

1) S. Isidorus, in Prooem. 37. V. 200. Cf. e. s. Augustini, de Civ. Dei XX, 3. II, 368. s. Cf. e. J. C. F. Steudel, Vorlesungen über Theologie des A. T. Berlin 1840. Beil. IV. Ueber den Inhalt und Zusammenh. des Buches Koheleth. p. 520 s. Observationes polemicae. Toto coelo aberrant, qui auctorem Scepticismum docere velle opinantur. Sic e recentissimis interpretibus: Hitzig, Vorbemerkungen, c. l. p. 125. qui ludicris in recensendo libro nostro indulget: cuique praeiverunt: Seidl, Excurs II p. 221. Wette, Beiträge zur Charakt. des Hebraismus in Daub und Creuzers, Studien. 1807. II p. 298. Augusti, Einl. p. 247. Insunt haud dubie loci quidam v. c. 2. 24. 3, 19. 21. 22. 9. 5. 10 qui perperam intellecti

queruntur fere omnes, quotquot illius explicationem susceperunt nterpretes. Difficultates facit: partim dictionum insolita ratio, partim abrupta sententiarum concisitas, – unde varia hinc inde supplenda et e reliquo contextu eruenda – partim denique rerum quas ractat varietas, earumque non statim obvia connexio [1].

§. 91. Liber Jobi.

Ad aetatem Salomonis, qua literarum et sapientiae studia el maxime in gente hebraea effloruerunt, referendum censemus librum qui Jobi nomen prae se fert [2]; eo quod fata, iscursus et remunerationem patientiae huius s. viri ad posteros

---

eiusmodi opinioni campum aperiant. Sed cognito comprehensoque Ecclesiastae stituto, id agere deprehenditur Salomo; refert vana hominum studia, quibus d altum felicitatis fastigium sese extollere tentant, ita convictum lectorem de rum, in quibus homines summum bonum quaerunt, inanitate et fugacitate, ad eum, eius Creatorem revocat, eique hoc persvadet: ut timeat Deum atque eius raecepta servet. 12, 7. 13. Qui scopus in toto libro regnat quique constanter nte oculos habitus eundem intellectu reddit facilem. Iam s. Gregorius Magnus l. Dial. IV, 4. II, 376. scribit librum Coheleth dialogismum esse, et in eo plura ontineri inter se plane opposita, „quia Salomon in eo quasi tumultuantis turbae uscipit sensum, ut per ea inquisitionem dicat, quae fortasse per tentationem mperita mens sentiat. Nam quot sententias, quasi per inquisitionem movet, quasi tot in se personas diversorum suscipit. Sed concionator verax velut extensa manu omnium tumultus sedat, eosque ad unam sententiam revocat, cum n eiusdem libri termino ait: Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum ime et mandata eius observa, hoc est enim omnis homo.“ Si felicitatem hanc timore Dei et observatione praeceptorum divinorum manantem: „summum esse hominis bonum“ intelligimus, nihil obstat dicere „Cohelethum, quaestionem, quid it summum hominis bonum, solvisse.“ v. Umbreit, Koheleths des weisen Königs Seelenkampf. Gotha. 1818. p. 10. Eiusd. Coheleth scepticus. Gott. 1820. p. 43. Hinc praeclara monita: 4, 17. 5, 1. 7, 1. 26, 28. 8, 2. 3. 4. 9, 1. 11. 5. 9. 12, 13. Praecipuas contra canonicam huius libri auctoritatem obiectiones diluit: Smits, prol. art. II. p. 21—45. Marchini, de div. art. 13. p. 245. Dupin, diss. p. 106. I. H. Michaelis, uber. adnot. ph. et in Hagiogr. vol. II. Halae. 1720. p. 831. I. D. Michaelis, Entwurf der Gedanken des Predigerbuches Salomos. Bremen. 1762. Essen, l. c. p. 86.

[1]) De versionibus Ecclesiastae v. Smits, prol. p. 57. s. G. L. Spohn, Der Prediger Salomo. Leipz. 1785. prol. p. 10—28. [2]) In eandem sententiam conveniunt: Harduinus, Chronologia V. T. p. 533. Hävernick, Einl. Erlang. 1849. ed. Keil. III, 337. s. 351. seq. Welte, das Buch Job übersetzt u. erklärt. Freib. 1849. p. XX. et plures quorum notitiam lectores e dissertationis decursu acquirent.

...mittat [1]. De hoc opere magna inter eruditos est contentio. Nos sedulo cum plerisque distinguimus inter Libri huius corpus, et illa quae historias constituunt. Jobus e posteris Nachoris [2] oriundus [3], princeps regionis Hus in Arabia deserta [4] eo tempore vixerat, quo Israelitae servierant in Aegypto [5]. Jobus vir summa pietate et integra virtute insignis atque omnium bonorum genere a Deo largiente fortunatus „eoque illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis depravatus est“ [6], praeter omnem exspectationem tristissimam sortis mutationem expertus est. Jobus simulationis coram Deo a satana postulatur, eamque ob causam arduum virtutis ac tolerantiae periculum facere cogitur. Deus satanae permisit, ut Jobum, tentandi causa, omnium bonorum copia spoliaret. Quod cum fecisset; nec tamen a Deo avertere potuisset, impetrat rursus a Domino, ut sibi ipsum corpus Jobi, dummodo vitae eius parceret, cruciare liceret. Proinde diabolus suo ingenio indulgens immisit Lepram [7], e morbis saevissimum, cuius dolores sine intermissione

---

[1]) Nomen Jobi אִיּוֹב significativum esse summus omnium consensus est; quanquam dispar eiusdem interpretandi modus. Cf. Simonis, Onom. p. 270. 437. W. Smits, l. Job elucidatus. Antv. 1751. prol. p. 13. s. Gesenius, in Thes. p. 81. appellatum vult a. r. אָיַב, q. d. infestatus. [2]) Fratris Abrahami, qui secesserunt in orientem seu Arabiam. Unde illa in Jobo semina verae religionis et pietatis, qualia Abrahamum tradidisse suis intelligitur. Genes. 18, 25. [3]) Et quidem sententia haec patronos habet perquam eximios, — quos l. in Smits, prol. p. 50. — e quibus audiatur s. Hieronymus „Primogenitus Nachor fratris Abraham de Melcha uxore eius filia Aran, natus est Us: de cuius stirpe Job descendit.“ L. hebr. quaest. in Genes. II, 339. quintum ab Abrahamo „πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ“ facit clausula a LXX c. 42, 16. apposita; quae quidem temporibus s. Hieronymi v. l. c. in hebraicis voluminibus non legebatur, ideoque ab ipso aliisque v. v. et r. r. interpretibus reiicitur. Cf. Smits, prol. art. III. p. 25. s. [4]) V. p. 40. Varias de Jobi chorographia sententias, earumque censuram l. apud Spanhemium, Hist. Jobi. c. 4. p. 100. s. Smits, prol. p. 35. E. F. C. Rosenmüller, bibl. Geogr. III, 18. s. [5]) Quanquam praecise Jobi aetatem definire impossibile arbitrer, id tamen cum F. Spanhemio, in Historia Jobi — qua plurima de omnibus obscuris libri Jobi quaestionibus congessit, Genev. 1670. p. 264. — ratum volo, Jobi tempora omnino esse mosaicis seu exitu Israelitarum vetustiora. Credere id ipsum iubet α. Ortus Jobi ab Abrahami aetate haud longe dissitus. β. Divinarum revelationum cum frequentia, tum modus. γ. Aetas Jobi longe supra eum terminum provecta, qui Moysis tempore statutus mortalibus fuit. δ. Jobi sacrificia ad ritum et morem Patriarcharum oblata. [6]) Sulpitius, S. Hist. I, 23. pag. 65. [7]) Morbum maxime horrendum. Censente Smits, prol. p. 53. s. non una tantum species, sed morborum veluti exercitus fessum tot calamitatibus corpus aggressus est, exsertisque singuli viribus lacerare, torquere alius, alius efferare. Morborum genera numerat Pineda, qui in Comm. ad 2, 7. 8. hoc argumentum. p. 137—152. s. exactissime tractavit.

furentes, aestu eum concutiunt ac pene consumunt; isque morbus eo magis miserum angit, cum nullam unquam restituendae sanitatis spem admittat [1] Jobusque ab uxore – muliebre quid et patiente et suggerente – et liberis, servis et servabus deseratur atque negligatur [2]. Neque vero vehementissimis doloribus, nec ipsi uxori, quae virtutem marito exprobrat, Jobus praeter culpam miserrimus factus cedit; imo pio et aequo animo pro secundis e manu Dei adversas res accipit [3]. Perlato eius rei nuntio, tres amici Jobi, haud dubie suae gentis pariter nobiles, Eliphaz Themanites [4], Baldad Suhites [5], et Sophar Naamathites [6] afflictum visitare et solatio erigere constituunt. Interim tamen iam longiore temporis spatio praeterlapso, adventantes amicum morbi cruciatibus iam ita deformatum inveniunt, ut vix eum agnoscant. Quem cum adeunt, ob tantam amici miseriam omnia eos solatii verba deficiunt; lugentes ac muti apud eum per septem dies sedent, ac ne verbo quidem interpellant. Tandem Jobus silentium rumpit. Diutius iam vicem suam meditatus, nec non quam de ipso amici opinionem tenerent suspicatus, in acerbissimas querelas solvitur et natales, quibus in vitam tam miserabilem editus erat, vitamque hanc ipsam, qua mortem multo habet optabiliorem, exsecratur. Amici vero tantas calamitates, quae in Jobum ingruerant, non immeritas homini accidere arbitrati, longam de causa harum calamitatum disputationem texunt, contendentes Jobum per peccata Dei iustitiam provocasse. Pergunt adhortari eum: ut memor divinae maiestatis, iustitiae, ac sapientiae, a perversis insipidisque querelis abstineat et poenitens ad Deum se convertat; Deum nimirum, qui calamitates immittat, esse potentem et bonum illum Deum, qui castiget quidem homines miseriis, sed eas tollere et possit et velit, dummodo illi admoniti resipiscant. Jobus [7] suam tuetur innocentiam: accusato amicorum fastu, et communi sorte fidelium in mundo exposita, adversariorum praesumtioni suam de sapientia, potentia, maiestate Dei sententiam opponit; attamen in disputandi ardore nonnunquam acrius in ipsum Deum invehitur. Se enim hoc vidisse et audivisse: quod tum improbi poenas scelerum suorum

---

[1]) Jobi 6, 11—13. [2]) 19, 15—17. [3]) Summa tractationis, quae iuxta s. Jacobi 5, 11. verba: patientiam Jobi et finem Domini pandit, a c. c. 3—42, 6. volvitur. [4]) A Theman nepote Esavi ita dictus. coll. Gen. 36, 4. 15. Quemadmodum ordine recensionis et orationum ad Jobum, c. 4. 5. 15. 22. sicut par est credere, ordine aetatis et experientiae quoque primatum habuit Eliphaz. [5]) Oriundus e familia Sue, qui unus fuit e filiis Abrahami natis de Cethura atque in orientem ablegatis. Coll. Gen. 25, 2. Orationes habuit ut Eliphazus tres c. 8. 18. 25. [6]) E Naama urbe arabica, quae in obscuro quidem latet, e circumstantiarum tamen collatione in Jobi vicinia pariter ponenda est. Duos sermones dixit: c. 11. 20. et 21. [7]) C. 12–14. c. 23. et 24.

effugerent, atque vitam suam feliciter agerent; tum probi miseriis afficerentur. Deum testem innocentiae suae esse affirmat; et ab hoc teste se aliquando innocentem declaratum iri sperat. Causam calamitatum in summae eius sapientiae consiliis inexplicabilibus quaerendam esse declarat. Postea probitatis suae conscientia impulsus, atque suam innocentiam ab hominibus agnosci magnopere cupiens, Deum orat: ut ad causam suam dirimendam appareat. Cum Jobi sermones audirent amici, non poterant non mirari stolidum eius sensum, quo sibi solus sapiens videatur, optima consilia aversatus. Quocirca denuo ei divinam maiestatem considerandam obiiciunt, coram qua homo corruptus et ad peccandum semper pronus, non possit integer esse nec iustus. Quibus auditis Jobus ingenue respondet: ista omnia quae protulerint, in ipsum non cadere. Ut testetur quam parum recte eum impium appellaverint, iterum ad Deum virtutis suae testem provocat, quippe quem solum habeat innocentiae vindicem, cum ipsi amici in iudicio, quod de ipso fecerint, adeo coecutiant. His dictis amici sine ambage intimas mentis cogitationes produnt. Insistentes igitur opinioni suae, qua miserias necessario e peccato oriri credunt, aperte Jobum calamitatibus summis vexatum, peccatorem esse dicunt, nec non singula crimina ei obiiciunt, quorum nunc meritas poenas luat. At Jobus, quamtumvis pertinaciter eum amici accusent, immotam tenet mentis constantiam et accusatores ad silentium redigit. Quartus amicus Eliu filius Barachel[1] Jobique proin consanguineus, iuvenis, qui tardius ac priores venerat, et seniorum colloquio tacitus interfuerat, suam de Jobo sententiam profert[2]. Itaque sine ira et studio et e solis verbis, quae Jobum loqui audierat, de eo se iudicaturum protestatus, Jobum non ab omni prorsus culpa absolvit, operaque providentiae divinae varie explicans, eundem ad eorum admirationem potius, quam iudiciorum Dei obiurgationem provocat, cohortando: ne monita a Deo sibi per aerumnas impertita negligat; hominem enim Omnipotentis auctoritati parere, non vero consilia divina, quae intellectu suo ne assequi quidem possit, vituperare decere. Desiderium Deum videndi frustraneum esse, dum exspectari non possit, ut homo in eius conspectum venire et causam suam exponere queat. Hic vero cum loquitur, Deus ipse in tempestate apparet[3] certamenque finit. Ex admirabili universi conformatione suam maiestatem explicat, opera providentiae divinae continuatis exemplis demonstrat, atque iudicii sui iustitiam ulterius vindicat. Cum

- - - -

[1]) Buzitae e familia Ram; — quod ex Aram contractum esse quidam volunt — adeoque e Buzo, filio Nachoris. Gen. 22, 21. [2]) Eliu oratio unica est, sed per VI. c c. a 32—38. protracta. [3]) C. 38. 39, 1—32. 40. et 41.

Jobum attonitum potentiae suae profunditatem intueri facit; eum primo ad quietem deinde ad confessionem et resipiscentiam; amicos vero ad reconciliationem adducit. Vim huius orationis vix potest silentio, nedum responsione sustinere [1]. Jobus ignorantiam confitetur suam; se antea imperfecto modo Numinis cognitione praeditum, de tantis rebus, quae ab humana mente perspici non possint, nisi insipientia verba fecisse, nunc tamen talis temeritatis poenitentia moveri. Quo facto Deus tres Jobi amicos obiurgat, quod non rite locuti sint, sicuti Jobus, iubetque sacra facere et Jobum rogare, ut pro ipsis intercedat; hac lege eos veniam impetraturos esse promittit. Tandem Deus aliquo post apparitionem suam tempore Jobum, amoto penitus ulcere pessimo, sanitati restituit atque ad familiam reducit. Felicitatem pristinam bonorum omnium longe cumulatiori copia auget [2]. Usitatum fuit in omni aetate, ut in personis fictis verae virtutis exemplar proponeretur. Sunt qui propterea putent, nullum fuisse Jobum in natura rerum; sed fictam hanc omnem narrationem ad proponendum patientiae exemplum, per quod homines discerent, quo animo suscipere deberent adversa et in rerum vicissitudine ac subita conversione retinere mentis constantiam. Rem vere gestam esse certa fide tenendum est; hoc svadent, imo definiunt testificationes e S. Scriptura [3]. Adstipulantur graeci atque latini S. Patres et Scriptores ecclesiastici [4]. Ecclesia graeca ad decimam, latina ad sextam Maii beati Job memoriam refert [5]. Accedunt his argumenta insita; accuratissimam nominum, locorum, numerorum aliarumque circumstantiarum delineationem hic cernere est, quae nonnisi veris congruit historiis. Tanti utique haec ponderis esse videntur, ut omnem

---

¹) 39, 32. 42, 1—6. ²) 42, 7—16. ³) Jobi patientia commendatur. Tob. 2, 15. eius nominatim iuxta Noam et Danielem meminit Ezechiel, 14, 14 et s. Jacobus, 5, 11. Sed nec plane siluit s. Paulus: Jobo inter illos, qui liberi ab infirmitatibus evaserunt, indubie accensito, Hebr. 11, 34. et frequenti allusione ad dicta Jobi. ⁴) Eusebius, praep. ev. IX, 24. pag. 430. Origenes, in Ezechielem hom. 4. XIV, 69. Tertullianus, de pat. 14. II, 30. Cyprianus, de bono pat. 17. II, 251. S. Ambrosius, enarr. in Ps. XXXVII. I, 824. S. Basilius, hom. in Ps. XLVIII, 10. I, 187. Ep. II, 3. V, 2. Op. III, 73. 79. S. J. Chrysostomus, hom. V. ad pop. Ant. 1. hom. III. c. ignav. 5. Op. II, 59. 273. S. Hieronymus, ep. 53. ad Paulinum. p. 276. S. Augustinus. Serm. XIV. de Script. p. 264. LXXX. p. 600. S. Gregorius M. praef. in Mor. I, 4. 7. et passim. ⁵) V. Benedictum XIV., de Serv. D. Beatif. l. IV. p. 2. c. 20, 11. p. 378. et c. 29, 9. p. 442.

ulteriorem [illegible] reali Jobi existentia dubitationem submoveant[1]. [illegible], ut cum celeberrimo Episcopo Abrincensi loquamur, [illegible] absimus ab iis, qui commentitium esse docent operis [illegible] argumentum, tamen „rem poëtice digestam existimamus, [illegible] et responsionibus instructam, eorumque delectu ver[illegible] non quae prolata sunt, sed quae proferri pro tempore po[illegible][2]. „Ratio, addit idem vir eximius, est in promtu; cum [illegible] numeris illigatum id opus esse constet, quis putet Jobum [illegible] summis corporis et animi doloribus carmina ad uxorem et [illegible] fudisse? aut ipsos vicissim virum tot malis oppressum [illegible] esse allocutos.“ – E summa argumenti facile est intelligere, auctorem Jobi in agitanda maximi momenti illa quaestione versari: an scilicet Deus impios tantum inflictis in hac vita malis puniat?[3] Hebraei transferentes ius talionis forense ad vitam moralem, persvasum sibi habebant, ethicae hominis indoli externam eius conditionem accomodari[4]; putabant Deum semper impios punire, semper piis benefacere, unde concluserunt: miserum quemque esse impium, felicem quemque pium. Quos errores ut convincat Job, et verbis Jobi auctor, defendit divinam providentiam non semper pro ratione probitatis et improbitatis, sed aliis de causis, quae hic latent, praesentia et temporanea conferre. Job graviter ostendit, in hac vita oriri solem, et occidere super bonos et malos: i. e. bona utrisque et mala esse communia; neque tamen ideo aut impunita fore peccatorum scelera, aut iustorum opera sua sibi mercede caritura, cum exacta hac vita, adhuc supersit tempus et facultas remunerandi merita, aut puniendi peccata. Hunc scopum et usum libri pandit S. Jacobus 5, 11.

[1] Vide quae Benedictus XIV. pro rei veritate eleganter et solidissime perorat, de Serv. Dei Beatif. et Beat. Can. l. III. 30, 3. ed. Bass. 1767. III. 208. [2] Demonstr. evang. Prop. IV. de l. Job. n. 4. p. 178. Idem olim iam monuit s. Augustinus, ad Orosium l. contra Priscillianistas et Origenistas. c. IX. VIII, 676. [3] Neque a Psalmistis quaestio illa aliena erat, sicut videre licet e Ps. 9. 10. 12. 30. 36. 38. 72. 78. 82. 93. 118. 122. [4] Quam opinionem quicunque perpenderit, infitias ire nequit, aliqua ei veritatis momenta inhaerere. Omni ex parte veram esse negabit, sive ad universum genus humanum, sive ad singulos homines applicetur; hos enim divina illa providentia, iustitia et potentia gubernari ac regi, quam V. T. fides profitetur, non dubitabit affirmare.

; semper aestimandas esse afflictiones, licet ab initio videatur l abesse Deus; interea licentiose grassatur Satan; si nos m nostrum praestemus obedienter sustinendo, Deus partibus icissim minime deerit [1]. – His expositis: de Libri Job auctore ıe aetate dicendum est. Anceps adeo et varius ille ab retibus traditur. Non pauci veterum et recentiorum sunt, [oysi hunc honorem habendum existimant; alii hanc provin- ipsi Jobo demandatam propugnant; quidam uni amicorum suffragium ferunt; plurimos tandem hic cernere est, qui ıeum Scriptorem ignotum, id negotii suscepisse credant. .um aliis plerisque sedulo distinguimus: inter personam Jobi, ›s et aetatem Jobi, ac auctorem Libri et scriptionis aevum. ıtiae nostrae, quam in summa supra propugnavimus α. et ı dicendi genus et β. res in Jobo memoratas suffragari ıamus. Enimvero a. cum liber Jobi absolutissimum poëseos icae sit specimen, haud pauca tentamina poëtica praeces- necesse est, donec ad illum perfectionis gradum, qui in Libro conspicitur poësis hebraica pervenisset. b. Loquendi ı, quo prosaica l. Jobi capita personant, exacte respondet ui in libro primo Samuelis adhibetur [2]. Sed c. maiori insuper dversione digna res est: consensio sententiarum, vocum phra- ue eius Libri, si colloquentium idiotismos excipiamus, cum Salomonicis [3]. Huc tandem conferunt d. sparsae per Sacra ıina sententiae e libro Jobi [4]. Auctorem libri Job hebraeum

------

[1]) Cf. Theile, comm. in ep. Jacobi. p. 265. Delitzsch, Zeitschr. f. Protest. 55. s. J. F. Raebiger, de libri Jobi sententia primaria. Vratisl. 1860. ·26. [2]) Cf. Carpzovii, Int. in l. l. b. V. T. II, 58. [3]) Qua de re copiose et er disputat Calmetus, in Comm. libr. Job. proleg. V, 305. 306. [4]) Jobum ı saepius retractatum esse observamus: uti Isai. 19, 5. coll. Jobi, 14, 11. Isai. 14. Jobi. 12, 24. 25. Isai. 59, 4. Jobi. 15, 35. et ante Isaiam iam Amoso ım fuisse. Am. 4, 13. 5, 8. coll. Jobi. 9, 5—9. f. e. Am. 9, 6. Jobi. 12, 15. um vero et manifesto nostrum auctorem imitatum esse per Jeremiam con- ıuem ut haberet in deliciis, ex eius indole et temporis, quo vixit, tristi facile explicatur. Cf. Jobi. 19, 24. Jer. 17, 1. Jobi. 21, 19—21 Jerem. . 30. et imprimis Jobi. 3, 11. 10, 18. Jer. 20, 14. 18. Jobi. 16, 9. 11. , 16. Accedit usus in Psalmis; E. c. Jobi. c. 13. coll. Ps. 106. p. i. Ps. 146, 9. 8, 41. et Ezechiele. V. Ezech. 14, 16—20. Jobi. 21, 19—21. Ezech. c. 18. locorum citatorum ratione, nulla superest dubitatio, fontem in Jobo sta-

fuisse nunc fere omnes consentiunt [1]; id eo minus est dubium, quo plura in illo deprehendimus hebraeum scriptorem manifeste arguentia. Non solum doctrinas quas exhibet, e lege Moysis hausit; sed etiam eam difficultatibus, quibus laborabat, expedire voluit [2]. Videtur id etiam non sine gravi ratione sumtum: auctorem degisse in australi parte Palaestinae [3]; atque, quod si haud vana est suspicio, itinere in Aegyptum et Arabiam instituto, harum regionum et rerum in iis obviarum eam, quae in libro suo conspicitur, cognitionem sibi comparasse [4]. Ceterum quis speciatim scripserit, ut verbis S. Gregorii, M. [5] utamur „valde supervacue quaeritur, cum tamen auctor libri Spiritus sanctus fideliter credatur.“ Interim quamquam dicente S. Gregorio, quaestio hic agitetur supervacua, intellige, ut inde deduceretur certum quoddam pro divina libri auctoritate testimonium [6]: prorsus tamen inutile non est, quod quaeritur, si inde nascens spectetur emolumentum in expositionem Libri. Hinc et ipse M. Pontifex, pluresque ante et post illum S. S. P. P. solerter scrutati sunt: ut, quis auctor Libri secundarius esset,

---

[1]) Fuere qui ab Idumaeo librum scriptum esse existimarent; sed quae protulerunt argumenta, sane perquam infirma refutata sunt a C. F. Richter, de aetate libri Jobi definienda. Lips. 1799. p 23. [2]) Conf. Gen. 2, 7. 3, 19. 7, 22. Jobi. 9, 24. 10, 9. 27, 3. Exod. 22, 25. 26. Deut. 24, 6. 10. s. 27, 17. 19. Lev. 19, 9. 10. 25, 2. s. Jobi. 24, 2. s. 31, 26. 27. 32, 33. s. Huc pariter facit quod nomen Dei יהוה auctori nostro cognitum sit, et quando ipse loquitur, illud usurpat; quando vero Jobus eiusque socii loquuntur, qui sunt Idumaei, אלה et שדי, Deum appellant; ne contra probabilitatem veritatis historiarum offendat. [3]) Job. 40, 18. Adde Palaestinum potius quam exterum scriptorem urgere: 9, 9. et 37, 22. [4]) Auctor carminis Jobaei Aegyptum et Arabiam bene cognitam habet; hinc papyri — V. scirpi — fit mentio. 8, 11—13. Nilus mare appellatur. 7, 12. 14, 11. Animalia describit Judaeae peregrina: hippopotamum et crocodilum. c. 40. et 41. Nemo ea prisca aetate haec omnia tam vivis coloribus depingere potuit; nisi qui in eo solo versatus, naturam ibi contemplatus est, e qua sensus ardentiores hauriuntur. Cf. omnino C. Schlottmann, disquisitionem prael. in l. das Buch Hiob. Berlin. 1851. p. 105—114. [5]) Praef. mor. in Job. 1, 7. [6]) Sufficit quippe quod Ecclesia eum agnoscat, ut divinum et canonicum. Incertitudo enim auctoris, non incertam reddit, quam Ecclesiae suae revelavit veritatem Spiritus sanctus; qua autem manu aut calamo usus fuerit, nihil refert, modo ab ipso provenire tanquam inspirante et dictante constet, unde illud egregie dictum s. Augustini, lib. c. Epist. fund. c. 5. VIII. 180. ego vero Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiae catholicae commoveret auctoritas. Cf. Lorini, proleg. in Eccl. p. 2. nos. p. 174. 175. Idem dicendum de omnibus S. Scripturae libris, quorum ignoratur vel disputatur auctor.

ıt [1]. Auctorem Jobi ante Moysem vixisse [2], vel ipsum auctorem Jobi ab Hebraeis creditum fuisse [3], neque in e in N. T. ullo indicio colligitur. Quodsi concedatur, nec ıebraici historias, nec legem mosaicam in libro Jobi nequaquam tamen inde efficitur: neque illas, neque hanc nostro cognitam fuisse. Poterat enim consulto utramque raetermittere, quia Jobi – et amicorum – qui ante Theo- rixerunt, personam sustinet, et quemlibet pro suo ingenio lo- introducit. Verum haud desunt loci, in quibus vel populi historiae [4], vel lex mosaica clare supponitur [5] Imprimis ıda est: confessio peccati [6], et solennis forma, qua Hebraei ıblicas gratias agere victimis oblatis [7]; quibus cunctis aevum, ɜt patriam suam prodit. – Observavimus iam quaedam in hoc ɔluta, quaedam rhythmica compositione constare. Quae procedunt gressu: orationem poëticam valde sublimem, ıressam, atque aliquando subobscuram exhibent [8]. Artificio- ıdemque aptissimam esse rerum inventarum carminis dis- ɜm omnes consentiunt, penes quos de hac re iudicium est [9]. ɔb in LXX – qui in Jobo reddendo conturbatissimi sunt

Instituto nostro coll. p. V. congruit, quod maiorum vestigiis inhaerentes rapho huius Libri quaesierimus. [2]) Haneberg, Gesch. d. Offenb. p. 335. ung oder Bearbeitung eines Werkes .... welches über die Zeit der Be- ısis hinaufreicht. Cf. W. C. Umbreit, Das Buch Hiob. II. ed. Heid. CXXIV—LIII. introd. [3]) Posterius tuentur Polychronius et Julianus ıensis, in Catena Graec. Patrum in beatum Job collectore Niceta. ed. Londini. 1637. prooem. p. 4. 6. Huetius, l. c. p. 180. C. Sanctius, librum Job. Lugd. 1625. prol. II. p. 3—5. Spanhemius, Hist. Jobi. . 525. Carpzovius, Introd. V. T. II, 52. [4]) Cf. Jobi 10, 9. 27, 3. 2, 7. 3, 19. [5]) Cf. Jobi 6, 10. 12, 19. 23, 11. 12. 24, 2. 3, 27. coll. Exod. 9, 27. Jos. 7, 20. [7]) Jobi 33, 26. coll. Exod. 23, 1, 2. Cf. J. G. Weurich, de poës. hebr. orig. ind. comm. Lips. 1843. seq. [8]) Ἐν παρόδῳ notamus: etsi formam operis dramaticam facile ıs, illud tamen nec epicum, nec tragicum dici cupimus. R. Lowth, p. 709. qui „non dubitat affirmare, poëma Jobi nullam omnino, ne sim- idem actionem continere." [9]) Neque audiendi, qui ut finem carminis n dispositione componant, nonnullas libri partes, uti prologum et epilo- II. XLII, 7—17. et dicta Eliu a c. XXXII—XXXVIII. dirimunt et separant; (E. c. Knobel, de carminis Jobi argumento fine ac dispo- ı. Vratisl. 1835. p. 31. s. Bernstein, in Keilii Analectis. 1, 3. 142. s. inleit. p. 385. s. J. Magnus, Comm. z. B. Hiob. Halle. 1851. p. 8.;

inter veteres – qui dicuntur, multis partibus copiosior est, quam in Hebraeo et Vulgata. Observatur id praesertim c. 2. quo describitur uxoris colloquium cum Jobo; et capite ultimo, cui additur appendix genealogiae Jobi [1]. Sicuti autem nihil divinae est auctoritatis, nisi quod in hebraico textu, vel approbata versione latina habemus, ita sane incertum est, an ea quae nunc in LXX et aliis habentur, et in hoc desiderantur, vera sint et a Sacro Scriptore tradita [2]. Dictio Versionis latinae plana est, et sicubi

---

quoad c. XXXII—XXXVII. Hirzel, Hiob. ed. II. Lips. 1852. p. 6. Delitzsch in Herzogs R. E. VI, 115. Renan, le livre de Job. Paris. 1859. p. VIII. p. LVI. Bleek, Einl. 655. s.), quae tamen auctori optimo iure vindicanda esse existimamus. Historicae illae partes profecto ita sunt comparatae, ut sine his opus mancum et imperfectum esset, apto initio et fine carens, neque eam perspicuitatem, quae necessaria est ut intelligatur, haberet. Quod vero ad sermones Eliu c. c. 32—37. (quos binis comm. exposuit J. C. Velthusen, in comm. theol. ed. ab ipso, Kuinoel, et Ruperti. Lips. 1795. II, 112—178.) attinet, fatemur quidem esse eos inter et illos reliquorum amicorum Jobi discrimen; at vero simul animadvertimus: Elium iuvenem ab auctore describi, qui quamvis perspicacia valeret in dicendo, tamen minus esset exercitatus. Scite Velthusen, l. c. p. 113. verbis Catonis usus scribit: „Non verisimile est, cum ceterae partes poëmatis dramatici praestantissimi bene descriptae sint, extremum actum tanquam ab inerti poëta esse neglectum." Argumentis, quibus has particulas ab aliena manu insertas esse evincere studuerunt, singulis respondit Th. F. Jaeger, de integritate libri Job. Tub. 1819. 2. s. 9. s. W. Gleisz, Beiträge zur Kritik des Buches Hiob. Hamb. 1845. p. 3. s. Cf. e. Pareau, instit. interpr. Traiect. a. Rh. 1822. p. 550. s. E. F. C. Rosenmülleri, scholia in V. T. i. com. r. IV. Lips. 1832. p. 25. s. 342 s. J. Wolfson. d. B. Hiob, mit Beziehung auf Psychol. u. Philos. d. a. H. Krit. erläut. Bresl. 1843. p. 243. s. Heiligstedt, Comm. Maureri vol. IV. Lips. 1848. proem. XVI. s.

[1]) Quisquis ille interpres gr. fuerit, poëtarum lectione coluit ingenium suum; comprobant id variae voces et phrases poëticae, quae in translatione huius libri, non item in aliorum occurrunt. Judice A. Schultensio. l. c. p. 9.: „non multae in hebraicis peritiae et incredibilis licentiae, in quidvis et quovis exsculpendo et proprii foetum cerebri effingendo; qui ad hebraeum textum collatus non deformis sed informis plane et abortivus partus appellari mereatur." Targum s. paraphrasis chaldaica aeque redundat additamentis et nugis. „Paraphrastes Chaldaeus (scribit idem Alb. Schultens, l. Jobi cum nov. vers. et comm. perp. Lugd. Bat. 1737. I. praef. p. 10.) totus in scholae rabbinicae commentis consarcinandis, nihil pensi habuit, an ordo temporum rerumque constaret; si modo magna eventa ecclesiae israeliticae et hostium eius hoc in libro adspicienda praebere posset." De Syro cum secutore suo Arabe dicit idem: „mirifice soluti, quin dissoluti" sunt [2]) Vide: Joannis de Pineda S. J. (cuius eximia cura Jobo intelligendo plurimum consultum est.) Commentariorum in Job. l. XIII. ed. Colon. 1613. praef. p. 5. 23. Calmetum, l. c. p. 320. Smits, Job elucidat. prol. p. 161. s.

ficilis, id subiectae materiae adscribendum. Maior in hoc S. Hie-
ıymi, quam in aliis sacris Libris interpretandis, accuratio [1].

---

[1]) Eximiam tandem laudem huic versioni tribuit A. Schultensius. l. c. (vir
ms in arabica, potens quoque in hebraea aliisque antiquis linguis) in haec
ba: „*Vulgatae versioni ut plurimum tribuo generatim, ita speciatim Jobum palmam ei prae Veteribus deferre non dubito. Est etiam ı parum saepe ubi Recentiores vincat.*"

CAPUT ALTERUM

HISTORIAS REGNI ISRAELIS VEL DECEM TRIBUUM ENARRAT.

§. 92. Secessio decem tribuum.

Regnante Salomone, ut vidimus, ad maximum gloriae fastigium provecta erat Hebraeorum civitas. At uti omnium civitatum sunt vicissitudines plurimaeque mutationes, sed a Deo iusto iudice: sic praecipue civitas Hebraeorum sua habuit incrementa et decrementa pro Jehovae summi Theocratiae regis arbitrio. Mox ab obitu Salomonis, vaticinia fatidica viam invenerunt; Deus, ut praedixerat, disrupit tribus, et quousque voluit regnum a Domo Davidis abstraxit. Occasio erat Roboami, viri rudis et pavidi cordis [1], superbia et stolida severitas. Cum enim post obitum Salomonis tota Israelitarum gens in Sichem se contulisset, ut Roboamum [2] regem salutaret, petiit ab illo, ut polliceretur se levaturum onera a patre imposita [3]. Roboamus et suo ingenio ad tyrannidem propensus, et a consiliariis imprudentibus illectus, repudiato seniorum, qui hoc svadebant, consilio, iuvenilem senatum auscultans, fastidiose ac minaciter respondit [4]. Quo facto decem tribus, utique satis iam ante ad imperium Judae spernendum proclives, se amplius familiae davidicae parere nolle palam professae

[1]) II. Par. 13, 7. [2]) רְחַבְעָם. Salomonis, Naama Ammonitide filium. [3]) Occasione aedificiorum et aulae supra modum sumtuosae exacta [4]) Minimus digitus meus, toti patris mei corpori pondere praestat; quare si pater meus iugo vos afflixit, ego graviori premam; si pater virgis, ego scorpionibus saeviam· III. Reg. 12, 1—15.

unt. Tam efferata fuit haec secessio [1], ut regium quaestorem Aduam ad se missum, qui de tributorum moderatione ageret et aninos mulceret, lapidibus obruerint. Roboamus veritus, ne concetum semel odium in ipsius caput effunderetur, quanta potuit estinatione aufugit Hierosolymas. Dux autem et flabellum deectionis fuit Jeroboamus [2], qui id temporis, audita morte Salomois, ex Aegypto, ubi latitaverat exul, opportune rediit, ac mox decem tribubus, quae a Roboamo secesserant, rex creatur iuxta aticinium Ahiae. Sola igitur tribus Juda, ob sanguinis cognationem, t Beniamin [3] in Roboami fide perstitit. Facto infausto schismate, espublica hebraica in duo regna: iudaicum et israeliticum cissa est [4]. Tam pertinax vero fuit istud Israelitarum schisma, t nullo unquam tempore sanari potuerit; et tamen erat hoc ti iniustissimum, ita infelix omnibus Hebraeis. Consecuta enim llud sunt crimina omnis generis, maxime impietas, civilia bella, eipublicae utriusque ab exteris succussio, et tandem post aliquot empora tristis ruina.

§. 93. Ingenium et mores regni israelitici.

Rerum israeliticarum a primis initiis — sive ab anno 967. — ad tem usque civitatis — i. e. annum 718. ante Christum — tristissima at facies. Sive reges spectentur, qui novemdecim numerantur, scerati ad unum omnes et impii idolorum cultores. „In Israel reges alios agis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus", inquit s. Augustinus [5]. orum multi libidine et arbitrio militum reges creati fuere, et nonnulli idem interdiu ad thronum admoti, noctu coniuratione interemti sunt. ve sacerdotes consideremus, cultus commentitiorum regia auctoritate vectorum deorum sectatores. Plurium nomina ne mentione quidem digna dicarunt Hagiographi [6]. Sive ad populum attendamus moribus penitus rruptum et nullis legibus parentem. Quot reges apud Israelitas, tot fere nastias videmus. Altera alterius instituta abrogabat aliamque politiam

[1]) Clamantibus seditiosis: Quae nobis pars in David? vel quae haereditas filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel; nunc vide domum tuam David! אֲדֹרָם, olim praefectus Salomonis. [3]) Quae nimium t. Judae intermixta, nec modum potens erat. III. Reg. 12. 16—20. [4]) Cf. p. XLVI. XLVII [5]) De Civit. ei. XXII, 23. II, 226. [6]) V. Ose. 4, 2—4. 7. 6, 9. 7, 4. seq.

adhibuit, saluti civitatis perniciosissimam. Reges Israelitici nonnisi dignitatis suae vindices fuerunt, ad quam tuendam omnia meditati sunt, magis sibi, quam civibus prospicientes. Quin imo cuncta vilia, quae factionis propriae interesse perspiciebant, sua facere existimarunt. Ut ex dictis sequitur, potestatem exercuerunt nullis finibus circumscriptam. Multis demonstrare, quae fuerit aliorum magistratuum eius temporis et regni auctoritas, non attinet, in Amosi et Oseae oraculis perstringuntur: tanquam homines perditi, luxuriae dediti, ad horrenda quaeque perpetranda parati. Proceres iniustitia, expilationibus, innocentum caedibus in ceteros cives saeviebant; ne ipsi quidem iudices ab his criminibus immunes erant [1]. Omnium maximum detrimentum, et luculentum falsae, qua regnum hoc utebatur politiae indicium erat: Levitarum expulsio, penes quos praeter ministerium sacrum, doctrina et legis mosaicae interpretatio fuit. Sacrificuli, auspiciis illius Jeroboami, cuius nunquam nisi cum summa vituperatione mentio in S. S. iniicitur, de faece plebis constituti, ab eiusque successoribus servati, verae religionis virtutisque causam cum tueri et docere populum deberent, non modo neglexerunt, quod sui esset muneris, verum etiam contraria fecerunt, opibus potentiaque elati, luxuria et lascivia diffluentes [2]. Postquam Baalis cultus introductus erat [3]; maxima fiebat sacerdotum huius idoli, qui ut credibile est initio plerique Phoenices erant, potestas. Quam vero perniciosissimum fuerit morum integritati, quod Phoenices religionis specie iam in regno israelitico sacrorum antistites essent, sponte intelligitur. Populus arctiore cum Phoenicibus coniunctione, mercaturae emolumentis divitiisque allectus, se ipsum ditare suaeque tantum prosperitati consulere studuit. Inscius eorum mores resumebat, vel invitus corruptelae labe contaminabatur. Sacra exterorum, quae in dies magis magisque invaluerunt, posthabitis salutaribus praeceptis a Deo ad cohibendam idololatriam et avertendam morum ruinam datis, perpetuo istud mores perditissimos imitandi studium alebant [4]. Istud equidem ingenium tam principum quam populi res Israelitarum brevi in occasum praecipitavit.

---

[1]) Ose. 4, 1. coll. 2, 6—8. Am. 5, 10. 11. Mich. 1, 7. 8. [2]) Ose. 4, 6. 8. 11. 8, 4. Amos. 6, 1. [3]) Cf. p. LXXXVIII. [4]) Cf. Th. G. J. Juynboll, commentatio ad quaestionem literariam, qua expositio causarum postulatur, quibus effectum sit, ut regnum Judae diutius perstiterit, quam regnum Israel. Lovanii. 1824. p. 76. s. 101. s. 123. s. 177. s. L. Reinke, die mess. Weiss. bei den gross. u. klein. Proph. III. Comm. ü. Hos. Joel. Amos. Obad. Micha. Hab. Zeph. Jerem. Giessen. 1861. p. 17—27.

§. 94. Ratio temporum.

Chronologia historiarum regni Judae et Israel permultis iisque gravibus impedita est difficultatibus. Nempe א· nullius regis Israel commemoratur aetas; quorundam etiam regum Juda reticetur; sed anni quos regnarunt in l. l. Regum Paralipomenon — postremi solum tamen regnum Juda attendunt — curate nontur. ב· Anni regum Juda regumque Israel, qui simul regnarunt, collati, notabiles ibent discordias; atque innumerae quaestiones existunt, quas si expendere velmus, longioris operae res esset et propter partium tricas iniucundae. Itaque e satis esse videtur exponere pauca principia quae ἄπορα dicuntur, et digerendis se non inter se componendis temporibus amborum regnorum inserviunt. Solet item ad locos discrepantes sibi conciliandos adhiberi sequens ratio. Sumunt a. Anni regum Juda sunt norma et eorum et regum Israel. Etenim anni regum rael exspirant in vastatione regni israelitici, ac praecipuus eorum usus est, annis gum Judae subsidium praestare; sed anni regum iudaicorum porriguntur usque l exilium babylonicum, et ipsam ingrediuntur aeram Antiqui Testamenti. Deinde achronismus docet, eo consilio esse coagmentatam regum seriem, ut veram quanm annorum summam regum Juda exhiberet; unde et in regibus Israel usque l exilium assyriacum non possunt non totidem innui et esse. Ubi tempora subde singula notantur, valde usitati sunt anni incompleti in historiis etiam sacris; d ubi id agitur, ut plures in summam quandam chronologicam colligantur, anni eri incompleti omnia turbarent. Unde b. ponunt annos integros sumtos esse, i reapse anni non erant integri; sed tantum inchoati. Nam aut α. labentes ni pro vertentibus et integris usurpari dicuntur; aut β. a vivis adhuc parentibus ii in regni consortium creduntur adhibiti; aut γ. singulorum annorum initia non ab mense, dieve, quo renunciati sunt, sed a populari initio ducuntur; aut denique ab insigni quadam epocha quorumdam intervalla procedunt. E quibus quid ique loco optime congruat, prudentis interpretis est animadvertere. Vid. e. c. III. g. 16, 23. IV. Reg. 15, 1. 23. 18, 9. 10. Observant. II. Interregna fuisse; quom primum fuit post Jeroboamum II, civitate turbulento rerum statu ad anarchiam perducta; alterum inter Phacee et Oseen, seu ultimos huius civitatis reces. Si enim coll. IV. Reg. 15, 1. anno vicesimo septimo Jeroboam, regnavit zarias filius Amasiae regis Juda; quo ipso coll. IV. Reg. 14, 23. Jeroboam ortuus est, quo pacto Zacharias anno Azariae tricesimo octavo succedere potuit? ll. IV. Reg. 15, 8. nisi interregnum undecim annorum intervenisset, ab a. 27. Azarie ad 38. Siquidem anno 38. Azariae, Jeroboami filius Zacharias regnum adiit; quo deinceps reliqui. Et si Osee coll. IV. Reg. 15, 30. vicesimo anno Joathami e. quinto Achazi — nam Joathamus haud amplius sexdecim praefuit — imperium l se transtulit; atque IV. Reg. 17, 1. anno primum duodecimo Achazi regnum accepisse legitur, loci perbene ita inter se conciliari poterunt, ut existimemus Oseam, interfecto Phacee, anno Achazi quinto, regnum quidem appetivisse, sed propter turbas exortas anno demum duodecimo Achazi adeptum esse. *Cf. J. Usserii, Annales V. T. I, 80. 81. 93. D. Petavii, Ration. temp. II, 86—94. Bengelii ordo temp. c. II. s. VIII. p. 105. J. v. D. Maurer, observationes in Hoseam, in Rosenmüller, Comm. theol. II. 1. p. 283. Keil, Comm. z. d. Büch. d. Kön. p. 238. 53. 464. 485. 513. s. Baur, Sechs Tabellen über die Geschichte des israelitischen*

Volkes. Giessen. 1848. tabulam tertiam. L. Reinke, Beiträge. I. 179. 180. Jahn Die Grundz. d. a. Chronol. p. 13. 14. 15. Schlier, Die Könige in Israel. p. 222 223. Ceterum nos primo historias dabimus regum usque ad Achabum; qui amicitia et foedere Aegyptiorum imperium confirmare nitebantur. Inde progrediemur usque ad Joramum; quo aevo Israelitae ad Phoenicum mores integri fere se conformarunt, arctissimaque erat tum Israelitarum cum Phoenicibus necessitudo. Denique reliquorum, a Jehu usque ad eversionem regni, usurpatorum gesta enarrabimus

§. 95. Regum Israelis series a Jeroboamo primo ad Achabum.

Jeroboamus cum rex [1] evasisset, primum, quod sibi faciendum putavit, ut regnum suum confirmaret, erat regiam sibi eligere, tribus suae principem et caput Sichemum [2]. Interim initio eadem erant apud Israelitas instituta civilia et sacra, quae apud Judaeos „non enim religionis sed regni facta fuerat divisio“ [3]. Ast non diu mansit ea aequalitas: Jeroboamus caput defectionis politicae, religiosae quoque auctor exstitit Vir audax et callidus probe perspiciebat, eam non posse perpetuo obtinere, nisi cum damno suo et suorum; quod non passus est animus eius superbus et imperandi cupidine flagrans. Advertebat frequentes suorum peregrinationes Hierosolymas esse, Templi non minus maiestate quam religione cultores alliciente. Quamdiu Israelitae ad stata solennia Hierosolymas confluerent, non tantum tacitus erat de principatu Judae consensus; verum etiam metuendum erat, ne cives in amicitiam Judaeorum a quibus nuper praecipiti impetu desciverant, redeuntes regno Judae sese submitterent, atque ipse imperio excideret; imprimis cum sacerdotum et Levitarum recens exemplum, qui sedes suas in Israel reliquerant, in oculis esset, et Dei de sceptro davidico promissa mentibus Israelitarum praesentia manerent. Non diu haerebat in consilio capiendo; ut regnum suum confirmaret Maiorum religionem immutandam duxit. Delubra duo primaria statuit in praecipuis urbibus regni sui limitaneis; quin etiam in eis duorum ex auro vitulorum simulacra poni curat [4]. Retinuit tot religionis mosaicae instituta, quot retinere poterat, quo melius populo suo

---

1) Ab 967— 946. III. Reg. 14, 20. 2) Urbem ab antiquis temporibus nobilem et famosam, ubi nuper comitia creando regi erant habita. Concesso sibi otio prudenter usus civitatem ipsa natura munitam operibus firmavit. 3) S. Augustinus, de Civ. Dei. 17, 21. II, 225. 4) Per aliquod tempus Jeroboam in Aegypto commoratus erat, ibi cultum Apis et Mevis Aegyptiorum accurate cognoverat; in eorum igitur immitationem duos aureos vitulos confecit, sub quorum specie Jehovam coli volebat in Dan et Bethel. V. p. L. LIX. 111. 218.

norum istum cultum commendaret. Praecepit Israelitis sacrificia his locis perficere [1], eoque se conferre ad festa solennia [2]; et cum intelligeret Levitas, quoad eius fieri posset, impedire, quominus haec sacra rata fierent, illos munere movit, regno expulit [3], idolisque suis sacerdotes e tribu quacunque oriundos constituit [4]; imo ipse sua sacra auspicatus est, tura adolens; uti novus sacrorum antistes. Sed a propheta quodam Dei [5], obiurgatur acerrime, praedicto et impleto signo diffissi altaris et disiecti cineris [6]. Id cum aegre ferret, et prophetam comprehendi iuberet, manu ad mandatum protensa, haec arida facta; verum ad preces prophetae mox restituta et sanata est [7]. Rex tam miris divinae castigationis rationibus admonitus, nihilo factus melior, idololatriam exercere pergit [8]; denique dignas obstinatione sua poenas dedit. Initium factum a filio Abia, quo ad mortem aegrotante, uxor iussu mariti ad Ahiam vatem de morbo filii consultum profecta Silontem, ab illo responsum accepit de instante filii morte, nec non de domo Jeroboami in poenam impietatis funditus evertenda ac totius Israelis excidio [9]. Abia fato mortuus est in pueritia; reliqua omnia suis temporibus ordine contigerunt. Jeroboamus a Deo percussus, gubernaculis reipublicae per duos et viginti annos tractatis, decessit, suscepitque imperium Nadab [10] filius eius; non suffragiis populi, sed tanquam haereditatis iure [11]. Hic vero altero iam regiminis anno, Domini in Jeroboamum eiusque familiam minas, in caput suum excepit [12]; coniuratione a Baasa [13], tribus Issacharis homine, conflata, interemtus est; deficiente in eo tota progenie Jeroboami, ut praedictio Ahiae eveniret [14]. Baasa [15] omisso Sichemo, quae erepta suae tribui gubernacula aegre tulit, Thersam [16] imperii sedem delegit; et memoriam sceleris praeclaris factis abolere cupiens, bellum cum Judaeis a Nadabo intermissum revocavit. Impius autem fuit, haud melior Jeroboamo, cuius pressit in vitulorum cultu vestigia.

---

¹) V. Ose. 8, 13. Amos. 5, 21—23. ²) E. g. tabernaculorum, III. Reg. 12, 32—26. novilunii. Amos. 8, 5. ³) II. Par. 11, 13—16. ⁴) III. Reg. 13, 33. Et haec fuerant instituta vel norma civitatis, ad quam omnes posteriores reges se accommodarunt; qui igitur dicuntur peccatum Jeroboami commisisse vel eius vestigia pressisse. Cf. Juynboll, l. c. p. 73—77. P. Cassel, König Jeroboam, eine biblische Abhandlung. II. Ausg. Erfurt. 1857. p. 14—44. ⁵) Qui Bethlehem venit e Judaea, cuius tamen nomen S. S. non exprimit. ⁶) Minabatur is nasciturum e domo Davidis ultorem, qui sacrificulos impios, eadem in ara gladio hostias immolaturus, et pro ture impostorum ossa sit incensurus. Id quod trecentis quinquaginta annis post per Josiam accidit. ⁷) III. Reg. 13, 1—6. ⁸) III. Reg. 13, 33 ⁹) III. Reg. 14, 1—19. ¹⁰) נָדָב. ¹¹) III. Reg. 14, 20. 946—945. a. C. ¹²) III. Reg. 15, 25—30. ¹³) בַּעְשָׁא. ¹⁴) III. Reg. 15, 29—33. ¹⁵) 945—922. ¹⁶) V. p. LVIII.

Nec ab impietate recessit, cum propterea iussu Dei propheta Jehu annuntiaret supplicium, posterorum excidio pendendum. Propheta pro veritatis praemio necem tulit. Sed vaticinium [1] opere completum est per Zambri[2], equestris turmae ductorem, qui filium Baasae Elam [3], secundo iam post initum imperium anno [4], cum in deliciis volutaretur vinoque indulgeret, eo demisit quo pater praecessit. Verum nec isti diuturnum sceptri gaudium; imperium nempe usurpavit per septem dies, quibus lapsis illum Amri [5] eo adegit, ut subiectis flammis se suosque una cum regia combureret [6]. Ne is quidem turbarum finis, sed contra Amrium se extulit imperii aemulus Thebni [7]; magnaque hominum multitudine in suas partes tracta, bellum civile excivit. Per aliquod tempus incerto marte pugnatum est, tandem inclinatae sunt res Thebnii, quartoque anno opportune moritur. Tum nulla mora, quin vel acerbissimi adversariorum Amrio se submitterent. Amri solus regnum adeptus, omnibus quibuscumque nefandis se famosum reddidit [8]. Sedem imperii Thersa [9], Samariam transtulit [10]. Amrio autem non obtigit, ut diuturna ibi vita frueretur, sed sexto postquam immigravit anno [11], vitam sceleratam pari eventu conclusit [12].

§. 96. Regnum Israelis sub regibus ab Achabo usque ad Joramum.

Impio patri in regno successit peior filius Achabus [13], quo regum nullus scelestior [14]; quippe quem ad omne facinus impulit uxor longe nequissima Jezabel, filia regis Sidoniorum. Mulier importuna, iracunda, habens et mentem et faciem fucatam, sacris et civilibus negotiis sese ingerens. Sacrificulorum agmine, quod suis aluit stipendiis instructa, Achabum permovit, ut cultus Baalis phoeniciacus superstitiosus ubique introduceretur. Illi sacella et aram erexit, lucumque plantavit. Filiorum – Ochoziae et Jorami, quos exsequendis consiliis suis aeque faciles atque coniugem habebat – atque eunuchorum servitio adiuta, omnia commode

---

[1] III. Reg. 16, 1. II, Par. 19, 2. 20, 34. [2] זִמְרִי. [3] אֵלָה. [4] III. Reg. 16, 8 10. 922—921. [5] עָמְרִי ab exercitu suis auspiciis Gebbethonem oppugnante in principis fastigium elatus est. [6] III. Reg. 16, 15—20. [7] III. Reg. 16, 21. 22. [8] II. Par. 15, 5. 6. [9] Deletum ibi igne palatium, ignota nobis de causa restituere noluit. [10] Quae urbs tutum regibus ab externo et interno hoste domicilium praebuit. V. p. LVI. [11] Octavo post partam omnis Israelis dominationem, duodecimo in universum anno regni. 921—910. [12] III. Reg. 16, 21. Cf. J. G. Klaiber, Historiae regni ephraimitici part. I. Stuttg. 1833. pag. 17—28. [13] אַחְאָב. 910—889. a C. [14] III. Reg. 16, 30. 33.

perficere poterat. Superstitioni huic, torrentis instar regnum Israel inundanti, opposuit se ferventissimo zelo **Elias** Thesbites; sed surdis cecinit auribus. Jezabel crudele admodum consilium cepit, Eliam et prophetas, qui ipsius moliminibus obstabant interficiendi. Lanienae centum subtraxit Abdias, — aulae regiae praefectus, benignus fautor cultus veri Dei, sed non apertus — quos in spelunca abditos clam aluit [1]. Achabus nec beneficiis [2], nec poenis [3], nec strage Baalitarum expugnari potuit; imo brevi post prodigia peior, quam antea factus est. Imo ut scelera sceleribus cumularet ... etiam tyrannidis exemplo Domini iram lacessivit. Erat Nabotho Jezrahelitae vinetum prope regis palatium. Adiecit ad hoc oculos Achabus; postulat sibi vineam tradi vel pro pecunia vel alio fundo. Negat Naboth sibi ... instituta patria licere vinetum abalienare. Accepta repulsa [4], tantopere indignatus est, ut cibum prae aegritudine non caperet [5]. Jezabel audaciae proiectissimae mulier, hominis pervicaciam ademtura, corruptis per literas iudicibus, falsisque testibus subornatis, Nabothum calumnia circumventum ... laesae maiestatis divinae regiaeque reum lapidibus vita et fundo ...turbari curat [6]. Mox Achabo ad vineam Nabothi occupandam festinanti occurrit Elias, tremendus vindictae divinae internuntius: et tum regis ... uxoris, et totius familiae interitum denuntiat; remoratum attamen ob ...liquam eius poenitentiam. Posthaec Josaphatus rex Judae, foedere Achabo iunctus, — ob contractam liberorum coniugio affinitatem — magno comitatu ad invisendum consocerum suum Achabum profectus est; a quo regio more ...ceptus inductus fuit, ut iunctis copiis cum illo ascenderet ad urbem Ramoth, in Galaatitide sitam [7] expugnandam. Hanc Benadadus contra pacta detrectabat restituere. Eius expeditionis auctores fuerunt pseudoprophetae; Michaeas ...tem propheta arcanorum Dei conscius, bellum illud disvasit; exercitui cladem, Achabo exitium praecinit. Is minas aspernatus monitis non ...ruit. Vati vincula iniici iubet, siti et fame in carcere puniendo, ...nec e proelio victor reverteretur. Et reapse, proelio commisso, quamvis, ut Michaeae vaticinium eluderet, habitum mutasset, ne agnosceretur, missa a quodam milite gregario sagitta confossus obiit. Eius currus, in quo vulneratus erat, cum in profluente Samariae lavaretur, canes ...orem interfecti lamberunt, ut praedictioni Eliae sua constaret veritas [8]. **Ochozias** [9] parentis pessimi nihilo melior filius [10] uno dumtaxat anno

[1]) III. Reg. 18, 3. s. [2]) Reportata bis de Syris victoria. III. Reg. 20, 4. ...—21. [3]) Maxima terrae siccitate annonaeque caritate. [4]) Nabotho enim lege ...itum erat pretio vendere vel permutatione concedere. [5]) III. Reg. 21, 4. [6]) III. Reg. 21, 8—16. [7]) V. pag. XCVI. [8]) III. Reg. 22, 1—40. II. Par. 18. [9]) אחזיהו 889—888. [10]) III. Reg. 22, 40. 50. 52.

superstes fuit. Hoc rege Moabitae Israelitarum iugum excusserunt [1]. Locum succedendi dedit fratri natu minori Joramo [2], in hac stirpe postremo [3]. Hic fratre ac parentibus melior cultum baaliticum amovit; sed ieroboamicum exemplo suo comprobavit [4]. Josaphato et Idumaeorum rege belli sociis, debellavit Moabitas, qua in pugna Elisaei prophetae precibus primum aquam, deinde victoriam impetravit [5]. Jorami diebus obsidione pressit Benadadus Samariam, unde dirissima in illa fames exorta est. Rerum omnium interim copia urbem mox abundaturam praedicit Elisaeus; qui etiam consilia regis Syrorum aperuit Joramo. Revera postero die Deus mirabiliter exercitum Syrum depulit, ita ut metu et terrore castra opulentissima desererent [6]. Joramus cum beneficiorum divinorum immemor esset, in bello, quod Hazaeli Benadadi successori infeliciter intulit, vulneratus, ut curaretur se recepit in urbem Jezrahel ibidemque ab Ochozia rege Judae visitatur. Jehu israelitici exercitus princeps, quem Elisaeus ceu divinitus ad ultionem scelerum Achabi excitatum regem unxit, inita cum ceteris tribunis societate, in regiam sedem advolat. Venienti obviam occurrunt tum Joramus ipse tum Ochozias hospes. Jehu, ut primum Joramum conspexit tetendit arcum, regem iam tergum fugae obvertentem transfixit, curruque delapsum in vineam Nabothi bestiis lacerandum proiici iussit, eo loco quo innocens sanguis funesta voce vindictam clamabat [7]. Exinde Jehu civitatem ingressus propudiosam impietatis et malitiae magistram, matrem Jorami, Jezabelem, de fenestra praecipitem egit, quae equorum ungulis conculcata et a canibus laniata foede periit, iuxta praenunciatas prophetae Eliae minas [8]. Neque finis funerum! Jehu memor, quem ad finem in regem evectus esset — ad exscindendam Achabi nimirum stirpem — missis literis ad optimates Samariae, septuaginta filiorum Achabi capita transmitti iubet. Factum quod imperatum. Post haec ferrum in omnes strinxit, quicunque regiae familiae aliqua necessitudine tenebantur [9].

---

[1]) IV. Reg. 1, 1. s. Cum morbo, e lapsu graviori de exedra superliminaris in conclavi suo, saucius aegrotaret, idolum Philisthaeorum Beelzebub, — vide pag. LXXXVII. — de valetudine sua consuluit per legatos; quibus occurrit Elias et regi propter id facinus nuntiare iubet mortem. Quod cum Ochozias e nunciis reversis intellexisset, tribunum quemdam cum centuria dimidia, qui Eliam vel invitum adducerent, misit. Sed et hunc et milites, nec non alterum cum totidem viris ignis vindex absumsit. Misit tertium, qui sua observantia et modestia periculum evasit. Elias annuente Deo ad regem deductus, eidem mortis nuntium iam datum repetit; rege brevi post, nullo haerede relicto, diem suum obeunte. IV. Reg. 1, 2—17. [2]) יְהוֹרָם. [3]) 888—877 a. C. [4]) IV. Reg. 3, 1. 2. [5]) IV. Reg. 3. 4—27. [6]) IV. Reg. 6, 24—33. 7, 1 s. [7]) IV. Reg. 9, 21—29. [8]) IV. Reg. 9, 30—35. [9]) IV. Reg. 10, 1—17.

§. 97. Elias propheta.

Elias [1], cui natalis vicus Thesbe Galileae [2] cognomentum Thesbitae fecit [3]; vir erat indolis magnae et sublimis, cuius fortis intrepidusque animus zelo ardebat vivo et ignito [4]. Postquam diu secretam a vulgi consvetudine egerat vitam, perrexit Samariam, tempore quo israeliticus orbis mirabatur se Achabi atque Jezabelis malitia tam cito baaliticum factum esse, eum ipsum regem Achabum, tum populum eius ad religionis avitae sacra reducturus. Verum cum nihil proficeret concionibus, iusto indignationis aestu motus, ut populares formidine poenae mali peccare desisterent ardenti oratione [5] a Deo coelum occlusum et infrugiferam terram per tres annos – vindicandae divinae gloriae – petiit et obtinuit [6]. Inducta terris israeliticis siccitate, Elias vitae solitariae se reddidit; aquis torrentis Carith corvisque dapiferis in quotidianum ministerium usus [7]. Exsiccato torrente Carith, Elias

---

[1]) אֵלִיָּה, II. Reg. 1, 3. aliquando אֵלִיָּהוּ. Deus fortis, Deus meus Jehova; cuius honoris acerrimus exstitit ultor in medio latissime effusae superstitionis et secessionis. Cf. J. Frischmuthi, dissert. de Eliae prophetae nomine eiusque prosapia. in Thes. I, 484. s. [2]) Vid. p. LII. [3]) Conditionem parentum illius, educationem, vocationem ad munus propheticum ignoramus. Virginitatem coluisse perpetuam communis est veterum s. Patrum constansque sententia. V. s. Ambrosium, de virginibus. I. 3, 12. II, 149. 150. s. Hieronymum, ad Jovinian. l. I, t. II, 275. s. Ephraemum, paraen. I. s. adhortat. ad eos qui in religionis rudimentis se exercent. ed. Voss. Col. 1675. p. 336. ed. Rom. Graec. lat. II. paraenesis ad ascetas ordine alphabetico. p. 357. Qua in regione Israelis certam et quasi propriam sedem habuerit non constat. Carmeli v. pag. XXIII. XXIV. saepe agens invenitur, sedem tamen ibi fixam habuisse non legimus, imo cum denunciasset Achabo famem, iussus est a Domino secedere ad torrentem Carith, V. p. XX. qui longe aberat a Carmelo; deinde degebat Sareptae Sidoniorum, V. p. LI. et cum Jezabelem fugeret, latuit in spelunca Oreb. Discipulos Eliae prope Jerichuntem habitasse docemur, IV. Reg. 2, 1. 2. ubi quo commodior esset incolatus, sanatae sunt ab Elisaeo aquae; fuerant attamen et Galgalis atque Bethele. V. p. 229. [4]) Zelo isto decem tribus sacrilegae impietatis reas, regem in suam perniciem coniuratum, et impurissimae vanitatis sacrificulos palam increpuit, verborum pondere ad infimum compulit pudorem, atque castigationibus afflixit. [5]) Jac. 5, 17. [6]) Cf. Eccl. 48, 3. [7]) Corvos hos veros fuisse, non est cur in dubium vocetur, cum id aperte dicat Sacra Scriptura, neque necessitas ulla cogat ad explicationes convolare metaphoricas (ut faciunt rationalistae v. c. J. Gumpach, Alttest. Studien. II. Th. Elias und die Raben. p. 200. s.), et nemo negare queat, quin Deus hoc miraculum efficere potuerit, cum etiam alia facta

monitu Dei petiit Sareptam [1], ubi ad viduam pauperem [2] divertit. Hic Propheta viam sequenti prodigio facturus, postulare: ut suae prius inediae levandae panem torreat, deinde propriae filiique sui saluti consulat; ad tempus usque ubertatis neque in lecytho oleum neque in hydria farinam defuturam. Mulier nihil cunctata accelerat hospitalitatis officia; miro repensae caritatis foenore, dum e tenui penu indeficiens victus suppetit. Hic fuit hospitalitatis [3] fructus primus, nec solus. Dum suspensis in aethere aquis loca omnia solis aestu sterilescunt filius eius viduae unicus non fame, sed morbo letali exstinguitur. Hospita bona cum multis lacrymis queritur sibi vitae ab eo servatae fructum ademtum. Miseratus propheta afflictam bene de se meritam, post fusas ad Deum preces, ter in puerum incubuit, corpus suum corpori demortui admensus, inhalatione spiritus animam corpori reducit. Res admiratione plena! unde quam esset Deo acceptus Elias liquido constitit [4]. Interea triennio ipso sicca sterilitas cum idololatrarum pertinacia pugnabat. Hoc iam exacto, statuerat Deus indulgere pluviam et Eliam apud omnes Israelitas sic sistere, ut illius precibus concessa videretur. Ut maior prophetae apud omnes esset auctoritas [5], ipsum ad

---

miraculosa addiderit, quae huic fidem faciunt. Factum id ad demonstrandam Eliae: protectoris sui et nutritii omnipotentiam pariter atque suorum curam. Ut hac ratione tantae virtutis Deum, cuius servitio se mancipasset Elias cognosceret, ad cuius nutus naturam dediscerent bestiae, et rapaces volucres praeberent cibum, ne sui perirent. Quod certe in tot adversitatibus pro gloria nominis divini perferendis prophetae solatii argumentum non leve erat! Cf. D. Gotth. Schwertneri, diss. Elias corvorum convictor in Thes. I, 488. s. L. III. Reg. 17, 1—6.

[1]) III. Reg. 17, 10. s. V. p. LI. [2]) Chananaeam, sed tamen Dei timentem. Luc. 4, 25. [3]) Quae non attenuat aut exhaurit opes, sed potius amplificat, redditque diuturnas. L. s. Ambrosium, de vid. c. III. p. 189. 190. s. J. Chrysostomum, homil. XLII. in Gen. p. 432. „*Vide hanc viduam, pro pugillo farinae et pauxillo oleo, quomodo perpetuum horreum sibi comparavit.*“ [4]) III. Reg. 17, 17—23. Solebant prophetae non solum verbis, sed etiam gestibus uti in miris factis patrandis, quamvis eorum gestuum per se nulla esset efficacia. Simile IV. Reg. 4, 34. s. Act. 20, 10. Sunt qui putant — Winer, R. W. I. 319. Thenius, Comm. p. 282. — Eliam eo amplexu corpus exsangue et frigidum ad calorem disposuisse. At perperam, eo quidem amplexu, qui vixisset potuisset calefieri, et ab animi deliquio revocari; sed ubi motus sanguinis per se desiit, inutilis erat amplexus. Fiebat hoc Deo movente animamque cum corpore iterum uniente. [5]) Ceu talis, qui posset cum vellet oratione sua claudere et aperire coelos.

Achabum accedere iubet [1]. Elias ad regem sponte se contulit, atque veri Dei cultum contra Baalitas asserturus, promittit: se riguas e coelo aquas in agros devocaturum, si Israelitae una cum prophetis Baalis et lucorum [2] ad certamen, religionis causa, Carmeli congregarentur, unde certo aliquo constaret experimento, quis esset verus Deus? quae sancta atque probanda religio? [3]. Confluit dense populus rei novae eventu suspensus; coguntur quoque pseudoprophetae octingenti et quinquaginta. Coacto coetu, sacrificulos deo suo fictili sacra facere iubet Elias, et ignem qui victimas consumat, coelitus exspectare. Cum omnem in clamando et orando adhiberent contentionem, et tamen nihil proficerent, neque ulla appareret Baalis vox vel motus, Elias εἰρων eos amaro scommate subsannabat. A mane ad meridiem tenuit ea vociferationis et saltationis insania, coelo nec ignem dante nec imbrem. Itaque propheta duodenis e lapidibus struit altare; in ara ligna et super haec victimam collocat, aqua largiter superfusa; denique rogat verum Hebraeorum Deum, ut faceret, quod Baal praestare nequiverat. Neque frustravit spes sua Eliam. Vix preces illas ardoris et fiduciae plenas emisit, delapsus est e coelo inopinate ignis usque adeo vehemens et acer, ut non solum holocausta et ligna, sed etiam lapides e quibus recens altare constabat, et pulverem circumfusum, ipsam denique aquam fossae, quam arae circumduxit, quasi liquor esset oleosus, omnino consumserit. Attoniti rei prodigiosa novitate praesentes, sternunt humi corpora, supplicesque Numinis aeterni potentiam adorant [4].

[1]) Elias quamvis sciret, Achabum id egisse ut illum comprehenderet et occideret, obsequentis iussui divino animi constantia adiit regem. Longus regem inter et prophetam institutus est sermo. Achabus (ut solenne est impiis, seditiosorum nomen illis apponere, qui pessimos ipsorum mores, sequi cum multitudine recusant) Eliam conturbatae civitatis arguit. Elias non minus audacter per iustam retorsionem reposuit, propter ipsius et parentis impietatem turbatum et ad extremum pene statum deductum esse Israelem. III. Reg. 18, 1—18. [2]) Quorum ingens erat numerus. [3]) Neque aliunde putat Elias, quam e coelo petendum testimonium, illud autem proponit et omnium consensu extemplo admittitur: ut ille verus Deus existimetur, qui a suis cultoribus imploratus, misso desuper igne sacrificium consumat; capitis supplicio alterutri parti proposito, cuius victimam sacrificialem flamma coelitus delapsa non cremaret. [4]) Miraculum hoc commovit populum, qui licet assentatus Achabo et Jezabeli ad cultum Baalis defecisset, non tamen omnem patriae religionis memoriam abiecerat.

Populo in partes suas eunte, non passus est impune abire sycophantas; omnes enim ad Cisonem [1] amnem tractos, iugulandos curavit [2]. His peractis certus Elias de imminenti pluvia, regem monuit, ut quam primum se expediret ad reditum, ne illum gravis tempestas opprimeret. Mox copiosissimi imbres terram recrearunt [3]. Reddita est agris fertilitas, non pax Eliae. Audita enim sacerdotum patriae religionis caede, Jezabel, foemina cui e vitiis sexus nihil deerat, saeva, ferox, vindictae tenax et nunquam parcens, supplicium illi minatur extremum. Qua interminatione territus propheta se fugae dedit et ad montem Horebum contendit [4], ubi fruitus est divino colloquio; atque Deum vidit, quantum mortalis cernere potest [5], non in horribili vento vel terrae motu, sed in sibilo tenuis aurae et in nube adeo corrusca, ut spectator oculos velare cogeretur [6]. Neque id tantum beneficii loco concessit Deus, creditur

---

[1]) Vide p. XXX. [2]) Iuxta Deut. 5, 13. [3]) III. Reg. 18, 19. s. [4]) Elias qui neque regem timuit neque populum, nunc unius foeminae iram sustinere non potest, se fugae committit Bersabeen V. p. LIX. abit, ut insidias Jezabelis evadat. Longe a prioribus diversus hic apparet. Theodoretus (int. LIX. in III. Reg. 19. p. 504) non abs re suspicatur Deum alto sapientiae suae consilio Eliam humiliare voluisse; ne superbe saperet, nosceretque quam assidue indigeret Domini ope ac patrocinio. Cum Bersabee in desertum pervenisset et languor animum atque lassitudo corpus occupassent, neque, quo ea in solitudine famem levaret, haberet opportunum, coepit illum taedere vitae atque ideo mortem sibi optat. Sed infligi illam a Deo non a Jezabele cupiebat; posterius enim in triumphum hostium verae religionis cessisset. Aspectus malorum, quae iusti patiebantur, felicitas impiorum, religio in Israele pene exstincta, nequitia Jezabelis atque Achabi omnibus fere numeris absoluta, opinio tandem Deum veluti oblitum famuli sui; haec omnia animo Eliae ingesserunt desiderium mortis, quae (coll. Eccl. 30, 17.) malorum omnium exitus esset. Aegritudo et molestiae itineris Eliae somnum attulerunt: adfuit tunc prophetae sub iunipero cubanti angelus, a quo, iterata vice, cibo et potu refectus est monitusque Horebum adire. V. p. 109. [5]) Quadraginta dierum itinere ad Horebum pervenit; ibi lubens substitit secessitque in speluncam. Exod. 33, 22.? Inde per angelum evocatus est; et semel atque iterum rogatus, quidnam ibi solus ageret, respondit: se ex omnibus prophetis solum esse relictum, et qui vitae suae insidiarentur, esse quam plurimos. Tunc egredi illum iussit et exspectare advenientis Jehovae maiestatem. [6]) „Spiritui commotionis et igni non inesse Dominus dicitur, esse vero in sibilo aurae tenuis non negatur; quia nimirum mens cum in contemplationis sublimitate suspenditur, quidquid perfecte conspicere praevalet Deus non est; cum vero subtile aliquid conspicit, hoc est, quod de incomprehensibili substantia aeternitatis audit." S. Gregorius M., Moral. V. in c. 4. b. Job. p. 169.

enim simul Eliam bene domitum et misericordiorem redditum instruere voluisse, ut fervidum suum studium temperaret, ne gloriaretur se unum superesse Deo fidelem. Servata adhuc esse millia famulorum, qui ad Baalis cultum non defecerint. Repetere denique, per Arabiae deserta, Eliam iubet Deus Israelitiden, ut regem Syriae Hazaelem et Jehu regem Israelis ultionis suae instrumenta excitaret, et in prophetam successorem suum designaret Eliseum. Eius rei nuntium utrique defert, inque via comitem sibi adscivit Eliseum [1]; qui mysterio percepto vati se ultro ministrum praebuit. Hoc sibi demandato perfunctus munere Elias in montem Carmelum revertitur [2]. Seni vati sanctissimo, postquam Josaphatum et Joramum et verbis et literis [3] hortatus fuisset, instans sua translatio ex hac vita revelata est. Inde cum Eliseo [4], a se recedere nolente, ad Jordanis littora progressus [5], sicco pede flumen transiit. Dum eunt et colloquuntur, Elias [6] discessurus, Eliseum quid optaret petere iussit. Ille spiritum suum in se duplicem fieri poposcit, quo eius haeres rite institueretur. Id Elias pollicitus est, si eum abeuntem cerneret. Vix haec fatus erat vates, cum vivus e viventium consortio coelesti comitatu per currum igneum ad coelum evehitur [7]; spectante Eliseo ultimum magistro suo vale acclamante: cui benedictionem et pallium reliquit, ut pignus haberet dati sibi duplicis spiritus i. e. miraculorum et prophetiae [8].

---

[1]) Abelmeulae rus colentem inveniens, suo iniecto pallio vocavit. [2]) III. Reg. 19, 1–21. [3]) Illas Elias prophetico spiritu futurorum praescius ante raptum exaravit. [4]) Eliseus prophetae Eliae parentum loco tanquam duci ac magistro totus adhaesit. [5]) Aquis melota sive pallio divisis. [6]) Qui iam antea saepius a spiritu raptus et ex hominum oculis sublatus est. [7]) IV. Reg. 2, 1–18. V. S. Kirchmayeri, diss. de flammante curru Eliae, in Thes. p. 514. s. Cornelio a Lap. ad Eccl 48, 9. p. 987. videtur Deus emisisse fulgetra, corruscationes, similesque igneas procellas, quae Eliam raperent et veherent in coelum. Iuxta Tirinum, in Comm. I, 115. „Erat nubes splendidissima, in currus equorumve similitudinem manu angeli efformata, quae excepit Eliam mediumque amplexa est, ut in eo sedere ac vehi videretur.“ [8]) „Nec Eliseus petiit, ut Spiritus sancti essentia seu persona duplicata augeretur, sed ut duo Spiritus sancti effectus, qui fuerant in Elia, scilicet prophetia et operatio miraculorum, essent etiam in ipso.“ S. Thomas, c. Gentiles. IV, 22. ed. Parm. 1855. pag. 320. Cf. Wellemeri, diss. de pallio Eliae in Thes. p. 509. —. Eliae, omnium suae aetatis prophetarum facile principis, et si a Moyse discesserimus, nulli vatum, pro temporis necessitate excitatorum, secundi, memoria haesit non solum in Veteri Testamento, Mal. 4, 5. Eccl. 48, 10. sed et in Novo. Sub quo illam erexit Joannes B. Eliae spiritu et vivendi forma, quam simillimus;

§. 98. Eliseus propheta.

Orbatus Eliseus [1] magistro suo in coelum suscepto [2], Jerichuntem ad discipulos propheticos rediit, a quibus, cum triduo Eliam frustra quaererent, ut dux habitus est. Porro socii illi religiosi viri, de fonte querentes, Jerichunte agentem rogaverunt: ut aquas tractus noxias et steriles, foecundas redderet. Quod statim praestitit [3]. Mox Bethelem [4] profectum prophetam canitie venerabilem pueri improbi et protervi subsannarunt calvitium ei exprobrando; a qua illusione cum nec obiurgati desisterent, ludiones duo supra quadraginta illico a duobus ursis e proximo saltu egressis discerpti sunt [5]. Exinde vir sanctus in Carmeli promontorium et Samariam abiit [6]. Invisurus prophetarum scholas, cum Sunam urbem frequentaret, mulieri cuidam – apud quam frequentius iam hospes diverterat Eliseus – praedicit filium; dictis sua fides, stato vertentis anni tempore editur. Eam laetitiam haud multo post moeror exstinxit; trimulus puer ex ardore solis aegrotare coepit, et in gremio matris moritur. Haec non ignara quis esset propheta, extemplo ad Eliseum in monte Carmelo versantem se contulit, ac tamdiu precibus institit, usque dum propheta secum veniret. Advenit et exanimi corpusculi membra membris suis commensus orationum vi effecit, ut filius vitae restitueretur [7]. Eidem mulieri e Philisthaea reduci, quo a propheta de fame grassatura admonita peregrinatum per septennium abierat, praediorum restitutionem a rege impetravit. Utrique se gratum vates praebuit, iniustum reputans, domum, qua tam saepe susceptus erat,

Mtt. 11, 14. 17, 11. Marc. 9, 11. Luc. 1, 17. 9, 8. Joann. 1, 21. et Christus, qui transfiguratus ipsum in monte apparere voluit et cum illo colloqui, praesentibus tribus apostolis. Matth. 17, 3. Ceterum Elias rediturus est ad mortales cum Enocho circa finem mundi. Vid. p. 23. 24. De Elia. l. P. Cassel, Der Prophet Elisa. Berlin. 1860. prol. VII—XVI.

[1]) אֱלִישָׁע. [2]) Illius pallio Jordanem duas in partes divisum transiit. [3]) Iniecto sale, quo potius amaror augendus erat. Cf. Cassel, Der P. Elisa. prol. XVI—XXIV. [4]) V. p. LIX. [5]) L. P. Cassel, d. P. Elisa, bibl. Vorträge zur Lehre und Erbauung. p. 1—10. [6]) IV. Reg. 2, 14—25. Sub hoc tempus Eliseus etiam viduam, cuiusdam e filiis prophetarum obaeratam, tanta olei copia donavit, ut creditoribus satisfacere posset, et haberet, unde cum suis viveret. IV. Reg. 4, 1—7. [7]) IV. Reg. 4, 8—37.

sine successore ruere [1]. Plus etiam admirandi habet sanatio Naamani ducis copiarum regis Syriae. Auxiliis nequidquam in arte medica inventis, ibi reperit ubi non quaerebat. Eliseus Naamano lepram abstergit; evanuerunt ibices et foedae maculae [2]. Lepra levatum vates salutaribus doctrinis monitum, remisit in patriam suam; et quantum ferebant haec tempora veri Dei cultorem fecit [3]. Eliseus iam undequaque prodigiis clarus [4]; senio letaliter aegrotavit. Invisit infirmum sanctum hominem rex Israelitarum Joasus: et coram

---

[1]) Cf. Cassel, d. P. Elisa. p. 28—46. Tempore famis, qua terrae Israelitarum ob peccata premebantur, pulti alicui noxiae salubritatem induxit immissa farina, exiguaque copia panum hordeaceorum centum prophetas cibavit ita, ut saturatis illis pars aliqua redundaret. IV. Reg. 4, 38—41. Post haec cum cuidam e discipulis suis, in succidendis lignis pro nova coetus domo, securis de manubrio in Jordanis undas fugisset, Eliseus lignum in securis foramen deferri atque ad lignatoris manum adnatare et extrahi fecit. IV. Reg. 6, 1. s. Altiore certe quam mere naturali causa; ut multis ostendit: F. Friese, diss. de ferro natante. in Thes. 529. s. Cf. Cassel, d. P. Elisa. p. 92—107. [2]) Audita Elisei fama — a puella israelitica, quae apud ipsum serviebat — Naaman toto corpore lepra infectus, carpit iter cum literis commendatitiis et amplissimis donariis ad Joramum tunc regem Israelitarum. Huic literae regis Syriae magnum incutiebant metum; putabat enim Syrum occasionem captare inferendi bellum. Sed ab illo metu mox liberavit Joramum Eliseus. Naaman cum universo equorum et curruum apparatu ad prophetam delatus ante fores eius constitit. Eliseus per internuntium puerum mandavit ei: ut si vellet a foedo illo morbo mundari, septies in Jordane corpus ablueret, et mundationis spem certam conciperet. Lavatus itaque in Jordanis undis Naaman sanitati restitutus est. Virtute supernaturali; non enim Jordanis aquis hunc effectum tribuere poterat. Itaque ad prophetam reversus, bonitatem Dei ingentem extollit et se cultorem eius in perpetuum fore pollicetur; obtulit insuper Eliseo munera, quae tamen propheta non attigit, sed abeunti optima precatus est. Giezi famulus Elisei abeuntem insecutus heri sui nomine munera postulavit; quod absens propheta cognovit, unde propter avaritiam reducem avarum et mendacem, cum tota familia, eodem morbo percussit. IV. Reg. 5, 1. s. V. J. A. Quenstedt, diss. de petitione Naamanis Syri, in Thes. p. 518. s. [3]) Cf. S. Werenfelsii, diss. de Naamane Syro ab hypocrisi vindicato in Opusc. theol. et phil. Lausan. 1739. I, 223—236. Cassel, Der P. Elisa. pag. 78—91. Multa alia quoque miraculosa patravit. [4]) Ita Syros in Dothaim se, quod arcana regis Syrorum consilia prodita feliciter everterit, captivum facturos, genere quodam coecitatis mulctatos, (acroasia partiali, ut Genes. 19, 11. Sodomitae. V. Cassel, d. P. Elisa. p. 109. s.) coelesti angelorum praesidio munitus in mediam Samariae urbem deduxit epulisque exceptos rursus dimisit; benefactis sic hostium malefacta compensans. IV. Reg. 6, 8—23. Regibus Syriae; uni, Benadado, mortem, alteri, Hazaeli, regnum praedixit. IV. Reg. 8, 7. s. Militum praefecto obstrepenti et incredulo pariter mortem in crastinum vaticinatus est, eventu praedictionem e toto comprobante. 7, 1. s.

eo, quamvis impius, lacrimas tamen edere coepit, poenitentiae signa, quibusve communem rei publicae parentem deploravit. His querimoniis levamentum adhibiturus – arcus et sagittarum symbolo – victoriam triplicem a Syris reportandam promisit. Ita regis in tanti viri iactura moerens animus haud mediocriter est consolatus. Prophetes autem hoc facto, beatam animam Deo redidit [1]. Elisei funus magno luctu honoreque curatum est in praedio Samariae vicino. Vir Dei de portentis in vita famosus, e tumulo vel mortuus etiam gloriosus fuit. Cum enim in eius sepulcrum vir mortuus, ab Israelitis praedones moabiticos fugientibus forte proiiceretur, ossium prophetae contactu vitam recuperavit [2]. Hac ratione „post mortem mirabilia operatus est“ [3]. Elias et Eliseus missi a Deo ad exstirpandam idololatriam regni decem tribuum, per tot signa et miracula ut dicit Siracides [4] parum profecerunt; „in omnibus istis non poenituit populus et non recesserunt a peccatis suis.“ Adeo profundas radices inter illos egerat impietas, maiorum exemplis corroborata, ut Dei, qua minis, qua beneficiis trahentis manum. minime sequerentur [5]. Miraculis omnium quidem animos movebant et summa admiratione impleverunt Elias et Eliseus; sed movebant et percellebant, quamdiu eorum sensus facta cernerent, alia si occurrebant, Israelitae, ut olim in deserto, priorum obliviscebantur [6].

---

[1]) IV. Reg. 13, 13—19. [2]) IV. Reg. 13, 20. 21. [3]) Eccli. 48, 14. S. Hieronymus, in epitaphio Paulae ad Eustochium ep. CVIII. p. 703. refert: multa eo loco, suo adhuc tempore prodigia contigisse. [4]) In encomio Elisei 48, 16. [5]) Populus reges suos pravos imitatus, non recessit ab eorum idololatria; attamen Elias et Eliseus nunquam destiterunt ab aliena superstitione populares suos avocare, veram religionis indolem patefacere et sermonibus gravissimis integritatem morum commendare. [6]) *Miracula Eliae et Elisei* ad miracula Christi aliquanto propius accedunt, tum indole et rerum quarumdam similitudine, tum modo perpetrandi. Id quidem propterea: quod mira varietate res per se inutiles adhibitae fuerint, ut accedente verbo prophetarum atque miraculo sic consequente, intelligeretur: Deum operationis suae vinculum cum istis prophetis evidentissime et cum auctoritate vatum animadverti voluisse. Gravissimo religionis periculo stupenda illa miracula opposita sunt; donec Deus se longanimitatis pertaesum esse testaretur. —. Quidam F. Nork opusculum edidit hoc titulo: der Prophet Elias ein Sonnenmythus. Leipz. 1837. Huius elucubrationis consilium mox in initio p. 1. declaravit: die meisten Sonnengötter sind Propheten gewesen. Quocirca Eliam tempestatem aestivam; pag. 73. s. Eliseum

§. 99. Jehu eiusque filius Joachazus; nepos Joas, et abnepos Jeroboamus secundus.

Jehu [1], vir paulo minus ceteris regibus impius sed atrocis ingenii [2], non tantum impiam Achabi stirpem universam cum magno numero impiorum consiliariorum [3], sed exsecrandos quoque Baalis sacrificulos conventu Samariam indicto [4] exterminavit, sublata idoli gentilis religione ex sraele. Ipsam aedem idololatricam una cum statuis omnibus destruxit, et n latrinas convertit. Dignus idcirco, qui solus ex omnibus regibus Israel mperium, quod per octo supra viginti annos tenuit [5], ad quartam usque enerationem obtinuerit [6]. Cultu tamen Baalis abolito a vitulis aureis Jerooami non recessit, sed imperio stabiliendo, inveterati huius cultus ad dies itae, quos praeclaris suis initiis prorsus absimiliter clausit, patronus exstitit [7]. lec diu impune abiit, a Hazaele Syrorum rege gravissima damna in ditione ua trans Jordanem passus. Perdidit enim illam, maxime vero Galaaditen tot t tantis laboribus partam [8]. Sceptrum transmisit Joachazo [9] filio. Is neque atre suo melior, nec bellis felicior fuit. Coluit enim impense vitulos Jeroboaicos; quibus regnum Israelis alligatum putabat. Quam opinionem iam extinctae familiae regiae nondum eliserant; ita regni perdendi metus inanis, vera bis amisso regno sanari non potuit. Venerationem superstitiosam imune non tulit; nam armis Hazaelis ita attritus est, ut paucas tantum ad corporis custodiam turmas haberet, et e numerosissimo populo ultra decem editum millia non posset armare. Itaque acta ad tempus poenitentia, flagitavit ultorem Syrorum filium Joasum [10], qui Hazaelis successorem Benadadum bello petiit et tribus proeliis vicit [11]. Tam fortunatus erat xpeditionis successus, ut urbes aliquot recuperaret. Praedones quoque moaiticosre pressit et regem Judae, Amaziam, a quo temere provocatus fuerat,

---

ibernam p. 129. s. symbolice expressisse censet. E qua brevissima synopsi libelli ntelligi posse arbitror, ipsum graviter esse culpandum, quod imprudenter solo novitatis studio ductus in absurdis commentis divagetur. Cf. Kurtzium, in Herzogs R. E. III, 757. s. et 767.

[1]) יֵהוּא. [2]) IV. Reg. 9, 14. s. [3]) IV. Reg. 10, 1. s. [4]) IV, Reg. 10, 18—27. [5]) Ab anno 877—850. a. C. coll. IV. Reg. 10, 36. et II. Par. 22, 7. [6]) IV. Reg. 10, 30. [7]) IV. Reg. 10, 29. [8]) Sub hoc rege natum videtur institutum Rechabitarum, auctore Jonadabo Rechabi filio. IV. Reg. 10, 15. Jerem. 35, 6. 7. Ratione huius instituti vetatur: bibere vinum, aedificare domum, conserere semen et vineam, imo ne habere quidem. Iubetur constans habitatio in tentoriis, nomadum instar. Quae omnia conveniunt ἀσκητικῷ βίῳ. Cf. Witsii, diss. de Rechabitis praemiss. Goodwini. Op. Moyses et Aaron. [9]) יְהוֹאָחָז. IV. Reg. 13, 1. s. 850—834. [10]) יוֹאָשׁ. 13, 10. s. 834—819. a. C. [11]) Quemadmodum Eliseus dato signo praedixerat,

vicit. Optabat Deus ut Israelitae ex ultima et imminente ruina traherentur; idcirco dedit eis servatores duos Joasum et filium eius Jeroboamum II; quorum ille Syros superari posse docuit, hic penitus debellavit, et quam pater informarat victoriam, filius absolvit [1]. Jeroboamus II. patris bellicosi et fortis vestigia premens, imperium per annos quadraginta tenuit [2]. Inde a mari mortuo boream versus omnes terras expugnatas rursus suo regno adiecit; quin etiam bellum quod Israelitae perpetuo adhuc contra Syros se defendendi causa gesserant, hic iam aggrediens gerere coepit. Ipsam Damascum petiit et regiones Nesibo-Emathenses provinciam sibi subegit. His variis victoriis Syrorumque cladibus recuperavit agrum Israelis a Deo assignatum. Sed plena antiquorum regni finium restitutio a Libano et Emath ad mare mortuum, quam S. S. Jeroboamo tribuit, neque unius proelii, neque unius anni fructus fuit [3]. Neque ulla dubitatio est, quin per tam longam annorum seriem idem pacis artes coluerit: agriculturam, rem pecuariam iuverit, auxeritque. At sincera civium felicitas in sacrorum integritate posita est, cui tantum abfuit ut pio animo rex prospiceret, ut rebus bene gestis elatus, cultum falsorum Deorum omnimodo servaret [4] et promovere studeret; unde mirum non est, idololatriam sub eo longe lateque elatam esse, et flagitia maxime inter primores civitatis irrepsisse. Tempora moresque Israelis fuere pessimi; ideo, ne imparati scelerum poenas penderent, severa Amosi et Isaiae in decem tribus oracula audita sunt [5].

§. 100. Instituta civitatis israeliticae quibus civitati iudaicae iungebatur.

Ex nefando schismate prodiit acerbum inter fratres odium, quod, ut observare licuit, utriusque partis reges non semel armis collisit; et idolomania nunquam, sicut alias, nisi cum excidio rebellium sublata. Attamen quamvis decem tribus a reliquis secessionem fecissent, nihilo secius in rebus ad Theocratiam, quam dicunt, pertinentibus cum fratribus in regno Judae unum quasi corpus efficiebant. In his rebus utraque civitas „legali vinculo“ erat

---

[1]) IV. Reg. 13. 22—25. [2]) IV. Reg. 14. 23. 24. 819—779. a. Ch. [3]) IV. Reg. 14. 25—28. [4]) Amos. 7. 9. 10. [5]) Felix Jeroboami imperium calamitates praeparavit, quae post mortem eius sine intermissione rempublicam dilacerarunt. Jeroboamus II. in oraculis prophetarum Israelitarum regum ultimus dicitur, qui enim eum secuti sunt tyrannorum nomine digniores fuisse coaevus eorum Oseas, optimus rerum israeliticarum index, 7. 7. innuit.

nebantur enim, ut antea iisdem legibus omnes: mo-

Quominus 'autem Israelitae non penitus ab institutis leficerent, effecerunt Prophetae, quorum studium erat: primis notitiam morumque integritatem reservare; fecto divinitus excitatum munimentum fuerant verae reli-gis auctoritati oppositum. Longe maximae partis Israeli-ruptioni sanandae missi fuerunt Elias et Eliseus, duumviri emorabiles, non modo ut testes veritatis verum etiam ut animorum docilium. Non aliud fuisse scholarum pro-n inter Hebraeos florentium consilium docuimus [2]. Filii um [3], sal erant terrae et lumen regionis, fulcrum reli-propugnaculum legum divinarum adversus crimina cum tum populi. Ex his scholis forsan prodierunt sequentes s, quorum nomen vel factum in S. S. superest. Ano-ontra Jeroboamum vaticinans [4], Jehu, Micheas, et plures evi [5]; qui omnes tempore persecutionis plurimum value-onum semen servandum et confirmandum. Emendationi aeliticae, et religionis verae conservationi vel restitutioni nt quoque penes regnum ephraimiticum: Isaias et Mi-ophetae, quos Deus in regno Judae suscitaverat; utpote poterant non ad res Ephraimitarum earumque rationes

---

raelitas separatos Codicem legis mosaicae: Pentateuchum veneratione prosecutos fuisse; eiusmodi rei vestigium offendimus non unum. Ita Jorami; viduae cuiusdam filii ab alio in servitutem erant redacti, rat, qua concedebatur filios eius, qui debitum solvere non posset, ere. Cf. Lev. 25, 25—28. IV. Reg. 4, 1. Saalschütz, Das mosaische 60. Egregium documentum, quanam tenacitate integra agrorum pos-Israelitas conservata sit, invenitur in historiis Nabothi, cuius prae-ximus p. 337., Achabus, quippe hortis suis vicinum ad hos explicandos, bat; falsos iudices crimine maiestatis illum condemnare oportuit, ut sco regio adscriberetur. [2]) Pag. 229. [3]) I. e. viri ex instituto laudes ntes, quos coll. III. Reg. 18, 3. 19, 10. plurimos ceu discipulos sub sua habuit Elias et Eliseus quorum non paucos per totum fere Joasi ni II. regnum vixisse oportet. [4]) Si ipsi oculis cernere velimus, prophetae munere suo strenue perfuncti fuerint, ad Jeroboamum I. , publice Bethele festum celebrantem: ipse sacra peragit maxima ho-uentia, oculos in ipsum intentos habet, interim exoritur tumultus, im per copiosam turbam festinat prodit coram rege, est propheta, qui sque facinus Jeroboami publice increpat, III. Reg. 13. Vide pag. 335. Reg. 20, 28.

animum advertere. Et ubi status religionis publicus perditissimus, et a vero [illegible] alienissimus erat, in regno decem tribuum non minus reperti sunt prophetae. Ita hoc ipso in regno floruit sub Jeroboamo II [illegible]. Israelita, Gethhepherensis [1], qui Jeroboamo II. insignem victoriam [2], et urbi Ninive [3] interitum praedixit. – Quare non accusanda est providentia divina ac si parum ethnicos, potissimum quamdiu iam omnis eorum cum Hebraeis nexus desierat, curasset. – Huc [illegible] refertur etiam: Amosus [4]. E regno Juda licet Thecua oriundus, tamen potissimum Israelitis propheta destinatus erat. Brevi post vel cum Amoso adhucdum prophetico munere penes regnum Israel functus est quoque: Oseas, genere Ephraimita. Per longissimum annorum decursum – annos sexaginta et quod excedit – vatem egit [5].

---

[1]) E tribu Zebulon, Jos. 19, 13. filius Amathi; non ut Iudaei fabulantur Sareptanae viduae. Omnium prophetarum, quorum scripta nobis servata sunt, antiquissimus. [2]) Cui auctor fuisse videtur nomine Dei expellendi Syros ex urbibus trans Jordanem sitis, ut colligi potest ex II. Reg. 14, 25.; nisi forte iam ante Jeroboamum, sub Joas patre praedixit fore, ut id Jeroboamus faciat. [3]) Aedificatae post Babylonem a Nemrodo Gen. 10, 9—11. metropoli regni Assyriorum, sitae ad ripam Tigridis, quae Ammiani Marcellini temporibus integra, ex ruinis scilicet prioribus exstructa, stabat; hodie excisam penitus eo in loco, quo Mosul reperitur, esse censent. Cf. Tuch de Nino. p. 17—27. nos p. 38. [4]) Jonae si non synchronus, certo non multo posterior est, quippe qui, ut ipse satis distincte monet 1, 1. sub Ozia vixerat, coaevo Jeroboami. [5]) Utrumque sequitur ex argumento Inscriptionis fidem (quam Movers, K. Unt. ü. die Chronik. p. 134. et alii sollicitarunt. e. c. Knobel, Der Prophetismus. II, 156. Simson, Der Prophet Hosea. Hamburg. 1851. p. 8. s.) egregie confirmat tenor vaticinii. Cf. 1, 4. 10, 14. qui loci produnt Oseam extremis Jeroboami annis accepisse provinciam propheticam, posuisse ineunte Ezechiae imperio. V. Maureri, Observ. in Hoseam. in Comm. theol. ed. Rosenm. II, 1. p. 282. Genus vero ab Ephraimitis duxisse ex eodem argumento colligitur. Osee, Judaeorum civitatem rarius tantum et leviter attingit, contra regnum decem tribuum Ephraim 3, 1. 4, 17. 5, 3. 6, 4. 7, 1. 8, 8. 9, 3. 10, 6. 11, 3. 12, 1. 13, 1. 14, 9. et passim urbem regiam, 7, 1. 8, 5. 10, 5 14, 1. sedem cultus idolorum 4, 15. 5, 8. 6, 8. 9, 15. 12, 12. non modo expressis verbis commemorat, sed etiam recta via compellat 4, 1. 15. 5, 1. 3. 8, 5. 9, 1. 10. 9. 11, 8. ita ut certo certius sit nostrum vatem ex Israelitis prodiisse. Magni etiam momenti est intimus amor erga hunc miserum populum, quem quaevis pagina testatur. Accedit modus formarum, et constructionum usus peculiaris, a scribendi ratione prophetarum iudaicorum abludens. V. J. C. Stuk, Hoseas propheta. Lips. 1828. p. 102. s. Cf. Hävernik, Einl. II. 2. 280. s. Cur in inscriptione prophetiae tantum Jeroboami; non item reliquorum regum Israelis post illum mentionem faciat, ut monuimus p. 348., haec est ratio, quia istorum plures non legitima successione ad solium regium evecti sunt.

Per hos quidem prophetas Deus, uti pater misericors, decem tribus non solum increpare, corrigere et reducere ad viam maiorum suorum voluit; sed etiam, ut dicitur, peremtorie imminentem ipsis, ni saperent, interitum praedicere. Stabat interim Hierosolymis vera religionis sedes, ad quam optimi quique confugiebant. Enimvero fatendum est: regni Samariae incolas, qui a cultu vitulorum abstinebant et veros prophetas sequi malebant; aut ipsas Hierosolymas – ubi lex cum cerimoniis plus colebatur – clam frequentabant, nusquam legi persecutionem passos esse. Excepto tempore, quo regnante Achabo Jezabel saeviit.

§. 101. Jonas mirus Dei praeco.

Imperante Jeroboamo secundo, ad Ninivitas, per omne sceleris et luxuriae genus ruentes versus interitum, ablegatur a Deo Jonas: iis excidium imminens, nisi resipiscerent, nuntiaturus [1]. Jonas attamen hanc provinciam contumaciter detrectavit. Itaque fugere tentavit et conscensa Joppes nave Tartessum versus vela dedit. Statim ac soluta est e portu navis ingens oborta procella docuit: Deum Jonae et in terra et in mari omnia posse. Nautae omnes desperati et naufragio proximi mittunt sortes, – ita volente Deo – quaesituri cuius causa tale discrimen navigium adiret. Jacta sors in Jonam cecidit; rogatus, quo flagitio deos exasperasset, se Hebraeum esse respondet; praecipitem illico turbato mari darent, si placatum optarent. Res mira! Vix undas attigit, cum mare a tempestate qua iactabatur quiescit; et ecce, bellua marina, a Deo immissa [2], intactum prophetam uno haustu

---

[1]) Cap. 1. Quod Niniven missus est, periculum fuit, quod fecit longanimitas Dei correctionis. Id quidem tunc fructu non caruit, qui tamen non constans fuit. Assyriaco regno, quis eo tempore praefuerit, incertum est. Forte Phul. coll. IV. Reg. 15, 19. I. Par. 5, 26. [2]) דָּג גָּדוֹל, κῆτος μεγάλον, quod generatim piscem magnum notat. S. Bocharto, canis carcharias, Squalus; quo non etiam oceanus et mare rubrum abundat, sed et mediterraneum Hierozoic. V. 12. I, 742. Oken, Allgem. Naturgeschichte. Thierreich. III. Stuttg. 1836. p. 55. s. der Riesen- oder der Menschenhai. F. S. Voigt, Lehrbuch der Zoologie. Stuttg. 837. III, 285. der Menschenfresser. Balaenam fuisse stabiliit S. A. Pfeiffer, hist. apol. Lubecae. 1697. in dub. vex. Cent. IV, 86. Cetum verum credit . Brunsmann, diss. de ceto Jonae. c. Boch. Jenae. 1687. Canem carchariam seu Lamiam sumit etiam J. J. Scheuchzer, Physica sacra. Aug. 1731. IV, 2. p. 1124—7.

suscipit. Belluae alvo, velut vivo carcere, conclusus tribus diebus et noctibus cum gemitu assiduas ad Deum preces fudit [1]; post quas, lapso triduo, cetus vatem multa precantem voventemque revomuit incolumem in terram [2]. Repetit Deus [3] rursus missionem, cui Jonas malis suis doctior obsequitur, iter in Assyriam arripit et Niniven, quam tantopere abhorruerat, alacri animo ingreditur: post quadraginta dies perituram clamitans. Hac terribili denunciatione territi cives poenitentes de criminibus fiunt; ipse rex auditis minis Prophetae cilicio induitur, et tam hominibus quam iumentis per edictum imperat ieiunia. Valuerunt tanta civitatis studia, praeteritorum dolor cum melioris vitae proposito ad removendam imminentem urbi ruinam; suppliciorum minis succedit condonatio, agnitione culpae deletur poena, voce Ninive servatur. Jonas, qui verus optabat propheta esse, tantae urbis dispendio ac ruina, oraculum suum haud impletum intelligens, misericordiam Dei [4] aegre tulit, moestus ea de re Deum rogat: ut e vivis tollatur. Tum Deus levaturus Jonae aegritudinem, producit hederam folioso germine, quae Jonae casulam tegebat, laetamque umbram explicuit. Videbatur sub hac svaviter quiescere Jonas; cum ad imperium Dei per vermem corrosa arefacta est. De huius plantae iactura ubi doleret, Dominus vitae pertaesum prophetam convincit de iniquitate studii sui, et clementiae divinae erga poenitentes aequitate. Ita Jonas ab urbe Ninive meliori, melior et ipse, atque perfectior recessit. – Scriptor libelli, a nomine suo dicti, iure habetur idem ipse, cuius historias refert: Jonas propheta [5]. Etsi enim non manifeste appareat, an αὐτοπροσώπως [6] de se ipso dicat; Jonae tamen esse opus non obscure Collectores Canonis declararunt, libellum in numerum duodecim prophetarum minorum reponentes. Cum enim argumento, dicendi genere totaque structura sua, suum potius in historicis accipere debuisset locum, in prophetarum seriem [7]

[1]) Cap. 2. Applicatis in hymno suo. Ps. 17, 5. 7. 30, 7. 23. 41, 5. 8 68, 2. 119, 1. 141, 4. Cf. A. Mylii, Comm. gr. c. in Jonam. Thes. pag. 975. [2]) Multa hic miracula concurrunt d. q. v. Cornelii a Lapide, Comm. ad II. p. 378. s. Cf. e. Schegg, d. kl. Propheten. Reg. 1854. I, 406. s. [3]) Cap. 3. [4]) Cap. 4. [5]) Talis ab omni semper aetate habitus est Jonas. [6]) E propria persona. Nec obstat quod tertia passim persona loquatur; familiare enim hoc S. Scriptoribus fuisse non semel observare licet. [7]) In Vulgata Abdiam inter et Michaeam, apud LXX Abdiam inter et Nahum. ed. Par. 1844. II, 362.

coactus est. Sane Jonas quamvis nullum verbum de rebus ad tempora ventura N. T. pertinentibus facere videatur, **factis tamen suis et fatis Christo testimonium perhibuit, utpote cuius obitum et resurrectionem praefiguravit.** Hac praerogativa Jonam excellere fundamentum habemus in ipso Christi effato, quo Jonam ut typum suum exhibet [1]. Hoc genus vaticinii **reale** [2] in Jonam cadere observat iam s. Hieronymus [3]. „*Jonas columba pulcherrima naufragio suo passionem Domini praefigurans, mundum ad poenitentiam revocat, et sub nomine Ninive salutem gentibus nunciat.*“ Clarius idem habet s. Augustinus [4]. „*Jonas non tam sermone, quam sua quadam passione prophetavit, profecto apertius, quam si eius mortem et resurrectionem voce clamaret*“ [5]. Nullus fere S. S. Liber peius tractatus est, quam hic prophetae Jonae. A primis religionis christianae initiis incredulis fidem excidere visus est.[6] Attamen de historiarum veritate et divina Libri auctoritate laborandum est eo minus, quo gravius et omni exceptione maius testimonium ipsi Christus perhibuit [7]: ubi, Judaeis signum poscentibus, se aliud, quam quod iam antea a Jona praefiguratum

---

[1]) Matt. 12, 39. 40. *Sollicite tamen omnes interpretes meliores monent, non in omnibus, quae de Jona referuntur typum Jesu Christi investigandum esse. Partes figurae cernere licet respectu α. mortis, β. sepulturae, γ. resurrectionis, δ. praeconii.* Legatur omnino s. Athanasius, Orat. III. c. Arian. n. 23, I, 572. [2]) Ut vocant, de quo vide Stierii, Iesaias nicht Pseudoiesais. Barmen. 1850. p. VII. [3]) Epist. LIII. ad Paulin. p. 278. [4]) L. XVIII. de Civ. Dei. cap. 30. II, 265. [5]) Quod e c. III. verbo היתה obiiciunt, non monstrat auctorem post eversam Niniven vitam egisse; est enim, imprimis coll. v. 10. praeteritum aoristice pro praesenti positum. Aramaismi pauci quidem, qui in libello occurrunt, patriae Jonae, septemtrionali Palaestinae, privi esse poterant. V. L. Hirzel, de chald. bibl. pag. 9. [6]) „Postrema inquit s. Augustinus — l. ad Deograt. s. Ep. CII. a. b. II, 382. — quaestio proposita est de Jona; nec ipsa quasi ex Porphyrio, sed tanquam ex irrisione paganorum: sic enim posita est. Deinde quid sentire inquit debemus de Jona, qui dicitur in ventre ceti triduo fuisse; quod ἀπιθανόν est et incredibile.“ Cf. Luciani, ver. histor. l. I. 30. seq. ed. Bipont. 1790. IV, 248. s. Passim totum librum poëtae fictionem sumunt; parabolam consilio didactico exaratam. Cf. P. Fridichsen, Probe einer historisch-kritischen Uebersicht der merkwürdigsten Ansichten vom Buche Jonas. Husum. 1838. p. 10. s. Eiusdem, Kritische Uebersicht der verschiedenen Ansichten vom Buche Jona. ed. II. Lips. 1841. p. 39. Knobel, Prophetism. II, 369. Ewald, Proph. d. A. B. II, 554. Meier, Gesch. d. Nat. Lit. d. Hebr. p. 503. [7]) Matth. 12, 39—42.

erat, allaturum negat [1]. Idem porro Salvator ad redarguendam Judaeorum sui temporis infidelitatem rursus Jonae vaticinium adhibet [2]; quin [3] tertia vice, coram magna turba semet ipsum iterum cum Jona confert. De historiarum veritate libri nostri persvasi erant Judaei [4]; eam sat superque commendarunt S. S. Patres quiqui sunt fere omnes [5]; nec non tuiti sunt semper interpretes

---

[1]) Audiatur rursus Praesul Hipponnensis, l. s. c. „Ad hoc respondetur, quod aut omnia divina miracula credenda non sint, aut cur hoc non credatur causa nulla sit. In ipsum autem Christum, quod tertio die resurrexerit, non crederemus, si fides Christianorum cachinum metueret paganorum." Recentiori tempore cum s. Augustino, Jonae partes defendendas suscepere: J. C. Lilienthal, Die gute Sache der göttl. Offenbarung wider die Feinde derselben erwiesen und gerettet. Königsb. 1750—1782. V, 263. IX, 480. s. Verschuir, diss. de argum. l. Jonae. eiusque veritate historica. Opus. ed. Lohze. Trai. 1811. Sack, Apologetik. p. 345—350. Anonymus, in der evang. Kirchenz. Berlin. 1834. XIV, 209—228. Ueber das Buch Jonas. ein ap. Versuch. G. Laberenz, de vera l. Jonae interpr. Fuldae. 1836. Delitzsch, in Guer. u. Rud. Zeitschr. 1840. II, 112. Baumgarten, ib. 1842. II, 1. s. Preiswerk, Morgenl. 1841. p. 33. s. Hävernick, Einl. II. 2, 345. s. De Jona et urbe Ninive dignus est, qui legatur Niebuhrius, Gesch. Assurs. p. 274. s. ubi ita incipit: „Für die Genauigkeit der biblischen Darstellungen gibt u. a. das noch vor wenigen Jahrzehnten so viel verspottete Buch Jona einen glänzenden Beweis, dessen Erzählung über Ninive durch die neuen Entdeckungen über die Topographie dieser Stadt völlig bestätigt wird." [2]) Matth. 16, 4. [3]) Lucae. 11, 29—32. [4]) Videatur forte Tobias 13, 8. ad poenitentiam Ninives alludens. Josephus Flavius, Ant. IX. 10, 2. p. 497. [5]) Videantur s. Clemens rom., ad Cor. 1, 7. p. 65. s. Justinus Martyr, dialog. cum Tryph. 107. p. 363. s. Irenaeus, adv. haer. III, 20. p. 327. s. Cyprianus, lib. II. testim. adv. Jud. 25. II, 51. s. Cyrillus, cat. XIV. p. 213. s. s. Gregorius Naz. I, 60. s. Orat. XV. p. 310. ib. XLIII. p. 828. ib. epistola 135. II, 113. carmine de se ipso. p. 771. ib. Orphenotico. p. 951. lamentatione. 965. s. Ambrosius, in Hexaemeron. 5, 11. I, 91. enarr. in Ps. 43. p. 922. expos. in cap. XI. Lucae. p. 1434. epist. XX. ad sororem. II, 858. s. Ephraemus Syrus, de recta vivendi ratione. ed. Vossii Col. 1675. p. 45., de poenitentia, ib. p. 571. capitibus cent. de hum. comp. p. 456. sermone in Jonam prophet. p. 659., de quo vid. Tillemont, Mémoires. ed. Ven. 1732. 8. 757.; in ed. J. Assemanni habetur, Tom. III. graec. pag. 561—568.; in syriaca, Tom. II, 359—387. s. Joannes Chrysostomus, homil. XX. ad pop. Antioch. II, 11.; homil. II. in ep. ad Cor. 10, 433. homil. II. de poen. II, 291. ep. III. ad Olympiaden. III, 557. Nec non Scriptores ecclesiastici. Ita Tertullianus, de resurr. carnis. 32. IV, 128. 58. pag. 164. de pudic. 10. II, 151. Clemens Alex. l. I. Stromat. pag. 381. Origenes, homilia XIII. in librum Jesum Nave. ed de la Rue. Paris. 1733—1739. II, 450. Selectis, in Psal. 2, 5. pag. 540. ib. homil. in Jerem. 18, 5. III, 260. homil. VI. in Ezech. p. 377. Comm. in Matth. p. 514. in Hexaplis. ed. Montfaucon. Par. 1713. II, 362. 263. Eusebius, Chronic. ed. Aucherii Ven. 1818. p. 79. in Chronici, p. a. κανόνα inscripta. Comm. in Ps. 11. et 96. ed. Montfaucon

ɔlici [1]. Longe autem lateque patet libri utilitas; et quam saluta-
imprimis in hominibus convertendis usum praestet ex illustri ypriani martyris exemplo cognoscitur, de quo s. Hieronymus .tur [2]: eum, audito sermone Jonae, ad poenitentiam esse 'ersum [3].

§. 102. Visio Amosi.

Prophetia haec nomen ducit ab Amoso עָמוֹס [4]; quod nomen Iieronymus interpretatur per *Βαστάζων*, portans, vel passive stus. Vaticinia sua potissimum edidit sub Ozia rege Juda, 'eroboamo II. rege Israel [5]. Ex argumentis vero internis [6] ıxternis [7] sequi videtur, Amosum etiam sub Joathamo et ıızo vixisse, eversionem attamen regni Israelis non vidisse [8].

---

va coll. s. P. e S. Par. 1707. p. 44. p. 367. Theodorus Mopsuestenus in *st. elegantissima. ed. Maji in Script. vet. nova coll. Rom. 1825. 1.*

¹) Cf. Laberenz. l. c. p. 3. 4. et alios supra laudatos. Scio esse quosdam, oece argumentum pro historiis Jonae ex auctoritate s. Patrum et Scripto- Ecclesiae petitum, e sophismatibus negligant. E. c. Jahn, Einleitung in die Bücher des A. B. II. 2, 531. et illum sequutus Herbst, H. K. Einleitung. 39., quae fac valida sint, quilibet aequus rerum iudex concedet, monimenta traditionis multum praestare iis traditionis iudaicae, quibus praefati viri saepius utuntur. ²) In Commentario Jonae. 3, 6. VI, 421. ³) Vana et i prorsus ratione F. Hitzig, Des Propheten Jonas Orakel über Moab kri- vindicirt. Heidelberg. 1831. Isaiae. cap. XV. et XVI. Jonae adscribere rit. ⁴) LXX Ἀμώς. ⁵) Tempus quidem, quo vaticinari ceperit Amos, ır notam regnorum Oziae regis Judae et Jeroboami II. regis Israel clarius ı signat eodem commate 1, 1. dum scribit: ante duos annos terrae ıa. Haec temporis determinatio coaevis sufficiebat; nos vero qui annum ne- s, in quo sub Ozia terra concussa est, non possumus determinare, quo ııo prophetam agere ceperit, cum eiusdem commemoratio nusquam nisi 14, 5. habeatur, sine definito tamen tempore. Veteres Hebraei opinati illum accidisse XXV. regni Oziae, eodem tempore, quo hic templum in- ıs est ad tus adolendum; quod ipsum s. Hieronymum non latuit. V. Comm. ch. 14, 5. p. 917. Sed illius terrae motus nulla fit mentio IV. Reg. 15, nec II. Par. 26, 16—21., ubi eadem fusius enarrantur. Cf. T. W. T. ıell, disputatio de Amoso, eiusque scriptis ac veteribus eorum interpretibus. Bat. 1828. p. 32. s. ⁶) Quia sistit civitatem israeliticam iam languentem, ııs malorum, quae deinceps, usque ad regnum eversum, illam miserrime rant. V. 6, 6. coll. Isa. 17, 1—11. — 8, 4—6. coll. Isa. 2, 7. ⁷) Tradi- iudaicae, quam servavit s. Hieronymus, Comment. in Hos. 1, 1. VI, 2. 3. ı rei certe nulla indicia reperiuntur in libro prophetae. Juynboll, l. c. p. 39—61.

... Canone, quo Oseen inter et Michaeam ponitur; quod ... asorieum non prorsus contemnendum est. Vitae genus ... omnes consentiunt Amosum fuisse pastorem [1]. Idem ... genus et sermonis habitus [2]. Causam, quae ipsum ... ei prophetae munus suscipiendum, ipse brevissime sic ... tulit me Dominus cum sequerer gregem et ... Dominus ad me: vade propheta ad populum meum ... Quae cum ita sint, rectissime iam advertit s. Hieronymus [4]: ... numero pastorum Amos propheta fuit, imperitus sermone, ... non scientia. Idem enim, qui per omnes prophetas, in eo Spiritus sanctus loquebatur." Quamvis autem nullis liberalibus artibus institutus esset Amos, acri tamen et concisa oratione utitur. Ornatum fandi genus adeo non neglexit, ut s. Augustinus [5] dicat [6]: „quam sit tamen pulcher et quemadmodum afficiat legentes atque intelligentes, non est opus cuiquam dici, si ipse non sentit" [7]. Argumentum prophetiae commode trifariam distribui potest. Parte

[1]) Ut semet ipse vocavit 7. 15. בּוֹקֵר: de qua voce ab antiquis inde temporibus litigatum est. Opilionem, sive ovilionem, habet Juynboll, l. c. p. 11. pecuarium E. F. C. Rosenmüller, prophetae minores. ed. II. Lips. 1828. II, 14. G. Bauer, Der Prophet Amos. Giessen. 1847. p. 46. „Schaafzüchter," Gesenius, Thes. p. 234. bubulcum. Quamvis nomen pecuariorum extendatur etiam ad eos, qui amplas pecudum possessiones habent: coll. IV. Reg. 3, 4. perperam tamen sic hoc nomen n. l. intelligeretur, coll. 7, 14. 15. ubi propheta sibi vilissimam victus conditionem tribuit. Altera ex parte cavendum est, ne eum cum rudibus istis tenuibusque conferamus hominibus, quales pastores hodierni vulgo habentur. [2]) Scilicet comparationem instituit cum iis rebus, quae a gregibus, creberrime ex agro, silva vita pastoritia petitae sunt. Idem testatur lingua ab orthographia consveta recedens, et instituto vitae pastoritiae conveniens. [3]) Cap 7. 15. [4]) Prologo in Amos prophetam VI, 220. [5]) De doct Christ. IV, 7. pag. 129. [6]) Ad 6, 1. s. [7]) „Et plura quidem, quae pertinent ad praecepta eloquentiae, in hoc ipso loco, quem pro exemplo posuimus, possunt reperiri:" addit in fine s. Pater. Qui attente legerit prophetam nostrum, s. Hieronymum de homine, non de oraculo Amosi, locutum censebit. Nimirum idem coelestis Spiritus Isaiam et Danielem in aula suo movit afflatu et Amosum in pastorum stabulis, semper idoneos voluntatis suae interpretes deligens; aliorum utitur eloquentia, alios eloquentes facit. Cf. Lowth, de s. Poësi p. 433. Unde nec Amosus sive in visionibus, quas exhibet, describendis sive in alio quocumque argumento humilis est aut tenuis, sed saepe patheticus et sublimis. Cf. Ewald, Die Propheten d. A. B. I, 84. s. Umbreit, prakt. Comm. ü. d. kl. Proph. Hamb. 1844. IV. 1. p. 133.

post titulum [1] et propositionem, invehitur et magna sup-
ei minatur Syriis, Philisthaeis, Tyriis, Idumaeis, Ammonitis,
oabitis; quod patientia Domini abusi sine fine peccaverint.
4. Partem secundam facit denuntiatio, et quidem verbis
ulla huedum lata, ultionis in regnum Israelis, sed
udae. Qualiacumque Prophetis in annuntiatione divinae
is obiiciantur impedimenta, non magis verbum Dei in
io cohibere possunt, quam ignem ardentem, qui aliquamdiu
is, vehementius erumpit [2]. Ita et penes Amosum [3] neque
sacrificuli calumniae, neque regis minae et iussa supra
a valuere; sed promte et libere poenas gravissimas in hostem
suum simul atque populum pronuntiavit. Propheta a cap. 2,
monibus tribus inter se nexis, totus in eo versatur, ut Israe-
incuset et exprobret idololatriam et gravissimum Dei iudi-
reos utriusque regni immittendum, deportationemque civium
e denuntiet. Quando nec hostes populi sui impunitos dimissurus erat
ile perspicere potuissent Israelitae nec ipsis scelera, idololatriam
ri induratione adversus iudicia Dei, condonatum iri. Foeda haec
idhuc erant foediora ob gratiae, quae erat corporalis et spiritualis,
m. Antiqua et continuata beneficentia magna et multa dedit
iod populus minime negare poterat. Ideo interrogationes ponit
ad quas respondere coguntur; nec possunt aliter, quam Deo
lo. Quanta esset gentis in malo pertinacia apparet e mediis
nis a Deo frustra adhibitis: Quamcumque graves fuerant poenae
elitis inflictae; conqueritur tamen Deus in populo neutiquam
m poenitentiam, imo potius pervicaciam. Quanquam, dicit Amosus,
rumque prophetae mala annuntient, non sunt tamen culpandi ab
iasi diem fatalem desiderent. Ita pariter nihil magis iniurium est
n accusari vias eius ab hominibus, tanquam minus aequas. Has que-
ito in ipsos homines impios coniicit, qui omnium malorum suorum
causa. Latissime pingit iudicium ab actionis certitudine et spe;
auratio gentis in pristinum statum est exspectanda! Addit denique
descriptionem personarum puniendarum. Partem tertiam con-
vaticinia symbolica, quibus per imagines firmantur inten-
enae. c. 7–9, 10. Has quidem poenas populo interminatur

Huic pecuarii conditionem quoque adiecit, ut se ipsum deprimeret et
vinae sapientiae praedicaret suo exemplo. [2]) Jer. 20, 9. [3]) 7, 10—16.

sub imagine locustae herbam germinantem devorantis, ignis porr et trullae caementarii. Tres visiones non a se invicem seiungendae, quibu hoc intendit Deus: sese saepenumero peccantibus Israelitis veniam dedisse nunc vero se non amplius ignoscere velle. 7, 1–9. Necdum minarum finis est, sed in illis pergit 8, 1–13. parabola canistri pomorum iudiciique insinuatione pathetica. Quam gravia interim etiam fueri mala corporalia, non sunt tamen illa nisi poenae promeritae, initiaque respectu spiritualium flagellorum, quae sequuntur. Cum iudicii sui i Israelem inchoati, sed iterum clementer abrupti 7, 7. 8, 1. Deu typum exhibuisset geminum, in istis non adquiescit, sed addi tertium: 9, 1–10. quo iuxta certitudinem etiam magnitudinem mali clarius exprimeret. Repraesentat Deus excisione cuiusdam altaris et sacelli quomodo per caedem iniquorum esset glorifi candus. Ut autem piorum animi in mediis minis erigantur subiici Amos laetissimam promissionem; 11–15. qua ad poenitentiam et meliorem frugem eos revocans, svavissima de Messiae benefi ciis verba facit et iucunda regni Christi delineatione solatur[1]

---

[1]) „*In die illa* inquit *suscitabo tabernaculum David, quod cecidit et reaedi ficabo aperturas murorum eius, et ea quae corruerunt restaurabo et reaedificab illud sicut in diebus antiquis.*" Quod vaticinium de Christo et vocandis ab ips gentibus interpretatur s. Jacobus, Act. 15, 16. Memoratum hic tabernaculum David, Messiam esse volunt ipsi Judaei, tract. Sanhedrin. Cf. Goldhagen, II, 50 nec aliter Christiani, vid. Augustini, de Civ. Dei l. XVIII, 28. p. 262. s. Hiero nymi, comm. in h. l. p. 154. Theodoreti, comm in h. l. p. 1448. Quocirca id ipsu definivit Vigilius Papa. Cum enim haec verba Amosi Theodorus Mopsuestenus sic explicaret: Hoc loco, inquit, reditum e Babylone praedicit, quando Zorobabe ex stirpe David regem habuerunt: Jacobus vero in Actis Apostolorum hunc locu ad Christum transtulit, in quo res est ad exitum verum perducta; hanc eius e plicationem sub anathemate damnavit Vigilius Papa in concilio romano. Qu habetur iuxta Cornelium a Lap., comm. in Amos p. 345. in mss. bibliotheca vaticanae. Tabernaculum Davidis proxime non significat ecclesiam, sed regnu Davidis, quod tempore Herodis pene corruit; dum Christus in avitum hoc patr sui regnum iure haereditario succedens illud instauraret, quin imo augusti redderet, non dominio temporali sed spirituali. Suscitatum est tabernaculum Christo et Apostolis; et aperturae murorum suppletae sunt vivis lapidibus gent libus. Ita instaurata sunt, quae corruerant — in iis, qui Christum recipere nolu runt, — et integra fuerant sicut olim. Christus enim non solum Judaeos et Israe litas in suum regnum adscivit; sed et gentes, vice incredulorum, qui in ill adscribi noluerunt, surrogavit, quae in hanc Davidis Deique oleam insertae sun ut ait Apostolus ad Rom. 11, 24. Interim ut scite notat Ackermann, (Prophetae minores perpetua annotatione illustrati. Viennae. 1830. p. 341.) Amosus magi

Die a Deo definito v. 12. tugurium Davidis – gens V. T. – maiestate veteri orbatum erigetur, sed et novis accessionibus ornabitur. V. 12. relinquit Amosus figuram tabernaculi, et planius iam de re in tabernaculo significata loquitur; i. e. de praeconibus evangelii, qui omnes gentes regno Christi subiicient. Denique dicit pro extensione regni futuram esse omnium in eo cum tranquillitate beatam ubertatem [1].

§. 103. Oseas.

Inscriptio Prophetiae capitur a nomine prophetae Oseae [2]. Nomen הוֹשֵׁעַ [3], quod Salvatorem notat, recte gessit, tum quia Ecclesiam sui temporis viam consequendae salutis docuit, tum quia praeclare de Salvatore mundi loquutus est. Oseae vaticinia et orationes, per capita quatuordecim, versantur potissimum circa decem Israelitarum tribus. Graviter in iis reprehenduntur scelera regni ephraimitici, perversitas et mollis indulgentia sacerdotum, idolorum cultus, aliaque flagitia. Israeliticae non minus ac Judaicae reipublicae – occasione concionis sic ferente – annunciatur interitus. Omnia autem eo spectant, ut Israelitae per sinceram poenitentiam redeant ad Dominum; promittit Israelitis pariter ac Judaeis ad meliorem frugem reversis reditum in patriam et felicitatis pristinae amissae restitutionem. In his proponendis varias quasi personas assumit; indeque a c. 1, 2–11. enarrat signa quaedam et portenta, quibus regni israelitici mores atque fata significantur, ita, ut ab Israele secundum carnem v. 10. transeat ad Israelem secundum spiritum; et futuros esse dicat quam plurimos, qui illorum loco populus dicantur filiique Dei viventis [4]. Cap. 2, 1–13. iudicio Deus cum populo israelitico, tanquam cum adultera coniuge disceptat, illamque violatae fidei incusat, grave illi supplicium, maximam, nudato corpore, ignominiam minatur; statim attamen v. 14–24. invitat ad veniam, suam deinde benevolentiam

---

indefinite loquitur, et eius vaticinium ex collatione aliorum v. c. Isai. 9, 1—7. 11, 1–6. Jerem. 23, 5. 6. 30, 9. Ezech. 34, 23. 24. 37, 24. Micheae, 5, 8. illustrandum est

[1]) Cf. F. Riberae, in Librum duod. proph. minor. comm. Coloniae. 1693. p. 309. s. J. Markii, Comm. in duod. proph. min. Tub. 1734. p. 422. s. [2]) Quod Oseam attinet, de eius vitae praeter scriptionem vaticiniorum 1, 1. 2. nullum superest monimentum historicum. [3]) Rom. 9, 25. 'Ωσηέ, aut Oseas, omissa Hebraeis propria aspiratione [4]) Coll. ad Rom. 4, 11. 9, 6.

proponit, cuius qualia sint futura pignora exponit. Cap. 3. Jubetur Oseas adulteram deducere in domum suam, ut diutiori tempore a coniuge suo et ab adulteris procul, quasi coelebs desideat et sic repraesentet, Israelem fore multo tempore sine rege et sine lege, nec nisi sub finem mundi reversurum ad Dominum [1]. A capite quarto usque ad finem sequitur nova pars vaticiniorum Oseae; forma a praecedenti c. c. 1—3. plane diversa, sed tempore proxima. Quod antea mulieris effigie Israelitis proposuit [2], id nunc diserte iis inculcat; nominat illorum flagitia et severissime in ea invehitur. Citat. c. 5. sacerdotes et principes quasi in iudicium, quod populo fuerint in laqueum et ruinam; unde iis una cum populo et cum Juda qui Israelis scelera sequebatur excidium minatur. C. 6. docet propheta, quodnam consilium capturi sint Israelitae tribulationum stimulis conpuncti, et quomodo ad bene sperandum excitent moerentem animum. Non obscure praedicit Judae quoque captivitatem et reditum [3]. Capite 7. in nequitiam regis invehitur totiusque populi cum illo idololatrici; comparat Israelitas furno succenso, fermento serpenti, pani subcinericio, columbae excordi et arcui doloso. Israelitas Aegyptiis Asyriisque foederatos ab illis ipsis excindendos fore [4]. C. 8. minatur regno ephraimitico ruinam, eo quod recesserit a domo Davidis, et coluerit vitulos aureos. C. 9. Israelitas ex opibus agrorum hilares et lascivientes monet e sua in alienam terram esse proiiciendos [5]; cum adeo in omnem peccandi licentiam sint effusi, ut multiplici scelerum gravitate Gabaitis Sodomitisque comparari possint; propter quae c. 10. eo desperationis dicuntur venturi, ut opprimi optent a ruentibus saxorum molibus. Exprobrat c. 11. ipsis ingratitudinem, recensitis beneficiis genti

---

[1]) Coll. Rom. 11, 16. [2]) Cf. J. G. Lakemacheri, Obs. phil. Helmst 1730. P. IV. Obs. 3. de Hosea pr. meretricem ducere iusso. p. 65. s. Obs. 4. De Hosea uxorem certo pretio sibi comparante. p. 74. s. J. H. Kurtz, Die Ehe des Propheten Hosea, nach Hosea I—III. Dorpat. 1859. [3]) A tribulatione autem babylonica et resurrectione corporali, in explicando hoc capite cum Ecclesia in officio feriae VI. in Parasceve, ad tribulationem et resurrectionem spiritualem, quam attulit Christi mors et resurrectio, migratio est facienda. Christum representasse h. l. Oseam communiter accipiunt s. s. Patres et Scriptores. Sic s. Cyprianus, c. II. adv. Jud. 55, 52. p. 51. Origenes, homil. V. in Exod. IX, 52. Lactantius, Inst. div. 4, 19. I, 208. s. Cyrillus, cat. XIV, 14. pag. 212. s. Augustinus, de Civ. Dei 18, 28. p. 262. [4]) Commata a 4—10. huius capitis interpolata esse somniavit G. M. Redslob, die Integrität der Stelle Hosea. 7, 4—10. in Frage gestellt. Hamburg. 1842.; quem reiecit ipse F. Hitzig, die zwölf Kleinen Profeten. Leips. 1852. ed. II. p. 33. Tam plena libro vaticiniorum Oseae constat auctoritas, quam nec critici quidem aperta fronte lacessere ausi. Cf. Simson, d. P. Hosea. p. 39. [5]) V. Lakemacheri, Obs. phil. P. V, 2. de Ephraimo speculante cum Deo. p. 223. s. Obs. 3. De Israelitis e domo Dei expellendis. p. 233. s.

electae praestitis inde ab exitu ex Aegypto [1], quibus cum minime effecerit Deus, ut fidi eius cultores evadant, poenas intentat, sed animo ad misericordiam proclivi spondet quibusdam gratiam. C. 12. redarguit Ephraimum, qui cum Juda comparatus deterior sit, et corruptionis etiam illi auctor, adeoque degener prorsus a patriarchae Jacobi pietate. Pergit explicare C. 13. quodnam sit opprobrium, quo Deum suum affecit, ob quod dura — parturientis dolore significata — manebit populum miseria. In hoc tamen discriminis pleno statu, ex quo non videbatur exitus, haud substitit vates. Quin divino Spiritu afflatus evolat ad Christum et praeclara verba vaticinatus est de iis, quae ad Christi dominium per mortem suam et resurrectionem sibi comparatum referuntur. 13, 14. Messiam esse, qui per mortem suam proculcata inferni potestate, aboliturus sit illum, qui mortis habet imperium; et liberaturus sit eos, qui mortis metu per totam vitam obnoxii fuissent servituti. Promittit etiam Deus, postquam prophetae sui verbis felicissimam et beatissimam illam promissionem de redemtione ex inferno et liberatione a morte universo generi humano profuturam annunciaverat, atque hoc solatio efficacissimo hominum animos erexerat, se nunquam sententiam suam mutaturum [2]. Capite ultimo Oseas, cum Israelitis rursus denunciasset decretum exitium, hortatur eos ad poenitentiam. Peccatorum veniam et gratiam maxime per Jesum Christum praedicit. Ad extremum amanter magnificeque conversorum ad Messiam felicitatem describit. Dicendi genere utitur conciso, et eminente quadam poëticae compositionis [3] nota insigni; obscuro hinc inde et ad intelligendum difficili. Optime hoc ipsum iam s. Hieronymus advertit [4]. „Commaticus est — inquit — et quasi per sententias loquens." Cum Oseas brevitatis quam maxime studiosus sit et frequenter verbulo, vel nutu tantummodo res in facto positas tangat, de quibus nihil in Libris historiarum consignatum deprehendimus; hinc vix alius quisquam prophetarum est aeque involutus ac Oseas. Historiae temporum enimvero haud spernendam isagogen praebent in scripta Prophetarum [5].

---

[1]) Ubi coll. Matt. 2, 15. populus ille exulans, Christi ibidem exulaturi figuram gessit. V. Lakemacheri, Obs. phil. VI. 3. de Israelitis in Aegyptum revertentibus. p. 337. [2]) Cf. I. Cor. 15, 54. Eusebii, dem. ev. IV, 12. p. 166. s. Cyrillum, l. c. 17. p. 213. s. Augustinus, de C. D. l. s. c. s. Hieronymi, Comm. ad h. l. VI, 151. s. O. C. Grabbe, Quaestionum de Hoseae vaticiniis specimen. Hamburgi. 1836. p. 27—53. [3]) Lowth. l. c. p. 44. [4]) Praef. in XII. proph. m. [5]) Quae vero fata habuerit Oseas, qui vitae finis fuerit? de his omnibus nihil constat; quamvis si haec haberemus cognita, exinde haud parum lucis ipsis

§. 104. Reliquorum regum Israelitarum infelicitas, quae terminatur exilio decem tribuum.

Post mortem Jeroboami II. statim turbae ortae fuisse videntur; imo hinc interregnum, sub quo plures de summa imperii contendebant. Interdiu creati, noctu coniuratione interemti [1] et a **sacrificulis** adiuti, seditiones et tumultus excitabant; ita ut rapinarum et caedium omnia plena essent [2]. Non defuit vindicis iustitiae divinae ultio. Osea [3], qui a partibus Aegyptiorum nomen profitentibus rex constitutus fuisse videtur, impietate et perfidia regno Israelis ruinam admovit. Recusata tributi ab Assyriis impositi pensitatione, **Salmanasar** rex **Assyriorum** regionem

vaticiniis affundi posset. Cf. C. J. Kuinoel, Hoseae oracula hebr. et lat. Lips. 1792. p. V. s. Stuck. l. c. p. 13. s. De ingenio et indole vaticiniorum Hoseae l. Ewald, Die Propheten d. A. B. erklärt. Stuttg. 1840. I, 122. s. Umbreit, prakt. Comm. ü. d. kl. Proph. Hamb. 1844. IV, 1. p. 2. s. Simson, d. P. Hosea. Einl. p. 27. s.

[1]) Quorum nomina ne mentione quidem digna iudicavit Oseas 4, 2—4. 6, 5—9. [2]) Elapso decennio successit **Zacharias**, 767 a. Cr. Jeroboami II. filius. IV. Reg. 14, 29., sed iam sexto mense, quo regnare cepit, a Sellumo, primorum uno, publice, praesente et spectante facinus magna populi multitudine, interfectus, sicque cum eo progenies Jehu secundum verbum Dei deleta est. IV. Reg. 15, 12. 13. Parricida autem Sellum obtinuit regnum. Sed thronum caede partum caede amisit, cum uno tantum mense imperasset. Nam Manahem unus e **Zachariae** ducibus Sellumum post mensem trucidavit, summaque imperii potitus se per decennium 766—757 a. C. crudelissime gessit. Mox cum initio regiminis saevitiae specimen dedit. **Thapsacitas** scilicet, qui eum regem agnoscere constanter denegarent, aggreditur, et, capta urbe, sine aetatis et sexus discrimine, inaudita prius inter illos feritate interficit. **Thapsacitae** in summum discrimen adducti, **Phulis** regis **Assyriorum** auxilium implorarunt. 15, 16. **Manahem** probe intelligens, si belli fortunam experiri vellet, se inferiorem esse discessurum, ad hanc calamitatem avertendam regi Assyriae magnum argentum solvit, quod a civibus expresserat IV. Reg. 15. 19—22. *(Hac occasione primum in S. S. hostes assyrii invaduere; qui abhinc sibi subiicere tentant Israelitas, Phoenices Syrosque. Incepta deinde continuavit Theglatphalasar, qui cis et ultra Jordanem urbes decem tribuum invasit et occupavit.)* Manahemum excepit Phaceia 756—755. filius patri simillimus. Praeterlapso biennio a Phacee Romeliae filio, duce militum in conclavi suae arcis ib. 25. 26. enecatus est. Hic quoque parricidii sui poenas e lege talionis solvit, ab Osea per insidias comprehensus et obtruncatus. ib. 30. Phacee interemto, factionum contentio in summum demum furorem abiit: eo processit mutua tribuum exacerbatio, ut bellum gestum fuisse videatur inter tribus, quae hucusque et eiusdem originis et eorundem commodorum vinculo erant coniunctae. Ose 10, 2. s. Jer. 9. 1. s. [3]) IV. Reg. 15, 30. 17, 1. seq. 18, 1. s. 726—718 a. C.

Israelis invasit, atque Oseam, qui tantis copiis obsistere haud poterat, facile ad fidem et officium compulit. Sed pactis stare Oseas renuit; imo paulo post, a factione quae ipsum regem creaverat, coactus, cum Sua rege Aegypti foedus iniit, hoc modo sibi consulere visus. Verum foedus isthoc exitio potius, quam subsidio homini perfido fuit. Assyrii enim seditione comperta, regnum Israel occupant, occupatum devastant, et urbem Samariam, in quam sese receperat Oseas a sociis delusus, post triennem obsidionem [1] expugnant; regem captum in catenas coniiciunt, cum maxima parte populi in captivitatem abstrahunt, atque ita rempublicam Israelitarum prorsus delent; anno ante Christum fere 718 [2]. Haec sors fuit Israelitarum, hic funestus regni Israelis exitus, quod quidem Deus diu magna longanimitate pertulit; tandem vero ob morosam resistentiam [3] repudiavit atque plenariae perniciei dedit [4]. Factum id iusto Dei iudicio, iuxta oracula Prophetarum. Ut de statu harum tribuum post abductionem aliquid addamus, nullum est dubium, quin nonnulli ex plebe ab Assyriis in terra israelitica relicti sint; idque ex praedictione Amosi [5] et Isaiae [6]. Aliqui, qui laborante regno, atque imminente Assyriorum invasione, ultima experiri nolebant, confugerunt in Judaeam, vicinam alioquin patriam; cuius et rex Ezechias tertio ante obsidionem Samariae anno humanissime eos ad antiqua et vera sacra invitaverat, venientesque comiter exceperat [7]. Ad eos autem quod attinet, qui deportati sunt, his sedes assignatae fuerant in Hala, Habor et in urbibus Mediae [8]. Eorum loco rex Assyriorum novos colonos Cutha, Avah, Emath et Sepharvaim [9] et ex aliis Babyloniae regionibus in terram Israeliticam collocavit, Samaritanos dictos, turpissimos utique idololatras, quos ideo Deus leonum incurrentium saevitia punivit. Unde Dominum colere coeperunt, cultu tamen vero Dei cum antiqua sua superstitione inquinato, quasi sic ira Dei avertenda foret. Hinc

---

[1]) IV. Reg. 17, 4—6. [2]) Cf. Niebuhr, l. c. p. 157. 161. [3]) Nam et antea vario tempore de coelo suas iras in eos ostendit Deus; quando pluvias cohiberet, annona cara populum premeret, peste puniret, fruges perderet, urbes everteret. [4]) IV. Reg. 17, 7. 8. Istam poenam idololatria sua multisque sceleribus dudum meruerunt. 17, 18—22, [5]) 3, 9. seq. [6]) 17, 3. [7]) II. Par. 30, 1—18. [8]) IV. Reg. 17, 6. [9]) IV. Reg. 17, 24. s.

vero orta est turpissima religionis mixtura, et perpetuum inter ipsos[1] atque Judaeos dissidium. De his plus semel sermo redibit. Ut ad Israelitas exules revertamur, gravius fuit iudicium quam ipsa deportatio; quod correcti suppliciis non fuerint, sed deserti a Deo sibique traditi impoenitentes permanserint, imo se cum ethnicis iunxerint plurimi. Nec dubium, quin in suo exilio perierint maxima ex parte, reversi nunquam. Paucissimi ad Deum rediisse videntur, ii qui cum fratribus Judaeis a Nabuchodonosore deportatis conversari coeperunt. Tantum illis regni Judae excidium profuit[2]. In ceteris exulibus vir sanctus Tobias – cuius historias enarrat Liber, qui ab eo appellationem sortitus est -- cum Anna uxore unicoque filio eiusdem nominis Niniven abducitur, ut piis in capitivitate solatio, improbis ad meliorem vitam incitamento esset[3].

§. 105. Historiae et Liber Tobiae.

Titulus seu inscriptio Libri in Vulgata nostra simplicissimus est: Liber Tobiae[4]. Summa Libri sequentibus historiis continetur.

[1]) In oppidis, quae habitabant fecerunt sibi idola, quae in sacellis excelsorum collocarunt. IV. Reg. 17, 27—41. [2]) Raro quidem Deus ita punit, ut simul rigorem plurima lenitate non temperet; pro insito igitur ingenio etiam apud Israelitas minoribus flagellis, ut supra iam diximus, ultioni suae praelusit. Invasione Theglatphalasaris Assyrii fortissimae urbes, Syriae latera spectantes, raptae sunt, deductaeque in captivitatem tribus Nephtali; et transiordanicae Ruben, Gad, Manasse, in Lahela, Habor et Ara translatae. IV. Reg. 15, 29. I. Par. 5, 26. Post viginti annos, Salmanasar vastati per integrum regni reliquias in eundem locum abduxerat. IV. Reg. 17, 6. et 18, 10. Ex l. Tobiae autem 1, 11. 16. 3, 7. 5, 8. discimus, frequentes fuisse Israelitas in omni Media, Persida, Assyria, et ita dispersos in aliarum gentium nomen et censum translatos fuisse. Media, quae sit terra est omnibus notissimum. Limites habet a septemtrione mare Caspium, ab oriente Parthiam et montes Cossaeorum, meridiem versus Sittacenem, ab occidente Assyriam et Armeniam. Complectitur fere illas terras, quae communi nomine Irak-Adschemi hodie appellantur. V. C. Hoeck, Veteris Mediae et Persiae monumenta. Gottingae. 1818. p. 100. s. De his sedibus et locis in S. S. memoratis disquirunt: Calmet, diss. de regionibus in quas Israelitae dispersi sunt. Diss. V. T. 1. 562. s. M. Leydecker, de vario reipublicae Hebraeorum statu. l. IX. Amstel. 1710. l. III. p. 259. s. J. D. Michaelis, Comm. de exilio decem tribuum. in Comm. ed. Brem. 1763. p. 31. s. Wiechelhaus, das Exil der zehn Stämme. in d. Ztschr. d. morgenl. Gesells. 1851. p. 367. seq. [3]) Tob. 1, 1. 2. 11. [4]) Alii textus, graecus videlicet, uterque hebraeus ac syriacus, addunt Tobiae genealogiam. Differentia quoque haud exigua cernitur apud recensitos textus in nomine Tobiae, dum alii Tobi, Tobit, Tobet, Tobis habent.

ias [1] senior [2], castae religionis a puero cultor – etiam ea state, qua totam civitatem ephraimiticam oppressit nefaria ıtitio – captivus, a lege Dei non recessit, nec a piis operibus m destitit [3]. Quod pietatis opus, cum ipsi apud regem ıi verteretur, a Senacheribo ad necem quaesitus, mortem evadit; domo, fortunis et proscriptione mulctatus. Cum haec Senacheribus in seditione iugulatus est, Tobias rediit istinas fortunas ac officia caritatis; rursus sepulturae defunn totus intentus [4]. Forte accidit, ut eo humandi labore faticum ad quietem in domus vestibulo se composuisset, inter endum hirundinis stercore in oculos incidente excoecaretur. autem Deus permiserat in probationem patientiae, Jobi ad , verterunt uxor et amici in opprobrium [5]. Orbitas illa um adeo rem familiarem turbavit, ut ei utcunque susten- non aliud esset fulcrum, quam textrices uxoris manus; propterea conviciis senex non leviter exagitabatur [6]. Annum ıuartum cum coecitate et multis aerumnis luctabatur Tobias. morti proximum crederet, filium Tobiam, piissimis praeceptis tum [7], iubet ad Gabelum agnatum suum [8] ire, adiuncto sibi uce, ut decem talenta argenti ei mutuo data recipiat; Tobias , nulla interposita mora, in forum pergit; quo loco ei ignotus ucem et comitem offert: angelus Raphael, iuvenis facie perliberali, qui se Azariam dixit [9]. Adducit ipsum ad patrem; ıe se per omnia probasset, ingrediuntur iter [10]. In quo e Ras consilio Tobias fluvium Tigris ingrediens, piscem sibi min apprehendit et exenterat; servatis corde, felle et iecore in ab angelo demonstratum. Idem etiam coniugium cum Sara filia ılis, consobrina svadet [11]. Interea monet diversorium capienesse apud Raguelem, Tobiae non tribu tantum, sed sanguine

---

[1]) טוֹבִיָּה, Τωβίας, bonus est Dominus. Vide Simonis, Onom. pag. 531. ibu Nephtali, Thesbe in superiori Galilaea oriundus. V. p. LII. [3]) Con- ac iuvando afflictos et sepeliendo cadavera iussu Senacheribi interfecto- [4]) Cap. 1. [5]) Cap. 2. [6]) Tam tenerae erat conscientiae, ut cum vice hoedum caprarum in domo balantem audisset, mox inquiri praeceperit, et furtivus. [7]) Cap. 3. [8]) Unum e deportatis, in Rages civitate medica. ζ, Ἀζαρίας, 5, 12. divinum auxilium se vocavit, qui in coelo audiret angelus d. [10]) Cap. 4. 5. [11]) Cap. 6.

quoque iunctum. Cum ad Raguelem devertissent, Tobias ab angelo quomodo auspicatae obveniant nuptiae edoctus, eas, desponsata ipsi, ita petenti, Sara [1], iucunde celebrat, postquam daemonem, a quo Sara tenebatur [2], fugasset [3]. Quae dum fiunt angelus ad Gabelum pergit; recipit ab ipso mutuatam pecuniam, ipsumque ad iunioris Tobiae nuptias adducit, qui et sponsis benedicit [4]. Absentiam diuturnam filii flebant pater coecus et mater afflicta; ille vero, aegre obtenta a Raguele discedendi facultate, uxore et dote locuplete, cum votis mandatisque revertitur [5]. Relictis in itinere Sara atque supellectili, Tobias et Raphael festinantes praecedunt. Deferuntur intra triduum Niniven, praecurrente et caudam blande agitante cane [6]. Adventantes conspicata de supercilio montis grandaeva mater, marito coeco denuntiat. Inde uterque parens obviam occurrit filio; mox gratias et laudes Deo dixere. Expletis primae salutationis officiis, i. Tobias accepto felle piscis liniit patris oculos, prout angelus iusserat. Et ecce dimidiae post horae spatio, albugine extracta, dies coeco reducitur, maxima omnium cum laetitia et congratulatione. Augetur gaudium adventu Sarae cum multis opibus et comitatu; septem dies aguntur festi ob felicem adventum et faustas nuptias [7]. Inde Tobias uterque ad curas remunerandi viae ducis conversi, deliberant de praemio tantae fidei rependendo; placuit dimidiam offerre partem omnium quae advecta erant ex Media. At angelus, persona Azariae sensim deposita, gratias Deo cumprimis, omnium largitori bonorum habendas docet; tum memorat quo loco sint in coelis recte factorum merita a Tobia frequentata, denique nomen suum notum fecit: angelum Raphaelem se esse dicens, unum e septem qui adstant ante Dominum. Ad quae trepidantibus patre et filio, svaviter ab angelo eriguntur, qui valefaciens iis subito disparuit. Illi, tres ipsas horas, humi strati in laudes Dei et gratiarum actionum effusi, in pedes ubi se retulerunt, divinorum beneficiorum memoriam amplissimis praeconiis passim efferunt [8]. Parens Tobias canticum laudis intonuit, quo prophetavit de restitutione et felicitate Jeru-

---

[1]) Cap. 7. [2]) Iecore piscis tosto, ut mandaverat Raphael. [3]) Cap. 8. [4]) Cap. 9 [5]) Cap. 10. [6]) Quod divinus scriptor non omisit meminisse. [7]) Cap. 11. [8]) Cap. 12.

lem [1]. Aetas porro, ne quid ad felicitatem deesset, in plurimos nos prolongata, Tobiam patrem ad annum centesimum et secundum perduxit. Tandem extremis propinquare se sentiens filium monuit, ut semper in timore Domini et misericordia erga pronum perseveraret; tum ut post mortem matris, iuxta se in dem sepulcro condendae, cum familia urbe excederet. Quod et tum; nam iunior Tobias, pie sepulta matre, Niniven deseruit, soceros reversus, quorum curam gessit, factus eorum ex asse eres; et cum vidisset quintam generationem, annorum nonata duorum, vitam clausit [2]. – Ex argumento manifeste efficitur rum Tobiae supplementum nuncupari posse historiarum, quas imus in ll. Regum. Sumit quasi exordium ex Regum fastis [3]. do ac sedes, quam l. Tobiae in S. S. Codice olim obtinuit rimum variat; in nostris Vulgatae bibliis, proxime ad libros drae consequitur. Quis historias Tobiae scriptis mandaverit, ntentia eruditorum non convenit [4]. Coniecturis utique utendum , ubi iam alia argumenta certae probationis non suppetunt. risimillimum autem est Librum ut nunc habetur, non esse exilio ylonico seu sexto a. C. saeculo recentiorem. Id persvadet dictio praegnans et saepe quam maxime concisa. b. Indoles ri, in quo nihil in phrasibus invenitur, quod recentiorem saperet atem; mos perorandi, qui in recentioribus Libris observatur, in

---

[1]) Cap. 13. [2]) Cap. 14. [3]) II. Reg. 17, 6. IV. V. [4]) Sixtus Senensis, liothecae s. l. I. ed. Par. 1610. p. 21. Serarius, Comm. in s. b. l. Tobiae, ith, Esther, Machabaeorum. Latet Par. 1611. p. 2. Huetius, dem. ev. prop. rta. ed. c. p. 229. C. Sanctius, in l. Tobiae. Comm. Lugd. 1627. pag. 140. nelius a Lap., Comm. ed. Antv. 1669. p. 50. Calmetus, Comm. Tom. V. e. c. l., opus in captivitate assyriaca conscriptum habent. Estius, — quocum facit ite. p. 83. — praefatiuncula annot. praefixa. p. 135. scriptum fuisse opinatur post tum e captivitate babylonica. Goldhagen, Introd. II, 128. Bezange, Introd. 128. Smits, L. Tobiae elucidatus. Antv. 1750. prol. p. 6. sic statuendum sunt: Primo senior et iunior Tobias totam hanc historiam descripserunt, et dem monimenta posteris reliquerunt. Ex his monimentis duo diversa a diis compilata sunt excerpta; brevius unum, alterum prolixius. Priori noster rpres usus est; posteriori graecus. Jansens, Herm. s. p. 151. et Ackermann, od. p. 354. contendunt vix ante a. 200—150. a. C. scriptum. Scholz, Einleit. 563. Fritzsche, Die Bücher Tobi und Judith. Leipz. 1853. p. 16. tempore erii graeco-macedonici. F. H. Reuschio, Das Buch Tobias. Freiburg. 1857. IV. prol. et Lehrbuch d. E. p. 128. videtur, aetatem libri plane non posse rminari.

... asseratur. c. Nec vestigium ullum prodit auctorem machabaeorum vixisse tempora. Denique d. quia tota historiarum Tobiae ... chaldaice erat scripta [1]. Non displicet sumere auctorem ... fuisse, qui sive scriniis antiquioribus, sive traditione ... usus est. Movet ad hanc assertionem: narrationis contextus, ... ratio. Hoc ipsum animadversiones dogmatici, topographici ... chronologici tenoris evincunt [2]. Tobiae vocatur hic liber, quia historias Tobiae continet [3]. Nullum de facto huius Libri originale amplius superesse, dubitat nemo: solae nobis restant versiones. Archetypum chaldaicum fuisse docet s. Hieronymus, qui illud hebraice sibi redditum, a quodam utriusque linguae perito, latine vertendum suscepit [4]. Sane phrasis Hebraismis aut Chaldaismis copiosis tincta, comprobat volumen hoc fuisse exaratum hebraice, vel chaldaice [5]. Optimo itaque consilio, immane quantum discrepantibus antiquae Latinae translationibus, s. Hieronymus Ecclesiam puriori et planiori textu donavit [6]. Versio ista simplicissima est omnium, et prae ceteris perspicua; immunis a naevis quibus

[1]) Neque argumenta illorum, qui Tobiam utrumque auctorem putant aliter existimare nos cogunt. Omnium minime C. 12, 20.; quia laudata Raphaelis verba non iubent, ut haec omnia scriptis mandentur: sed ut hoc Dei singulare beneficium commendent et laudent. Neque meo iudicio reliqua e codice graeco et hebraica interpretatione sumta plus habent auctoritatis, et nullatenus sufficiunt, ut nos a fide Vulgatae translationis abducant. Sed nec inscriptio Tobiae in fronte libri maioris est momenti, quam illa l. l. Josue, Ruth, Esther, Judith, de quorum auctoribus pariter nihil certi constat. At vero fateor, rationes istae nullam afferunt necessitatem credendi, neque certam faciunt de aetate huius libri sententiam. [2]) Vide 1, 10. 2, 18. 4, 5. 6. 7. 14. 8, 3. 11, 1. 12, 8. [3]) Sic iam auctor Synops. eos n. 44. p. 170. [4]) Haec scribit ad Chromatium et Heliodorum. „Mirari non desino exactionis vestrae instantiam: exigitis enim, ut librum chaldaeo sermone conscriptum ad latinum stylum traham.“ [5]) Ita ipse de Wette censet. Einl. p. 410. [6]) S. Hieronymus inquam; hunc enim Vulgatae nostrae esse interpretem, tum dictio et transferendi modus, quem ubivis in aliis a se translatis libris cernere est, cum praefixa in omnibus vetustis exemplaribus indicat convincitque praefatio. Dubium porro non est ea fide translationem hanc expressam esse, qua, dum alios Libros reddidit, s. Doctorem usum esse cernimus. Quanquam chaldaeum haud adeo perfecte illo tempore calleret, ut eam solus perficeret; minime tamen dubitandum, quin ea illius notitia imbutus fuerit, quae transferentem a circumventione caveret. Librarii ergo accedente adiutorio, unius diei laborem in reddendo hunc Librum arripuit s. Doctor et perfecit; quod sane minus mirandum est, quam quod tres duntaxat dies tribus Salomonicis impenderit.

caeterae editiones obnoxiae sunt[1]. Vetustissima versio graeca – qua et veteri Latina ad illam accurata usos esse videmus s. Patres graecos et latinos s. Hieronymo vetustiores non minus, quam illa, quae in codice Friderico-Augustano[2] deprehenditur[3], – additionibus suis monstrat, translatori eiusdem fidem et accurationem defuisse[4]. Variae editiones hebraicae[5], quae hodie exstant, non referunt illam linguam, qua ab Hagiographo scriptus est Tobias[6]. Sunt versiones post J. Christi nativitatem e graeco vel latino factae, ab utroque quandoque divagantes; quae porro[7] superest versio syriaca, cum editione graeca propius, quam cum latina, convenit[8]. Mansit – non obstante eo, quod deperditus sit textus originalis – Libro Tobiae semper, et rata fuit, divina auctoritas. Tobiam velut Opus divinum et a Spiritu s. dictatum laudant S. S. Patres et Scriptores ecclesiastici[9]. Nunc ad extremum examinemus, num liber Tobiae narrationem fictam, piam tamen et dirigendis moribus aptam, an autem veram exhibeat? Certo verae historiae sunt, quas l. Tobiae profert. Nec sane nisi verarum historiarum colorem exhibet totius narrationis series; nominat tempora, loca, personas

---

[1]) Cf. Smits, prol. p. 26. s. [2]) Ed. Tischendorf Lips. 1846. [3]) Iudice Reuschio, l. c. p. XIX. s. [4]) Cf. Smits, prol. p. 12. s. 22. s. [5]) Post Constantinopolitanam 1517. — estque editio rarissima addit Le Long II, 20. — a P. Fagio Ienae 1842. et illa J. Münsteri Basil. 1542. publici iuris factae quae inveniuntur etiam in Polyglottis Londinensibus. IV, 35. s. Cf. J. Le Long, Bibl. s. ed. And. G. Masch. Halae. 1781. II. 1. p. 19. [6]) Graecismi enim ait Fabricius, Bibl. gr. III, ed. Harless. Hamb. 1793. p. 738. s. in heb. ed. Munsteri occurrentes documento sunt, ex graeco conversam esse. Nec dubitat idem pronuntiare de editione P. Fagii, quae caeterum exactior et castigatior esse creditur. [7]) In anglicanis Polyglottis [8]) Vide Reusch, l. c. p. XXX. Vetus Itala, olim ante s. Hieronymum obtinens integra edita est a Sabatier, Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae. Par. 1751. I, 709. s. In multis a LXX interpretibus dissentit, plura praeterit quae in illa habentur, plura addit ex Cod. F. Aug. modo enim narrationis series contractior, modo prolixior exhibetur. Praeter iam laudatos interpretes plura l. Tobiae spectantia dabunt: Ilgen, Die Geschichte Tobi's nach drei Originalien. Jena. 1800. p. CXLVI. seq. Welte, Einl. III, 72. s. [9]) Sic s. Polycarpus, ep. ad Philipp. X. p. 271. s. Cyprianus, testim. I, 20. III, 1. 6. 62. p. 27. 62. 68. 92. l. de opere et eleemos. 2. p. 226. et in aliis non semel Tobiam tanquam divinum opus et s. dictante Spiritu exaratum laudat. S. Ambrosius, librum integrum de Tobia scripsit. I, 601–622. hoc volumen vocat propheticum, et Tobiam coll. 13, 20. s. prophetam. S. Hilarius, tractatu in Ps. 129. ed. c. pag. 494. S. Chrysostomus, hom. XIII. in ep. ad Hebr. cap. VII. Oper. XII, 136. S. Augustinus, l. II de doctrina christ. c. 8. e. c. p. 38. Origenes, contra Celsum V, 19. XIX, 196.

et acta. Quae omnia si ficta essent et non vera, Liber hic excusari non posset a fuco, sed nec a mendacio [1]. Liber Tobiae ad omnem vitae fortunam utilissimus est, utpote qui [2] maximis vitae moralis et exemplis abundet et monitis [3].

[1] Inquit Cornelius a Lapide. pag. 59. Absurda quaedam in nostro libro [illegible] cavillantur acatholici, omnium impudentissime P. F. Keerl, Die Apocryphenfrage Leipz. 1855. p. 203. s.; at quod ipsi temere sumunt, probare nunquam [illegible], et quae obiiciunt pridem iam solverunt Theologi nostri: Cornelius [illegible] Serarius, Calmetus, Estius, Smits, prol. p. 38—92. Goldhagen, Introd. [illegible] 151 Vincenzi, Sess. IV. conc. Trid. vind. Rom. 1844. III. 2. seq. [illegible] Reusch, l. c. et Tübinger Quartalsch. 1856. p. 422. s. 1858. p 318. s. [illegible] et prodigiosa quaedam, cuiusmodi in his historiis occurrunt, fabu[illegible] enumerandi opus aliquod essent ratio, quis rogo Liber s. historicus ha[illegible] Ut loquitur V. Beda, in l. F. expos. alleg. Op. IV. 438. [illegible] *Israelitas non ex iis rudibus, atque secundum car*[illegible] *S. S.* [illegible] *veluti in tabula imaginem exhibet: sed veros e*[illegible] *Nihil purius eorum disciplina: nihil excellentius, quam eorum* [illegible] *Fideles in regione perversa; inter fratres corruptos sine* [illegible] *constantes et immobiles. Non mala, quae plurima et* [illegible] *consequuntur, non paupertatis et coecitatis horror; non* [illegible] *non principis metus unquam labefactare potuere* [illegible] *fortitudinem. Junior Tobias, dignus optimi* [illegible] *ex iis, quae didicerat, praeceptis, atque e do*[illegible] *Quid plura? exhibentur specimina: Zeli* [illegible] *in gubernandis iustis, exquisitissimae* [illegible] Cf. 2. 21. 3. 22. 4. 6. 9. 14. 16. 17. 22. 23. [illegible] Matth. 7. 12. Luc. 6. 31. 14. 12. Rom. 8. 17. Testimonia acatholicorum, [illegible] damnandam suorum in explodendo hoc libro [illegible] collegit ex nostris Serarius. l. c. p. 7., ex heterodoxis [illegible] Cf. etiam Ewald, Gesch. III. 2. 237.

CAPUT TERTIUM

HISTORIAS REGNI JUDAICI AB 967—586. A. C. ENARRAT.

§. 106. Regni iudaici civilis et religiosa conditio.

Ambitus regni iudaici non tantus fuit, ac regni Israelis; teram fere solummodo partem regni paterni [1] sub imperio Roboamus tinuit. Incolarum attamen frequentia fere simile erat regno israeliso [2]. Sed quod exstitit praecipuum, in huius Regni finibus caput erat totius regni, in eoque inveniebatur sacrarium universo populo mmune. Huc omnes confluere solebant religiosi incolae Palaeinae ad festa maiora celebranda; et cum civitas hebraica in ligione fundata esset, templum et metropolis regno iudaico aris erant, quam multae insuper aliae tribus. Politia huius gni quoad regimen fuit, ut olim institutum, optimo moderamine t temperamento, utpote sub Theocratia Jehovae, insigne. Summa terum apud reges, praeterquam quod essent vicarii Dei, in ipsis ellis, iudiciis, aliisque negotiis potestas. Ut in regno Israel epe, sic in regno Judae aliquando contigerunt regicidia; haec men non impedivere, quominus in prosapia Davidis successio

[1]) Referebatur ad regnum Judae praeter portiones tribuum Juda et Benmin, maxima pars etiam Simeonitarum. II. Par. 15, 8. 9. et nonnullae Danitarum bes. II. Par. 11, 10. coll. Jos. 19, 41. 42. Cf. p. XLVI. XLVII. [2]) Praesertim m huic accessissent Levitae, quorum cordatiores omnes ad Judaeos se conerunt, et copiosi Israelitae, qui cum religionis causa, tum propter perpetuos multus in regnum iudaicum se receperunt. III. Reg. 12, 24. s. II. Par. 11, 3. 17. 15, 8. 9. Denique Philisthaeorum terram natura fecerat iam partem regni aici. Idumaeorum sedes montibus quidem seiriticis separata fuit, sed regni dae possessiones etiam magnam Arabiae petreae partem complectebantur.

...maneret. Religio sub regibus Judae iuxta prae... ...exercenda fuit, attamen excelsa, in quibus sacr... ...tabantur etiam sub piis regibus. Obtinuit quoqu... ...ere idololatria, a Prophetis adeo damnata. Han... ...: impii mores, in quos sine intermissione detona... ...ates; nec tamen auditi, ut decuit. Et quo magis fe... ...supplicii dies, eo magis impietas cum gentilismo inva... ...eneratim res Judaeorum et civiles et religiosae post obitum ...onis factamque per Jeroboamum secessionem plurimum va... ...ant. Quantum regum exemplum ad agendum in utramque partem ...rum valuerit, nullo sane clariori exemplo, quam populi in... ...i docemur. Pronus enim in idololatriam populus uno regum[1] ...nquam froeno continebatur, quo semel sive pravo eorundem ...exemplo, sive indulgentia quadam et dissimulatione laxato, effus... in idololatriam cursu proruerunt. Suscitavit quidem Deus identidem reges pios et religiosos, qui pro sua pietate et munere res religionis curarent et idololatriam abolerent, sicuti etiam prophetas qui minis, adhortationibus, auctoritate habenas reducerent. Sed illis fato functis, maiori studio populus ad priora convolavit; ut sub impio rege compensatum, quod sub pio detractum esset. Hinc status regni plerumque fuit belli; fuere quoque populo saepius immissae coelitus plagae, quae signa erant irae divinae. Tandem vero etiam istius regni cives ad eum gradum irreligionis pervenerunt, ut criminibus suis extrema supplicia in se inducerent.

§. 107. Reges tres priores, Roboam, Abiam et Asa.

E regno scisso perniciosa principum aemulatio orta est, qua alter alterum evertere conabatur, odiumque infestissimum brevi in bellum intestinum erupturum videbatur. Roboam[2] sibi regnoque consulturus, numerosissimo exercitu coacto, decem tribus reducere ad officium moliebatur; cum ecce Deus per prophetam Semeiam cladem avertit; ita sibi visum asserens, ut duo iam regna fierent, quo sic potestatis decremento Davidicae familiae crimina castigarentur[3]. Morem rex gessit promtum, deductoque

[1]) Quorum ab anno 967 usque 586 ante Christum universim viginti regnarunt. [2]) רְחַבְעָם, 967—951. a. C. III. Reg. 14, 21. [3]) III. Reg. 12, 21—24. II. Par. 11, 1—4.

ad alia studio, ditionis suae urbes propugnaculis munivit, congestaque armorum et annonae copia, illis filios suos praefecit. Ad eum ex omni regione Israelitarum confluxerunt sacerdotes et Levitae, atque quotquot vel cura religionis, vel offensio tyrranidis Jeroboami tangebat, quibus hospitium praebuit. Auctae inde non mediocriter regni eius vires. Videbantur bona initia, et tribus annis regno cum laude praefuit. Anno autem quarto, quae initio bona erant, pessima evaserunt; quippe primum ipse rex cultum verum negligere coepit [1], deinde rege praeeunte etiam populus in idololatriam prolapsus, atque in omnem libidinem effusus est. Quam perfidiam ulcisci Deus non distulit [2]. Quinto anno post susceptum a Roboamo imperium, Sesacus Aegypti rex a Jeroboamo cliente olim suo ad inferenda Judaeis arma instigatus, cum maximo exercitu Judaeam late vastavit, captis quas adeo Roboamus munierat urbibus. Postremo Hierosolymis potitus, ne templi quidem thesauris abstinuit [3]; gravia insuper tributa imperavit. Nec tamen hac Judaeorum clade effectum est, ut Jeroboamus armis fieret superior; imo bellum perpetuo gestum, donec Roboamus vixit, nullum habuit memorabilem eventum. Roboamo, sceleribus suis immortuo, successit Abiam [4]. Jeroboamus, fatis functo Roboamo, arbitrabatur tempus adesse opportunum, quo Judaeos bello aegyptio vehementer afflictos debellaret; accedebat cogitatio, iuvenem iam regno praeesse. Abiam, cum legi divinae adhuc adhaereret, Deique confisus auxilio Israelitas propulit et maxima clade ad internecionem usque fere affecit [5]. Sed vir bello acer Domino victoriae auctori gratiarum vice refudit impietatem. Obiit cum annis modo tribus regnasset. Post Abiam regnum obtinuit Asa [6], avo fortior, patre melior. Regno feliciter praefuit et rem prudenter gessit [7]. Deo sincere addictus cultum publicum repurgavit; lucos, sacella, et imagines idolorum ex omni Judaea removit [8]. Eo animo regnum nactus decem annorum tranquillitate beavit, etiam permansura, ni Aethiopes de Judaea armis invadenda consilium cepissent. Asa divina manu adiutus,

---

[1]) Quare inter impios reges in S. S. censetur. [2]) Ut posteris documento foret, Judaeos talem semper Deum expertos, qualem ipsi seu fide, seu perfidia merebantur. [3]) III. Reg. 14, 25. 26. II. Par. 12, 2—9. Ablatis in specie clypeis, quos Salomon ex auro procudi curavit; pro quibus Roboamus aeneos subsituit, Templum adeunti a scutigeris praeferendum. III. Reg. 14, 27. 28. [4]) אֲבִיָּם. 950—948. a. C. [5]) III. Reg. 15, 7. II. Par. 13, 2—22. urbes quoque aliquas Samariae cum villis ad eas spectantibus in suam potestatem redegit. [6]) אָסָא. [7]) Ab a. 948—908. a. C. [8]) II. Par. 14, 3. s. Subvertit specum turpissimis sacris consecratam; non matrem superstitiosam et pervicacem prae religionis reverentia moratus. II. Par. 15, 16.

in praemium religionis instauratae, Zerae regis Aethiopiae copias [1], qua vis exercitui multo minori imperaret, ad internecionem usque delevit Asae revertenti propheta Azarias obvius gratulatus est, quod Dei poti favore, quam armis fretus hostes aggressus sit, et ipsum, ut in recto vit instituto strenue pergeret, admonuit. Asa beneficii memor quidquid adh superaerat superstitionis et idololatriae penitus exstirpare adnisus est [3]. N quid gratitudinis deesset, spolia omnia, quae ab hostibus retulerat, templi aerarium intulit [4]. Plurimi ex regno Israelis piorum ad eius diti nes se receperunt. Summam prosperitatem hanc invidit Baasa rex Israeli quamobrem ad impediendum suorum in Judaeam commeatum, Rama occupat et munire aggreditur, validum impositurus praesidium, qu Hierosolymas continua quasi obsidione premeret [5]. Asa non parum a ipso degeneravit, dum Deo diffisus contra haec molimina op Benadadi regis Syriae imploravit, et sacro templi auro mercatus e Ignavum hoc et pessimo exemplo susceptum consilium [6] libero sermo vatis Hanani graviter reprehensum est. Correptiones non tulit rex, s iniectis vinculis minaces voces prophetae compescere ausus est. Benadad praesente lucro, et spe ampliora armis consequendi permotus haud cu ctanter annuit, ac, non denunciato bello, conterminas Israelitarum regione propugnatoribus nudatas, invadit et ferro flammaque pervastat [7]. Baa se consociatis Syrorum Judaeorumque opibus nequaquam parem ratu a coeptis destitit Ramamque reliquit [8]. Sed ab eo tempore Asa pedu languore afflictus, qui prophetae pedes vinculis arctaverat, didicit nemine impune monita Dei contemnere posse. Cui morbo sublevando evoca medici, cum nihil proficerent, demum infirmitate confectus obiit [9].

---

[1]) Millies mille hominum et trecentorum curruum. [2]) II Par. 14, 9. Ph listhaeorum, qui auxilium Aethiopibus praebuisse videntur, urbem Gerar — vid p. LXIII. — captam devastavit et de urbis eiusque vicinitatis incolis vindicta sumsit. II. Par. 14, 13. [3]) III. Reg. 15, 11—14. II. Par. 15, 2. s. [4]) Im Maachae aviae, quod turpe simulacrum in saltu adorandum exposuisset, aula interdixit, statua ipsa flammis tradita [5]) III. Reg. 15, 17. [6]) Quo divina auxili humanis se posthabere significavit. [7]) III. Reg. 15, 20. II. Par. 16, 1. seq [8]) Judaei protinus hostium opera demoliuntur, materiamque in ea adhibitam, a muniendas suas urbes, Ephraimi finibus propinquas, Gabaam Masphamque conver tunt. [9]) Anno regni quadragesimo primo. II. Par. 16, 13.

§. 108. Reges quinque sequentes: Josaphat, Joram, Ochozias, Joas et Amasias.

Asa regni haeredem reliquit Josaphatum [1], principem religiosimum, patrem pietate, zelo et virtute supergressum; qui instauidae religioni totus incubuit. Nihil firmum in regno suo ratus, ni iectis, quae supererant, idolis, populum ad verum Dei cultum reduet. Conceptam a teneris pietatem non modo regiminis sui principio ie se tulit; sed in ea toto vitae decursu mirum quantum profecit. ioque [2] Deus, eius zelo gratificaturus, ipsum pace et felicitate beatum ue potentia vicinis gentibus formidabilem fecit [3]. Dum religioni omnes s curas consecraret, Moabitae et Ammonitae, collatis cum Seiritis ue Idumaeis, Judaeorum imperium aegre ferentibus, viribus, cum exercitu ent in engaddaeo tractu [4]. Rex coelestibus armis intentus, solenne inium indicit; inde fusis ad Deum precibus, fide magis, quam armis riosam retulit victoriam [5]. Posthaec classem instruxit, quae Ophiram petendum aurum iret. Irrito conatu, neque lucrum tenuit, neque cursum, a in ipso sinus arabici portu classis illa naufragium fecisset; Deo haec dirigente, quod Ochoziam regem Israelis invitus licet in navigationis ietatem recepisset. Adeo displicet Domino piorum cum improbis ietas [6]! Vitam suam, vir fortitudine et virtute insignis, finiit pie, hoc i infelix, quod affinitatem et foedus cum impiis regibus Israelis, habo et Ochozia inierit. Josaphati filius Joram [7] paterna institutione iecta, Athaliam, filiam Jezabelis, foeminam ex asse nequam, omnis ietatis habuit magistram. Mox a suscepto regno fratres suos et nonlos principes [8] e medio sustulit, excelsa a patre diruta, restituit,

---

[1]) יְהוֹשָׁפָט rex ab anno 908—884. a. C. [2]) Coll. II. Par. 17, 3. [3]) Philisthaei Arabes ei tributum pependere. II. Par. 16, 10. 11. [4]) V. p. LXII. [5]) Rex iens cantores constituit, qui ritu in sacris recepto praecederent milites et erent: laudate Deum nam aeterna est eius benignitas! Simul illi smodi hymnos cantare inceperant, fecit Dominus ut insidiae Suritarum, quae aeos aggredi debebant, Ammonitas et Moabitas invaderent et caederent. Tum monitae et Moabitae suspicati Idumaeos ad Judaeos defecisse, eos funditus liderunt; quibus confectis, mutuo sese illi conciderunt. Judaeis facilis vica; superstites trucidant, mortuos spoliant, tres dies consumserunt in spoliis igendis, quoniam ingens eorum erat copia. Josaphatus cum exercitu spoliis sto quarto die psalteriis, citharis tubisque praecinentibus, triumphantis ritu, rosolymas ingreditur. Victor in templo gratias agit. II. Par, 20, 1—28. [6]) III. g. 22, 49. s. II. Par. 20, 35—37. [7]) יְהוֹרָם ab a. 884—877. III. Reg. 22, IV. Reg. 1, 17. 8, 16—24. II. Par. 21, 2—10. [8]) Patris sui consiliarios.

idola, quae deiecit erexit, omnisque idololatriae fautor fuit cum perse cutione piorum [1]. Tantam impietatem Deus inultam non reliquit. Ab ips in poenam ex una parte Lobna [2], ex altera parte Idumaei Judaeorum iugum ferre recusantes defecerunt [3]. Posthaec Philisthaei et Arabes Aethiopibus vicini, facta in Judaeam irruptione, regiam ipsam expilarunt regis quoque uxores, omnesque filios [4] interfecerunt [5]. Sed iis omnibus nihil ad pessimi hominis emendationem proficientibus, lentae tabi cru ciandus traditur. Ex intestinis laborare incepit, quo morbo periit, a ne mine desideratus [6]. Ochozias [7] patri succedens rem in imperio stoli dissime gessit [8]. Jorami regis Israelis in bello socius, post infaustum expeditionis exitum, cum Joramum Jezrahele aegrotantem visitatum abiisset a Jehu percussore stirpis Achabicae, occiditur [9]. Thronum filii mort vacuum occupavit Athalia [10], piorum imprimis atrox adversaria [11], quae omn genus regium exstinxit. Unicus ex hac caede evasit Joas [12] anniculu puer, — quem immani crudelitati aviae subduxit Josabeth regis Jorami filia soror Ochoziae eademque uxor summi pontificis Joiadae — qui in secreti Templi aedibus absconditus et educatus est. Regnavit interea pessim Athalia, gementibus omnibus, donec paratis viribus haeres puerulus Joa septennis paternum in solium applaudente populo restitutus esset [13]. Tu vero cum novo rege coepit religio revirescere, Templum magnis sumtibu reparatum, exornatum et pristino nitori restitutum [14]. Sed haec fiebant quoad Joiada, qui principem optimis consiliis regebat superstes fuit; e eo vita functo, aulicorum adulatione delinitus Joas idola [15] coluit, e

---

[1]) Unde scripto quodam Eliae prophetae ad ipsum perlato, acerbe repre henditur et severissima divina vindicta illi annunciatur. II. Par. 21, 12. [2]) Urb Judaeae potentissima et admodum munita. Jos. 10, 29. 12, 15. IV. Reg. 8, 2 12, 15. [3]) II. Par. 21, 8. s. Processit quidem contra eos cum ducibus suis curribus, magnamque inter eos stragem edidit; nec tamen eos ad officium redegi [4]) Solo natu minimo excepto. [5]) II. Par. 21, 17. [6]) In eius funere nulla in censa fuere aromata, uti in funeribus maiorum eius fiebat. II. Par. 21, 18—2 [7]) אֲחַזְיָהוּ, 877. a. C. [8]) Paternam maternamque impietatem imitatus. [9]) A eodem ipsius consanguinei quoque interfecti sunt. IV. Reg. 9, 27—29. II. Par. 2 1—9. [10]) 877—871. a. C. [11]) II. Par. 22, 10. s [12]) יְהוֹאָשׁ et יוֹאָשׁ, 871—83 a. C. [13]) Rex puer custodia septus in Templum ducitur, ornamentis regiis in dutus, legisque divinae volumen manu tenens inungitur. Athalia ad templum ubi haec gerebantur advolavit; hic vidit regem pro more stantem ad columnam et circa eum duces et tibicines; populum vero omnem iubilantem, tubis clangen tem et instrumentis musicis canentem cum horum carminum peritis. Mox vesti suas dilacerat atque clamando: coniuratio, coniuratio! aufugit; sed extra tem plum apprehensa, ut merita erat, interfecta est. II. Par. 23, 1—15. [14]) II. Par. 23, 16. s. 24, 1. s. [15]) Baalis, Astarthae, ceterorumque.

filium Joiadae, cui vitam et regnum debebat, impiis eius mo-
dversantem, in ipso templi vestibulo lapidibus obrui fecit. Ob
ina a Syris bello visitatus est [1]. Amasias [2] Joasi filius
irmavit regnum et administravit [3]. Parato valido exercitu, — ad
litas mercede conduxit, quos tamen per prophetam ignotum
nisit — Idumaeos adgressus est, quos et devicit in valle salis,
›ppidum firmissimum Petram, seu Selam, expugnavit [4]; capti-
[5] multos de rupe praecipites egit. Mox prosperis rebus elatus,
am Idumaeos arctius cum Judaeis coniungere studens, Idumaeo-
ıter devictorum spolia abduxit, eademque, ut prosperitatis fierent
:olere non erubuit [6]. Prophetae rectiora edocenti morem non
ideo pernicie sua experiri debuit imbecilliores esse Idumaeorum
ı ut cultorem suum a ruina tueri queant [7].

§. 109. Propheta Joel.

em pene tempore — sub Joaso — claruisse creditur Joel [8],
x inscriptione prophetiae nihil aliud constat, nisi quod

'avissima proelia commissa sunt inter eum et Hazaelem Syrum; per-
pes viri Judaeorum caedebantur et ipse rex vulneratus est. Hierosoly-
ıs pergunt urbemque obsidione clausissent, nisi Joas pacem iniisset,
ti mulcta, qua totus fere templi thesaurus consumebatur; hac ratione
ederent persvasit. II. Par. 24, 17. s. Postquam discesserant, coniu-
ım aulici quidam propter caedem in filio Joiadae commissam. Joas
ipsis trucidatus est. IV. Reg. 12, 20. 21. ²) אֲמַצְיָה, promiscue
ım Deus roboravit, regnavit 832—804. a. C. IV. Reg 12, 21. II. Par.
Patris sui percussores eiusque caedis conscios e medio sustulit; at
ım ignovit, haud immemor legis mosaicae, quae liberos parentum
e vetat. II. Par. 25, 2. 3. ⁴) II. Par. 25, 11. 12. ⁵) Quocum Judaei
cem millia. ⁶) II. Par. 25, 14. s. ⁷) Nupera de Idumaeis victoria
ıum regem Israelis magna temeritate ad bellum provocavit, posthabita
Joasi, qua per suos legatos ei hunc in modum respondit: carduus
ad cedrum libani atque ab eo postulavit, ut suam filiam ipsius filio
ıtrimonium; sed fera libani forte praeteriens conculcavit carduum. Tu
:oriam de Idumaeis elatus te iactas. Iam domi mane; quid malum
cadas tu et Judaei tecum. Collatis signis, magno cum detrimento
Templi et populi superatus, Hierosolymas captivus abducebatur,
Joasus diruit. Idem templum et quidquid in thesauris regiis esset ex-
ec nisi obsidibus datis, magna praeda onustus Samariam reversus est.
ım cladem Amasias omnibus invisus, cum metu coniuratorum Hiero-
hisam fugeret, a suis necatus est. II. Par. 25, 17—28. Ita perfidiam
igionis alia perfidia plexit. ⁸) יוֹאֵל, Jehova est Deus. V. Simonis,
517.

fuerit filius Bethuelis [1]. Prophetiae suae auctorem fuisse cu tota antiquitate s. Petrus testatur [2]. Joelem Amoso vet stiorem fuisse communiore traditur sententia [3]. Ante Amosum eu vaticinatum esse docet α. Joelis 3, 16. [4] coll. Amosi 1, 2. [5], laudat commate Amosus inde suam prophetiam auspicatus est, quo Jo suam concluserat. β. Amosus 5, 18. [6] increpat coaevos suos pr fanos, qui Joelis vaticinium 2, 1. 11. de magno et illustr die Domini [7] cum contemtu et irrisione exceperant [8]. Suffragium fert γ. Locus Joeli in Canone assignatus ante Amosum. Han aetatem Joelis his insuper argumentis tueri licebit. a. Prophetae dum erat in describendis gravissimis iudiciis, quibus Deu

1) Traditio eum ex agro Bethor in tribu Ephraim oriundum facit. Memoria eius in martyrologio romano 13. Julii recensetur. 2) Act. 2, 16. 17. 3) Haec quam C. A. Credner, Der Prophet Joel. Halle. 1831. p. 41—52. proposuit et quam plurimi abhinc sequuti sunt interpretes; (uti Krahmer: de Joelis prophetae aetate. Gott. 1833. Jäger, l. c. p. 49. Ewald, l. c. I, 68. Welte, Einl. III, 111. Umbreit, l. c. p. 102. 103. E. Meier, Der Prophet Joel, übersetzt und erklärt. Tübingen. 1841. p. 15—20. Baur, Amos. pag. 60. Hitzig, Die zwölf kleinen Propheten. ed. 2, 1852. p. 65. Delitzsch, in Rudelbach und Guerike's Zeitschr. 1851. p. 306. Keil, Einl. p. 325. Auberlen, in Herzogs R. E. VI, 720.) videtur si non omnibus exceptionibus potior, ad veritatem tamen proxime accedens. Praeter hanc, plurimorum calculo comprobata est opinio Campegii Vitringae (in typo doct. proph. ed. Leov. 1716. p. 34. Quam suam fecerunt: Carpzov, Introd. III, 310. Coeln, de proph. Joelis aetate. Marburgi. 1811. E. F. C. Rosenmüller, Prophetae minores. ed. II. 1827. I, 424. s. Holzhausen, Die Weissagung des Propheten Joel, 1829. p. 20. de Wette, Einl. p. 317. Hävernick, Einl. II, 2. p. 302. Schegg, Die kleinen Propheten. Regensburg. 1854. I, 172. Hengstenberg, Christologie. I, 331. s. Reinke, Die mess. Weiss. III, 129. s.) qui Joelem eodem tempore cum Amoso vixisse et paulo ante illum regnante Ozia prophetiam suam edidisse posuit. At magno iudicio Movers, Kritische Untersuchungen über die biblische Chronik. p. 119. s. rationes ex argumento Joelis produxit, quae obstant tempori Oziae, et sibi vindicant aevum ante Amasiam. Cf. Joelis. 4, 4. 7. 19. 21. coll. IV. Reg. 14, 7. Ose. 14, 4. Amos. 9, 12. II. Par. 26, 8. Sane ne minima quidem mentio eorum, quae tum temporis fiebant, in Joele facta est. 4) Dominus de Sion rugiet et de Jerusalem dabit vocem suam. 5) Dominus de Sion rugiet et de Jerusalem dabit vocem suam. 6) Vae desiderantibus diem Domini ad quid eam vobis? Dies Domini ista, tenebrae et non lux. 7) Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terrae, quia venit dies Domini, quia „prope“ est. 8) Videantur etiam ll. Joel. 1, 2. Amos. 3, 1. Joel. 1, 8. Amos. 1, 2. Joel. 1, 11. Amos. 5, 16. Joel 1, 20. Amos. 7, 4. Joel. 2, 10. Amos. 8, 8. Joel. 2, 32. Amos. 9, 12. Joel. 3, 18. Amos. 9, 13. plus minus paralleli. Cf. G. F. Jäger, Ueber das Zeitalter Obadias. Tüb. 1837. p. 46. 47.

post effusionem Spiritus sancti hostes Ecclesiae extremo tempore prosternet ob iniurias eidem illatas, obversantur animo iniuriae, quibus populus Judaeae, pars Ecclesiae universalis, suo et proximo tempore afficiebatur [1], quos inter Tyrii, Idumaei, Philisthaei et Aegyptii solum occurrunt; Assyriorum et Syrorum nulla facta mentione, ad quos proinde in transitu orationem suam vertit denuntians illis nomine Dei, ipsos quoque non abituros impunitos. – b. Quod, quo tempore Joel vaticinatus est, sacra apud Judaeos suo adhuc steterint ordine [2] et tantum absit, ut coaevos reprehendat ob defectionem a Deo; laetiora ut etiam tempora cum maxima omnium rerum ubertate iis polliceatur. c. Exquisita dictionis puritas, elegantes et sublimes rerum descriptiones, orationis poëticae vis quoque svadet, ut eum Amoso posteriorem non habeamus [3]. Occasionem ipsius vaticiniis praebuit locustarum in Judaeam infusio, siccitas, annonae caritas atque penuria. Hinc c. c. 1–2, 18. [4] totus in eo est: ut acri descriptione prosequatur infelicem Judaeae per quatuor species locustarum [5] sese insequentium vastationem, veluti exercitus obsidentis urbes aedesque ipsas; tum famem aestu solis et bruchorum calamitate inductam [6]. Post plagae instantis repetitionem officia salutaria clare proponit Judaeis additis motivis; gravissima adhortatione ad resipiscentiam monet populum, quo facto Deus ipsis propitius futurus sit [7]. Divinae providentiae iussu ventorum turbine excussum est in Judam malum, quod acerbitate sua ad poenitentiam populum ducens, id tandem effecit, ut, calamitate pulsa, largior bonorum imber arva perfunderet. 19–27. Erat autem ab agris et arboribus adeo amplus iam futurus proventus, ut areae omnium rerum abundantia replerentur [8]. Quanquam

[1]) Cf. 3, 4. 6. 19. [2]) 2, 15. 16. 17. [3]) Cf. Lowth, l. c. p. 432. Umbreit, l. c. p. 99. [4]) Capita complectitur Joel tria in Vulgata; nam textus originalis c. 3. exorditur, ubi Vulgata habet v. 28. c. II. et caput tertium, quartum facit. [5]) Locustas 2, 4. s. graphice pingit a robore insolito, saevitia invincibili, velocitate maxima, tumultu denique terribili. [6]) Sicut mediatores sunt prophetae inter Deum et populum, ita ad utrumque sermo eorum dirigitur. Ad Deum quidem, ut iram avertat et gratiam conferat; ad populum, ut peccata sua agnoscat et convertatur ad resipiscentiam. [7]) Quemadmodum Deus mala immittit populo suo, sic idem ipse bonorum ei collatorum auctor est. [8]) Haec omnia ipsa Joelis aetate eodemque spectante contigerunt. Quaeritur de locustis, quas Joel

corporalia beneficia Deus pietatis studio iungit, tamen potiora et sublimiora sunt spiritualia, ad quae versus propheta promittit adventum Christi, qui Spiritum sanctum [2] in suos fideles effundet [3] Inde transit 2. v. 30–32. ad secundum Christi adventum eiusque signa praevia enarrat [4]: diem Domini, diem ultionis, a Salvatore [5] in valle Josaphat exigendae, praedicit, qui impios damnabit, pios vero ad aeternas sedes ducet, quarum sedium delicias, gloriam, felicitatem sub typo urbis Hierosolymarum pingit [6].

§. 110. Reges Ozias, Joatham, Achaz et Ezechias.

Occiso Amasia paterni regni haeres fuit Ozias [7]. Erat is adolescens annorum sexdecem, aetate et ingenio gratus. Prima illi fortuna fuit,

describit, sint ne proprie intelligendae, an vero tantum sint figurae hostium? Malum hoc historice de praesenti tempore esse intelligendum liquet imprimis ex 2, 2. seq. ubi propheta insecta haec comparat cum equitibus et exercitu hostili. Neque ratio ulla est cur ib. 22. s. beneficia enarrata ad literam sumantur; non item frugum inopia et sterilitas.

[1]) 2, 28. 29. V. t. o. 3, 1. 2. [2]) Post Oeconomiam V. T. [3]) Quod reapse factum esse apparet ex Actor. 2, 14—21. Vetitum est promissi huius, quatenus in Apostolis et viris apostolicis complebatur, fidem vellicare. Quin et longe post Apostolorum tempora, dona extraordinaria Spiritus s. fidelibus concessa esse, legimus in historiis ecclesiasticis. Cf. Reinke, l. c. p. 153. s. [4]) Cap. 3. v. 4. t. o. [5]) Quando tota huius mundi compages solvetur. Matt. 24, 29. Rom. 10, 13. Apoc. 6, 12–14 [6]) Cf. Sap. 5, 21. s. Matth. 13, 39. 41. 24, 51. I. Thess. 4, 16. Apoc. 14, 15 21, 16. 18. 22, 5. Cum enim haec secundum historias nusquam facta fuisse legantur, nisi rem inter angulos forte gestam habere velis, coll. loc. S. S. l. l. ad extremum iudicium cum Estio, ann. p. 270. Cornelio a Lap., ad h. l. p. 238 referendum esse censemus. Sententia a. Calmeti, in Comm. 11, 98. 126., qui credit spectatum his oraculis exercitum Cambysis in valle Jezrahelis castra metatum et subito turbine dispersum! b. Ackermanni, l. c. p. 324., qui in aetatem Machabaeorum cogit, c. Scheggii, l. c. p. 168., qui opinatur Joelem victorias describere de omnibus viribus evolutioni et manuductioni populi electi inimicis, sive naturae sint, sive gentium! non rationibus expugnandae veniunt, sed sola lectione libri Joelis obteruntur. Interim fatemur Joelem per modum exempli produxisse hostes vicinia, fama, et scelere insigniores Ecclesiae sui temporis, qui crudeliter saevierunt in populum electum, spoliando, occidendo, et vendendo Hebraeos, atque ex his partim per synecdochen, partim per metaphoram intelligendas relinquere quasvis gentes et impios, qui Ecclesiam persequuntur. Cf. Reinke, l. c. pag. 182. seq. [7]) עֻזִּיָּה. 804—753. a. C. etiam Azarias, עֲזַרְיָה II Par. 26, 1. coll. IV. Reg. 14, 21. opitulatus est Dominus dictus. Cf. Simonis, Onom. p. 512.

quod iuventutem eius rexerit Zacharias propheta, vir probus et pius, cuius consilia secutus felicissime regnavit [1]. Ab omni idolorum cultu maxime alienus fuit, civiumque etiam suorum animos ad Dei veri cultum excitare studuit; itaque ob pietatis laudem merito omnia prospere cesserunt. Copiis bene instructis Moabitas, Ammonitas, Arabes vicit, Idumaeis eripuit Elath [2], Philisthaeis varia oppida [3]. Cum regiam urbem videret patere praedantium incursibus, moenia restauravit, turres multas struxit [4]; alias quoque urbes munivit, et instrumentis bellicis providit [5]. Sed et pacis artes coluit; agriculturam, et rem pecuariam iuvit et auxit [6]. Ita vero saluti civium, quam optime prospexit, ut etiam, ipso regnante, Judaeorum civitas florentissima, et apud exteros honoratissima esset. In senectute animum ad sui detrimentum extulit; sacerdotis enim officium invadens, sacro ture cum adoleret, nec admonitus ab incepto desistere vellet, subito leprosus factus est. Lepra morbi genus, cum eum hominum societate excluderet, reipublicae gubernaculum filio Joathamo tradidit, atque vitam privatam agens, quatuor annis misere transactis, diem supremum obiit [7]. Joathamus [8], patris Oziae primum per quatriennium socius, deinde successor factus, alieno doctus malo, regni sui decem et sex annis reipublicae feliciter praefuit. Totus in divinis, totus in rebus civilibus versabatur. Pietate, religionis studio, reliquisque virtutibus patrem non modo aequavit, sed in eo superavit, quod sacris rebus se non immisceret [9], ianuam templi superiorem restauravit; sed et non minus, ac pater, civium suorum saluti et incolumitati omnimodo consulere statuit; multa oppida in finibus sita impositis praesidiis firmavit. Plures arces exstruxit; adversus Ammonitas tumultuantes expeditionem suscepit, eosque ad obsequium redegit, ita, ut iis maius quoque, ac ante dare consveverant, tributum imponeret [10]. Carpendus, quod nimia levitate in cives usus, nec corruptos et depravatos eorum mores corrigere studuerit, neque imprimis loca excelsa idolis dicata destruxerit; quapropter a Deo permissum, ut Phacee Israelitarum rex et Rasin rex Syrorum fines Judaeae depopularentur [11]. Successit degener eius filius Achazus [12], qui maiores suos omnes impietate et improbitate

---

[1]) II. Par. 26, 5. [2]) V. p. XC. [3]) II. Par. 26, 6—8. [4]) V. p. LXVIII. [5]) Diversi generis machinas, quae sagittas et lapides iacerent, fieri curavit. II. Par. 26, 11—14. [6]) Vinitores in monte Carmelo et alibi constituit, rei armentariae curatoribus receptacula aedificavit, greges aluit nihilque eorum omisit, quae ad promovendam rem pecuariam pertinerent II. Par. 26, 10. [7]) II. Par. 26, 10—23. [8]) יוֹתָם, 753—738. a. C. [9]) II. Par. 27, 1. 2. [10]) Cf. II. Par. 27, 4—6. [11]) IV. Reg. 15, 35—37. [12]) אָחָז, 738—723. a. C.

superavit. Hic non solum ubique locorum simulacra Baalis et aliorum idolorum posuit [1]; imo filium suum ad exemplum ethnicorum transire fecit per ignem, ut eum Molocho in valle Benennom consecraret [2], sed nec aliis mosaica sacra permisit, et saniora sequentes insuper poenis affecit. Haesit nefandis supplicium peccatis. Phacee rex Israel, qui felicem sortem Judaeorum sub Joathamo invidit, cum Rasino rege Syriae foedus adversus Judaeos iniit; cum tamen probe intelligeret, se nihilominus forti et prudenti Joathamo imparem fore, sub eo in finibus vastandis se continuit, et nonnisi eo mortuo sub Achazo ausus est Judaeis bellum inferre. Rasin Syrus vero, expugnata Elath [3], Judaeos ex ea expellit, urbemque Idumaeis dedit incolendam [4]. Achazus, convocato undique exercitu, obviam iis prodiit, sed cum ad arma venisset, ad internecionem usque caesus est [5]. Laborante autem Juda tot cladibus, addidere afflictis afflictiones Idumaei et Philisthaei [6]. Sparsus per totam late Judaeam rumor ferebat geminos illos reges novam in regnum irruptionem moliri. In his angustiis Deus Achazo consternato per Isaiam prophetam ipsius liberationem et hostium interitum denunciat [7]. Hanc

---

[1]) Quod et alii. E. g. Roboamus, Abiam, Joram, Ochozias et Athalia fecerant. [2]) II. Par. 28, 1—4. V. p. LXXXV. [3]) V. p. XC. [4]) IV. Reg. 16, 6. [5]) Israelitae infinitam praedam, et ducenta millia mulierum, puerorum et puellarum ceperunt, atque Samariam perduxerunt, quos propheta Odedus exercitui obviam egressus gravi sermone hortabatur, ut in patriam remitterent. Reipsa hoc sermone vatis commoniti, apprehendentes captivos, cum eos vestiissent et calceassent, nec non cibo potuque refecissent impositis illis, qui imbecillo fuerant corpore, iumentis, reduxerunt Jericho in urbem Judaeae. II. Par. 28, 5—15. Cf. C. P. Caspari, Ueber den syrisch-ephraimitischen Krieg unter Jotham und Ahas. Christiania. 1849.; qui validissimis argumentis demonstravit. II. Par. c. 28. de eadem re narrari, cuius historiae brevius texuntur. IV. Reg. 16, 5. 6. V. p. 72. s. [6]) Idumaei Judaeos vexarunt et multos captivos fecerunt; Philisthaei quoque Judaeam invadentes diffusi sunt per urbes campestres et Bethsames, Aialon, Gaderoth, Socho, Thamnan et Gamzo expugnarunt, suaeque ditionis fecerunt. II. Par. 28, 17—19. [7]) Praenunciavit vates tempus sexaginta quinque annorum Isa. 7, 8., quo elapso, regnum Israeliticum plane destructum foret. Difficultas est in ducenda epocha horum sexaginta quinque annorum, quibus lapsis regnum Israel plane everteretur. Nam ab exordio Achasi usque ad abductas in exilium decem tribus, nonnisi viginti et unus annus intercessit! Inter solutiones huius nodi, ceteris praestat, quae iam C. Vitringae, Comm. in l. proph. Isa. Basil. 1732. p. 278. et Calmeto, Comm. ad h. pag. 111. probatur ea Usserii — Ann. Aet. M. q. ad 677. a. C. p. 108. — periodum sexaginta quinque annorum absolvi translatione Cuthaeorum in regionem Israelitarum, qui reliquias huius regni obruerunt, et cum iis confusi sunt ita, ut deinceps tenues illae Ephraimitarum reliquiae, peregrinorum adventantium

promissionem, cum propheta miraculo, quodcunque rex ipse aut de coelo, aut de terra eligeret, confirmare vellet, Achaz hoc ex incredulitate renuit [1]. Itaque spreto signo prodigioso, vates nihilominus, propter populum et futurum Messiam, singulare vaticinium adiecit, regnum Judaicum non prius interiturum esse, quam virgo filium peperisset, cuius nomen Emmanuel; seu qui Deus-homo, *Θεάνθρωπος*, futurus esset [2]. Quamquam vero haec promissio sancta et firma esset, Achaz tantum tamen abfuit, ut ei fidem haberet, ut potius ad Theglathphalasarem Assyriorum regem confugeret, eiusque auxilium, missis etiam magnis muneribus ex aerario templi sumtis, impetraret. Rex assyrius occasione capta, ut se subditum annuo tributo Achaz agnoscat, exigit. Tum servitii pactione incitatus, cum ingentibus copiis Syriam penetrat, Damascum regni caput expugnat et diripit, Rasinum regem Syriae interficit, populum captivum Cyrenem Mediae regionem transfert. Nec aequior Phacee Israelitarum regi fortuna, cum populabundae Assyriorum copiae Galilaeam et Galaatitiden, abacta incolarum insigni multitudine captiva, infestarent. His rebus prosperis elatus [3] Achazus Deo ipsi illudere ausus est; amoto altari aeneo Salomonis, in huius locum aliud, quod Damasci conspexerat posuit; Templum, fractis s. ministerii vasis, claudit, quasi obserato et spoliato Numine victor existeret. In foribus poena fuit! Cum enim aerarium plane exhaustum esset, tributum antea promissum solvere recusavit; quo comperto Assyrius, neglecta omni aequitate, copias Hierosolymas deduxit, nec prius amovit, quam Achazus pecunias imposito onere exegisset [4]. Mors Judaeam impio rege liberavit, quem cives indignum iudicarunt, ut in sepulcro regio sepeliretur [5]. Exsecranda parentis facta Ezechias [6], quoad potuit, recte factis emendavit. Unicus post tot reges, qui Davidem imitaretur. Filius patri dissimilis, et ex

---

multitudine pene obrutae pro discreto populo haberi non potuerint. Id quod volunt verba Isaiae 7, 9. Ephraim desinet esse populus. Hoc enim maius est, quam si de excidio civitatis simpliciter mentio iniecta fuisset.

¹) Quid enim, secum impius reputabat, mihi adiumenti e coelo fingam? neque enim vel mea de Deo merita, vel illius erga me beneficia sunt ita comparata, ut me in spem tam grandem inducere queant. ²) Isa. 7, 1—16. Id est in carne nostra habitans, et officii quoque, quo ut unicus mediator Dei et hominum I. Tim. 2, 5. effecturus erat, ut esset nobiscum Deus Isai. 8, 10. placatus et propitius, adeoque auxilium in angustiis praesentissimum. Ps. 46, 2. seq. Rom. 8, 31. 32. ³) Communi hominum impiorum vitio, qui praesentibus intenti futura non perpendunt. ⁴) IV. Reg. 16, 7—18. II. 28, 19—25. quos locos perperam citat et mire confundit M. Niebuhr, Geschichte Assurs und Babels seit Phul. Berlin. 1857. nota 4. ⁵) II. Par. 28, 27. ⁶) חִזְקִיָּה, robur Domini; rex ab a. 723—695 a. C.

...mo optimus. Princeps pius et felix. Initio statim regiminis nihi ...gis in votis fuit, quam ut collapsum cultum restitueret et quae sup... ...um regum abolevit impietas instauraret solidaretque [1]. Conversis hoc p... ad veram religionem animis, rex optimus pascha, quod diu inter... sum erat, convocatis Hierosolymas non modo Judaeis, sed et Israel... magna cerimonia egit [2]. Non contentus tamen vetita et illegitima ... vere [3]; super haec etiam universa, quae valerent ad religionem pri... reducendam perfecit [4]. Non minore solertia Ezechias, qua divinum cu... provexerat, rem politicam et bellicam curavit. Academiam aulicam ... stituit [5]. Circa aerarium sedulus magnas industria sibi peperit o... urbes alias munivit, alias a fundamentis exstruxit; annonae caute prov... nec pauperes neglexit, quos acerba tempora penitus exhauserunt. E... Philisthaeos, semper adversus Judaeos insolentes, superavit [6]. ... vero regi instituta haec magno sumtui essent, neque tamen cives ... premere vellet, omisit tributum Assyriis solvere, et hoc eo tutiu... facere posse arbitrabatur, cum alia bella, quorum eventus anceps e... tunc temporis Assyrii gererent [7]. Attamen Sennacheribus [8] nega... stipendium proelio vindicaturus, exercitu longe maximo inopinantem ... ortus est [9], populatis late agris, plurima e munitioribus castella ... pugnat. Cum res aliter ac speraret cederet, rex viribus impar v... pacis tentavit; imperata facturum se vectigalque soluturum pollice... modo finibus suis discederet. Non tamen pacem, quamvis infinita p... pecunia redemtam, diu obtinuit. Sennacheribum mox poenituit ini... pacem, nec stetit pactis; celerem de imbecilli et pecunia exhausto p... cipe victoriam sibi pollicitus, Thartanem unum e ducibus cum h... mediocri manu militum misit ad obsidendas Hierosolymas. Ad colloqu...

[1]) Sub principium primi mensis, a susceptis reipublicae gubernaculis, ig... Templum, quod pater clauserat, reseravit illudque a sordibus purgatum, a... reposito, denuo inauguravit. Destruxit idola et omnia quae eorum cultum n... lerent. Simulacrorum aras contrivit et exussit, cineribus in Cedronem abie... nec serpenti aeneo a Moyse ipso erecto rex religiosissimus pepercit, ... nonnulli eo ad idololatriam abuterentur. II. Par. 29, 3—36. IV. Reg. 18, 3... [2]) II. Par. 30. [3]) Non tantum in regno Juda, sed etiam in magna parte Isra... [4]) Sacrificia sabbatica ceteraque rite fieri iussit, sacerdotibusque et Levitis vitae necessariis religiose prospexit: populo quoque ea, quae debebant liber... sime conferente. II. Par. 31. 1—21. [5]) Cf. Sgambati, Arch. II. 86. p. 332. ... Nos p. 311. [6]) IV. Reg 18, 8. [7]) IV. Reg 18, 7. [8]) Anno duodecimo qu... regni Ezechiae: 711 a. C. ut putat J. Brandis, rer. Assyr. temp. emend. Bon... 1853. pag. 18. 19. [9]) Sub cuius adventum Hierosolymitani puteos circa ur... obturarunt, urbem munierunt et omnia ad fortiter perferendam obsidionem ... struxerunt. II. Par. 32, 1—8

urbe emissis legatorum assyriorum ceteris, ferocior Rabsaces insultat, et verbis grandiloquis et ignominiosis [1] deditionem urbis exposcit [2]. Ezechiam, hoc modo ad summum discrimen redactum, recreat Isaias propheta spe optimi successus. Nihil ab Assyriis metuendum, quibus Deus perniciem moliretur. Cognita Ezechiae in abnuenda deditione constantia, omnibus exercitus sui viribus ad expugnandam urbem accingit se Assyrius. Sed nihilo iis deiectior Ezechias Dominum obsecrat, ne tantam pessimi viri insolentiam inultam permittat. Aequis precibus annuit Deus, liberata miraculo urbe Jerusalem per angelum, qui maximam exercitus partem interfecit. Sennacherib propter hanc calamitatem [3] obsidionem solvit, et magna cum festinatione Ninum urbem redit; ubi, a filiis in templo Nesrochi [4] inter sacra ferro confossus [5], Asarhaddonem filium in regno successorem nanciscitur [6]. Inter haec Ezechias morbo gravissimo [7], quem letiferum fore praedicebat Isaias correptus est. Id cum regi tantis rebus implicito et sobole, quae regnum occuparet, destituto maximum moerorem attulisset, et ille precibus ardentissimis multisque lacrimis sanitatem a Deo petiisset, pondus habuere gemitus. Redit iussu divino propheta; indicat preces eius esse exauditas, polliceturque eum non solum convaliturum, sed etiam intra triduum in templum ascensurum. Exoratum Dominum insuper quindecim vitae annos prioribus addidisse [8]. Ne vero dubitaret de oraculi fide, promissionem hanc per miraculum confirmavit. Umbra quippe, quae in horologio sciaterico — solario — decem gradus emensa fuerat, in restitutionis futurae signum, per totidem viam redordiebatur. Eo prodigio Deus palam fecit, et terris se dominari et astris; tantique a se haberi pium, ut in eius gratiam miraculum etiam edere paratus sit [9].

---

¹) Adversus Deum et regem Ezechiam. ²) IV. Reg. 18, 17—37. II. Par. 32, 9—19. ³) Cum praeterea fama praevaluisset periculosa, Tharacam regem Aegyptiorum Assyriam adortum esse. ⁴) Idoli, verosimiliter solis, aquilae figuram referentis. Cf. Leusden, Phil. Diss. 43. p. 323 Movers, Phöniz. I, 68. Müller, in Herzogs R. E. X, 383. s. ⁵) Tob. 1, 24. ⁶) IV. Reg. 19, 1—37. II. Par. 32, 21. 22. Isai. c. 36, 37. Cf. Niebuhr, l. c. p. 170. s. ⁷) Ulceris intestini. ⁸) Unde Ezechias odem illam cecinit, quae Isai. 38, 10—20. legitur. ⁹) IV. Reg. 20, 1—11. II. Par. 32, 24. Isai. 38, 1. seq. Sunt, qui praeeunte Pererio, syst. praeadam. p. 202. solem retrogradum fuisse negent, quippe signum (v. c. Thenius, Comm. a. h. l. p. 403.) in eclypsi solis a. 713. vel in repentina horologii conversione (uti Gumpach, Altest. Stud. p. 198.) quaerunt. Omnino effectum fuit coll. Sir. 48, 26. hoc miraculum in motu telluris — sive eius respectu in motu solis iuxta loquendi rationem Scripturae — retroacto. Cf. M. Drechsler, Der Prophet Isaia. Stuttg. 1849. II. b. p. 196. ita tamen, ut constans et perpetuo similis motus nullum inde detrimentum ceperit. Ipsum hoc phaenomenon subito apparens censeri debet singulare Omnipotentiae divinae productum ad preces prophetae

Ezechias a morbo non minus quam ab hostibus insperato liberatus, reliquam vitam ita transegit, ut religioni et saluti publicae quam optime prospiceret; at cum legatis babylonicis, per quos Berodach Baladam Babyloniorum rex de recuperata valetudine Ezechiae gratulabatur, per ostentationem quandam thesauros suos monstraret, Deo hoc valde displicuit. Hinc ab Isaia vate audire cogitur: quidquid thesaurorum ab ipso et a maioribus congestorum superesset, in fastus supplicium Babyloniis aliquando fore; et ex posteris eius quosdam in palatio regis babylonici [1] servos aulicos futuros [2]. Demum Ezechias, peractis, quos a misericordia Domini obtinuit, annis [3], mortuus est pie, uti vixerat; hoc uno infelix, quod longe optimus pater filium pessimum Manassen genuerit.

§. 111. Aphorisma exegeticum ad Isaiae c. VII, 14–16.

Incidimus in locum celeberrimum Isaiae, VII, 14—16. a Christianis semper in deliciis habitum, *de miranda Messiae, filii Dei, ex intemerata Virgine Mariae nativitate*, vaticinium continentem; qui tot ac tam diversas passus est interpretationes, ut non sine ratione vexatissimus dicatur. Falleretur autem qui inde colligeret, difficilem certe esse et ambiguam verborum intelligentiam; facilis enim et certa est, modo simplex et accurata sit interpretatio. Sed ad ipsas historias paulisper redeamus. Isaias Achazi consilium de vocandis in subsidium Assyriis discussurus, regem accedit, graviter a concepto proposito dehortatur, iubet spes suas in Deo longe potentiore reponere, qui regnum israeliticum brevi deleturus esset. Praestruxit vero huic rei, quae captum hominum superabat, *(Cf. Tertullianum, adv. Jud. II, 308.)* fidem dicendo, quod signum eius rei esset futurum: *Audite ergo domus David.... dabit Dominus ipse vobis signum* — sive prodigium — *Ecce virgo* — ea scilicet, quae in matrem promissi liberatoris electa est — *concipiet; et pariet filium; et vocabitur nomen eius Emmanuel.* I. e. nobiscum Deus. Scilicet Virgo, manens Virgo, mater erit Filii, qui simul Deus et homo erit. Id quod novi ac magni prodigii rationem habet, et signum familiae davidicae a Domino exhibetur. Quoniam vaticinium nostrum Judaeis et incredulis est sudes in oculis, hinc nihil intentatum relinquunt, quo illud corrumpant, atque imprimis vocabulum עלמה virgo (quod praeter nostrum locum in universa S. S. sexies legitur: Gen. 24, 43. Exod. 2, 8. Ps. 68. 26. Cant. 1, 3. 6, 8. Prov. 30, 19.) sollicitant. *Ut cum Judaeis conferamus pedem*, scribit s. Hieronymus, in Comm. a. n. l. p. 110. עַלְמָה, *apud eos verbum ambiguum est, dicitur enim et*

---

impetratum. Propheta noster notabili adeo eventu omnes in stuporem raptos esse narrat. Opposita expositio vim miraculi illustris hic loci editi obscurat et intervertit. Nec aliud dicet quadam ratione, nisi qui physicas hypotheses sibi defendendas putet. At mirum est Theologos facile eo concedere, licet tanti non sunt Physici. Sed haec tractare amplius nec vacat, nec libet.

[1]) Nabuchodonosoris. [2]) IV. Reg. 20, 12—19. Isai. 39, 1. s. [3]) Anno a suscepto imperio vicesimo.

adolescentula virgo et abscondita, quae nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit, lingua quoque punica, quae de Hebraeorum fontibus manasse dicitur, proprie virgo עלמה *vocatur; et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror* עלמה *de muliere nupta legisse, sed in ea, quae virgo est, ut non solum virgo sit, sed virgo iunioris aetatis in annis puellaribus.*" Demonstrarunt idipsum viri eruditissimi post s. Hieronymum: (qui de hac re adhuc loquitur adv. Jovin. I, 32. ed. II, 288. adv. Helvidium, l. c. p. 209. hebr. quaest. in Gen. 24, 43. III, 31.) *Lochner, in Thes. theol. I, 693. S. Andreas, diss. de nat. Imm. ib. p. 700. S. Bohl, comment. bibl. rabbin. ad Esai. VII. c. 8. ib. p. 718. A. Bynaeus, de natali Jesu Christi. I, 2, 22. p. 226. ed. Amst. 1689. Vitringa, Comm. ad h. l. Wagenseil, Dissert. de loco classico. Isa. 7, 14. Altorfi. 1678. Huetius, dem. ev. IX, 9. II. p. 381. Kistemacker, Weissagung von Emmanuel. Münster. 1824. E. F. C. Rosenmüller, Jesaiae vaticinia a. p. ill. Lips. ed. III. 1829. I, 303. s. prae ceteris D. C. Vercellone, Barnabita, sua s. Hieronymi apologia, seu de hebraica voce* עלמה, *academica diss. Taurini. 1836. p. 6—30. Drechsler, d. P. Jesaia. I, 287. s. J. Bade, Christologie des A. T. 3, 54. s. L. Reinke, Die Weissag. von der Jungfrau und vom Immanuel. Münst. 1848. p. 111—139. Tholuck, l. Anz. Halle. 1832. n. 25. p. 198. s. Hengstenberg, Christ. II, 52. Drach, lex. s. h. v. Par. 1848. p. 472.* Ostenderunt autem laudati interpretes hoc nomen, tam quoad etymon, quam quoad usum S. S. unice convenire puellae, quae virginitatem adhibita custodia servaverit, et ad eam custodiendam abstinuerit publico. Virginem vero hanc esse Mariam Θεοτόκον, manifestum a. est, uti e re ipsa, — העלמה in hebr. articulum habet, quo mulier illa magis definita, ut insignis, praeclara, iam ante Gen. 3, 15. promissa notatur — sic ex illo Matthaei loco clarissimo. 1, 22. 23. „Commoti auctoritate Matthaei et Lucae evangelistarum, scribit ipse J. Oecolampadius, (Hypomn. in Jesaiam l. III. Basil. 1525. pag. 68.) hanc prophetiam de Virgine Maria et Christo esse dictam certi sumus. Illa enim adolescentula et virgo, illaesa virginitate, Spiritu s., non virili semine concepit et peperit. Nihil ad nos, quidvis nugentur et contradicant Judaei." Adversarii nostri Judaei et recentiores plerique interpretum acatholicorum: *Gesenius, Ph. kr. Comm. über den Jesaia. Leipz. 1821. I, 1. p. 301. idem in Thesauro, s. h. v. p. 1037. Hitzig, Der Prophet Jesaia. Heid. 1833. p. 85. T. Roorda, in Orientalibus. ed. Juynboll Roorda, Weyers. Amst. 1840. vol. I. p. 131. A. Knobel, d. Pr. Jesaia. ed. Lips. 1854. p. 57. E. Meier, hebr. Wurzelwörterbuch. p. 373.* toti in eo occupati sunt, ut eiusmodi foeminam inferant, quae nequaquam in numerum virginum potest referri. Quamobrem vocem almah modo de prophetae coniuge iuvenili, modo de regis Achazi uxore aut filia explicant. Inveniuntur ex nostris quoque huius prophetae commentatoribus: *Calmetus, Diss. in h. l. II, 347. Comm. lit. 8, 112. Lamy, Harmonia. Par. 1699. l. I. c. 8. p. 36. 37. Bossuet, Explication de la prophétie d'Isaie sur l'enfantement de la st. Vierge. Op. II, 291. s. Mack, Ueber die messianischen Weissagungen. Tüb. Quart. 1836. p. 196.* qui propendunt iis concedere, in hac voce solum allusionem typicam adesse. Sed qui ita instituunt facile reiiciuntur Matth., 1, 23; ex quo liquet agi hic de virgine vere sic dicta. Citato loco s. Matthaeus probat ex Isaia Jesum Christum ex Virgine nasci oportuisse; agitur ergo eo de partu virgineo, de nativitate Jesu Christi ex matre Virgine, cum nullus alius partus virgineus unquam datus sit aut dandus. Si constaret illa aetate, qua

Isaias et Achaz floruerunt, virtute huius vaticinii ex virgine per mirac editam esse prolem masculam, cum specie veri hoc affirmarent. Sed cu de re nihil constet, nuptaque mulier et partus eius non possit esse typus Vir prorsus corrueret vis et auctoritas Evangelistae! E Virgine nasciturum sp filium nomine Emmanuelem i. e. Deus vobiscum. Editus e virgine Emm ipse est Jesus Christus, quippe nomen hoc, si attendatur vera et genuina significatio, notat divinae et humanae naturae personalem unionem. Sic exponit s. Matthaeus l. c. et plenius Joannes. 1, 14. Verum enimvero pı Jesum Christum nec filius prophetae, nec filius regis, nec nepos, nec quis alius mortalis est „Emmanuel." Nemo autem ut scite scribit Theodoretu h. l. II, 1. p. 218. signum vocat id, quod singulis diebus fit. „Quodsi enim virgineus sed nuptialis est partus, quomodo id, quod secundum naturam p dit, signum appellatur." Huius magni miraculi maius mysterium Cap. 11. serit, dicens: egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius asce virgam virginem, florem virginis partum intelligens. S. Bernardus, hom. s missus est. II. a. p. 40. — Si b. Judaeorum interpretes vetustissimi; ne LXX et Paraphrastes Chaldaeus consulantur, v. almah reddunt per virginem ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, הָא עוּלֵימְתָא מְעַדְיָא, ferebantur igitur in eam se tiam de ortu Messiae e matre Virgine. Id etiam c. priscis Ecclesiae S. S. Pat et Scriptoribus ecclesiasticis animadversum: Oraculum nostrum e conte serie et sermonis, de Maria integro flore virginitatis matre Servat praenunciasse. *Sunt hi praeter alios e Graecis quidem: s. Justinus Ma Apol. I, 33. I, 85. dial. c. Triphone. §. 43. 66. 67. 68. 71. 84. p 139. 225. 245. 289. S. Irenaeus, l. III. c. haeres. c. 21. §. 4 6. l. IV. c. 33. § p. 536. s. 673. Origenes, hom. in Jerem. §. 7. 8. XV, 116. l. I. c. Ce §. 34. 35. XVIII, 68. seq. Hom. II. in Isai. XIII, 247. S. Cyrillus H Cat. XII. §. 2, 21. p. 164. 174. S. Eusebius, demonstr. evang. L. VII. p. 309. S. Ephraemus, Explanatio Isa. Tom. II. syr. p. 33. s. S. Joa Chrysostomus, in Esaiam, n. 4 VI, 78. s. S. Cyrillus Al, in Esaia IV. II, 656. Theodoretus, Comm. in Esaiam ed. Schulze. 2, p. I. p. S. Procopius Gaz., Comm. in Esaiam. Par. 1580. p. 107. S. Joannes mascenus, de fide orthodoxa. IV, 14. I, 257. de duabus in Christo volunta c. XXVIII. I, 544. Theophylactus, Comm. in Matth. I, 22. 23. ed. 1635. p. 9. Ex Latinis: Tertullianus, adv. Jud. c. IX. ut supra; de Christi. c. XVII. XXI. XXIV, IV, p. 83. 88. 91. resurr. carnis. c. XX. p. S. Cyprianus, testimoniorum. II. 9. 6. II, 38. 39. S. Ambrosius, l. Cain et Abel c. 3. §. 10. I, 187. epist. synod. ad Siricium Pont. ep. 42. II, 967. S. Hieronymus, Comm. a. h l. ut s. S. Augustinus, l. VII Gen. ad lit. c. 14. §. 32. III. a p. 385. S. Leo M., Ser. XXII. de nativ mini ed. Lov. 1849. p. 106. serm. XXIII 1. p. 112. S. Bernardus, hom sup. missus. II. a. p. 44. S. Thomas Aq., expositio. aurea in Matt. 1. 22.* ed. Par. 1660. XVI, 17. 18. Si qua igitur S. S interpretatio haberi potest n auctoritate maiorum suffulta, eiusmodi profecto videri illa debet, qua „Vir haalmah nomen in oraculo per Isaiam edito ad Deiparam refertur. Non aliam d huius oraculi singnificationem procul dubio credendam, docuit summus Po Pius VI. (anno 1779. die 20. Sept.) damnatione et prohibitione libri Isenb (Quae incipit „Divina Christi." V. Bullar. noviss. Romae. 1843. T. VI. p. 145—

J. Laurentius Isenbiehl, presbyter Archid. Moguntinae in eiate Universitate ab 1773. s. exegeseos professor commentationem sub titulo: Novum Tentamen super vaticinio de Emmanuele — theodisce Joh. Lor. Isenbiehl's neuer Versuch über die Weissagung von Emmanuel. 1778. — scriptam edidit, qua nostrum locum non de beata Virgine et Salvatore, sed de alia quadam muliere Achazo nota explicuit. Cumque s. Matthaeus — loquitur damnatio — insigne illud vaticinium in illo mirabili pietatis sacramento adimpletum, expressis verbis testetur, hoc tamen ipsum, non ut oraculi adimplementum sed ut annotationem meram vel allusionem a s. evangelista memorari. Hanc sententiam ut doctrinam denique et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, haeresi faventes et haereticas notavit prohibitio. Auctor attamen palinodiam cecinit 14. Dec. 1779. (De controversiis ob h. c. motis, videndus Guil. Walch, neueste Religionsgeschichte. Lemgo. 1781. p. 8 9. s. 47. s. 83. s.) —. Sed plerique quaerunt, *quale signum et portentum esse poterat, virgo post multa saecula paritura?* dubium aiunt et maxime obscurum esse quomodo Messias, Emmanuel nasciturus e Virgine argumentum repentinae liberationis esse possit, quem post lapsum multarum aetatum nemo illorum videret, nemo ortum cognosceret? Ad hoc dubium solvendum, duce Vitringa, Obs. sacr. l. V. X. II, 24—26., monemus: Isaiam, cum oraculum hoc ederet de Emmanuele ex Virgine nascituro, in raptu ecstatico, prophetis familiari, de eventu hoc, post longum demum temporis intervallum futuro, loquutum esse tanquam de praesente. Non aliter ac si Virgo illa, quae Emmanuelem praefatum aliquando in utero conciperet et gigneret, iam praesens inter Israelitas adesset. Itaque cum eam velut praesentem — ait enim ecce! — contemplaretur ait: Syriae et Israelis reges citius esse interituros, quam ipse Emmanuel, si hoc tempore fingeretur concipi et nasci, puerilem attingeret aetatem, qua scientia rerum et iudicii necessaria prudentia esset instructus. Utique constat ex evangelio s. Lucae 2, 42—48. Christum singulari exemplo iam ante annum aetatis duodecimum hanc facultatem habuisse. Terminus *ad quem* hic aetas est illa Emmanuelis, qua noverit reprobare malum et eligere bonum. Terminus *a quo* ipsum illud tempus fuit, quo Isaias ita haec verba ad Judaeos proloquebatur; ac si dixisset: prius Syriae et Samariae reges interituri sunt, quam effluat a tempore nascentis Emmanuelis usque ad aetatem eius puerilem. Quae quidem promissio praesenti negotio erat accomodatissima. Tum quia α. in Christo omnes promissiones Dei sunt „*in illo Est, ideo et per ipsum amen;*“ II. Cor. 1, 20. in ipso et propter ipsum communiter implendae. Tum quod β. Judaea speciali quodam privilegio terra esset Emmanuelis, Isai. 8, 8. in qua, quod ad carnem attinet, non solum ex Judaeis esset ille oriturus, Rom. 9, 5. sed etiam γ. e domo Davidis, et quidem iuxta Gen. 49, 10. non prius quam sceptrum recederet a Juda. Id est: *iudaea respublica esse desineret sui iuris.* Unde metuendus non esset hoc tempore *vel domus davidicae, vel gentis iudaicae interitus;* qualem post sexaginta quinque annos passuram fuisse gentem ephraimiticam paulo ante Propheta praedixerat. Isai. 7, 8. Iam olim observavit id Theodoretus, l. c. p. 217. „*Propheta non amplius cum eo — Achazo — loquitur, sed cum universa Davidis cognatione. Hanc itaque prophetiam non temere hoc loco protulit; quia hostium impressionem metuebant, qui regnum davidicum se destructuros minabantur — Rasin et Phacee — apte docet — Isaias — illos quae fieri nequeunt tentare: oportet enim inquit davidicam stirpem conservari, donec*

veniat quod repositum est, et exspectatam gentibus salutem praebeat." Hoc admisso, genti iudaicae Messias ex Davidis familia oriundus argumento esse poterat, consilia hostium ex voto ipsis non esse cessura. Solent prophetae, quamvis de re etiam multis post saeculis futura loquantur, verbis uti cum praesentis, tum praeteriti temporis, ut vera esse et certissima sua vaticinia non modo confirment, sed etiam persvadeant. Vide insigne huius rei documentum ex ipsius prophetae Isaiae sermone 63, 1. 2. coll. Apoc. 19, 13. Quod insuper excipiunt, signum desumendum esse e re praesenti, non futura, ex hoc ipso loco confutatur. *Signum enim foeminae pariturae Emmanuelem, quocumque modo accipiatur, erat futuri non praesentis temporis.*

§. 112. Propheta Isaias.

Isaias, qui primus inter maiores, quos vocant prophetas locum tenet, in ipso statim limine vaticiniorum suorum vocat se filium Amosi; qui vero non fuit Thecoita ille vates, uti e diversa istorum nominum scriptione liquet, sed ab eo omnino diversus [1]. Aetas e titulo libri certa est. Unde constat Isaiam tempora Oziae, Joathami, Achazi et Ezechiae regum prophetiis suis illustrasse [2]. Dei acturus interpretem, ante omnia linguam ad id officii retulit manu Seraphim mundatam. Per ecstasin enim extra se raptus, conspexit Dominum ipsum, in solio praefulgido maiestatis suae speciem exhibentem, audivitque a coeli choraulis cantari Trisagion illud Sanctus S. S.; quod cum non sine horrore sacro nec Templi magis, quod oculis subiiciebatur, quam mentis concussione, et utrique superfusa caligine excepisset munus sane arduum et plenum discrimine praeconii ad Judaeos agendi deprecatus est. Angebatur secum supra modum propheta, quod polluta labia

---

[1]) Prout Hebraeorum παράδοτι traditur, at sine fundamento, regia stirpe, quippe Azariae regis fratre, ortus. Cf. Sgambati, Archiv. V. T. II, 34. p. 326.
[2]) Istorum regum si in summam colligantur anni regimis exsurgunt centum undecim vel duodecim; annos integros Joathami et Achazi illi dandos res ipsa postulat. Inde conficiuntur anni triginta et unus. Ad Oziae autem et Ezechiae annos quod attinet, ut eos quoque integros Isaiae tribuamus, nihil nos cogit. Anno regis Ezechiae decimo quarto, cum rex a morbo gravissimo liberatus, vitae prolongationem ad annos quindecim a Domino obtineret, Isaiam adhuc in vivis fuisse, satis constat. His si ex annis Oziae adiiciantur quindecim ultimi: sexaginta annos in munere prophetico exegisset, et octoginta circiter vivendo confecisset. Quod uti sat magnum temporis intervallum est, ita cur plures anni illi assignentur nulla apparet ratio.

·et; indignus qui loqueretur verba Dei. Tum ex eo coelestium uum ordine quispiam advolavit, et carbonem manu praeferens, Isaiae tangens labia, prophetam ipsum consecravit. Ea flamma lingua modo, sed pectus quoque ad officium iniunctum it! [1] – Observandum est tempora, quibus munere prophetico ıs est Isaias, admodum notabilia esse in historiis regni :. Civitas enim iudaica circa hoc aevum pervenit ad praeım fortunae suae. Sub Ozia quippe, etiam Azaria dicto, ero et florente statu non tantum sustinuerat hostiles impetus, ı et egregie stabilitum fines suos latius expanderat. Sed mores populi divinae in eos beneficentiae et gratiae non nderent, atque Domino incongruum videretur corruptam vitiis m in conditione hac diutius ferre, castigare illam coepit bellum Syro-Ephraimiticum, et iudicii sui interminii itatem annunciavit interprete Isaia. Praedixit quippe promaximas poenas, si mature saluti suae non consulerent; , ne piorum animos prosterneret, sed in certam spem rigeret, futuri temporis eventus iis ob oculos posuit, et beis Messiae illos efficaciter est consolatus [2]. – Fertur etiam ım praeter librum propheticum scripsisse quoque historide rebus ab Ozia et sequentibus regibus gestis commenm, ad quem frequentius remittimur [3]. Attamen commentarium ıon amplius superest; idem fati subierunt quoque similia m prophetarum scripta. Celebris praeterea multorumque is comprobata est traditio, Isaiam usque ad impii Ma.s tempora vitam produxisse, cuius iussu serra in cedri asseres dissectus fuisset [4]. Huic tamen traditioni videtur inscriptio

[1]) Isai. 6. Cf. s. Joann. Chrysostomi, in Esaiam. interpr. VI, 63. seq. onymi, ep. XVIII. ad Damasum Papam, de Seraphim et calculo. I, 45. s. Caspari, l. s. c. p. 1—28. [3]) V. II. Par. 26, 22. coll. 32, 32. Inde viesse capita Isaiae a 36. usque 39., quae in plerisque verbotenus consenım libro IV. Reg. 18, 13—20, 19. [4]) Ita Talmudici, tract Jebamoth. Sal. Jarchi aliique, — Cf. Sgambatum, l. c. p. 327. Gesenius, Comm. I, 10. s. — s. s. P. P. et Script. Justinus, dial. c. Tryph. n. 13. p. 405. Tertullianus, de ia. c. 14. II, 30. Ambrosius, in Luc. cap. XX. l. IX, 25. „*Esaias, cuius compaginem corporis serra divisit, quam fidem inclinavit, constantiamve , aut vigorem mentis exsecuit.*" I, 1500. Lactantius, instit. IV, 11. I, 186. Pru, Pass. s. Vinc. Peristeph. V, 524. p. 161. s. Augustinus, de Civ. Dei.

1, 1. refragari, quae Manassen non refert in numerum illorum regum, sub quibus propheta vixisse dicitur [1].

§. 113. Argumentum effatorum Isaiae.

Isaiae capita sexaginta et sex secundum rationem Chronologiae et tempora regum, qui in fronte Libri nominantur, dispescuit s. Hieronymus [2]. Commodius autem ex argumento quinque potissimum partes constituuntur; quarum prima a C.C. I–XII. exhibet Judaeorum et Ephraimitarum peccata et poenas [3]. C. 1. Contestatio iudicialis a propheta nomine Dei instituta adversus Judaeos. C. 2. Gentes cum contemtu religionum suarum verae religioni operam dabunt. C. 3. Gravia oracula in Hierosolymas. C. 4. Germen Dei, quod reliquias Israelis salvas et felices reddit. C. 5. Parabola de vinea, eiusdemque expositio. C. 6. Magnifica Theophania Isaias consecratur in prophetam. C. 7. Vaticinium de liberatione populi iudaici a regibus Syriae et Israelis quod Isaias singulari signo nascituri ex Virgine Emmanuelis firmat. C. 8. Reprehensio Judaeorum, quos hortatur, ne timeant Assyrios, sed Deo coeli confidant. In piorum solatium C. 9, 1–7. addit descriptionem felicitatis sub rege Messia exspectandae. C. 9, 8–10, 34. Oratio adversus Ephraimitas, qui inita societate cum Syris, oppugnandove Judaeos cognatos suos, Deum graviter offenderunt. C. 11. propheta in lapsu Assyrii spectans destructionem omnis potestatis adversariae regno Dei, praetermissis fatis intermediis, cogitationes suas figit in regnum Messiae, cuius ortum e b. Maria, Virgine davidica, virtutes, factaque illustria describit. C. 12. Hymnus, quo beneficia Salvatoris celebrantur, quemve cantaturi sunt illi, qui misericordiam Domini consequentur. Sectione secunda Cap. XIII–XXVIII. denunciat fata vicinarum gentium, cum quibus Judaeis commercium erat proximi, sed saepe etiam remoti temporis C. 13 et 14, 1–24. Deus, quasi dux belli evocat gentes adversus Babylonem, cuius excidium maxime horribile erit; v. 24–27 vaticinium contra regem Assyrium; 28–32. contra Philisthaeos. C. 15 atque 16. clades et excidium Moabitarum. C. 17. Sermo de fatis Syrorum Damas-

---

XVIII, 24. II, 258. s. Hieronymus, ad Isai. 57. Comm. l. XV. p. 666. Quorsum et s. Paulum ad Hebr. 11, 37. respici quidam interpretes volunt.

[1]) V. W. Gesenius, Comm. ü. d. Jesaia. Lips. 1821. pag. 11—14. Umbreit, in Herzogii R. E. VI, 508. [2]) Comm. init. l. I, p. 9. l. III. p. 89. [3]) Non inutili, ut confidimus, opera defungimur, si Isaiae vaticinia explicatius adduxerimus.

cenorum, Ephraimitis societate bellica iunctorum. C. 18. Oraculum contra Aethiopes; C. 19. calamitates graves atque conversio Aegypti. Quae praegressis seorsim de his regnis praedixerat Isaias C. 20. coniunctim firmat. C. 21. Clades Babylonis, Idumaeorum et Arabum deserti. C. 22. Oraculum contra Hierosolymas, cuius vastitatem et multifariam miseriam deflet propheta. C. 23. Ruina Tyri. C. 24. Desolatio orbis terrarum, omnium gentium, quae Dei praecepta foedusque violarant, interitus; tunc clarissimo splendore conspicietur claritas Dei in monte Sione, ubi Dominus coenam spiritualem apparabit, mortem exstirpabit, lacrimas piorum deterget. C. 25. more suo in iubilum erumpit propheta, quo glorificat Deum. Subdit C. 26. canticum servatorum. Cantabunt iusti hymnos, qui a Spiritu s. proficiscuntur, inter cuius dona etiam gaudium est ob fiduciam in Deum. C. 27. Tempore extremo Deus de sede sua exibit, vindicaturus omnia hominum scelera, devastabuntur Hiorosolymae, quia Israel vecors est, nec miseratione dignus; sed fiet aliquando ut Dominus colligat Israelitas, ex Aegypto et Assyria ad montem sanctum suum in Jerusalem C. 28. tractatur excidium decem tribuum; edicitur v. 16. s. lapidem angularem in fundamentis Sionis esse ponendum; illusores qui legem Dei contemnunt poena, pii consolatione afficientur. Sectione tertia per C. C. XXIX–XXXV. Judaeorum excidium per Babylonios proponit, intermixtis tamen solatiis. Materiam praecipuam subministrat Senacheribi in Judaeam bellum; ibi populo perfectam promittit libertatem et pacem, iis saepe usus verbis, quae futurum Christi in Ecclesiam regnum omnisque beatitatis cumulum ab eodem conferendum portendunt. Repetit et distinctius enarrat iudicia Dei contra gentes electi populi persecutrices, et beneficia gratiae Israelitis, cum eorum liberatione decreta. Sectione quarta a C. C. XXXVI–XXXIX. de gestis quibusdam sub Ezechia narrat. Abhinc sectione quinta a C. C. XL usque ad LXVI.[1] aperit fontes liquidae consolationis, cuius laeta nobis et iucundissima accidit lectio. Prolixa oratione populi liberationem ab exilio, symbolum redemtionis spiritualis, factam per Cyrum, divina virtute adiutum praedicit. Qua occasione se propheta ad Messiam, tanquam Cyri antitypum convertit. Agit autem hic de Servatoris infantia, vita privata et publica, de variis eius cruciatibus et morte. De Ecclesia e latere Christi formata, de eius resurrectione et gloria, de annuntiatione Evangelii per universum orbem

---

[1]) De quorum divisione in pericopas tres maiores videndi: F. Rückert, Hebräische Propheten, übers. u. erläut. Leipz. 1831. p. 1. s. Ruetschi, Plan und Gang von Isai. 40—66. in St. u. Kr. 1854. II. F.

de Judaeorum excoecatione et reversione et demum de extremo iudicio. Beneficia Christi, quem in omni suo statu cum omnibus suis characterismis pinxit, graphice vividis coloribus et certis lineis delineat. Quae de regno Messiae et florente eius conditione post devictos hostes monet, tam sunt augusta et magnifica, ut e terris translatus in coelum videatur. Paucis Christi et Ecclesiae mysteria in hac parte vaticiniorum ita liquide persecutus est, ut non putes eum de futuris vaticinari sed de praeteritis historias texere, non tam propheta dicendus quam evangelista[1]. Orationum Libri[2] huius, favente contextu, tres sectiones fieri poterunt. Prima a cap. 40—48. extenditur. Post praefationem consolatoriam, exprimuntur mysteria fidei nostrae, ea potissimum, quae Christum spectant. Clare praedicitur manifestatio Messiae in mundo, eiusdem manifestandi media, ordo, modus et effectus; ubi et luculenter disseritur de vanitate Idololatriae et gentium eam sustinentium. Demonstrat Isaias Messiam ut lucem mundi et doctorem gentium; atque gentes ad nomen Dei pro tam illustri beneficio celebrandum hortatur. Judaeos impios convincit criminis incuriae erga verbum Dei et negligentiae tantae salutis; fidelem et electam partem eiusdem gentis solatur spe facta status huius restituendi per Cyrum et constabiliendi ex incremento gentium, atque promissione aliorum insuper excellentium beneficiorum. C. 44, 28. inducitur Deus nomine suo vocans Cyrum regem Persarum, eique C. 45. aperiens consilium, quod de ipso cepisset: ut regnum videlicet babylonicum everteret. Docet quantas victorias habiturus sit Cyrus; sed et una alte illius memoriae committit, ipsum rerum suarum successus huic soli causae, non diis debere. Simul atque exponit causas huius sui consilii; superstitionis babylonicae destructionem; ut idolorum cultores reducantur ad resipiscentiam et veram religionem. Sumta inde occasione, C. 48. instituit de novo acrem convictionem adversus Judaeos illius temporis, obstinatae incredulitatis et ad idololatriam valde propensos. Quae a capite 49—57. sequuntur, pressius de persona Christi, attributis fatisque tractant. Filius Dei in medio comparet ceu illustris doctor gentibus sermonem faciens; de iis vocandis ad communionem magnae illius salutis, quam Judaeorum pars potior sibi oblatam spreverat. C. 49. Enarrat se a Deo ad gravissimum doctoris officium destinatum, partibus

[1]) V. s. Hieronymi, prolog. comment. in Isaiam proph. IV, 3. s. Tenor horum capitum interim non est aequabilis sed varius, et in uno saepe sermone multiplex, unde non facile licet partes discernere. [2]) Si ita vocare fas est.

sibi mandatis lubenter ac fideliter esse functum, sed indignissime a gente electa exceptum. C. 50. Veros Abrahami filios et haeredes, in populo iudaico adhuc superstites, alloquitur, eosque consolatur ex spe Ecclesiae ornandae, beandae, et ex accessione ethnicorum amplificandae. C. 51–52, 12. Hac prophetia fundamentum exprimitur liberationis spiritualis: obedientia Messiae, eamque secutura exaltatio, 52, 13. C. 53. – f. Quanquam multis plagis ita mutatus fuerit, ut, cum humanam vix speciem praeseferat, homines eum abhorreant; tamen multas gentes expiabit. Profundissimam Messiae humiliationem eiusque summum gradum in probro crucis curatissime describit, docetque eum ex mortuis vivum cum semine electo in aeternum regnaturum. Magna ex hac passione et plane mirabilia Ecclesiae manabunt beneficia. C. 54. Omnes qua Judaei, qua gentes invitantur ad haec participanda. C. 55. Annuntiantur conditiones sub quibus gaudere possint donis promissis; ab opportunitate temporis ad poenitentiam hortatur. C. 56. 57. Variis obiectionibus, quae a poenitentia remorari possent, respondet; poenitentibus et erroris sui convictis Deus gratiam suam et cum gratia pacem concedit, quam obstinatis improbis negat. Ultima parte c. c. 58–66. Quanto aegrius Judaei admittunt pharmaca, quamvis prae aliis peius habeant, tantom aiore cura succurrendum iis et alta voce apud eos clamandum et libere redarguenda eorum peccata et defectio. Quod Isaiae c. 58 et 59. praecipitur. Sub figuris deinde maximam partem symbolicis cap. 60–65. pingit conditionem Ecclesiae sive civitatis Dei illuminatam et gloriosam, qualis post devictos hostes et remota scandala appareret. Ecclesia ipsa, olim in parvo numero, et propterea in humilitate sedens, surgit tanquam libera et laeta haec beneficia adepta, laudes Dei celebrans. Tandem postquam ex oraculis de repudiandis Judaeis et vocandis gentibus, de Templo et cultu A. F. propheta ultimo sermone c. 66. ostendisset, Deum facile carere posse templo, cum templum habeat melius et dignius, quod inhabitet, cultum hypocritarum externum et legalem, sibi tam invisum esse quam peccata, severissimam hypocritis illis poenam interminatur, et in epilogo certos facit Judaeos Deum magnum opus, quod annunciavit, consummaturum. Aderit summa animorum securitas, victis per Christum in cruce omnibus inimicis, usque adeo, ut plane mortui futuri sint hostes, luentes impietatis suae supplicia. Ita Prophetiae argumentum eximie respondet nomini prophetae יְשַׁעְיָהוּ [1], salus Jehovae [2]. Cum enim inter Prophetas nemo salutem

[1]) Ἠσαίας, Matt. 3, 3. Luc. 4, 17. apud Latinos Esaias et Isaias. [2]) Proinde statim audito nomine, magna, iucunda et salubria in eius libro lector sibi pollicetur; neque falletur, si sibi ipsi non defuerit.

in novissimis temporibus revelatam clarius et copiosius dixerit ac Isaias, quis sibi non persvadeat, hoc nomen aptissimum non absque divinae providentiae cura imp fuisse? Quam nostris usibus per omnia accomodus sit liber ex exemplo s. Augustini discimus [1], qui catechumenus s. A sium rogavit, quid potissimum de Libris s. legendum ess percipiendae gratiae baptismatis paratior fieret; at ille „Esaiam," ut subiicit s. Pater, credo quod prae ceteris Ev vocationisque gentium sit praemonstrator apertior. Argumento lorum convenit sublimitas et maiestas e l o q u i i. Isaiae genus omnium, quae sacra lingua exstant scripta, primas fert part mamque eloquentiae. In eo puritas Hebraismi resplendet. Orat phetae viva est et efficax; pollet quidem figuris sententiaru ornamentis quoque verborum omnis generis affluit. Praecipu beata fandi copia, qua semper eandem rem pluribus modis In usu numeri seu parallelismi poëtici cunctos antecellit Quo fit, ut in hoc uno auctore fere plus habeant census cae literae, quam in pluribus aliis simul iunctis.

§. 114. Aphorisma exegeticum de Servo Dei.

Inter vaticinia Isaiae, quae tum amplitudine ac sacro quodam s tum explicandi difficultate, omnem curam sollicitudinemque interpretum converterunt, conversam autem firmiter tenuerunt, ea prae ceteris ma genia exercuerunt, quae *de servo Jehovae* עֶבֶד יְהוָה passim traduntur praeter varias explicandi rationes, hac etiam summa gravitate insignia su iis in toto V. T. nihil profecto exstet praestantius, nihil maioris momen vissimis curis has explicandi rationes reperimus defensas. Prima de coll quas vocant p e r s o n i s intelligit, et quidem vel prosopopoeam totius populi (*F. F. Telg, meletemata in carmen fatidicum Isai. 52, 13—53. in d. th. v. Ruperti. I, 322. Rosenmüller, scholia III, 69. Hitzig, Isaia. p. 564—*) m e l i o r i s p a r t i s eius habet. (*O. Thenius, Neue Beleuchtung des leidenden dieners in d. Wiener Zeitschr. f. w. Theol. 2, a. 105—130. Maurer, C crit. in V. T. Lips. 1835. I, 435. „fidos Jovae cultores." F. Köster, Jehovae apud Isaiam commentatio. Kiliae. 1838. p. 31. „populus iudaicus, phetarum et Messiae attributa in se copulata habet." T. Kahler, diss. th. loco classico Jesaiae 52, 13—53. 12. Argentorati. 1839. p. 31. „exiguus il litarum numerus, qui a se impetrare non potuerunt, ut cogitatione utilita moti, ad paganorum religionem, instituta et usus sese accommodarent.'*

[1]) Conf. IX, 5. I, 769.

Lutz, Biblische Dogmatik. Pforzheim. 1847. p. 252. „das Volk Israel nach seinem ächten Theile.“ Knobel, Comm. p. 390.: diejenigen Exulanten, welche nominell oder reell Jehovaverehrer waren.) Haec opinio est perantiqua. *Ut patet ex Origene, contra Celsum. I, 55. XVIII. 101. Hanc sequebantur, duce Chaldaeo paraphraste ad Is. 52. seq. interpretes Judaei. R. S. Jarchi, D. Kimchi, Abrabanel, S. b. Melech, J. b. Abraham.* Secunda *(quae inter alios Gesenium, in Comm. II, 121. s. 158. s. Thes. s. v. p. 979. de Wette, de morte Jesu Christi expiatoria in op. ed. 1830. p. 42. Schenkel, in den. St. u. Krit. 1836. p. 982. Umbreit, ib. 1828. p. 295. et comm. der Knecht Gottes. Hamb. 1840. Winer, in Lex. s. h. v. aliosque nacta est patronos)* in eo versatur, ut demonstret, nomine servi Dei coetum et ordinem prohetarum designari. Tertia nomen s. D. de unica quadam persona, propheta Isaia sumit. *(Defenditur a Stäudlin, theol. Bibl. 1. p. IV. p. 320. VI. p. 412. Hoffmann, Weissagung und Erfüllung. I. H. Nördl. 1841. pag. 161. „Jesaia um dessentwillen, was er als Prophet ist.“ — Aliae opiniones passim obsoletae recensentur in Theol. Stud. u. Krit. 1836. fasc. 4.)* Quarta denique extra omnem dubitationem ponit, haec vaticinia ad Messiam Jesum Christum esse referenda. Ut rite hasce diiudicemus opiniones, quid formula עֶבֶד יְהוָה sibi velit, enodare conemur. Servi in S. S. dicuntur, qui ex alterius mandato, officio sibi imposito fideliter et obsequiose funguntur, e quibus eminent illi, quibus provincia aliqua honoratior a principe committitur. E. c. Moyses Num. 12, 7. Hebr. 3, 2. David, Ps. 35, 1. 77, 70. 88, 4. 21. 131, 10. prophetae, apostoli, Isai. 20, 3. Rom. 1, 1. dicuntur servi Dei, quod ex mandato Dei, procuratio Oeconomiae divinae illis commissa fuerit. Imo vero quandoque omnes Deo devoti dicuntur servi Dei, Job. 1, 8. 2, 3. 42, 7. 8. Ps. 33, 23. 68, 37. 85, 2. 88, 4. 21. 89, 13. 16. Ps. 118, 17. et passim Ps. 133, 1. *Apud Isaiam vero eximius et prae caeteris unicus inducitur servus Dei* עֶבֶד יְהוָה*, quo ad perficiendum consilium suum Deus utitur, qui singulari omnino Dei tutela atque cura gaudens scribitur; cuius auctoritati omnes terrarum populi semet ipsos sint subiecturi, quamvis tumultuosa nequaquam ac terribili potestate, sed miti potius et indulgente amore ornatus sit proditurus, neque otium sibi concessurus, donec salus omnes, quoscunque homines amplectens fuerit procreata.* V. Isai. 42, 1—7. 49, 3. 5. 6. 50, 10. 52, 13—53, 12. coll. Ez. 34, 23. s. 37, 24. s. Zach. 3, 8. 9. 6, 12. 13. His iam praemissis, si Messiae primum ratione nondum habita, quaesiverimus, an ex singulis istis subiectis, quae oraculis Isaiae spectari sumuntur, aliquis is sit, cui notae servo Dei ab Isaia tributae congruant, dubitare nequibimus, quin prorsus negabimus. E collectivis istis subiectis, populo israelitico, cui competere notas a propheta exhibitas aiunt, multa obstant. Quomodo interrogamus eos, qui S. D. omnem populum israeliticum exprimere affirmant, Israelitae conquerantur rem suam publicam, ut insontem, misere iacentem, dum collatis historiis semet ipsos non accusare non possint? qualiter populus poenas luat ita, ut singuli cives impunes abeant? quid meriti adiudicetur populo cuius singula membra maximorum rei fuerant flagitiorum? Quod facile quisque nobis concedet. Mederi huic vitio alia opinio videri possit, ex qua servum Jehovae meliorem populi partem haberi monemur, cui cum peiore luenda poena, atque ita in exilium migrandum erat, quae vero post reditum prudenter rebus gerendis in prosperrimam, quod stupendum reliquis videatur, conditionem collocatam sese norit. Dicunt Judaeos, qui iam in eo erant, ut in patriam redirent, fidelibus illis Jehovae asseclis salutem se debere opinatos esse. Putabant enim, ut iidem

porro continuant, spem in Jehova positam meliores quoque fefellisse; sed reversos errorem intellexisse, atque doluisse, quod non maturius resipuerint. At loca 65, 8—14. 66, 4. 7. 24. testantur, quam longe abfuerit propheta ab opinione cum meliorum sorte in tale consortium trahendi impios; ut illorum ratione habita, ipsi a luendis poenis absolverentur. Neque congrueret imago, cum pluribus attribueretur, quod iuxta contextum nonnisi in unum cadere potest. Populus israeliticus ipse erat ab hoc servo Jehovae erudiendus. coll. Isai 52, 3. 7. 8. 9.; nec unquam sistitur Spiritu divino afflatus ut S. D. V. Isai. 48, 16. 59, 21. 61, 1. Sententiae de prophetarum coetu adversantur pariter multae et graves rationes. Prophetis ea his vaticiniis annunciaretur conditio, quam eos tenuisse minime constat, quam affectare prophetarum esse non poterat; nusquam tales eos invenimus, qui patienter civium inde redundaturam salutem sperantes, suppliciis sese affici paterentur, sed si iniuria afficiebantur, iram Dei propterea superventuram praedicere opportuit. Coll. Matth. 23, 35. 37. Testis hic prodeat Jeremias, qui tantum abest, ut succumbere pro inimicis in animo habeat, ut ignominiarum malorumque perpessorum acerrimam vindictam Deo commendet. Jer. 15, 15. 20, 11. Nihil etiam scimus, an tempore, de quo hic agitur, praeter nostrum et nonnullos notos, multi alii prophetae floruerint. Denique quemadmodum offendimus, si servum Dei prophetas significare quis sumat „in his vaticiniis multa desiderantur, quae si de iis cogitandum esset, necessario addenda fuissent.“ Qui Isaiam denique aut Jeremiam „servum Jehovae“ assumunt, non solum sententiarum sensui multa arbitrarie derogant, sed et contextus rationem prorsus negligunt. Nunquam Isaias, qua praestabat modestia tam alta de se dixisset, quae certo non effecit. Quae enim conversio per Isaiae praeconium et doctrinam, quae salus toti mundo obtigit? Servus Dei l. l. quibusdam depingitur coloribus, quos sine summa temeritate ad Isaiam referre non licuerit. Deformitate, morbis suppliciis, morte affectus est. Nullo loco V. T. docetur, hominem solum pro alio satisfacere eiusque peccata expiare posse, imo apud Mich. 6, 6—8. Ezech. 18, 20. Ps. 48, 8—10. contrarium habetur. Cum ex iis, quae contra praefatas explicandi rationes disputavimus apertum sit, talibus conaminibus contextum minime favere; *unica restat sententia, quae* עֶבֶד יְהוָֹה *ad Messiam Christum refert, et quidem necessario atque rectissime. Nam licet idem qua homo sit filius Dei naturalis, qualenus scilicet humanitas illius in persona „Verbi“ subsistit, quae est filius Dei naturalis, servus tamen Dei recte appellatur, ratione humanitatis, quam assumsit,* ut patet ex sequentibus. Servorum est facere voluntatem Dominorum, Christus ad hoc venit in mundum, ut faceret voluntatem patris sui, perficiendo secundum aeterni decreti legem, opus magnum ad salutem humani generis. Joann. 4, 34. 10, 18. Unde ad exitum se praeparans ex hoc mundo fatetur, se ex amore gloriae Patris summa fide, cura et diligentia exsecutum diversissimum quoque et subiectissimum officium. Exhausit omnem vim nominis servi Jehovae, quod obediens (ὑπήκοος) factus sit Patri usque ad mortem, mortem autem crucis, apparens in schemate humili non instar filii, sed instar servi. Philip. 2, 7. *Isaiam nomine servi Jehovae de Christo, humani generis redemtore, quoad triplex suum munus, propheticum, sacerdotale et regium, praedixisse* huius sententiae patronos et defensores et inter veteres et inter recentiores habemus ardentissimos. Ipsos iam a. Scriptores sacros Novi Testamenti. (Videantur: s. Matth. 8, 17. 12, 18—21. 16, 21. s. Marc. 15, 28. s. Luc. 22, 37. 24, 26. s. Joann. 12, 38. 17, 2. 23.

3, 5. s. Philippus, Act. 8, 35. s. Paulus, Rom. 4, 5. J. 5, 6. 8. 17—19. 10, 16. Cor. 15, 3. II. Cor. 2, 9. et s. Petrus. I. Petri. 1, 19. 2, 22. 3, 18.) Quo armento nihil cogitari potest firmius. b. S. S. Patres et Scriptores clesiasticos. *(Conferantur e Graecis: s. Irenaeus, ad haer. IV. 33, 11. p. 673 Justinus M., Apol. I. §. 50. p. 117. §. 55. p. 131. dial. c. Tryph. §. 13. p. 45. rigenes, l. s. c. Eusebius, demonstr. ev. III, 2. p. 101. s. Joannes Chrysostomus, VI. adv. Judaeos. n. 5. I, 656. Theodoretus, int. Is. II, p. 358. e Latinis: Tertulnus, contra Jud. 9. IV, 315. s. Cyprianus, lib. II. contra Judaeos. c. 13. 2, l. s. Hieronymus, in Comment. suo. IV, 604. et passim s. Augustinus, de Civ. Dei. VIII, 29. II, 263. et passim.)* His addendi c. Interpretes quiqui orthodoxi. *la Vitringa, Comm. saepe laud. Dathe, Prophetae maiores. Halae. 1779. p. 172. Slevogtus, diss. de morbis et doloribus Messiae in Thes. I. th. ph. p. 774. Danz, ib. p. 779. s. Clingius, ad cap. 53, 9, de ossilegio p. 784. Gebhardus, 56, 7. p. 787. s. Steudel, observationum ad Jes. 52, 13—53, 12. Part. I. II. ib. 1825. 1826. Krüger, de verisimillima oraculi Jes. 52, 13. s. et 53. interandi ratione. Lips. 1810. Jahn, in app. herm. fasc. II, 1—66. J. Beck, ber d. Entwicklung und Darstellung der mess. Idee in den h. Schriften des A. B. 1835. p. 75—100. Reinke, exegesis crit. in Jes. c. 52, 13—53, 12. seu Messia expiatore et passuro commentatio. Monasterii. 1836. ubi p. 14. s. enumeinterpretes iudaicos, qui Messiam esse servum Jehovae firmiter crediderunt. Schegg, Der Prophet Isaias. München. 1850. II. Th. p. 39. Bade, Christogie. III. Th. 195. seq. Hävernick, Theologie des A. T. Erlang. 1848. 221. rechsler, in d. Zeitschr. f. l. Theol. 1852. 2. Hengstenberg, Christologie. I, 214. A. Hahn, Des Propheten Jesaia letzte Reden. Berlin. 1857. p. 47. 144.)* evelavit Deus pro sua omnipotentia et omniscientia Isaiae coaevis illud de plici natura Sospitatoris dogma; respexit quidem, ut desiderant, — Cf. A. rardi, Symbolas ad explicand. Jesaiae proph. Tiguri. 1844. p. 13. 14. — leges genii humani paulatim excolendi; sed tempore Isaiae, per Davidem iteratis cibus de Messia magnifica canentem, per Amosum de restituendo collapso Dadis regno, per Oseam de Christo ab inferis victore reduce vaticinantem, iam praeparati erant animi Judaeorum, ut vaticinia haec capere potuerint.

§. 115. Authentia vaticiniorum Isaiae.

Talis ac tantus fuit Isaias; vir si quisquam alius, coelo arus et vaticiniorum celebritate eminens. Haec tamen manifesta aiae indoles non impedit, quominus plurimi interpretes acatholici [1]

---

[1]) Inde a tempore editi a R. Lowth, Comm. Isaiae vern. per Koppe tt. 1779—81. Döderlein, Auserl. th. Bibl. I. 11, 832. IV. 8, 574. Esaias et notas subi. idem. Norimb. 1789. 12—15. Eichhorn, Allg. Bibl. der bibl. Liter 1044—46. Einl. i. A. T. Reutl, 1790. III, 56. s. Justi, in Paulusii Memorab. 4, 139. aulus, ph. Clavis ü. d. A. T. Isaias, Jena. 1793. p. 277. Bauer, Einl. in's A. T. rimberg. 1794. p. 375. Augusti, Einl. p. 294. Rosenmüller, Scholia. ed. procem. in part. tert. lib. Isai. III, 1—9. Gesenius, Comm. II, 1—35. s.

vaticinia quae inde a capite quadragesimo usque ad finem in Libro Isaiae leguntur, huic abiudicarint et ignoto cuidam vati sub finem exilii viventi adscripserint [1]. Verum enimvero argumentorum gravissimorum copia suppetit ad vindicias huius partis Isaiae, quam appellatione Deutero-Isaiae insignire placuit, agendas. Ipsum Isaiam prophetiarum harum auctorem esse praeter inscriptionis vetustissimae auctoritatem luculente ostendunt sequentia: a. Antiquitatem Libri consequentium aetatum testimonia adstruunt [2]. b. Siracides vir in Scripturis fide dignissimus [3] diserte

---

Maurer, Comm. p. 386. s. Hitzig, d. Pr. Isaia. 464. s. Ewald, Die Propheten des A. B. II, 403. s. Knobel, Der Prophetismus. II, 332. s. Der Prophet Isaia. 289. s. Beck, Die Cyroiesaianischen Weissagungen. Lips. 1844. Wette, Einl. p. 278. C. J. Bunsen, Gott in der Geschichte. Leipz. 1857., qui anonymum auctorem in Barucho ammanuensi Isaiae detexit! Umbreit, in Herz. En. p. 518. Bleek, Einleitung. p. 452. s.

[1]) Quae autem contra auctoritatem horum capitum argumenta afferunt, sic fere comparata sunt, ut vel ignorantiae locorum et perversae interpretationi debeantur, vel opinioni praesumtae, nec vero demonstratae, de ratione et causis vaticiniorum superstructa sint. Nimirum vaticinia V. T. nulli communioni sermonis cum Deo, sed perspicaci menti vatum deberi affirmant; siquidem vaticinium ex mente horum interpretum nil nisi coniectatio quaedam sive apprehensio rerum est ex causis antecedentibus. Quae assumtio cum vaticinationem vere dictam plane tollat, ratione evidente demonstranda foret, et institutio voce signisve a Deo facta refellenda. Quod cum illi interpretes minime praestiterint, nec fieri etiam omnino possit (commento enim ingenii humani, cum potentiae divinae limites statuit, demonstrationem, quae ratione fit, non capiunt) inanis fertur argumentatio, quae his notis authentiam operis impugnare conatur. Cf. E. J. Greve, Vaticiniorum Isaiae volumen postremum. Amstel. 1811. p. XIII. et XIV. [2]) Deprehendimus vestigia partis Isaiae posterioris apud Nahumum, 1, 15. coll. Isai. 52, 7. 3, 5. coll. Isai. 47, 2. 3. Habacucum, 2, 18. 19. c. Isai. 44, 9—20. Sophoniam, 2, 14. Isai. 34, 11. Cf. C. P. Caspari, Beweis dass Zephania Jes. 40—66. 13—14. 23. u. 34. 35. gelesen hat, in Rudelbach's Zeitschr. f. d. l. Th. 1843. II, 66—73. Jeremiam, 10, 12—16. c. Isai. 40, 22. 23. Jer. 13, 18—26. Isai. 47, 1—3. 31, 35. Is. 52, 15. Jer. 12, 7—12. c. Is. 56, 9. Jer. 5. coll. Isai. 59. Ezechielem, 3, 17. 6, 7. 32, 2. Isai. 56, 10. Ezech. 18, 7. Isa. 58, 7. Ezech. 36, 20. Isai. 52, 5. ut inde necessario consequatur, auctorem c. c. 40—66. ante horum prophetarum aetatem vixisse. Cognatio horum vaticiniorum cum nostris oraculis Isaiae, de quibus quaeritur, manifesta est; e natura vero horum vestigiorum patet nexum neque inverti posse, neque a fonte deperdito derivari. Collationem Isaiae et horum prophetarum exhibuit A. Kueper, in libro: Jeremias librorum sacrorum interpres atque vindex. Berolini. 1837. qua scriptione eo rem perduxit p. 132—155., ut certum sit hos vates Isaiam legisse. [3]) In elogio Isaiae quod texitur Eccl. 48, 25. s.

Isaiam horum quoque Capitum auctorem esse insinuat [1]. Nec minus laudatus est c. in Nova Lege. Christus ipse huius Libri lectionem commendavit, sed et quomodo legendus sit docuit. Salvator, referente Luca 4, 16. s. Nazarethae [2] die sabbatorum intrans secundum consvetudinem suam in synagogam, tradito sibi libro Isaiae, ubi explicuit volumen, legit c. 61, 1. Complicatum reddidit ministro dicens: quia hodie impleta est haec Scriptura in auribus vestris. Ut adeo authentia istius partis ab ipso summo Propheta Jesu Christo – quem non legimus alium attigisse s. Librum – in diebus carnis suae docente agnita et comprobata sit. Apostoli, Evangelii doctrinam confimaturi, haud frequentius alterius ullius prophetae, quam haec Isaiae oracula controversa, tanquam dicta vatis a Deo vere inspirati in subsidium vocant. Quis enim Evangelistarum non facit mentionem illorum? [3]. Nonne Paulus illius testimoniis epistolam suam ad Romanos, quasi gemmis et stellis, exornavit [4]; imprimis [5] laus illa animi cordati et intrepidi, quae continetur in verbis „Esaias audet et dicit“, innuit s. Paulo fuisse persvasum Isaiam haec dixisse. Nonne et Petrus et s. Jacobus huius prophetae dictis, tametsi tacito nomine, usi sunt? [6]. Nonne et libri Apocalypseos aliquanta pars ex hoc Libro desumta apparet? [7]. Atque quis maior Joanne Baptista? is vero, Isaiae testimonio ex hac parte

---

[1]) „Isaias propheta magnus et fidelis in conspectu Dei. Spiritu magno vidit ultima — τὰ ἔσχατα, res messianas — et consolatus est lugentes in Sion; usque in sempiternum ostendit futura et abscondita, antequam evenirent.“ Vixit autem Siracides trecentis circiter annis ante Christum; ut sic appareat et aetatis illius eandem existimationem fuisse. Siraciden verbis laudatis prophetias, quae leguntur Isaiae C. 40—66. imprimis spectasse, per se clarum est; solatia enim hac ultima parte praecipue narrantur. [2]) Vide pag. L. [3]) Ne omnia commemoremus singillatim, nonne laudatur: a s. Matthaeo 3, 3. Isai. 40, 3. 8, 17. Isai. 53, 4. 12, 18. Isai. 42, 1. 21, 13. Isai. 56, 7. a s. Marco, 1, 3. Isai. 40, 3. 9, 44. Isai. 66, 24. a s. Luca, 1, 51. Isai. 51, 9. 2, 32. Isai. 42, 7. 3, 4. seq. Isai. 40, 3. s. 4, 18. Isai. 61, 1. a s. Joanne, 1, 23. Isai. 40, 3. 6, 45. Isai. 54, 13. 10, 11. Isai. 40, 11. 12, 38. Isai. 53, 1. Act. 8, 32. Isai. 53. 7. [4]) 2, 24. Isai. 52, 5. 9, 20. Isai. 45, 9. 10, 15. Isai. 52, 7. 11, 26. Isai. 59, 20. 11, 34. Isai. 40, 13. 14, 11. Isai. 45, 24. 15, 21. Isai. 52, 15. [5]) 10, 20. 21. coll. 65, 1, 2. [6]) I. Petr. 1, 24. Isai. 40, 6. 2, 22. Isai. 53, 9. 2, 24. Isai 53, 5. II, 3, 13. Isai. 65, 17. 66, 22. Jac. 1, 10. Isai. 40, 6. [7]) 1, 17. Isai. 41, 4. 44, 6. 7, 16. Isai. 49, 10. 18, 7. Isai. 47, 8. 21, 1. Isai. 65, 17. 66, 22. 21, 23. Isai. 60, 19. 22, 13. Isai. 48, 12. 22, 17. Isai. 55, 1.

allegato, populum ad poenitentiam potissimum est cohortatus[1]. Sufficerent quidem haec, nisi alia argumenta, ex ipso tenore prophetiae petita idemque arguentia, occurerent. Et quidem a. Orationes partis alterius in eandem, ut primae, sententiam scriptae sunt. Si enim vel illa de Libro seligantur, quae ab Isaiae manu profecta adversarii concedunt[2], dicendi genus nulli auctorum hebraeorum tam congruens videtur, quam ei, qui hanc ultimam voluminis partem scripsit. Conferantur allocutiones, quibus piorum animi oppressi eriguntur, reprehensiones populi nondum emendati[3], praedicata quibus Deus appellatur. In quibus primo loco notari debet nomen illud, quo Jehova in omnibus oraculis assidue venit; vocatur nempe nomine exquisito Sanctus Israelis; quae denominatio Isaiae propria dici potest[4]. b. Ab uno eodemque scriptore integrum Librum profectum esse cognoscitur etiam ex eo, quod unum in eo est eloquium purum atque elegans. Cum nemo anteriori saeculo scripturam sic adaptet, ut noster in vaticiniis suis, pura hac lingua evincitur, ea nullo modo, exeunte demum exilio confecta esse. Judaeos enim plurimos iam ante tempus exilii in convictu quotidiano sermone chaldaico, sive aramaico, uti coepisse satis compertum est. Nec intelligitur unde auctor noster, unus inter omnes, hanc linguae puritatem assecutus sit. Solis enim libris hebraicis, vel maxime assidue lectis, eam ita attingere non potuisset. Neque hoc praetermittendum, inter ceteros huius temporis

---

[1]) Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Luc. 3, 4. Joann. 1, 23. Allegata omnia ex Isaia in N. T. facta sedule collegit: J. Langius, Hist. eccl. V. T. p. 661. s. [2]) Sicut e. g. cap. II. et sequentia usque ad c. IX. [3]) V. 40, 6. 9. coll. 2, 2. 3. 41, 1. 10. c. 10, 24. 42, 1. 6. 7. c. 9, 2. 11, 2. 43, 26. c. 1, 18. 44, 18 c. 6, 10. 45, 9. c. 29, 16. 46, 8. 13 c. 1, 29. 47, 1. c. 3, 26. 48, 10. c. 1, 25. 49, 1. c. 33, 13. 50, 10. c. 9, 2. 51, 5. c. 2, 4. 52, 7. c. 32, 17. 53, 2. c. 11, 1. 54, 14. c. 11, 5. 55, 1. c. 12, 3. 56, 10. c. 29, 10. 56, 12. c. 22, 13. 57, 3. c. 5, 19. 58, 4. c. 1, 13. 59, 1. c. 30, 30. 60, 1. c. 9, 2. 61, 8. c. 3, 14. 64, 7. c. 29, 16. 65, 24. c. 30, 19. 66, 15. c. 29, 6. [4]) Praeter enim librum Isaiae in toto V. T. volumine quinquies tantum obvia est: Ps. 70, 22. 77, 41. 88, 19. Jerem. 50, 29. 51, 5. Nomen istud in priori aeque ac posteriori parte libri ubique recurrit. Cf. Isai 1, 4. 5, 19. 24. 10, 17. 20. 12, 6. 17, 7. 29, 19. 30, 11. 12. 15. 31, 1. 37, 23. 41, 14. 16. 20. 43, 3 14. 45, 11. 47, 4. 48, 17. 49, 7. 54, 5. 55, 5. 57, 15. 58, 13. 60, 9. 14. V. P. Möller, de authentia oraculorum Esaiae cap. 40—66. Havniae. 1825. p. 59. C. P. Caspari, Jesajanische Studien. II. der Heilige Israels, in Rudelbach's Zeitschr. f. l. Th. 1844. III, 92. s.

prophetas nullum inveniri, qui lingua adeo bene hebraica uteretur [1]. Nullatenus enim concipi potest, recentis aevi scriptorem, cum et lingua vehementer degenerasset, et longe diversa essent hominum ingenia, se in ipsum et Isaiae aevum et ingenium ita penitus insinuare potuisse, ut in tot sermonibus continuis suae aetatis indolem nusquam proderet. c. Adiiciendum et illud est, quod iste vir eximius tam audacter in re versatus sit, ut non tantum Deum in praedictionibus, quae ante multas aetates, quam reipsa complerentur, factae essent, de suo numine et scientia infinita disserentem induxerit; sed etiam [2] ad Judaeos tanquam suos testes provocaverit, qui vaticinia illa olim tenuerint atque noverint [3]. d. Nullum exstat in Canone exemplum prophetias unius alteri auctori adiectas fuisse [4]. Ut alia praetereamus, e. Isaiae pars altera supponit, sive ad naturam rerum, sive ad hominum mores respicias, eam temporum faciem, quam circa finem regni Ezechiae novimus. Obiicit urbem sanctam et templum in sua integritate [5]; populum deos commentitios colentem. Nec metaphora, aut imago poëtica ulla in carminibus ostendi potest, quae vel ex aspectu regionis babylonicae, vel ex incolarum moribus et vita quotidiana ibi desumta esset [6]. Generatim quae de rebus sui temporis urbisque prodit Isaias, tam optime congruunt cum luculentis et prolixis narrationibus in libris Regum et Paralipomenon, ut eadem opera, qua huius prophetiae authentia reiicitur, illorum quoque fides convellatur. Indicium haud leve vetustatis ocurrere videtur, f. in ipso Cyri edicto, quo Judaei captivitate dimittuntur [7].

---

[1]) Cf. Möller, p. 57, 58. [2]) C. 42. 43. 44. atque 48. [3]) Veluti cum Cyri nomine memorato C. 44, 28. 45, 1. deinceps hoc ipso infinita scientia et vis Numinis omnia moderantis demonstratur, quod occulta aevo, et nulla sapientia humana praesagienda, per vates suos orbi annunciet. Quem locum et auctor saepius in disputatione contra idolorum cultores, tum imprimis C. 48. urget. Qualis astus et fallacia histrionica fuisset, si prophetia illa eo demum tempore edita esset, quo ex iis, quae in Asia gerebantur, sic eventuram rem a prudentiore poterat divinari? Cf. Greve, l. c. p. XIV. [4]) Quid ni ipsum perexiguum Abdiae oraculum ut libellus distinctus servatum est. [5]) 40, 9. 41, 27. 62, 6. 66, 1—3. 6. 10. 13. 17. [6]) Cap. 41, 17—20. 57, 5. 65, 3. clarius aevum Isaianum vix depingi potest. Cf. II. Par. 28, 3. Ps. 105, 36. 37. Sap. 12, 3. s. Isaiae enim aetate pueri in vallibus sacrificii instar in honorem idolorum mactabantur; e contra constat, exilio ad finem vergente, Hebraeos omni idololatria abstinuisse. [7]) I. Esdr. 1, 2. coll. II. Par. 36, 23.

„*Haec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus coeli, et ipse praecepit mihi, ut aedificarem ei domum in Jerusalem quae est in Judaea.*" Oraculum, quo Cyro demandetur, ut aedem ipsi Hierosolymis exstruat, nullum ostendi potest, nisi quod in hoc propheta [1] continetur. Conspirat g. traditio apud Josephum [2] servata, quae refert, capta Babylone, Cyro a Judaeis vaticinia Isaiae ostensa fuisse, atque sic regem ad decretum illud motum. Denique h. [3] contendit auctor noster ruinam Babelis et liberationem Israelis a nemine ante praedictam esse. Hoc autem circa finem exilii nullo modo dicere potuisset, cum Jeremias easdem res longe antea praedixerit. Ita quoties novum inter priores et posteriores V. T. libros detegitur discrimen, toties novum adesse videtur pro antiquitate oraculorum Isaiae [4] argumentum. Dein cum prophetia, in remotiora tempora excurrente, frequens proselytorum ad sacra Jehovae transitus, sera porro tempora, quibus Christus in mundo apparuit, atque res abhinc in Ecclesia et Synagoga gestae memorentur, et luculentius quidem multoque clarius, ac illae quae a bello illo Cyri contra Babylonem proximis annis evenerunt, pingantur; ut ratio inita in opere constet, auctor vel interpolator de saeculo primo vel secundo post Christum supponendus foret [5]. Paucis his

---

1) Cap. 44. et 45. 2) Antiq. XI, 1. 2. 3. I, 547. s. 3) Cap. 48, 6—8. 4) C. C. 40—66. 5) Praeter haec, quorum vindicias nunc egimus, capita, etiam capita XIII. XIV. XXI. (Maurer, Comm. 297. Ewald, l. c. II, 393 s. Wette, 283. Knobel, 96. Umbreit, l. c.) XV. XVI. (Hitzig, d. Pr. Jesaia. 180. Id. des Pr. Jonas Orakel über Moab. Heid. 1834. II. III. Maurer, c. p. 306. Knobel, p. 112. Wette, 284.) XXIII. (Movers, Tüb. Quartals. 1837. p. H. 3. 506. Bleek, Einl. p. 459. s.) XXIV—XXVII. (Wette, l. c. Ewald, ad h. l. II, 506. s. Umbreit. u. s.) a senioribus, sive Isaia recentioribus scriptoribus composita, et opusculo, quod Isaiae oracula adversus exteras gentes amplectabatur, adiecta fuisse dicunt. Id quidem faciunt e praeiudicata opinione, prophetas s. exteram aliquam gentem tum demum commemorare, si haec connexionem cum popularibus suis habere coepit. Isaias autem ipse, nec alius serior, vel exilio degens propheta, vaticinia quae his C. C. 13. 14. 15. 16. 21. 23. 24—27. leguntur, scripsisse putari debet. Ad hoc enim credendum nos plures impellunt causae. α. Isaiae nomen praeseferunt, XIII, 1. quae quidem res sola sufficere videtur ad haec vaticinia eidem vindicanda. Idem evincitur β. si ad ipsam formam et characterem orationis, qui in scriptoris cuiusque indole fundatus est, quo demum modo in iis dicat, attendamus. Occurrunt enim et in his Oraculis crebrae phrases, imagines, sententiae et formulae loquendi aperte Isaianae; e. c. 13, 11. c. 2, 11. similitudines ab arboribus plantisque petitae, Isaiae ubique consvetae et familiares. V. L Arndt, de loco, qui exstat apud

is liquet: totum librum Isaiae, ut omnis retro antiquitas He-,eorum et Christianorum docuit, vere authenticum et theopneu-m esse [1].

§. 116. Aphorisma critico-exegeticum de nomine *Cyri*.

Ita quidem argumenta quae structa sunt, ut sua perderet Isaias, omnia, ut 'amus remota fuere, excepto eo, quod remanet adhuc in nomine Cyri, כֹּרֶשׁ. I, 28. et 45, 1. Illustris est hic locus de Cyro Babyloniorum vic-e et Judaeorum liberatore verba faciens. Nec ignoramus: ipsum nomen auctorem quasi et creatorem fuisse difficultatum ceterarum ium, quas hucdum attulimus. Cyrum enim ante plura saecula ab Isaia no-atum esse, nostris quidem temporibus· nec ipsi interpretes catholici sibi

---

am c. XXIV—XXVII. vindicando et explicando. Hamburgi. 1826. pag. 7. Hävernick, symbolae ad defendendam authentiam vaticinii Jesaiae. c. 13—14. Regimonti. 1842. p. 20. s. Möller, l. c. p. 9. Caspari, Jesajanische Studien I. Rudelbach's Zeitschr. f. l. Th. 1843. II, 1—48. γ. Certum est Jeremiam tempore haec nostra oracula legisse, ex iisque c. c. 50. et 51. plurima mu-se. Eadem verba, phrases, structurae parallelae desiderant, mutuum quod-ı locorum vinculum statuendum esse. Inexplicabilis esset casus si duo de em re vaticinantes nullo eorum inter se vinculo in tantis convenirent. Cf. er, Jerem. p. 78—132. δ. Verum est, praesentem rerum statum ansam et sionem vaticiniis prophetarum edendis praebuisse. Hac vero observatione tuntur ii, qui fovent opinionem omnium maxime falsam, V. T. plurima ora-ı esse post eventum edita. Petita est sententia ista ex praeiudicio sic dicto gmatico: vaticinia non esse possibilia; cuius confutationem dabit Apologia istiana. ε. Ita ex ipso argumento capitum XIII. XIV. XXI. (V. Pet. Schleyer, rdigung der Einwürfe gegen die alttestamentalischen Weissagungen von dem kel des Jesaia. c. 13—14, 23. Freiburg. 1839. p. 138. s. Arndt, l. c. p. 9. s.) clusione contraria, meliore vero, nos inferimus ne unum horum post tempora phetae componi potuisse, et in Isaiae librum interpolari; sed cum verba tum , quas continent, eo plane ducere, ut circa tempora Ezechiae ab Isaia con-pta teneamus.

[1]) Isaiae vaticiniorum integritatem atque authentiam oppositis criticae neo-cae argumentis egregie defenderunt: Piper, Integritas Isaiae a recentiorum cona-s vindicata. Gryphsw. 1793. Beckhaus, ü. d. Integrität der proph. Schriften A. B. 1796. Jahn, Einleit. II, 458. Greve, Möller, l. l. Kleinert, Ueber die itheit sämmtlicher in dem Buche Jesaia enthaltener Weissag. Berlin. 1829. I. Th. ermann, Intr. p. 242. s. Caspari, l. s. c. Beiträge zur Einleitung in das Buch sia. Berlin. 1848. Herbst-Welte, Einl. II. 2, 10. s. Hävernick, II, 2. p. 155. s. l, Einl. 249. s. Stier, Jesaias, nicht Pseudo-Jesaias. Barmen. 1850. Heng-berg, Christologie II, 188. s. Haneberg, Einl. p. 144. Delitzsch, Schluss-erkungen zu Drechsler's Comm. p. 386. s. Reusch, Einl. p. 89. L. Reinke, mess. Weissag. b. d. gross. u. kl. Proph. Giessen. I. 1859. II. 1860. Ueber die theit sämmtl. iesaianisch. Weiss. p. 483—556.

inducere potuerunt, ut crederent. — Lege Schegg, Der Prophet Isaias. II, 87. seq. Idem interpres generaliter partem alteram. l. c. pag. 33. Isaiae quoad formam, ut ait, abiudicat, et discipulo prophetae (?) adscribit, qui iuxta memoriam et fragmenta, sermones magistri sui ultimis vitae annis habitos in unum syntagma coniunxisset! — Unde spurium esse proclamant illudque librario serioris aetatis adscribunt. Merito itaque de hoc nomine paulo uberius disquirendum est, atque pressius iam et per singula loca adversus obiectationes et ratiocinia Scheggii, qui Cap. 44. comma 28. glossema exegeticum temporis exilici habet, ut genuinum nos vindicare par est. Primum quod obiicit: non solere prophetas quotiescunque de hominibus futuri temporis loquuntur, eos certis nominibus describere, confutatur l. III. Reg. 13, 1. 2. (946. a. C.), ex quo perinde coll. IV. Reg. 23, 16. (638. a. C.) ac annis 308. ante rei gestae implementum Josiae nomen a viro Dei annunciatum fuisse constat. Exinde non parum confirmatur sententia, Isaiam quoque 170 annos ante rei eventum potuisse proprium nomen Cyri afferre; atque satis intelligitur Deo consilia sua libranti respectum suprafatum non esse observatum. Esto secundo facile Scheggio concedamus Cap. 42. subiectum illustris prophetiae unicum esse: filium Dei Jesum Christum, magnum doctorem mundi et lucem gentium, ad quem hunc locum plane et directe retulit s. Matthaeus, 12, 18. ut supra diximus. Quominus tamen idem de C. 45. dicamus, vetat contextus; quia v. 1. 2. 3. Deus inducitur directe compellans Cyrum Persam eique declarans consilium, quod de ipso cepisset: constituendo eum dominatorem orientis, eversorem monarchiae babylonicae, vindicem populi sui. Addito eidem promisso: se omnia coepta eius prosperaturum, et alte Cyro inculcans, ipsum rerum suarum successus huic soli causae debere. Tertio omnium vanissime dicit v. 28. c. 42. esse repetitionem v. 26. addita relatione historica; potius, ut moris est prophetae, post prologum in fine indicat quorsum in tota hac oratione respexerit, quid intenderit. Cyrum designat nomine suo personali expressum, a Deo praescitum et consilio eius definitum, cui eversio imperii babylonici perficienda demandaretur. Quod oraculum, ut rem repetamus, eventu praedictioni exacte respondente, non exiguum propheticae veritatis divinaeque auctoritatis documentum fuit. Quarto Josephi testimonium, quod Archaeologiae iud. loco s. c. legitur authentiae magis prodest, quam obest, ut docuimus. Interim Cyro liberatori typico, utut a vero servo Jehovae Jesu Christo contradistincto, nomen servi Dei respectu quodam convenire non negamus. Cf. p 397. Si norma critica quam Scheggius: quinto loco proponit valeret, actum esset de integritate Codicis sacri. Ne in profanis quidem auctoribus emendandis integrum id est criticis, ut absque urgente summa necessitate lectio constans in dubium vocetur, et ex mera coniectura eius resecetur; ne dicam in Codice sacro; cum concessa semel eiusmodi licentia, critica omnem denique sollicitaret textum, nec oraculum occurret tam grave, tam momentosum ullum, quod hac arte non in dubium vocari queat. Si providentia divina tam Ecclesiae perpetuum servare Canonem, quam Canoni suam voluit integritatem, sequitur quod hodiedum textus S. Scripturae formaliter sit incorruptus; alioquin Deus suum non assecutus esset finem. Hoc pacto id quod sibi demonstrare visus est Scheggius — etiam a Delitzschio loco cit. p. 309. reiectus — minime evicit; nec intelligitur, cur recedendum sit ab antiqua sententia Isaiam revera praenunciasse nomen regi Cyro proprium. His vero, qui hac in re una nobiscum veterum interpretum sequuntur

ɜntentiam, insuper suffragatur: C. 41, a v. 26. s. rite pensitatum; quibus propheta ıaias propugnat: pradictionem futurorum contingentium, quae dicuntur, esse inter roprietates veri Dei et quidem Dei solius, eam desiderari inter gentes. t hoc quidem facit argumento sumto ex prophetia de Cyro eversore regni babylonici et liberatore populi Dei ab ipsis non praescito, quem tamen eventum ropheta populi Dei in omni circumstantia sua praenunciaverit. Quod argumenɪm Isaias saepius in disputatione contra idolorum cultores, tum imprimis C. 48. rget, ut fidem et spem seminis electi, quod veram efficiebat Abrahami progeniem, onfirmet. Ceterum neque hoc obticuerim, quamvis aliquibus minutum videtur, non lacere illam quorumdam opinionem, Coresch titulum modo regium fuisse, appelıtivum tantum, — ut Pharao — non vero ut proprium regis orientalis nomen spetandum esse. Praeterquam enim quod nullis testimoniis probata sit, nec reges alii oc titulo insigniti innotuerint, merito tentaminis efficiendi, ne amplius hoc noıen offendiculo sit, suspecta habetur. Hoc profecto admiratione dignissimum uniusue providentiae ductu factum esse confitemur: ut Cyri parentes filium hoc nomine onarent, quin divinis erga filium consiliis se servire animadverterent. Luculenssimum sane argumentum, quo demonstratur religionis veritas, supremum Dei ı res creatas dominium, et absoluta illius in causas liberas, intacta libertate, otestas ex parte una, studiosissima Dei sollicitudo in populum suum ex parte ltera et denique certissima promissionum divinarum fides. Ideo Deus hoc vatiinium de Cyro proposuit, ut consoletur pios, ne desperent de regno Messiae; uia enim in nihilum fere res sacrae et profanae Judaeorum una cum Templo edigendae forent, periclitabantur omnes promissiones, quas Isaias de Christo eripsit. Sed quid opus est pluribus ad hanc rem dicere, cum ipse sibi quisque dem facere possit, modo si Librum manus sumat et legat!

§. 117. Prophetae Isaiae coaevi.

Suppar Isaiae fuit Michaeas [1] Morasthites [2]. Patria ergo prophetae udaea fuit [3] ubi et conciones suas dixit, imperantibus Joathamo, Achazo t Ezechia. In munere prophetico Isaia tamen paulo inferior, cum Isaias ım sub Ozia; Michaeas, ut ipse statim in principio docet, Joathamo, Achazo t Ezechia regnante, vaticinari ceperit [4]. Dictionis quoque propheticae

¹) מִיכָה, Coll. Jer. 26, 18. מִיכָיָה, (quod nomen non significat attritionem ive attenuationem, ut proposuit Simon, Onom. 78. 79. 537.) quis est sicut ehova (ad quam notionem 7, 18. alluditur, v. C. P. Caspari, Ueber Micha den Morasthiten und seine prophetische Schrift. Christiania. 1852. p. 13—32.) quasi ropheticum et prophetae symbolum: quis Deus clementia et liberalitate similis tui.) Natus ex Morasthi, quem viculum etiam suo tempore iuxta Eleutheropolin, '. p. LXII. urbem Palaestinae in plaga australi Judaeae situm, se vidisse s. Hieɔnymus testatur. Onom. s. v. ed. Vall. III, 250. Prol. in Mich. VI, 432.). ³) Maısa enim sive Morasthi coll. Jos. 15, 44. I. Par. 2, 53. II. 11, 8. in sortem udae contributa est. Cf. Caspari, l. c. p. 46. s. ⁴) Distinguendus a Michaea lio Jemlae, qui Achabo III. Reg. 22, 8. 9. dirum denunciavit bellorum exitum,

virtute proximus est Isaiae, quem imitandum sibi videtur proposuisse. – Sub regno Ezechiae, regis Juda, cum res Assyriorum quam maxime florerent, et hi superba oratione deditionem Hierosolymarum postularent [1], ansam vaticinandi arripuit Nahum [2], consolaturve Judaeos, ne sibi quid ab Assyriis metuant [3]. Circa haec tempora vixisse Nahumum postulare videtur argumentum, quae enim eius vaticinio insunt res atque sententiae [4], esse huic temporis momento aptissime respondere inveniuntur, et mire etiam conveniunt cum iis, quae Isaiam et Regem Ezechiam tunc temporis sensisse, sperasse et elocutos esse historiae perhibent [5]. Nam et idem postulare videtur ordo, quem inter minores obtinet [6]. Sequens quoque ratio nonnihil momenti habet: nuspiam Nahumus peccata populi, nec impiam a vera religione defectionem arguit, nullos praeter Assyrios commemorat hostes, brevi Chaldaei timendi erant, periculum a solis imminet Assyriis, quorum potentia integra adhuc sistitur. Indoles denique sermonis redolet aetatem Isaiae; in Jeremia vero iam memoria prophetiae Nahumi resonat [7]. Initio

---

a quo et eam ob rem coniici iussus est in vincula, et sustentari pane tribulationis. Eundem habet G. Fabricius, historiarum s. libri X. Jenae. 1658. p. 183. 184. Oziae tempora, ut recte iam C. Sanctius monuit, non attigit, v. Comm. in proph. min. p. 862., quae pro hac opinione attulit Caspari l. c. p. 99. diluit Welte, Tüb. Quart. 1852. II. 503—505. Authentiam inscriptionis, contra Eichhornium l. c. p. 369. Knobel, l. c. p. 200. 201. Ewald, l. c. I, 327. Umbreit, l. c. p. 209. qui negant Michaeam tempora Ezechiae praecessisse, sed brevi ante deletam Samariam prodiisse affirmant, defendit Hävernick, l. c. p. 364. Caspari. l. c. p. 60.

[1]) IV. Reg. 18, 17—35. [2]) נַחוּם. quod nomen svavissimum ei impositum est a consolatione. Cf. Simonis, On. 265. [3]) Iam enim scribit s. Hieronymus, prol. comm. in Naum. decem tribus ab Assyriis in captivitatem deductae fuerant sub Ezechia rege Juda, sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati, adversum Niniven visio cernitur. Nec erat parva consolatio tam his, qui iam Assyriis serviebant, quam reliquis, qui sub Ezechia de tribu Juda et Beniamin ab iisdem hostibus obsidebantur, ut audirent Assyrios quoque a Chaldaeis esse capiendos. VI, 533. 534. [4]) Cf. Nah. 1, 2. s. IV. Reg. 19, 14. s. 1, 7. IV. Reg. 18, 22. 19, 19. 31. II. Par. 32, 7. Nah. 1, 9. 11. IV. Reg. 19, 22. 27. 28. 1, 14. 19, 6. 7. 2, 1—3. 19, 32. s. 2, 14. 19, 22. [5]) Isaiae synchronum fuisse colligi posset ex cap. 1, 13., quo Sennacheribi interitus describitur. Cf. Cornelium a Lapide, comm. ad h. l. p. 484. Rosenmüller, scholia in min. III, 257. Consensus eius cum Isaia non tantum quoad materiam prophetiae, sed et verba patet ex 1, 13. Isai. 10, 27. 1, 15. Isai. 52, 7. [6]) Inter Michaeam et Habacucum, sive nonaginta annos, qui inter Ezechiae et Josiae primos annos interiecti sunt. [7]) Cf. Kueper, l. c. p. 75. In hunc modum aevum Nahumi determinant, Theodoretus, interpret. 2. 1517. 1518. Huetius, Dem. ev. prop. IV. p. 244. Vitringa, Typ. doct. p. 36. Heidegger, Ench. bibl. p. 214. Goldhagen, Introd. II, 515. s. Th. Fl. Jaeger, de ordine prophetarum min chron. p. II.

ophetiae Elcesaeum [1] se dicit, sive Elcesai parvulo Galileae vico [2] se iundum fuisse [3]. — Admodum denique verisimile est, Isaiae synchronum ioque fuisse Abdiam [4], cuius nonnisi unica, eaque gravis, sed brevis ticinatio superest ad Idumaeos [5] de calamitatibus Judaeorum maligne etantes pertinens; quibus quippe iure talionis exitium intentat. Posita hac tate, causa deducitur, cur Idumaeos ita incesserit; quo enim tempore asin Syriae et Phacee Israelis reges de regno Judae excindendo nsilium inierunt et Achazi exercitum fugaverunt, Elath Judaeis ereptam lumaeis occupandam permiserunt; tum in partem periculi ac praedae lumaei hostibus Judaeorum se iunxerunt omnemque occasionem Juaeos vexandi arripuerunt [6]. Ab hoc tempore Judaei Idumaeos rursus sibi ibigere non poterant; sed potius multum eorum odio tam naturali, quam ehementi passi sunt [7]. Pro hac aetate omnibus accurate expensis facit , quod in ordine prophetarum Oseae, Joeli et Amoso aequalis ponatur. lec enim facile discedendum putamus ab auctoritate vetustae collectionis [8]. dem suppeditant b. crebra vestigia Amosi et Joelis [9]. Horsum tendunt , conditiones historiarum laudatarum tenori prophetiae perbelle convenientes.)enique d. Jeremias [10] testis est, qui ipsa Abdiae verba, contra Idumaeos lim in pari causa iactata, usurpavit [11].

Tub. 1827. p. 5. 6. 7. Knobel, l. c. p. 211. 212. Hävernick, l. c. p. 372. Preiswerk, Morgenland. V. Jahrg. p. 97—124. Scholz, l. c. p. 594, s. Niebuhr, Gesch. Iss. p. 116. Nägelsbach, in Herzogs R. E. X, 191. Bleek, Einl. 543.

¹) הָאֶלְקֹשִׁי. ²) Teste s. Hieronymo, in prol. s. c. ³) Tuchius, quidem omm. de Nino urbe. p. 67. et Ewaldus, l. c. p. 349. locum praefatum in Assyria, haud procul ab ipsa urbe Nino quaerunt; sed frusta, totum enim Libri rgumentum clamat patriam et locum vaticinandi terram sacram fuisse. Cf. A. H. ayard, P. B. ü. d. Ausgrab. zu Niniveh, d. v. Meiszner. Leipz. 1852. p. 112. 113.). Straussii, Nahum de Nino vaticinium. Beroloni. 1853. p. IV—XII. M. Breiteneicher, Ninive und Nahum. Münch. 1861. p. 22—25. Praeter haec de fatis Nahumi nihil certi raditum est. ⁴) עֹבַדְיָה, servus sc. cultor Domini, nomen plurimis viris commune. III. Reg. 18, 3. I. Par. 12, 9. 27, 19. II. Par. 17, 7. Esdr. I. 8, 9. II. 10, 5. imile est Arabum *Abd-ollah.* ⁵) Quaecumque hunc prophetam spectant, iacent ropemodum densis tenebris circumsepta. ⁶) Ut supra ex IV. Reg. 16, 6. II. Par. 28, 17. docuimus. V. p. 382. ⁷) Est haec sententia Cornelii a Lap. Comm. l. 350. et Vitringae, typo. doct. proph. p. 35., quae placuit Huetio, dem. v. prop. IV. p. 237. Carpzovio, Iutr. ad l. V. T. III, 341. s. Alex. Natali, . eccl. V. T. II, 168. Buddeo, II, s. 4. pag. 485. Kuepero, l. c. pag. 104. Hävernicko, l. c. p. 523. Scholzio, l. c. p. 564. Hengstenbergio, Die esch. Bileams. pag. 253. Reinke, l. c. pag. 211. 212. ⁸) Cf. Eccli. 49, 12. De quibus l. apud G. F. Jäger, Ueber das Zeitalter Obadias. Tüb. 1837. 47. s. Caspari, Der Prophet Obadia. Leipz. 1842. p. 20. ¹⁰) C. 49, 7—22.) Ex his satis liquet v. 12—16. Abdiam de rebus futuris tanquam de praeteritis

§. 118. Michaeas.

Scripti mole inter prophetas minores excellit etiam Michaeas. Se prophetiae a nomine suo dictae scriptorem apertis indiciis monstrat [1], ipsaque in fronte indicat titulo. Michaeas, utut regno Judae cumprimis destinatus esset, tamen totius gentis electae cura tangebatur [2]. Ad Michaeae commendationem amplius facit argumentum grave comminatorium pariter ac consolatorium; insectatur acerbe vaticiniis suis Israelis et Judae flagitia; praecipue idololatriam, hypocrisin. Minatur ac praedicit poenas regibus, sacerdotibus, iudicibus atque prophetis falsis, qui verbum Dei abiecerant, et impietatem secuti fuerant. Denunciat excidium primo cunctis Israelis stirpibus, r. Samariae I, 2–11. deinde idem praedicit r. Judae, 12. s. quod in idololatria imitata est Samariam. Enarrat corruptissimam populi conditionem, II, 1. 3. oppressiones pauperum aliasque iniurias concivibus illatas; ideoque non minando sed magis compatiendo exilium praedicit, addita laetissima promissione gratiae. 12. 13. Pergit c. III. tam in severa redargutione, quam comminatione, taxat optimates, quod iura pervertant, incusat pseudoprophetas, qui quaestus ergo annunciarunt fausta

---

more prophetarum loqui. Hierosolymas captas esse non dicit Abdias, potius coll. 17. et 19. ait partes Judaeae australes et campestres fuisse ereptas, quod iuxta locos s. c. bene quadrat tempori Achazi, non vero tempori civitatis iudaicae ultimo. Cf. Jer. 17, 36. Cum Abdias dicit v. 11. extranei ingrediebantur portas eius, referuntur ista ad urbes plurimas, quas Syri, Philisthaei, Idumaei occupabant; verba vero: et super Jerusalem mittebant sortem sc. utris ipsorum post expugnationem cederet. Hinc itaque frequentes prophetarum adversus Idumaeos expostulationes et querelae! Isai. 34, 15—17. 63, 1—6. Jer. 49, 7—22. Lam. 4, 21. 22. Ezech. 25, 8. 12—14. 32, 29. 35, 1—15. 36, 5. Mal. 1, 2—4. Ps. 136, 7. Longissimo ante alios omnes prophetas tempore vixisse et scripsisse perperam defendunt Hoffmann, Weiss. und Erf. I, 201. Delitzsch, in d. Zeitschr. f. die ges. l. Th. 101. J. 1851. I, 9. s. Keil, Einl. 232. et Nägelsbach, in Herzogs R. E. X, 507. 508. Jäger, l. c. p. 50., quocum facit Caspari, Comm. p. 49. tempore Oziae collocat. Hendewerk, Obadiae oraculum in Idumaeos. Regimont. 1836. p. 21. Preiswerk, Morgenland. 5. J. 1842. p. 321. s. Bleek, Einl. 537. prorsus arbitrarie Jeremiae et Ezechieli aequalem habent.

[1]) Cap. 2, 11. 3, 8. [2]) Quare in fronte libri Samariam Hierosolymis praemittat: „factum est, observante ad h. l. s. Hieronymo: Quantum ergo ad historiam pertinet, secundum ordinem captivitatis, quia primum capta est Samaria metropolis Israelis, postea Jerusalem urbs Judae, prophetiae titulus ponitur primum de Samaria, secundo de Jerusalem." p. 433.

sed falsa, ac tandem praedicit Hierosolymarum et Templi eversionem. Disceptat nomine Dei nova concione severa c. VI. cum coaevis suis et expostulat: quod, posthabitis beneficiis multis et grandibus, ad idola et scelera desciverint, horribiles Dei castigationes annunciat, egestatem, servitutem et opprobria; ostendit tamen, qua ratione Deum sibi reconciliare possent. Queritur c. VII, 1–6. propheta se frustra concionando laborasse, eo quod vix ullum invenerit, qui mores pravos in melius commutarit; luget s. vates super exili proborum numero repetitque oracula sua fatidica. His pro more prophetarum iungit consolationem de Sionis instauratione regnante Messia. Svavissimas C. IV. VII, 7–20. Evangelii promissiones interserit de regno Christi, quod eriget in monte Sion, super omnes montes elevato. I. e. Ecclesia ad quam ex toto orbe confluent turmatim gentes, quia ex illo loco, sede veri Dei cultus, religio Novi Testamenti exitura et per totum orbem sese extensura sit. Illis diebus, quibus gentes doctrinam divinam amplexae fuerint, has cum Israelitis Jehovam iudicem et regem communem agnituras, omnia bella cessatura, ita ut pax universalis et secura exstitura sit, atque omnes futuri sint cives unius magni regni, totum terrarum orbem amplectentis [1]. Egregia si haec promissa fuerunt, utique non minus praestantia aut grata sunt, quae de Messiae loco natali, nomine, persona, operibus praenunciavit [2]. Itaque 5, 1. 2. s. dicit: definito tempore filius Dei, cuius generatio e sinu Patris ab aeterno est, carne assumta, tanquam filius hominis e stirpe Davidis genitus ex urbe Betlehem procedet. Pascet Israel in fortitudine Domini et magnificabitur usque ad fines orbis; reliquiae Jacob, i. e. praecones Evangelii, erunt quasi ros irrigans mentes hominum, easque efficaciter instar leonum rapient, et gratiae Christi subiicient. 3–8. Ecclesia Salvatoris, quae incipiet e Judaeis crescet ex gentibus; auferet idola, oracula, eorumque fana; qui vero illam non audierint, poenas dabunt. 9–14. Dictio Michaeae proxime ad Isaiae elegantiam accedit, quem tanto in pretio habuit, ut sua saepe ex Isaia mutuasse videatur; quocum nonnunquam vix non eadem verba

---

[1]) Cf. s. Justinum, dial. cum Tryph. 110. p. 369. Apol. I. 39. pag. 95. Tertullianum, adv. Jud. 3. p. 297. s. Irenaeum, IV, 34. p. 678. Origenem, contra Cels. V, 33. XIX, 223. Eusebium, dem. ev. II, 32. p. 57. s. Cyrillum, Hieros. p. 318. s. Hilarium, in Ps. 52. I, 104. s. Athanasium, de incarnat. Verbi n. 52. I, 93. s. Ephraemum, Comm. ad h. l. Op. syr. II, 277. s. Chrysostomum, c. Jud. et gent. n. 3. I, 561. s. Cyrillum Al., Comm. ad h. l. III, 424. s. [2]) Prae ceteris Prophetis singulare habet, quod locum nativitatis Christi, Bethlehem, aperte praedixerit, et de eius regio et pastorali munere clare loqnutus sit.

quoque dixisse deprehenditur. Quantae Michaeas in Ecclesia V. F. iam fuerit auctoritatis, conficere licet ex consequentium temporum testimoniis. In his eminet illud Jeremiae [1], quo in eiusdem Prophetae causae patrocinium allegatur. Celebritati prophetiae suffragatur, quod ex eodem scribae, ab Herode interrogati [2], natale solum Messiae demonstrent; cumque multo post de Messiae patria controversia inter Judaeos agitaretur [3], ex eodem oraculo lis decidatur [4].

§. 119. Nahum.

Argumentum simile est concioni prophetae Jonae [5]. Nahum scilicet Ninives Assyriae metropolis iterum, post veniam a Deo consecutam, in pristina flagitia reversae excidium praedixit. Conclusit exiguo volumine, tribus capitibus, prophetiam suam, cui [6] duplicem praefixit titulum: onus Ninive vocat i. e. oraculum calamitosum, nam Ninivitis in scelera relapsis denunciat interitum; librum visionis dicit, quia idem oraculum visio fuit consolatoria Israelitis. Capite primo proponit Dei consilium de exstinguendis Assyriis et liberando Israele. Nahum a summo legis zelo profectus, universam iudicii divini naturam luculentissima imagine pingit, et quid inde maneat regni divini cives, quid adversarios, exponit; Dominus enim, qui zelotypus est, idem bonus est; atque adeo Israelitas,

---

[1]) 26, 28. [2]) Matth. 2, 5. 6. [3]) Joann. 7, 42. [4]) Sic quod est apud Michaeam 4, 8—5, 1—14. et de instanti gentis electae castigatione, et de certissima conservatione, venturoque Messia, subinde ad verbum convenit Isaianae orationi a C. 7—12. ut, huius potissimum prophetae vaticiniis nisi accuratissime comparatis, Michaeam explicare valeamus. Isaias quidem virginem annunciavit, ex qua edendus esset Christus. 7, 14. 9, 5. 11, 1. Michaeas matris ab Isaia factam notionem cum tempore componit 5, 3. in quo parturiens pariet; praemisit fore qui ex aeternitate prodiret, ut in eo ipso oppidulo nasceretur, ex quo davidica familia primum orta fuisset. Prospicit cum Isaia in illud tempus 5, 6. c. Isai. 11, 10., quo regnum divinum etiam paganis aperietur. Certe Michaeas 4, 1—3. pene ad literam citat Isaiae c. 2, 2. 4. Cf. Calmeti, Comm. l. in Isaiam 8, 58. L. Reinke, Exeg. crit. in Isaiae. c. II, 2—4. Monast. 1838, p. 36. Düsterdieck, de rei propheticae in V. T. natura ethica. Gott. 1852. p. 139. In contrariam sententiam abit Caspari, l. c. p. 444. V. etiam Mich. 5, 1. Isai. 33, 1. Mich. 1, 3. Isai. 26, 21. Voluit enim Deus prophetiae suae plures dare testes, ut nemo de ea dubitare possit. Cf. s. Hieronymum ad h. l., Comm. in Mich. l. IV. pag. 476. [5]) V. p. 351. s. [6]) 1, 1.

quicunque suam in eo fiduciam locant, ab oppressionibus liberat, iicos vero omnes, imprimis Assyrios, strage et internecione afficiet. caput secundum magnificentissimae urbis Ninive destructionem lesolationem delineat. Exercitu praeclaro, – cuius arma, castra, milites ›hice pingit – a Domino ad ultionem excitato Ninive primum expugnari, de hominibus desolari et divitiis exspoliari videt. Ninive, quam olim es cum metu admirabantur, futura erat commune contemtus et op›rii obiectum, per terribile Dei vastantis iudicium. Exhibet istius idii causam: praedas, caedes iniustas, rapinas et maleficia! l–3, 7. Videns et praevidens Deus 3, 8. s. vana cogitata Niniirum de suae urbis situ et robore, ne ipsi tam potentem tatem debellari non posse opinentur, et ob haec spernerent nas minas, urbis [1] No-Amon – Diospolis [2] sive Thebarum [3] ptiacarum, vetustissimae et nobilissimae superioris Aegypti metropoleos roposita strage [4] ostendit hominum fortitudinem, se adversante, nihilo esse. Imo quantaecumque fuerint munitiones, cadent; milites it ignavi; mercatores cum opibus diffugient; omnesque gaudebunt et labunt iustam Dei in Niniven vindictam. 3, 14–19. Dicendi genus iumi magnificum et augustum est, exordio prophetiae sublimi cors est apparatus ad excidium, et ipsa excidii Ninivitici descri- vivacissimis coloribus [5] expressa. Nahumus praeter cetera, egia paronomasiarum, sive verborum inter se assonantium, ia distinguitur [6]. Vix autem septuaginta annis praeterlapsis, ntu Nahumi oraculum comprobatum est [7].

---

¹) נֹא־אָמוֹן. ²) Ita iam LXX, qui Ezech. 30, 16. וְנֹא תִּהְיֶה לְהִבָּקֵעַ, redκαὶ ἐν Διοσπόλει ἔσται ἔκρηγμα. Vitringa, Typ. d. p. p. 36. quocum faciunt i, l. i. c. p. 104. Knobel, l. c. p. 211. Ewald, p. 350. Gesenius, Thes. 34. Strauss, Nahum. p. 103. Breiteneich, Nahum. p. 89. s. s. Hieronymus, nstitutore suo ita edoctus, intelligit urbem, quae antea Alexandriae locum teet, et proinde Alexandriam non ex ignorantia reddidit. Cf. Comm. eius- in Nahum. 3. p. 570. ³) Cf. P. Zornii, l. sing. de hist. et antiq. urbis, dam in Aegypto celeberrime Thebarum s Διοσπόλεως. Sedini. 1727 ⁴) Quae Isai. 20, 1. s. referenda videtur ad tempora Sabaconis et Sargonis. Cf. dis, rerum Assyr. p. 43. ⁵) Ita e. c. Propheta variis ex incendiorum et dationum impetu accersitis nobilissimis imaginibus utitur ad cladem Assyrioet Ninives describendam. 1, 6. 8. 2, 6. 8. 13. 3, 15. ⁶) Plura de eloquio umi dabit F. X. Ribera, in Comm. p. 479. K. W. Justi, Nahum neu übers. kl. Leipz. 1820. p. 10. 28. s. ⁷) Cyaxares a. 609 a. C. iuncta cum Napobalassare ylonioram regulo, ab Assyriis constituto, societate, post tres annos a. 606. Nia evertit. Ita Strauss, l. c. p. LXXIV. Brandis, l. c. p. 28. s. Gumpach, Abriss

§. 120. Abdias.

Abdias, Prophetarum minimus, „non sensuum sed versuum supputatione“ [1], unicum edidit vaticinium ad Idumaeos, viginti et uno versu absolutum, ob exiguam molem minime contemnendum; quod summa dictionis concinnitate et arctissima cogitationum connexione excellit. Populi per Deum excitati se invicem ad bellum Idumaeis inferendum exhortantur, cum Illius consilium sit Idumaeos perdere. Hanc calamitatem divinitus destinatam, quae nihil aliud est quam poena aequa pro concursatione qua Idumaei Judaeos eo tempore afflixerunt, cum Hierosolymae et Judaei in angustias summas redacti essent, neque sedium Idumaicarum securitas neque amicorum societas bellica depellet. Jam vero dies Domini instat, Idumaei poenas dabunt. Tantum abest, ut ulla contra divinam vindictam apud homines sint praesidia; ut ex adverso, quaecunque talia possent ab insanis iudicari, faciant ad poenae augmentum, quando ex alto gravior est lapsus. Id hic cernimus in concione Abdiae reprehensoria, atque vaticinio de Idumaeorum perditione. 1–16. Judaei restituentur, exules in patriam reducentur, in eaque Dei civitas perfecta condetur. In quibuscunque etiam maximis mundi eversionibus tranquilli esse possunt et debent pii. Curat enim Dominus eos adeo fideliter, ut nihil ipsis noceat, sed omnia vere prosint. Atque hoc noverunt illi ex amplissimis Dei promissis; qualia etiam Abdias oratione consolatoria 17–21. subiicit super reditu exulum una cum praedictione felicitatis tempore N. T. [2]. Ut ergo Deus in unionibus et gemmis aliisve praetiosis parvis lapillis pulchritudinem et fulgorem mirabilem posuit, ita in brevitate verborum Abdiae sublimes sensus et recondita mysteria Ecclesiae suae reliquit. Unde ex hoc nostri auctoris vaticinio propheta Jeremias [3] plurima in suum transtulit [4].

---

d. bab. Assyr. Gesch. p. 117. Spiegel, in Herzogs R. E. X, 368. Interim exploratum haud est, quo praecise anno acciderit. Niebuhr, l. c. p. 199. desperat unquam idoneis argumentis probatum fore quando munitissimam urbem expugnarunt, atque horrendo incendio concremarunt. Cf. e. Breitenecker, Ninive und Nahum. p. 13—16.

[1]) Ut ait s. Hieronymus, Comm. in Abdiam. p. 364. [2]) Coll. Joann. 12, 31. s. id obtinet in Ecclesia Christi militante, plene in triumphante. I. Cor 15, 28. Cf. Reinke, l. c. p. 218. s. [3]) C. 49, a v. 7—22. [4]) Abdiam ad Jeremiae exemplar expressum esse defenderunt: Bertholdt, Einl. p. 1631. Credner, Joel. p. 87. Hitzig, Psalmen. I, 67. Kl. Proph. ed. II, 140. Sed iam C. F.

§. 121. Manasses resipiscens; Amon eius filius male periens.

Successit in regnum laudatissimo regi, religiosissimo patri, degener filius Manasses [1]. Gentium mores aemulatus insana mente nihil reliquum fecit, quo verum Dei cultum posset evertere. Non solum enim omnia loca idolis destinata et a patre diruta restituit, sed plura etiam deastra, quam nunquam alius coluit. Erexit altaria Baali, cultum ab Assyriis mutuatum [2] fecit sideribus coeli, filium suum Molocho sacravit, in valle Benennom [3]; excelsa, quae Ezechias diruerat, reparavit. Ut de altiore praecipitio religio sincera contereretur, ipsum Dei Templum, eiectis in utroque atrio aris, altaribus, quae idolis consecrata erant, statuisque superstitiosis contaminavit. Et quod ceterorum regum nemo ante ausus fuit, constituto in ipsa aede Domini tetro simulacro, Astarten victimis coluit [4]. Populum ad eadem scelera induxit; id quod eo facilius perpetravit, quo inveterata populi ad idololatriam propensio Ezechiae studio cohibita, potius quam eradicata erat. Ac sicuti post instaurata sacra impietas recenti cum impetu solet refragari, ita nequitia et idololatria cum violentia adhuc inaudita grassari coepit. Ab impietate ad saevitiem momento proruit. Omnes saniora docentes aspernatus, mox exitium comminantes ferro sustulit, spiritus orcinos incantationibus et maleficis artibus sollicitavit; et prophetarum loco augures et fatidicos admisit [5]. Demum ut iustam vindictam experiretur Deo visum est.

Schnurrer, diss. ph. in Obadiam. Tub. 1787. in Diss. ph. cr. Gothae. 1790. p. 383—435. multis iisque validissimis argumentis, quorum summa capita hic repetimus, evicit Jeremiae oraculum nostri auctoris ante oculos observatum esse; id quidem satis liquet ex argumento, quo perpenso, fons ubi sit, ambigui haerere non possumus. Instituta enim inter utramque vaticinium comparatione, haud incerta deprehenduntur vestigia Obadiae orationem eam esse, quae in Jeremiae translata fuerit. Huius rei praecipua fere haec sunt vestigia: a. praeter locos cum Abdia parallelos totum Jeremiae caput 49., fere constat e versibus ad normam aliorum scriptorum sacrorum conformatis. b. Locus Abdiae in Canone ante Jeremiam. c. Si universe tenor spectetur, sermo Abdiae in castigatione magis rotundior et connexus esse reperitur; apud Jeremiam commata singula minus cohaerent. Unde fere omnes nostri aevi interpretes Schnurrero assentiuntur. Ambos Prophetas ut G. Krahmeo, Observatione in Obadiam Prophetam specimen exeg. crit. I. Marburgi. 1832. p. 1. placuit, ad fragmentum oraculi vetustissimum e. g. Michaeae 4, 1—3. et Isaiae 2, 2—4. respexisse, explicandae locorum similitudini neutiquam sufficit.

[1]) מְנַשֶּׁה, 694—640. a. C. Anno aetatis suae duodecimo ad regnum pervenit. [2]) IV. Reg. 21, 3. 5. II. Par. 33, 3. 5. [3]) IV. Reg. 21, 2. 6. 11. II. Par. 33, 2. 6. [4]) IV. Reg. 21, 4. 7. II. Par. 33, 4. [5]) IV. Reg. 21, 6. 10—15. II. Par. 33, 9. 10.

Manassem frustra a prophetis monitum, Asarhaddon Assyrius [1], qui exercitu suo praedandi causa Judaeam quoque infestavit, obviam sibi profectum [2] cepit [3], ac Babylonem [4] catenis constrictum deduxit [5]. Sic Manasses ab iisdem Assyriis captus est, a quibus Ezechias pater tam splendide liberatus erat; iisdem enim peccatis contumaciter sese dederat, a quibus ille, quantum valeret, regnum lustravit [6]. Ibi magnis quoque in angustiis sensit, quid suis criminibus meruisset. Ubi libertatem rex amisit, mentem recepit [7]. Calamitate, acerba vinculorum miseria et turpitudine ad saniora perductus delictorum poenituit, veniam a Deo summis lacrimis petiit, facileque ab eximia, qua erga homines, modo serio resipiscant, Deus est benignitate impetravit [8]. O inexplicabilem Numinis clementiam! Is qui flagitiorum teterrimorum copia diras omnes in caput provocarat, libertati et regno restitutus fuit [9]. Cum Hierosolymas rediisset, ea, quae antea peccaverat; benefactis emendare statuit. Sed conversio seria et sincera solius fere regis fuit [10]. Obiit insigne impietatis et resipiscentiae exemplar Manasses aetatis anno septimo et sexagesimo, tumulatus in horto suo extra regia monimenta [11]. Mortuo Manasse, rex evasit eius filius Amon [12], vir pessimis moribus, patrem peccantem imitatus nequaquam poenitentem, pronis animis in pristina sacrilegia recidit. Amon a Deo desertus, quem ipse ante deseruerat, modum cito et vitae et sceleribus posuit; coniuratorum familiarium ferro, altero statim anno regni, periit; iuxta patrem in horto privato conditus est [13], devoluto ad Josiam filium imperio. Sicarii attamen statim parricidii sui poenas luerunt, ab ipso populo ad iudicium necemque postulati.

---

[1]) Cuius iussu in desertas regni israelitici regiones, coloni deducti sunt. IV. Reg. 17, 25. 19, 37. [2]) Ut Hierosolymarum confinia defenderet. [3]) Structis forte insidiis in dumetis delitescentem. II. Par. 33, 11. [4]) Quae eo tempore Assyriorum regibus parebat. [5]) Anno fere a. C. 676. [6]) Cf. Niebuhr, l. c. p. 182. [7]) II. Par. 33, 12—18. [8]) Preces eius scripto mandatas et in annalibus regum Juda, atque in historias prophetae Hozai relatas Paralipomenon II. 33, 19. auctor ipse vidit. Quae vero inter apocryphos V. T. libros circumfertur, Manassis nomine oratio, pia est sed supposititia. Cf. Wolfii, Bibliothecae hebr. P. II. Hamb. 1721. pag. 208. Fritzsche, Kurzg. exeg. Handb. z. d. Apokryphen. I. p. 157. [9]) At, quo tempore id factum sit, incertum. [10]) Legimus enim idolorum aras a Manasse tantum remotas esse, a Josia autem contusas. II. Par. 33, 15. Unde in libris Regum de conversione Manassis nihil omnino traditur, quippe quae ad ipsam regis personam potius, quam ad universam gentis mentem pertinuerit. [11]) IV. Reg. 21, 18. [12]) אָמוֹן, 640—639. [13]) IV. Reg. 21, 19—26.

§. 122. Josias pius, regum optimus.

Meliores illuxerunt dies, cum Josias [1] octennis paternum m adiret [2]. Davidicae religionis exstitit aemulator atque totum vitae suae tempus talem se gessit, ut in Judae regibus o fuerit illo melior [3]. Pupillari adhuc aetate [4] operam dedit, e omnibus, quae ad Legem pertinerent, instrueretur, summeque citus, ut Divina vigili cura administrarentur [5]. Quod anno duode- regiminis [6] fortiter exsecutus: purgare coepit Judaeam et rosolymas ab idolis, excelsis et statuis, quae omnia igne de- . Tum et vasa vanis simulacrorum usibus deputata in pulve- redegit. Altaria Baalis deiecit omniaque superstitionis moni- ta evertit. Mox lucorum sacrificulos aris imposuit, et supposita rum strue combussit; super tumulos vero ossa eorum, qui illis olare consveverant, dispersit [7]. Decimo et octavo anno regni ad plum, toties deformatum, nec satis unquam post sacrilegia tutum, restaurandum animum adiecit. Reparatum totum, quid- vel longo usu attritum, vel hominum incuria collapsum. In ura dum totus est, contigit ut Helcias summus pontifex au- aphum [8] legis Mosaicae, diu amissum, inveniret [9]. Ex eo didicit severissimas Jehovae minas in transgressores legis. t quam alia et diversa Deus praecepisset; alia vero et diversa sus praedecessores sui populusque fecissent. Lectione Libri ter- , Oldam prophetissam per Helciam consuluit, ut ex illa volun- m Dei cognosceret. Illa divino afflatu perculsa urbi Jerusalem ique Judaicae maximas calamitates, sed post mortem demum iae incubituras, praedixit [10]. Maioribus igitur studiis ad Deum andum conversus Josias, quidquid adhuc supererat idolola- e tam in terra Judae, quam in ea Israelis removere et exstir-

---

[1]) יֹאשִׁיָּהוּ, quem donat Dominus. Cf. Simonis, Onom. p. 532. Ab a. 638— a. C. Nomen hoc regis auspicatissimum, ut diximus p. 406. iam annos trecentos et octo divinitus fuerat annunciatum. [2]) IV. Reg. 21, 26. 22, 1. ecundum IV. Reg. 23, 25. [4]) Anno octavo regni sui, cum adolescens sex- n annorum esset. [5]) II. Par. 34, 3. [6]) Qui aetatis erat vicesimus. [7]) II. Par. 17. [8]) סֵפֶר תּוֹרַת יְהוָֹה בְּיַד־מֹשֶׁה, II. Par. 34, 14. [9]) Quod a piis sacerdoti- ne periret, absconditum fuisse creditur. [10]) IV. Reg. 24, 20. II. Par. 22—28.

pare impensiusve solito Domini cultum promovere studuit [1], Arcam foederis quoque, quae sub regibus idololatricis loco suo mota fuit, in Sanctissimum reponi iussit [2]. Purgata iis spurcitiis terra sacra, Paschatis festum solenni ritu celebravit [3]. Rex pietatem cum magnificentia testatus [4], victimas in sacrificia reliquo populo egentiori liberaliter elargitus, inter Sacerdotum et Levitarum ordines decentissime constitutos, sacri festi azymorum dies religiosissime absolvit [5]. Atque hic tantus, ac factis suis tam inclitus rex – dignusque qui iudaici regni decus repararet, nisi nequissimi populi peccata plus valuissent apud Deum ad vindictam, quam optimi regis pietas ad indulgentiam – bellum gessit infelix, quo occubuit [6]. Nechao Aegypti rex sollicitus de Babyloniorum in Asia victoriis, horum desiderio Asiae imperandi resistere omnibus viribus tentabat [7]. Cui per Judaeam transitum petenti cum negasset Josias [8], alienum periculum in sua damna transtulit. Nechao enim copias per oras maritimas in Palaestinam deduxit, et sine intermissione ad portum Acconis processit. Tum ventum est ad arma; in planitie Mageddontina proelium consertum; Aegyptii victores e certamine recedunt. Josias sagitta perstrictus se pugnae auferri poposcit; curru igitur altero exceptus, ubi Hierosolymas pervenit, sanctissimam animam reddidit. Exanime corpus ingenti omnium moerore et luctu funere magnifico paternis monimentis illatum est [9]. Interim Aegyptii ulterius in Asiam progrediuntur. Victoriis

[1]) In iis fuere lupanaria, in quibus intra ipsos sanctissimi Templi parietes promiscue libidini operabantur. Currus etiam solis cum equis; nam eo dementiae populus Deo sacer pervenerat, ut quidquid impietatis et spurcitiae in Gentium impuris sacris foret, suum faceret. [2]) II. Par. 35, 3. aram Jeroboami Bethelensem diruit ossaque sacerdotum super eam cremavit et dissipavit; haruspices et divinatores morte puniit, sacrificia sanguine humano facta abolevit. IV. Reg. 23, 15—20. II. Par. 34, 3. s. Sed et in urbibus Manassis, Ephraimi, Simeonis atque Nephtalaeorum delubra diruit, populumque iuramento obstrinxit, ne a Deo amplius deficeret. II. Par. 34, 29—32. [3]) De quo S. Scriptura II. Par. 35, 18. testatur, non esse celebratum tale pascha a diebus iudicum et regum. [4]) Una cum principibus. [5]) II. Par. 35, 1—17. [6]) Populus si aliquantulum ad bonam frugem se recepit, magis e metu regis, quam ex animi sententia se gessit; quare supplicii dies non amplius fuit differendus. Primum autem irae divinae documentum fuit infelix regis optimi interitus. [7]) Cf. Josephi Ant. X. 5, 1. I, 519. [8]) Sive quod hominis fidem suspectam haberet, sive quod Chaldaeis, in quos movebat Nechao, consultum vellet. [9]) IV. Reg. 23, 29. 30. II. Par. 35, 20—26.

ad Euphratem usque prolatis, demum cum Chaldaeis conflixit Nechao. Grave fuit proelium apud Circesium, diu ambiguum, tandem Chaldaeis prosperum; profligantur Aegyptii, una pugna omnes subditas in Asia provincias amittentes. Nabuchodonosorus eos persequitur; brevi tamen audita morte Nabopalassaris revertitur[1]. Ex hoc tempore omne calamitatis genus populo iudaico irruit.

§. 123. Habacuc propheta.

Cum plerisque prophetarum mos sit, libri initio vaticinii sui rationem praefari, scriptoris nomen ac munus, genus etiam interdum et patriam, tempora vero maxime, in quibus prophetaverunt, exprimere, Habacuc[2] tamen nihil horum nobis, praeter nomen et officium propheticum, indicavit. Communis tamen interpretum sententia[3], ultimo Manassis, vel primo Josiae tempore floruisse existimat Habacucum. Neque temere hunc vatem in haec tempora referunt. Ecquidem totius vaticinii contextus continuataque oraculorum series nos in hanc pellit sententiam. Etenim quo tempore propheta noster adversus Chaldaeos vaticinatus est, regnum Chaldaeorum[4] iam satis confirmatum erat, nec tamen Nabopalassar, Nabuchodonosoris pater – cui regnum Babelis illud praecipue debet incrementum, de quo loquitur vates – hactenus Syriam occidentalem aut Phoeniciam, vel Judaeam tentarat[5]; brevi illud exsequuturus, cum[6] coaevos moneat vates illa ipsorum temporibus eventura[7]. Hanc eius aetatem patefacit assignatus ipsi in

Josiam propheta Jeremias carmine lamentatorio celebravit, et memoria eius diu iure optimo in canticis lugubribus reiterata est; suis adhuc temporibus exstitisse lugubria illa carmina testantur auctor l. l. Paralipomenon, II. 33, 26. et Josephus. l. s. c. p. 520. Cf. Wolfii, bibl. hebr. II, 243. 244.

[1]) II. Par. 35, 20. Cf. Niebuhr, l. c. p. 364. s. Uhlemann, Chron. u. Gesch. d. alt. Ägypt. III, 239. s. [2]) חֲבַקּוּק; a v. חבק, amplexandi, amplexator; „*ex eo, ut inquit s. Hieronymus, prol. ad Hab. quod amabilis Domini est, vocatur amplexatio, vel quod in certamen et luctam, et, ut ita dicam, amplexum cum Deo concreditur, amplexantis, id est luctantis, sortitus est nomen.*“ pag. 589. Plura de etymo et sign. v. in Delitzschii, Comm. h. c. de Habacuci prophetae vita atque aetate. ed. II. Grimae. 1844. p. 1—5. [3]) Cf. Vitringae, typ. doct. proph. p. 36. Antonii de Guevara in Habacuc proph. vatic. comment. absol. Antv. 1609. p. 3. s. Ildephonsi de Gadilla, Annotation. in Habac. Sulzbachi. 1674. aliosque in A. A. Wolf, der Pr. Habakuk. Darmst. 1822. p. 65. 66. [4]) Coll. 1, 14—16. [5]) Coll. 1, 6. 7. [6]) 1, 5. [7]) בִּימֵיכֶם. Simili obiurgatione et minis impendentis ab Assyriis et Chaldaeis ruinae Achazum et Ezechiam perterruerat Isaias.

Canone locus, Nahumum enim sequitur, quem Ezechiae aequalem esse diximus. Quomodo Nahum vaticinatus est contra Assyrios, vastatores decem tribuum, ita et Habacuc adversus Chaldaeos prophetiam protulit, a quibus Judaeam subversam corruere oportuit. Sophoniae vero praeit, qui inter decimum secundum et decimum octavum regis Josiae annum vaticinatus est [1]. Accedit non levis coniectura a dicendi genere; utitur Habacuc imaginibus generalibus, cuiusmodi leguntur apud prophetas antiquiores; lingua eius a chaldaismis pura et elegans reperitur [2]. Certe Chaldaeorum adversus Judaeos expeditionem praecessit, utpote quam ceu rem nondum praeteritam, sed post haec eventuram denuntiat [3]. Quod si sub his temporibus prophetavit Habacuc, plane intelligitur, quomodo Chaldaeorum adversus Judaeos bellum facinus inauditum nuncupet [4]. Si aetate Josiae vixit, ad priores piissimi huius regis annos regiminis referendus erit; deplorat enim tristissimum reipublicae statum, quo omne fas et ius eversum est. Tollit Habacucus onus prophetiae contra Judam et Hierosolymas. Intellexit propheta nullam in hoc saeculo graviorem a Deo peccatoribus poenam infligi, quam si divina gratia nudati tradantur in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt. E contrario autem non sinere peccatores multo tempore ex sententia sua agere, sed statim ultionem adhibere, magni beneficii esse indicium pariter novit. Initio vaticinii 1. 2–4. perditissimi populi Judaeorum calamitosa conditione motus querelas effundit, quibus incusat fori – quo lex frigeret, ut nihil iam in eo ex iuris atque rationis praescripto fiat – sive

---

[1]) Cf. Sophon. 1, 7. Hab. 2, 20. [2]) Quod nobis obiiciunt querelas 1, 2—4. ab aetate Josiae, pii patriorumque institutorum observantissimi principis, abhorrere, elevatur observatione pari modo Judaeorum mores primis Jeremiae capitibus e. g. 5, 1—13. perstringi, et de eisdem damnari sceleribus. Pro Josia pugnant inter recentiores: Kueper, l. c. p. 77. F. Delitzsch, Der Prophet Habakuk. Leipz. 1843. Einl. §. 3. p. IV—XVII. Scholz, Einl. p. 599 Keil, Einleitung. p. 347. Reusch, p. 96. J. Gumpach, d. Proph. Habakuk. München 1860. pag. 24. s. 27. seq. [3]) Cf. 1, 5. 6. 2, 3. [4]) Canon enim, quem in prophetarum aetate definienda cum aliis statuit Stikel, prolusio ad tertium caput Habacuci p. I. Jenae. 1827. p. 47. „*Prophetas legem servare, ut quandam nationem non prius oraculis suis commemorent, quam vel ad principatum Asiae aspiraret, vel hostili quodam modo cum Hebraeis concurreret,*" infringit supernaturalem vaticiniorum originem, et ex prophetis efficit politicos coniectatores. Sic utique, quemadmodum effutiit Jaeger, l. s. c. p. 19. — quocum faciunt, Umbreit, in Herzogs R. E. V, 537. Bleek, Einl. p. 545. — vati facile fuisset praevidere Chaldaeorum invasionem, quam omnes circumspectiores alioquin nossent! Manassis tempori vindicare studuerunt post Rabbinos: Huetius, dem. prop. IV. p. p. 246. Sanctius, Comm. p. 324. Ackermann, Int. p. 270. Hävernick, l. c. p. 384.

udiciorum perversam rationem. Ad has respondet Deus 1, 5-11. et bono animo esse Habacucum, vindicemque eorum immanem Chaldaeorum nationem spectare iubet. Inde nova cura exagitatus vates iterum Deum interpellat contra hos ipsos Chaldaeos, qui immemores reverentiae Domino debitae, se insolenter ut victores gerebant. 1, 12–2, 1. Rixari pene ac iurgari cum Deo videtur Habacuc, quod impiissimum populum s. Civitatem Templumque funditus evertere siverit; sceleratissimae genti iustiorem conculcandam tradiderit, cum tamen, secundis successibus adaucta Chaldaeorum potentia, cultus idolorum quoque augeatur et superstitio vana crescat [1]. Extrema veritus propheta denuo a Deo responsum fert, 2, 2–20. quo recreatus, superbiae hostium cum sale illudit, eorumque futuram perniciem praedicit. Videt non ideo Chaldaeorum populum iudaico superiorem futurum, ut victoriis illustris imperio ampliore et laetiore potiatur. Imo hoc ipsum ad perniciem sibi parari; brevi namque futurum, ut par pari recipiat et poenas debitas iniuriarum genti Judaeorum illatarum exsolvat. Neque tantis stragibus et ruinis obsistent idola, in quibus Chaldaei speraverunt, utpote quae simulacra muta sint et omnis prorsus sensus expertia. Hic potuisset quidem oraculo finis imponi, sed novos propheta spiritus sumit, ac se ipsum quasi superaturus Cap. 3. carmen decantat: Domini potentiam ac maiestatem magnifica oratione celebraturus. Orat pro Judaeorum salute precibus ardentissimis, in quibus timoris et spei, angoris et fiduciae affectus alternant. Obsecrat Deum, ut opus redemtionis promissum re ipsa praestet et perficiat; 3, 1. 2. laudat magnalia Dei, edenda in futura liberatione. 3, 3–15. Memor benignitatis antiquae, qua olim apud montem Sinai, in terra deinde promissa, in mari rubro, in Jordane, et prae omnibus in Aegypto peccantes ac rebellantes patres Hebraeorum prosecutus est: haec ipsa Dei beneficia, ut se efficacius moveat vates in spem, multa exornatione verborum et figurarum, enarrat. Redit 3, 16–19. ad thema commatis 1. 2. et obstupescit ad cladem Babylonis. Videt hunc finem manere Judaeos Chaldaeosque, ut hi penitus irreparabiliter perdendi sint; at illi servitute soluta, laeti tandem et paeana Deo victori canentes in patriam carissimam revertantur. Denique gaudet in

---

[1]) Etenim, ut opinamur, hoc est vaticinii argumentum; quod et divinus Gregorius ille Theologus, Nazianzenus, Orat. II. Apol. quamvis tantum diminute et ex parte, at apertissime n. 60. subindicavit. I, 42. 43.

Domino, qui salvatos quasi cervos veloces et alacres reducet[1]. Cum autem cuncta, quae populo israelitico contigerunt, figura fuerint eorum, quae per Christum erant patranda pro nostra salute – Τύπος ait Theodoretus ἐναργὴς τῶν νέων τα παλαιά – tempestive S. S. Patres et Scriptores ecclesiastici [2] iuxta mysticum sensum haec intelligunt de Christo; atque Servatoris divini canere in multis prodigiis victorias sumunt ita, ut liberatio populi iudaici, a propheta in maiori huius cantici parte descripta, figura sit redemtionis per Christum partae [3]. Propheta Spiritu Dei doctus intellexit, nulla ex illis antiquis miraculis, quae olim in populo suo ab Aegyptiorum servitute liberando vel in terram s. inducendo Deus fecisset, in hac nova per Christum facienda liberatione defutura. Itaque celebrat in hoc cantico Domini potentiam, et mirifica commemorat illa variis temporibus pro populi electi salute gesta; ut ostendat ea omnia in hac insigni Christi victoria et populi christiani liberatione in unum eventura [4]. Eminet in Habacuco immutabilis illa in Deum collocata fiducia, quem, quo gravius periculum erat, eo impensius, ut averruncaret, precabatur precibusque adfuturum certissime credebat; tenerrimus patriae amor; vivida imaginandi vis et promta linguae exercitatio,

---

[1]) Cf. Ps. 76, 11—21. Quamvis autem facile has oraculi partes dignoscamus, tam arcte tamen omnia inter se connexa sunt, ut dubium esse non possit, vaticinium rotundum esse, unum omnibusque numeris absolutum. Caput tertium ut rite ostenderunt: Stikel, l. c. p. 25—29. G. F. L. Bäumlein, Commentatio de Habacuci vaticiniis. Heilbronnae. 1840. p. 27. et Delitzsch, l. c. p. 103 –112. nihil omnino habet, quod aliud indicet tempus, quam c. I. et II. [2]) S. Cyprianus, l. II. test. contra Jud. c. 21. II, 49. Eusebius, dem. ev. l. VI, 15. R. M. p. 278. S. Augustinus, de Civ. Dei. 18, 32. II, 268. S. Hieronymus, ad h. l. qui ingressu l. II, manifestissimam de Christo prophetiam vocat. p. 1307. S. Cyrillus Al., ad h. l. III, 547. S. Theodoretus, int. II, 2. 1550. 1559. [3]) Nam liberatio Judaeorum ab exilio typus fuit liberationis hominum e servitute peccati, sicut terra promissa figura est coelestis patriae. [4]) Neque enim de babylonica captivitate sola carmen hoc intelligi potest; cum adeo mirabilis non fuerit, ut haec, quae nostro cantico occurrunt, in illam cadere possint; neque ulla alia ante Christum post illam fuit liberatio, quae non dicam praeferri sed aequari cum ea possit, in qua liberatione, prophetia completa, veritas adfuit. Cf. A. Agellii Neap., e Congr. Cleric. regul. Ep. Acernensis in Habacuc proph. comm. Antv. 1597. p. 123. s. V. c. Cornelium a Lap., in h. l. p. 540. s. Antonium de Guevara, in Habac. Comm. p. 8. 300. s. Ildephonsum de Padilla, annotat. in Habac. pag. 539. seq Riberam, Comm. in Habac. p. 544. C. Sanctium, Comm. p. 1191. s. aliosque quos l. apud Ackermann, proph. minor. p. 532—535. et Reinke, l. c. p. 397—404.

ad Isaiae imprimis exemplum composita, qua pari modo altissima sublimitate attingit, atque ad infima feliciter se demittit [1]. Illud ad extremum addendum, Habacucum nostrum non esse eundem cum illo qui messorum prandium ad Danielem in Babylonia captivum attulit [2].

§. 124. Sophonias.

Accuratiora sunt quae de Sophonia – postremo secundum ordinem inter hos, ex duodecim, prophetas minores, qui ante captivitatem babylonicam vaticinati sunt [3] – constant. Orationes suas regnante Josia prolocutum esse dubio caret, cum hoc ipse in exordio declaret [4]. Edita ne tamen fuerint oracula Sophoniae ante, an post illam sacrorum restaurationem [5], disceptatur? At vero indoles vaticiniorum universorum magis convenit tempori reformationem antecedenti [6]; quo circa Sophoniam inter annum 12.

[1]) Ipse dictionis atque orationis habitus et color, ut est quidem elegantissimus, ita explicatu difficillimus. Venustissima cernitur varietas, dicentis impetus fervidus, et angustis spatiis maxime sublimia continentur. [2]) Dan. 14, 32. Unum eundemque habent: Sixtus Sen. B. s. p. 15. Ribera, praelud. II. in expos. omn. proph. p. 10 Agellius, l. c. p. 5. Kerkherdere, Prodromo Danielico. Lovanii. 1710. p. 336. Haneberg, Einl. 169. Gesch. d. Off. 308. Schegg, Die kl. Proph. II, p. 81. Sed quam leve hoc sit satis probat α. illa ratio: Habacucum ante exilium babylonicum vaticinasse, Danielem sub captivitate babylonica missum in lacum leonum ab Evilmerodacho, patri Nabuchodonosori in regno successore. Quod si enim sub extrema tempora Manassis et prima Josiae prophetavit Habacuc, plane efficitur pro illa aetate, qua hominum vita iam angusta erat, incredibile esse Habacucum post tot annos operam navasse rusticam. Sed et β. inscriptio et oratio contrarium arguunt; nam non prophetae sed poëtae esset de praeteritis quasi de rebus futuris dicere inauditis. Unde Huetius asseveranter l. c. p. 231. s. 246. dicit, geminum fuisse Habacucum, alterum hunc prophetam, alterum, quem levitica prognatum tribu declarant historiae Beli et draconis. His subscribunt ex antiquioribus aeque ac recentioribus interpretibus plurimi iique doctissimi e. g. Cornelius a Lap. Comm. in Hab. p. 507. C. Sanctius, Comm. p. 1112. Padilla, l. c. p. 2. J. Bollandus, Act. Sanct. ad 15. Jan. §. 3. I, 995. Ackermann, p. 345. Janssens, Herm. p. 205. Welte, Einl. in deuter. B. p. 263. Scholz, l. c. p. 599. Traditiones de Habacuco discophoro, ut vocat illum Sixtus Sen. Bibl. pag. 22., collegit Delitzsch, lib. de Habac. p. vita p. 31—53. [3]) צְפַנְיָה, quem Deus custodit. Coll. Ps. 27, 5. t. o. Simon, Onom. p. 544. F. A. Strauss, Vaticinia Zephaniae. Berolini. 1843. prol. VI. [4]) C. 1, 1. ubi et genus indicatur. [5]) Anno XVIII Josiae peractam. [6]) Impense nobis probatur Huetii, Demonst. evang. prop. IV. pag. 249. ratio, qui propheticum

et 18. Josiae inter coeptam videlicet et perfectam reformatione vaticinatum esse existimamus [1]. Cum propheta noster accurate vaticiniis urbis Jerusalem singulas partes describat [2], Hierosolym versatum probabile est [3]. Non desistit Dei bonitas ad vastatione per Chaldaeos usque rogare, monere, hortari, minari apud pop lum suum; quo in illa praetextus omnis ignorantiae aut severitat divinae abesset. Idem testatur vaticinium Sophoniae cuius prio parte vates comminationem severissimam divinae iustitiae proponi In eo conspicuam, quod impiorum turbae e principibus nobilibus, mercator bus divitibus instet terribilis dies Domini, quo perniciei certae tradentur. 1 1–18. Addit admonitionem gravem ad poenitentiam, qua prophet Judaeos compellat non solum supplicii propinquitate, sed et denun tiatione durae perditionis, manentis hostes Judaeorum propriores e remotiores. Nominatim quidem vaticinatur de calamitatibus Philisthaeis Moabitis, Ammonitis, Aethiopibus, Assyriis ob impietatem infligendis [4]

---

munus ipsum capessivisse affirmat, antequam profanos et sacrilegos cultus su stulisset Josias.

[1]) Tunc sine dubio ea rerum conditio fuit, quam Sophonias 1, 4. 5. 9 3, 4. 5. 11. supponit, eandemque exhibet Jeremias, 1, 10. 2, 17. 33. 3, 10 11. 4, 3. 4. 10. qui inde a XIII. anno Josiae vaticinatus est. Jerem. 1, 2. 25, 3 Nec obstat, quod 1, 8. filii regis nominentur. Nam h. v. stirpi regiae — ut recte iam viderunt LXX interpretes, dum reddunt: בְּנֵי הַמֶּלֶךְ, per τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως — prophetice minatur exitium, quod coll. IV. Reg. 25, 7. evenit filiis Sedeciae. Cf. Jaeger, de ordine p. m. p. 12. 13. In has partes concedunt etiam: Ackermann, p. 272. Dan. a Coelln, Spicilegium observ. exegetico-crit. ad Zephaniae vaticinia. Vratislaviae. 1818. p. 14—22. P. Ewald, d. P. Zephania p. VI. Preiswerk. Morg. V, 193. s. Knobel, l. c. p. 247. H. Ewald, l. c. p. 361. Hävernick, p. 395. Scholz, p. 604. Umbreit, p. 310. [2]) Portam videlicet piscium alteram inferiorem, Tyropoeon V. pilam, Cf. p. LXVIII s. colles Jerusalem alloquitur, calamitates minatur subeundas, denique edicit urbem ab ingruentibus hostibus quam diligentissime fore perquirendam. 1, 10. 11. [3]) Prophetiae partitio duabus definiri partibus potest. Disceptatum est inter viros doctos de numero vaticiniorum in volumine Sophoniae contentorum; ac veteres v. c. s. Hieronymus, Comm. VI, 672—734. Theodoretus, l. c. p. 1560—61. unum idque continuum statuerunt; recentiores: Paulus Ewald, Der Prophet Zephania. Erlang. 1827. p. VIII. Strauss, prol. XV. Schegg, l. c. II, 159. s. duo faciunt. Sane non incommode oraculum Sophoniae duas in partes distinguitur, quarum prior C. I. et II. continet, posterior C. III. Etenim si sententiae vaticinii accuratius inspiciantur, in priore parte iustitiae divinae promulgatio est potior, in posteriore gratiae. [4]) In quorum successiva recensione magis forte videtur esse respectus ad eorum situm, quam ad tempora perditionis singulorum, uti illa se invicem exceperunt.

unde intelligere poterant Judaei quae sibi quoque, nisi redirent ad frugem, imminerent. 2, 1–15. Cum tamen Prophetis proprius ac perpetuus mos sit, postquam tristia praedixerint e vestigio tristiora laetioribus temperare, animosque auditorum non tantum metu malorum, sed etiam spe bonorum Messianorum flectere, ac spe meliore concepta relevare, Sophonias quoque post terrores 3, 1–8. subdit solatia, et illustri dulcedine regni Christi et gratiae piorum corda delinit. Clarissime de regno Christi huiusque ambitu, laeto statu atque gloria loquitur. Ex miseriis nova proditura sistitur casta ad unicum Deum conversa gens, quacum concordi plane studio concurrent omnes nationes Hierosolymas Deum adoraturi. Israelitae dispersi, nullo, ne miserrimo quidem, excluso, revertentur in patriam. Quo facto adest Dei Sanctorumque regnum, sempiterna pace et felicitate populum Domini carissimum donans. 3, 9–20. Atque adeo vaticinium hoc, quamvis exiguum, communem omnibus Prophetis scopum [1] assequitur; Christo perhibere testimonium et gratiam atque remissionem peccatorum eius virtute polliceri [2]. Genus dicendi Sophoniae quamvis Isaiae praestantiam, atque vigorem Habacuci non exaequet; tamen neque elegantia caret, neque alacritate [3].

§. 125. Civitatis hebraeae sub regibus impiis: Joachazo, Joakimo et Joachino misera conditio.

Josia mortuo universa, quam retulimus, felicitas ad occasum inclinavit. Primas turbas civit Joachazus [4] secundo genitus Josiae filius, mente et factis impius [5], qui factione populari adiutus regnum inauspicatum,

---

[1]) Iuxta Act. 10, 43. [2]) Totam Sophoniae periocham C. 3. s. Augustinus. de Civ. Dei. XVIII, 33. II, 283. s. Hieronymus, Comm. ad h. l. VI, 722. s. s. Cyrillus Alex., l. c. III, aliique de Jesu Christo et Ecclesia eleganter interpretantur. Cf. Reinke, l. c. p. 408. s. [3]) Quod testatur frequens usus paronomasiarum. Imagines affert non modo sibi privas, sed etiam rem describendam praeclare illustrantes. De ingenio Sophoniae poëtico recentiores, quos inter Henr. Ewaldum, l. c. p. 361. nominasse sufficiat, iniquiorem tulerunt sententiam. Priorum Prophetarum frequens retractatio, quam Ewaldus affert, argumentum imitationis, ex munere vatum serius viventium flagitanda est. Cf. Coelln, l. c. p. 24—28. Multa nostri prophetae in sua vaticinia transtulit Ezechiel, 7, 19. 22, 27. Coll. 1, 18. 3, 3. 4. Cf. Strauss, prol. XXVIII. s. [4]) יְהוֹאָחָז, 607. a. C. [5]) IV. Reg. 23, 30. 31. 32. II. Par. 36, 1. 2.

excluso per iniuriam Eliacimo fratre maiore, eripuit. Sed nulla diuturnitas in regno inique parto; quippe imperium vix adiit, cum Pharao Nechao, a babylonica expeditione recedens, eum Reblam vocavit, ubi diademate privatur, et vinctus in Aegyptum ducitur. Nechao, centum argenti talentorum, et unius auri mulcta terrae Judae imposita, in Joachazi locum[1] regem constituit fratrem natu maiorem Eliacimum, cui rex aegyptius de more novum nomen Joakimi[2] dedit[3]. Is statim Dei ac patris immemor sese dedit impietati; subditos vectigalibus atterens et in sanctos etiam viros crudeliter saeviens[4]. Joakimo, qui scelera sceleribus addebat, amicitia cum Nechaone regi aegyptio origo fuit malorum, quae cum interitu totius civitatis finiebantur. Coepit ea tempestate regnum iudaicum misere inter Aegyptios et Babylonios, velut inter scillam et charybdim, iactari. Haec enim principum sors est, qui inter potentiores positi sunt, ut amicitia cum uno sit causa belli cum altero. Non placuit Chaldaeis, tantum sibi Aegyptium sumsisse, ut reges suo arbitrio throno admoveret et deiiceret; irritabat quoque ipsos armorum et animorum coniunctio, quam Judaei cum perpetuis Babyloniorum hostibus inierant. Cum igitur Nabuchodonosor[5] rex Babyloniae, quem pater in regni consortium assumtum summa cum potestate exercitui praefecerat, contra regem Aegyptiorum expeditionem ad urbem Charcamin[6] ereptam, sibi recuperandam suscepisset Aegyptiosque in fugam convertisset; statim Hierosolymas se contulit,

---

[1]) Qui in exilio aerumnis confectus est. IV. Reg. 23, 34. Jer. 22, 11. 12. [2]) יְהוֹיָקִים, 607—597. a. C. [3]) IV. Reg. 23, 34. Quamquam duo illa vocabula fere idem sonent. [4]) Aderat enim in Templo Jeremias, cladem regi minitans, ni ad Dominum reverteretur. Motus Eliacimus prophetae verbis, tanquam male ominantem, Jeremiam corripi iussit; quem mendaces fatidici interficere confestim volebant. Sed, lite in iudicium vocata, sub Ahia principe causam evicit; ad alia mala atque diuturniora a Deo reservatus. Verum cum Uria propheta — eadem quae Jeremias annuntiante — durius actum. Nam ex Aegypto — quo se proripuit — a militibus reductum rex interimi iussit. Cf. Jerem. c. 36. p. i. [5]) נְבוּכַדְנֶאצַּר, II. Reg. 24, 1. In inscriptione celebratissima cuneata Behistunensi legitur forma: Nabukhadrochora. V. Benfey, Die pers. Keilschrift. Leipz 1847. p. 12 seq. 20. s. Convenit huic scriptio nominis apud Jeremiam et Ezechielem: נְבוּכַדְרֶאצַּר. In latere collectionis c. r. numismaticae Rawlinson Nabukuduuruzur legit. Vide tab. adi. l. Beschreibung der zum k. k. Münz- u. Ant. Cab. gehör. Stat. Inschrift. ed. V. Vienn. 1853. LXX Ναβουχοδονόσορ; quod nomen Simoni, Onom. p. 573. coll. pers. اذر ignis, Dominum splendoris sonat. Alias formas huius nominis recenset Niebuhr, Gesch. Ass. u. Bab. p. 41. Gesenius, in Thes. p. 840. r. „Mercurii Dominus" reddit. [6]) Circesium, כַּרְכְּמִישׁ, Isai. 10, 9. Jer. 46, 2. V. Winer R. W. II, 211. urbs magna et munita, sita in insula, quam Chaboras facit, ab oriente in Euphraten meaus.

ue [1] expugnatis Templum diripuit. Rex ipse capitur cum nonnullis olescentulis ex familiis nobilissimis regiique stemmatis, inter quos et niel cum sociis fuit, Babylonem abducendus; terra tributaria red-. Ab hoc anno incipiunt septuaginta anni captivitatis a Jere- praedicti [2]. Postea tamen Nabuchodonosor Joakimum, miseratione com-tus, dimisit, et in regnum, imperato praegrandi, et supra spoliati vires, ve-ali stipendiario restituit [3]. Cum tributum triennio aegre solvisset, immemor epti beneficii ad Aegyptios defecit. Redit ficti animi sceleri iras spirans buchodonosor cum exercitu ex diversis gentibus conflato; indefensum it et in vincula coniicit. Joakimus mox mortuus insepultus mansit, in modum cadaveris asinini — et feris in praedam cessit [4]. In locum mortui parentis filius Joachin [5], moribus et instituto patri similis, dem successit [6]; sed sceptrum nonnisi trimestri spatio tenuit. Cum m Nabuchodonosor, post expugnatam Syriam atque Phoeniciam, uam in populo fatuo perfidiam cognovisset, Hierosolymas petiit chinum cum matre et uxoribus omnique gaza, et quidquid in viris di-um servitute, Babylonem abducit. Ita cum rege praecipuum militiae reipublicae robur, inter hos propheta Ezechiel et Mardochaeus,

---

[1]) Brevi, quod ad obsidionem ferendam minime parati essent. [2]) Cap. 25. 11. [3]) Bis a Nabuchodonosore Joakimum adortum esse e locis α. IV. Reg. 1. 6. „In diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis et factus est Joakim servus tribus annis; et rursum rebellavit contra eum.“ β. II. Par. 36, 6. em. 22, 18. 19. atque γ. Danielis 1, 2. satis liquet. Sub initium regni kimus, postquam in Chaldaeum rebellasset, ab eo victus et captivus abductus Babylonem; thesauri templi et gaza regis asportatur. Ut legimus II. Par. 6. 7. „Vinctum catenis duxit Babylonem, ad quam et vasa Domini transtulit, posuit ea in templo suo.“ Cf. Dan. 1, 2. Mansit autem non diu apud Baby-ios in vinculis, a quibus evolutus est et libertati regnoque restitutus, ita tamen, subesset imperio babylonico et indictum sibi tributum constante fide quotannis enderet. Accepit rex conditionem, relictis Babylone obligatae regiae fidei et cussi foederis obsidibus. Vide Josephum Antiq. X. 7, 1. I, 522. Cornelium Lapide, Comm. a. h. l. p. 298. C. Sanctium, a. h. l. p. 1642. Eundem, in emiam proph. comm. cum par. Lugduni. 1618. p. 488. Estium, ann. ad Par. 5. p. 129. [4]) Quod verba indicant Jeremiae 22, 18. 19. Propterea haec it Dominus ad Joakim filium Josiae regem Juda, non plangent eum; sepul- asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra portas Jerusalem. Quod um significatur IV. Reg. 24, 5. „dormivit cum patribus,“ quin addat sacer tor, ut moris est S. S., eum tumulatum fuisse. Mortuus enim est non secus patres eius, aliorum hominum conditionem secutus, at non sunt passi Baby-ii in parentum i. e. regum Judae mausolaea inferri Joakimum. [5]) יְהוֹיָכִין, sive honias. 597. a. C. [6]) IV. Reg. 24, 6. vitae suae anno decimo et octavo. Reg. 24, 8. II. Par. 36, 8. 9. coll. Jer. 52, 31.

artifices et mercatores – deportatum, infima tantum plebe mane ad eundem furorem redeundi ansa concederetur [1].

§. 126. Historiae Judithae.

Enarrata regni iudaici varia fortuna, restat, ut historias J quae ultimis his civitatis iudaicae temporibus acciderunt, nunc in ctum demus. Cum regnum in annum duodecimum teneret Nabuc sor, sibi aliquem parem esse non ferens, Arphaxadum regem M qui multas gentes sibi subiugaverat, bello lacessivit et fudit [2]; a se captum e medio sustulit. Qua victoria parta superbiens, gent nas [3] missis legatis ad deditionem provocat; a quibus repulsam eas debellare statuit [4]. Delecto exercitu misit ducem suum Hol virum bellicosum ac ferocem, ut gentes has, in quibus censebantu Israelitae, armis subiiceret. Holofernes longo tempore felicissimus i ditione, victor urbium gentiumque, admoto campis damascenis e terrore reges Syriae et Mediae in deditionem compulit. Neque illis pepercit, sed depopulatis agris, praedatis urbibus, sacrariis ad suum imperatorem quasi deum colendum coegit [6]. In tanta perturbatione Israelitae [7] veriti admodum Holofernis impetum, E pontifice duce, se munierunt. Communi gemitu ad Deum confuge e tanto discrimine eriperentur. Summus sacerdos Eliachimus inter consolabatur Deique opem adfuturam promisit, modo in oration verarent [8]. Quam primum isti Judaeorum apparatus ad Holoferni pervenerunt, mox ille a principibus Moabitarum et Ammonitar foedus acceptis, quaesivit: quibus viribus freti Israelitae resistere au Ad haec omnium nomine Achior dux Ammonitarum respondit et braeorum historiis probavit: Israelitas probos aut poenitentes I praesidio esse inexpugnabiles [9]. Vix verba finierat Achior, cum

[1]) IV. Reg. 24, 10—16. II. Par. 36, 9. 10. Cf. Niebuhr, l. s. c. p. tamen perperam affirmat p. 374. duplicis expeditionis contra Joakimum, testem esse Josephum; quin penitius inspectus a nobis Josephus nequaquar est mire enim hoc loco eventus confundit; sed testes iique gravissimi sun S. a nobis citati. [2]) In ampla planitie, haud procul famosis fluminibus I et Tigri. Judith. 1, 6. [3]) Syriae, Ciliciae, Palaestinae, Arabiae. [4]) iuxta Vulg. Cap. 1. [5]) Judith, Cap. 2. [6]) Cap. 3. [7]) Quibus Deus indi mum. [8]) Summus sacerdos per encyclicas literas quaquaversum perlat tatus est omnem populum, ut angusta viarum, per quae Hierosolymas as communirent. Cap. 4. [9]) Negavit omnino eos vinci posse, nisi essent a suo criminibus disiuncti.

tribuni belliducis fremere hominemque ad necem poscere [1]. Holofernes cum iis, quos laudaverat, caederetur, Achiorem in castra hostilia pro- i iussit, in quae esset mox ferro flammisque saeviturus. Nec mora; ior a militibus comprehensus ad latus montis, supra quem sita erat hulia, manibus pedibusque arbori alligatur [2]. Postridie eius diei Ho- rnis exercitus Bethuliam, situ magis quam munitionibus firmam [3], dione cingit, aquae ductus incidit, fontes occupat. Unde post viginti dies na Bethuliae penuria aquarum et sitis; qua tandem victi, ad ducem n Oziam importunis vocibus concurrunt Hebraei, proni sese hostibus us, quam certae morti tradere. Ille vero operiendum paulisper, et num auxilium exspectandum esse reposuit; seseque iis obsecuturum nisit, si transactis quinque diebus non venerit adiutorium [4]. Audiit ista et magnanima matrona Juditha [5], vidua Bethuliensis [6]; principes timidos e accitos increpat, quod divinae providentiae modum tempusque definivis- . Eos ergo populumque universum invitavit ad poenitentiam et preces uibus prima ipsa praeivit – ac patrum exemplo in spem opis divinae it. Petit, ut per hos quinque dies sibi cum ancilla egredi liceret ad ositum perficiendum [7]. Dedit in ruborem viros constantia foeminae, eque Oziae et seniorum impetravit assensum [8]. Reversis ad sua principi- Juditha ingressa oratorium suum, cinere aspersa atque cilicio induta, atur Deum, ut sibi robur conferat ad Holofernem necandum, utque eius dione patriam liberet [9]. Nox erat alta, atque Juditha, comitante Abra illa, reliquit urbem, quasi fugitiva mulier; fausta procerum apprecatione prosequente, nemine tamen conscio propositi. Oris venustati nativae tum addidit heroina vestimentorum cultu. Post partem noctis in preci- positam, die iam illucescente, in montis descensu a speculatoribus ium detinetur, statimque in tentorium Holofernis ducitur [10]. Visam mox rit luxuriosus, porro illa prosternitur venerabunda, iussaque causam fugii narrare, ait perditas suorum res ob concitatum per peccata iram Numen. Misisse ipsam Dominum, ut hoc nunciaret Holoferni. Pla- unt hi sermones Holoferni, qui Judithae, si eventus promissis responderet, na proemia promisit [11]. Successit ex voto prima velitatio, Holofernes itham in loco, ubi thesauri custodiebantur, recipi mandat, concessa liber- vescendi cibis, quos secum attulerat. Passus est etiam exire sub noctem

---

[1]) Cap. 5. [2]) Achior a vigilibus Bethuliensium vinculis exemtus et in urbem ductus, cum causam rei interrogantibus civibus exponeret, benigne exceptus Cap. 6. [3]) Cf. p. LIV, [4]) Cap. 7. [5]) יְהוּדִית, Ἰουδίθ. [6]) Praedives opibus nsignis specie, sed moribus, quam vultu illustrior. [7]) Holofernem ad amo- sui pellectum perdere parat! [8]) Cap. 8. [9]) Cap. 9. [10]) Cap. 10. [11]) Cap. 11

et diei crepusculum, ad statas ablutionum et precum vices pro more gentis suae obeundas. Triduum abiit, quo Judithae itum et reditum procul suspicione habebant excubitores. Quarto autem die invitatur Juditha ad convivium lautum et opiparum. Accessit illa, sed cum cibis ab ancilla sua paratis. Eo quod nulla offensione mallet divina decreta transgredi. Ad eius aspectum Holofernes multum vini, plus libidinis hausit [1]. Itaque remotis mensis a Vagaone, belliduci a cubiculis, sola in imperatoris tentorio, porta clausa, relicta est. Juditha, coelesti auxilio adaucta, Holofernem vino somnoque sopitum, arrepta de fulcro lecti acinace, repetito ictu capite truncat. Abscissum pedissequae foris praestolanti tradit, haec illud perae suae immisit. Inde properanter ambae, castris relictis, gyrando vallem, ad Bethuliae portas pervenere; quas a custodibus sibi Juditha reserari iubet. Ingens omnium concursus, tanto maiori omnium noscendi aviditate, quanto minore revidendae Judithae exspectatione. Facto silentio rem omnem enarrat heroina; porrigit Holofernis decollati caput, quod praefixum conto hostibus obiici iubet, dum expediti milites cum magna vociferatione hostes aggrederentur. Qui tum Achioris de Deo Hebraeorum sensus! quae Bethuliensium exultatio! Summis gratulationibus et gratiarum actionibus Deo Judithaeque laudes ingeminatae [2]. Ubi illuxit dies, suspensum pro moenibus Bethuliae Holofernis caput ostendit: tantum hostibus terroris, quantum civibus audaciae iniectum est. Eruptione facta, turbantur hostium castra. Milites caede ducis metu perculsi, qua cuique patuit via, praecipites feruntur sine signis, sine ordinibus; palantes fuga turpissima dilabuntur [3]. Israelitae fugientes persecuti ex magna parte conciderunt [4]. Juditha a Joachimo pontifice, qui Bethuliam se contulit, ut de facinore heroico gratularetur, totoque populo celebratur: lumen patriae, decus civium, gloria nominis israelitici, terror gentilium [5]! Et prout par erat optimis manubiis Holofernis communi iudicio donatur. Sed has tamen ipsa, pro suo religionis affectu, Deo victoriae largitori in Templo solymaeo consecravit [6]. Omnis populus [7] cecinit Deo canticum [8], gratias de tanta victoria rependens; holocausta obtulit, et per trimestre gaudium huius victoriae egit. Juditha longaevam ducens vitam gloriose diem

---

[1]) Cap. 12. [2]) Cap. 13. [3]) Cap. 14. [4]) 15, 1--8. [5]) 15, 9—12. *Sed elogiorum, quibus S. S. P. P. Juditham exornant, maximum est: eam fuisse Typum Virginis quae, pedibus contrito serpente, populo Dei in extrema miseriarum adducto praesentem salutem et triumphum attulit; dum filium suum, mundi Salvatorem dedit. Huic nobiliore titulo conveniunt illa Judithae praeconia: Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Cf. C. Passaglia, de immaculato Deiparae s. V. Conceptu I,* sect. sec. p. 47. s. [6]) 15, 13—15. 16, 23. [7]) Cap. 16, 1. [8]) 16, 2—21.

ıum obiit. Dies victoriae eius deinceps in omne aevum Israelitis sacer ; solennis fuit, quo tanti memoriam beneficii iterarunt [1].

[1]) 16, 22—31. *Audacter ut solet et temere Lutherus in colloquiis symposiacis ler Tischreden, ed. G. Walch. Halle. 1743, cap. 59. §. 6. Op. XXII, 2080. de his storiis pronuntiat esse „poëticum quoddam commentum." Alii res has e libro Juthae enarratas, exsistimant esse allegoriam hoc instituto scriptam, ut Judaei tempore ntiochi Epiphanis, exemplo, fictitio licet, animati spe divinae liberationis confirmaren-r. Ita post Grotium statuit: Heidegger, Ench. p. 363. Babor, All. Einl. in d. Schriften A. T. Wien. 1794. p. 270. Jahn, Einl. IV, 919. s. Vel quod ad idem redit, opinatur drama aliquod seu* ποίημα *sacrum, a pio quodam homine effictum, qui docere ıc ratione voluerit, quomodo Deus fideles suos Israelitas adiuvare et ex praesenissimis periculis mirabiliter eripere soleat. Sic Buddeus, H. E. V. T. II, 495. uer, Theologie des Alten Testament's. Lips. 1796. p. 349. Jahn, Einleit. in die . T. II, 290. Ewald, Gesch. III. 2, 541. O. F. Fritzsche, K. e. H. II, 127. undamenta harum opinionum commentitia sunt; obstant his gravissima, quae iam B. de ontfaucon opposuit argumenta libro peculiari: La vérité de l' Histoire de Judith. Paris. 190. — Cf. D. R. O. Tassin, Gelehrtengesch. der Congr. v. H. Maur, Frankf. II. 1774. 303. 304. — Pessime autem omnium egit G. Volkmar, Handb. der Einl. in die pokr. I, 1. Judith. Tüb. 1860. dum libri scriptorem in tempora romanae servitutis niicit, additque p. 40. videri sibi eum voluisse victoriam de quodam (!!!) legato mani Imperatoris describere circa a. 117. v. 118. p. C. Argumentis praecipuis adrsariorum, iudicio laudati supra viri omnino satisfit. Vere contigisse praefatas historias udet a. Temporis designatio aliaeque circumstantiae, quae in libro Judith enarrantur; 5. 2, 1. 12. 8, 1. cum in parabolis anni principum atque regum eorumque victoıs item locorum nomina tam sollicite annotari non soleant. Ostendant critici parabolam aliquam vere talem in S. S. occurrentem, usque aut similibus, quibus hic ler, qualitatibus vestitam. Adde b. admissa hac historias explicandi ratione: Jophi, Moysis, Davidis etc. accensere parabolis piaculo non esset. Sane, quas recenimus, Historiae p. 67. s. 93. s. 234. s. nec maiori arte, nec maiore rerum conxione, quam illae Judithae referuntur. Si hae igitur sine iniuria et auctoritatis crimine in parabolarum censum vocari possent; cur non et illae? Periculo plena, videre licet, haec consecutio est. Quid vero c. quod ipse auctor in fine huius ri festi iniiciat mentionem, quod in rei istius memoriam celebraverint Hebraei, odoe, auctore testante, ad sua usque tempora viguerit. An quis unquam audivit, moriam victoriae alicuius in scenica quadam exhibitione reportatae celebratam isse? Praeterea d. s. s. Patres et Scriptores eccl. antiquissimi eadem, quae nos, rem gestam legerunt. Quod denique e. non meminerit harum historiarum Jophus, istiusmodi silentii ratio haud aestimanda est, id negotii sibi non suscipiente ctore illo, ut de universis Judaeorum historiis ageret. Quid? quod nobilissimas, ristianis ac Judaeis verissimas Jobi historias, ne verbulo quidem attigit uno. Porro hisce criticorum difficultatibus explodendis felici successu versati sunt: G. Sanctius, ol. in l. Judith. p. 227. s. et comm. W. Smits, L. Judith elucidatus. Antv. 1760. ol. p. 9. s. 30. s. 61. s. 73. s. M. Wouters, Dilucid. sel. S. S. quaest. IV, 249. s. onardus a s. Mart. in exam. script. Goldhagen, Introd. II, 169. s. et alii. Turba ı, quae nihil in l. Judithae sive S. Scripturis, sive historiis, repugnare demonstranm suscepit et evidenter evicit.*

§. 127. Tempus historiarum Judithae.

Tempus historiarum Judithae res est, ut verum fateamur, omnium obscurissima. Densissimas veluti inter tenebras gradimur, dum in huius Libri Chronologia versamur. Interlucent tamen ibidem aliqua, iucunda pariter et observatione pro illis, qui S. S. scrutari volunt, dignissima. *Ut vero paucis referam, duae sunt vulgo extremae sententiae: quarum una memoratas historias post solutam captivitatem; altera ante illam collocat.* Semper quidem mirum visum est, cum Juditha ante Hierosolymas eversas fuisset, quid esset, quod non modo pontifex rempublicam administraret, sed ne rex quidem usquam nominaretur? Quare post reditum Babylone sub Persarum regum monarchia contigisse, recepta olim Eusebii, in *Chron. ed. Auch. I, 43.* aetate Hebraeorum traditio docebat. In eandem sententiam abierunt s. Augustinus, *de Civ. Dei. l. XVIII. 26. II, 260. et alii; (Sulpitius, sev., sacr. hist. l. II, 17. 21. p. 293. 301. s. Cornelius a Lap. 98. Natalis Alex., H. E. V. T. II, 309. Sanctius, prol. V. p. 231. Wouters, l. c. p. 265. s. Estius, annotationibus in c. I. Jud. p. 138. 139. Messmer, Gesch. der Offenbarung. Freiburg. 1857. I. 277.)* sed iidem sententiarum divortiis divisi, cui Persarum monarchae historias adscribant dubii haerent. Aliis Nabuchodonosor, aliis Cambyses, aliis Darius Histaspis, aliis Xerxes, aliis Artaxerxes Ochus est. *Cf. Vincenzi, Sess. IV. C. T. v. III, 27.* Attamen huic opinioni plura refragantur a. Certum est, meritoque a Bellarmino, de verbo Dei p. 56. urgetur, nulli Persarum regi nomen Nabuchodonosoris tributum fuisse. b. Refellunt id quae §. s. p. 434. de indole et auctore disputata sunt. c. Nabuchodonosor, de quo in libro Judith sermo est, per Holofernem c. 2. s. subiugasse dicitur Mesopotamiam, Cappadociam, Ciliciam, Syriam, Arabiam, Judaeam ipsam, quin et totam Assyriam et Mediam; at provinciae illae omnes iam a Cyri temporibus Persarum regibus parebant, et semper ad ultimum usque paruerunt. d. C. 4, 1. s. filii Israel paraverunt se ad pugnam contra Nabuchodonosorem; sed tempore post exilium nec poterant, nec valebant resistere ullis regibus, maxime persicis, quibus subiecti erant. e. Metuebant 4, 2. 10. ne Nabuchodonosor everteret Jerusalem et Templum Domini. Temporibus regum Persarum Templum reaedificatum est, I. Esdrae 3, 6. s. 4, 1. s. quomodo credibile est timuisse Judaeos ne ab iisdem everteretur. Ex notis igitur huius Libri et generalibus et particularibus manifestum est adeo, has Historias minime ad tempora post captivitatem referri posse. Recepta magis, quaeque nostra aetate apud optimos Chronologos invaluit sententia, docet, historias has cum tempore ante captivitatem componendas. Quamquam res non satis inter eius assertores constet; difficile cum sit invenire regem in Judaea ei commodum. Plurimi pro Manasse certant; qui tamen etiam inter se committuntur, dum eorum quidam tempus, quo princeps ille Babylone captivus degit, vide p. 416. constituunt; alii istud, quod transportationem subsequitur, propugnant. *Manassi adhaerent: Bellarminus, de verbo Dei, 1, 12. p. 58. quem ingens interpretum numerus sequitur: Serarius, Comm. in s. B. l. Tobiae, Judith etc. p. 229. Tirinus, p. 157. Calmetus, Comm. V, 98. Marchini, de div. p. 196. s. Dupin, Diss. prel. p. 88. Harduinus, Chronol. V. T. ad an. 672. p. 546. Smits, l. c. p. 37. s. Goldhagen, l. c. p. 169. s. Bezange, Intr. I, 347. Kerkherdere, Prod. Dan. pag. 237. Janssens, Herm. s. pag. 159. Welte, Einleitung. 121. Haneberg, Einleitung. 273. Reusch, p. 129.*

Duo hic praecipue consideranda sunt. Primum est: aetate Manassis, nec Arphaxad rex Mediae erat, neque Nabuchodonosor Assyriae. Alterum est: tempore Manassis totam Samariam et regionem omnem, quae ad israeliticum regnum pertinebat, exterorum fuisse, et repletam Cuthaeis, quamobrem neque Bethulia a filiis Israel tenebatur, neque ab ipsis in omnem Samariam mitti poterant, qui occuparent omnes vertices montium. Ut legimus Judith. 4, 3. Reapse coll. II. Par. 34, 6. 35, 18. Josias, nepos Manassis, videtur recepisse partes regni israelitici. Probabilius quid affirmant, qui historias illas sub Josia collocant. *In hanc sententiam abiit: J. Gumpach, Abriss der bab. assyr. Gesch. Mannh. 1854. p. 116. O. Wolf, Das Buch Judith. p. 41. s. Nickes, de libro Judithae. p. 34. 35.* duce Genebrardo, (Chronographiae l. II. Par. 1585. p. 234.) eas denique in tempus coniicit, quo rex Sedecias, cum Seraia Babylonem profectus, coll. Jer. 51, 59. tum Babele esset. Attamen illa regis profectio cum iusto brevior fuerit, *praeferendum nobis videtur tempus*, *quo Joakimus in captivitate detinebatur.* V. §. 125. p. 426. 427. in quo huius definitionis fundamentum substruximus. Relinquamus ergo s. Scripturam in sua simplicitate. Nabuchodonosor, qui in l. n. imperium tenuisse et Holofernem misisse dicitur, proinde non est alius, quam qui Chaldaeorum magnus rex Judaeorum civitatem delevit. *Cf. Nickes, de libro Judithae. Vratisl. 1859. p. 29. s. qui hanc Moversii, in Zeit. f. Phil. u. h. Th. 1835. XIII, 46. item T. II. die Phönizier. Gesch. I, 424. s. prolatam opinionem erudite defendit. V. e. Niebuhr, Gesch. Assur. p. 287.* Joachimus idem ille, ad quem Baruchi epistola missa est. *Nickes, pag. 25.* Alterutram sane liberum erit amplecti opinionem, modo salvari possint ea, quae Liber Judith supponit; imprimis pax et quies, quam a victoria per Judith parta usque ad eius vitae exitum et diu postea mansisse legimus. Judith 16, 28. 30. Cum liber Judithae nihil habeat quoad reges aliasque personas et circumstantias, quod probatissimis historiis repugnet, difficultatis enodationem a s. Hieronymo petemus, cuius verba (in prologo ad librum Judithae) „multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi; ea sola, quae intelligentia integra in verbis chaldaeis invenire potui, latinis expressi“ clariora sunt, quam quae indigeant commentario. Ceterum mendum in originale chaldaicum irrepsisse — קה, 105. pro לה, 35. — indicat: Kerkherdere, *Prodomi Danielici. p. 245. — Res haec minimi momenti est! Sufficiat nihil adesse, quod aliis S. S. repugnet, aut a veritate alienum sit. Non placuit Spiritui S. ea, quae tunc nota erant, per suum hagiographum memoriae tradere; nil igitur miri, si regis, qui tunc erat, nomen desit, unde illud cum sola aliqua verisimilitudine quaerere cogamur.*

§. 128. Libri Judithae aetas.

Ordinem positorum in praemissis tenendo in aetatem Libri inquirere licebit. Qua aetate historiae laudatae scriptis mandatae sint, innumerae propemodum vertuntur opiniones. Praesul Abrincensis [1] tempora captivitatis babylonicae coniicit. Efficitur

[1]) Demonstr. ev. prop. IV. p. 170. Ita iam Genebrardus censuit. l. c. p. 235.

d sequentibus fere argumentis. Solent a. sacri scriptores, qui ınte reditum e captivitate babylonica floruerunt, menses numeris significare; qui post illud, nominibus. Libri Judithae auctor cum ıeque numeris utatur [1], patet eum ante exilium babylonicum ab ıolutum scripsisse. b. Scriptores post exilium e. g. Aggaeus Zacharias, Malachias et ceteri, populum electum nunquam [2] Hebraeos, sed Judaeos [3] nuncupant; noster auctor vero eundem vel ilios Israel vel Hebraeos compellat [4]: quod indicium est, eum ınte exilium absolutum libellum huncce confecisse. Insinuat idem erte scriptor c. ubi narrat [5] Achiorem circumcisum esse cum omni uccessione generis et appositum ad populum Israel usque in hoiernum diem. Unde apparet, libellum vivente adhuc Achiore, ergo liebus Nabuchodonosoris exaratum esse. d. Multa sunt, quae ab Hierosolymis libelli huius scriptorem abfuisse significant [6]. Ex his nonimentis iam ambiguum esse non potest, qua lingua, graeca ıe vel hebraica, confectus sit? Etenim tum temporis, cum Hebraeorum nemo literarum graecarum quidquam vel legeret, eo minus scriberet, auctor hebraica usus sit necesse est. Profecto i constructio verborum, et coniunctio sententiarum non minus in LXX, versione graeca huius Libri antiquissima, quam in Vulgata attendatur, Judithae gesta primum hebraica fuisse communi ectione exposita facile patebit. Eius rei testem locupletissimum ıabemus s. Hieronymum, qui praefatione huic Libro praefixa ait: „quae in verbis chaldaeis invenire potui latinis expressi.“ At nihil praeter hoc s. viri testimonium nobis superest, quo de archetypi llius qualitatibus iudicare possimus [7]. Primitus Chaldaico idiomate

---

[1]) Cf. 2, 1. [2]) Ἑβραῖοι. [3]) Ἰουδαῖοι. [4]) 4, 1. 10, 12. 13, 28. 14, 15, 3. 14. 16. 16, 31. [5]) Cap. 14, 10. textus graeci et 14, 6. textus latini. [6]) Nam summa diligentia definitur quaeque urbs vel regio, ubi sita sit. Cf. 1, 5. 6. 7, 3.; quae ita definire est scriptoris ad exules loquentis. Ubi primum Eliachim pontificem nominat, dicit eum Hierosolymis fuisse. 4, 6. In LXX ὃς ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐν Ἰερουσαλήμ. Cur haec de domicilio addidisset, nisi, deletis Hierosolymis, pontifex in exilio fuisset? De Ecbatanorum muris, de turrium et portarum in iis magnitudine, scriptor 1, 2. 3. accuratissimam habet notitiam; quod rursus prodit in exteris oris viventem. Cf. Nickes, l. c p. 49. 50. [7]) Videtur s. Doctor, dum Librum hunc reddebat, magis chaldaice peritus et potiores linguae illius difficultates, quas Danielem transferens sentiebat, superasse. Laudata praefatio satis indicat, proprio marte ipsum versionem

scriptum esse librum Judithae [1], s. Hieronymo testanti eo facilius credimus, quanto evidentius demonstratum est [2], nullo modo explicari posse, qua ratione magna errorum pars in versiones huius libri irrepserit, nisi ex hebraico translatus esse assumatur [3]. Quis denique fuerit auctor huius libri, est quaestio nostris non solvenda subsidiis. Auctorem huius Libri incertum esse iam olim dixerat s. Isidorus [4].

§. 129. Regnum iudaicum corruit.

Narravimus Chaldaeorum in Judaeam invasionibus praeter depraedationes et mala reliqua inde promanantia, populi quoque florem in Babyloniam abductum esse, tenuioribus tantum et ex infima plebe patriae relictis, quorum aut aetas fastidio victoribus erat, aut imbecillitas servitio inutilis videbatur. Eis tamen regem dedit Nabuchodonosor Matthaniam [5], imposito ei nomine Sedeciae [6], hac tamen conditione, ut Babyloniorum stipendiarius, Nabuchodonosori datam fidem

---

hanc confecisse. Sed quae poterit esse certa fides, quaerunt, hunc textum ipsum esse originalem? Certam illius rei fidem nobis facit Ecclesia. An textus noster authenticus et canonicus censeri possit, nisi simul talis censeatur fons, unde derivatus est!

[1]) V. Welte, Einl. 106. 109. [2]) A Gesenio, Hall. lit. Zeitschr. 1832. II, 10. Movers, Krit. Unt. ü. d. bibl. Chron. 241. 242. 246. Eod. in Zeit. f. Ph. und Kr. Theol. Köln. 1835. ü. d. Ursprache d. deuter. Bücher d. A. B. XIII, 31—48. Welte, Einl. p. 98—101. Wette, Einl. 406. Scholz, Einl. II, 604. [3]) Graeca versio duplex exstat, LXX interpretum una; reficta altera, ex qua vetus Itala, nec non syriaca cusa est. Lectiones variantes, quae in hodiernis gracci textus cernuntur exemplaribus, sedulo collectas a Flaminio Nobilio cumprimis aliisque viris doctis, exhibent Polyglott, angl. IV, 64. s. Append. p. 77. s. Cf. Fritzsche, d. B. Judith. Einl. 117—123. Wolff, Das Buch Judith. 2. Texte d. Buch Judith und deren Verhältniss zu einander. p. 5. s. Illud vero apertum, multum discrepare has versiones, non solum varietate verborum et parcitate, sed etiam differentia sensuum. [4]) De officiis. I. 12, 10. VI, 376. Wolff, l. c. p. 391. suspicatur Achiorem, cuius illo in opere mentio est, genuinum illius auctorem habendum esse. Huius tamen suspicionis solae sunt verisimiles coniecturae. Difficultates geographicas enodarunt: J. G. Kerkherdere, prodr. Daniel. antiq. medo. pers. conat. Libri Judithae Geographia. p. 246—257. Movers, l. c. p. 35. Welte, p. 115. Z. d. D. M. G. III, 58. Alias, ad interpretationem pertinentes, Serarius, Marchinius, Welte, op. cit. aliique supra laudati solverunt. Vide, si lubet, imprimis O. Wolffium, superint. acath., qui hac de re accurate et optime egit in libello: Das Buch Judith als geschichtliche Urkunde vertheidigt und erklärt. Leipz. 1861. p. 15—196. [5]) מַתַּנְיָה, filius tertius Josiae, annos viginti et unum natus. Regnavit ab a. 596—586. a. C. [6]) צִדְקִיָּהוּ.

servaret integram illibatamque [1]. Vir erat rebus tum maxime pe turbatis minime par; regnum pessime administravit: praecessoru malis nihil sapientior redditus, Dei sacrorumque contemtor, cuius generis iniquitates patravit; verorum prophetarum monita [2] sprev falsis aurem praebuit, nec non sacerdotes impios coluit. Ul munita urbe, iam satis praesidii ei visum, ad libertatem a vectig fatali dementia aspirabat. Sollicitabat animum Aegyptus, maioru olim hospes sed dura. Trita in eam magis via, et vis propi ad nocendum, ad auxiliandum promtior [3]. A Babyloniis nih exspectabatur, nisi grave. Itaque, quamvis se Nabuchodonoso iuramento obstrinxisset, tamen sacramenti clientelaris immem fidem fregit, et cum rege Aegypti Pharaone Hophra foedu iniit adversus Chaldaeos communes hostes; qua perfidia si totique regno ultimum arcessivit excidium. Eius defectione com perta Nabuchodonosor exacerbatus, celeriter instructis copiis i Judaeam irrupit; Hierosolymas acerrime obsedit. Accendi obsessorum animos salutis desperatio et fiducia subsidii aegyptiac Neque prorsus ea vana fuit. Nam Hophrae adventus cum au xiliis obsidionem ad tempus quidem solvit; ipso autem fugato [4] Nabuchodonosor rediit, et urbem arctius quam antea operibu clausit. Sedeciae regi Jeremias propheta deditionem continuis voci bus svasit; sed pro proditore habitus, atque in carcerem coniectu est [5]. Vanum enim et alta molientem mendaces arioli ageban quorum monitis plus deferebat, quam Jeremiae et Ezechielis ser monibus. Inclinabat interdum rex in tutiora consilia; at proce rum superbi animi mente invalidum et nutantem in praecep abripiebant. Prope biennio iam steterat obsidio et dirissima fame urbem urgebat; e fame pestis; hinc in oppugnata civitate nihi nisi pavor et miseria. Quod cum Babylonii ex transfugis nossent noctu, impetu facto, urbem capiunt. Extremum malorum per fugium, fuga, sed iam sera. Rex tandem urbem clam deserit quam tenere non poterat. Beneficio noctis per regios hortos [6]

---

[1]) IV. Reg. 24, 17. 18. II. Par. 36. 10. 11. [2]) Jer. 25, 4. s. IV. Reg. 24, 19. 20. II. Par. 36, 12—16. [3]) Cf. Uhlemann, Chron. et Gesch. d. alt. Aegypt. III, 241. s. [4]) Jer. 37, 4. 5. 6. 7. 8. 46, 24 25. 26. Ezech. 29, 3—12. [5]) Jer. 32, 3. 33, 1. 38, 28. [6]) Vide p. LXIX.

noenibus contiguos elabitur cum exigua adhuc bellatorum manu. ?ugientem excubitores chaldaei insecuti, in planitie Hierichuntina epertum, Nabuchodonosori tunc Reblathae agenti sistunt; qui ngratitudine exprobrata, e vestigio occidi in conspectu eius prius iberos iussit; mox ipsum, oculis effossis, catenis vinctum Babyonem tanquam vile mancipium deportavit; ubi ille aliquanto post noerore confectus periit [1]. Respondit igitur eventus prophetarum aticiniis, quibus praedixerant, aliquando futurum, ut Babylonem b fidem violatam deduceretur; nec tamen oculis exilii terram spiceret, utpote quibus orbandus erat [2]. Interim Chaldaei, capta rbe, Templum exusserunt; vasis, et quidquid pretiosarum rerum n illo erat, ablatis. Arsit quidquid auferri non potuit, urbs, urbis nuri, regiae Davidis et Salomonis aedes, omneque Hierosolymarum lecus deletur. Sic ruinae gentis ultima quasi manus imposita est [3]. Cum deletione Templi et Urbis incipit magnum illud sabatum, de quo vates dixerant [4]. Atque ita regnum hocce nobilissimum Judaeae, quod a Saule quadringentis fere et octo supra onaginta annos se sustentarat, perinde atque antea Israelitarum, ot scelerum gravissimorum pondere succussum et labefactatum, andem poena Dei corruit anno ante Christum 586. [5] Fuit hoc xcidium tristissimum, uti describit Jeremias in Lamentationibus, lurimis verbis et saepissime a prophetis regi et populo – non ninus quam antea israelitico – significatum, ne gens iudaica uae impietatis et incredulitatis ullam excusationem inveniret. Quamquam illa maiore, prae israelitica, clementia sit castigata.

---

[1]) IV. Reg. 25, 4. 5. 6. 7. [2]) Jer. 32, 4. 34, 3. Ezech. 12, 13. 17, 20. 2, 3. [3]) IV. Reg. 25, 8—21. II. Par. 36 17—21. Jer. c. c. 39. et 52. [4]) Jer. am. 1, 7. Ezech. 21, 12. s. II. Par. 36, 21. Hierosolymis captis, Nabuchoonosor, propter victorias veluti Hercules a Gentibus habitus, partem exeritus sui ad obsidendam urbem Tyrum misit, quae post obsidionem tredecim annorum expugnata est. Cf. p. LII. Quoniam vero maxima pars incolarum facultates suas asportaverat navibus, ita ut Nabuchodonosor urbem vacuam inveniret, ea incensus solo eam aequavit: attamen ei pro remuneratione tanti laboris divitiae Aegyptiacae a propheta Ezechiele c. 26, 1. 8. 29, 18. 19. 20. promittebantur, quam etiam internis bellis labefactatam occupavit et immensas inde divitias reportavit. Qua de re infra plura dabimus. Cf. Uhlemann, l. p. 242. seq. [5]) Contigit hoc excidium fine Maii vel initio Junii. Cf. Niebuhr, G. A. p. 214. iuxta Gumpachium, l. c. p. 120. XX. Junii.

§. 130. Propheta Jeremias.

Volumen Isaiae [1] sequitur Liber Jeremiae [2], insignis vita et vaticiniis prophetae. Jeremias genere sacerdotali oriundus, natus est in oppido Anathot [3], patre Helcia. Praeter ordinarium sacerdotis ministerium, iam in utero consecratus, adhuc admodum iuvenis a Deo ad extraordinarium officium prophetae excitatur; quod cum detrectaret, adolescentiam suam et imperitiam causatus, in eodem confirmatus est tactu oris et duplici visione [4]. Saeculum suum huicque coaevos nominatim indicat ipse propheta: reges Judae: Josiam [5], Joachazum, Joakimum, Joachinum et Sedeciam. Corruptissimis post Josiam temporibus, sub Joakimo cumprimis et Sedecia, multa passus est; quippe cui diutissime [6] cum falsis prophetis, cum sacerdotibus, cum ipsis regibus erat colluctandum. Tot pene hostes, quot auditores! Molesta namque iis erant, quae annuntiabat; nec alia tamen, quam quae a Deo illi mandata erant, illis denuntiare poterat. Idem tamen semper sensit et loquebatur: terruit obstinatos, sed non audiebatur [7]; consolatur infelices, sed non admittitur [8]; reprehendit summos infimosque, sed subsannatur [9]. Verberatur [10], detruditur in carcerem, ad necem quaeritur [11]. Nihilominus humanitate et condolentia in suos

---

1) Passim, nam in mss hebraicis praesertim antiquioribus in ordine maiorum Prophetarum primo loco positus cernebatur. 2) יִרְמְיָהוּ et יִרְמְיָה c. 27, 1. Dan. 9, 2 LXX Ἰερεμίας. Matt. 16, 14. Non elatio Domini, ut vult Simon, Onom. p. 555 et Reinke, Die mess. Weiss. bei d. Proph. Jeremia. p. 414., qui a r. [illegible] derivant; sed abiectio Domini coll. r. רָמָה, v. Gesenii, Thes. 1290 abiecit, deiecit populum: coll. Jer. 1, 10. 15, 1. Munus enim eius consistebat, ut ipse declarat, in evellendo, destruendo i. e. comminationibus severissimis irae ac ultionis divinae. V. W. Neumann, Jeremias von Anathoth. Leipz. 1856 p. 6. F. Nägelsbach, in Herz. Enc. VI, 478. Hengstenberg, Christ. II, 400. 3) V. p. LVIII. 4) Jer. 1, 4 s. 5) Jer 1, 2. 25, 3. ab anno regni decimo tertio 19 annos. 6) Spatio 45 circiter annorum. 7) 13, 13—18. 8) Cap. 30. 31. 32. 33. 34. 9) 20, 7. 26, 1 s. 42, 1 s. 10) 20, 1. 37, 14. 11) 37, 12 s. 38, 4. 26, 10 s. Adverte ut Jeremias regem Sedeciam magis ac magis in suam [illegible] quam maluit Hierosolymis excedere, quam canere surdis. [illegible] cupiditate [illegible] de vate ulciscendi, interpretatum velut transfugium ad hostes. Itaque virum innocentem calumnia proditionis opprimit [illegible] in foveam subterraneam, nonnisi sceleratissimis [illegible] Jr. ex horrore cum 2 vel 3 menses propheta egisset

ophetarum omnium, ut dicit s. Gregorius [1], fuit propensissimus. ›nqueritur, se oviculae imbellis instar ad lanienam rapi [2], se se virum rixae in universa terra [3]. Nulla tamen iniuria vel ıga expellere potuit a pectore Jeremiae misericordiam et ıtis publicae desiderium. In afflictionibus quidem, semel atque rum aliquid humani passus, impatientiam prodidit [4]; a Deo vero rroboratus et propugnaculi ac muri instar populo refractario positus, insidiis et manifesta vi inimicorum superior exstitit [5]. se enim unus uni Deo innixus, in summa reipublicae miseria, bis obsidione et excidio, fratrum salutem quam ardentissime ravit; idemque fecit post mortem. Gloria mirabilis, et magno coris fulgore ornatus, apparuit Judae Machabaeo [6]. – Vatici›rum nomine suo inscriptorum auctorem se cum ipso initio, n etiam passim in medio profitetur Jeremias; in quorum nen scriptione usus est opera Baruchi filii Neriae [7], viri bilis, fratrem enim habuit Saraiam principem [8]. Is Jeremiae ophetae per omnia assecla fuit eiusque laborum et tribulationum :ius et particeps. Praeter hoc vaticiniorum opus scripsit Threnos ı Lamentationes. Lugubris carminis, quod in funere regis iiae cecinit [9], et descriptionum, – ἀπογραφαί, sive commentarii um, quae statim post eversam urbem acciderunt – quarum mentio

---

unt Chaldaei ad obsidionem solymaeam; novi metus opplent Sedeciam, unde in lorem custodiam transfert prophetam, ad vestibulum communi carceri praestru- n. 37, 12—20. In vestibulo carceris ad populum magnis de rebus sermones con- avit; ultima quaeque praedixit, civibusque ancipiti malo pressis deditionem dit. Novo furore in eum concitantur primores; quare ut illum non tam cohi- nt, quam ocyssime e vita tollerent, sacerdotum impulsu seminudum Jere- n in profundum et coenosum lacum coniecerunt. Adfuit Deus misere vexato uxilium unde non sperabatur submisit. Degebat in aula Sedeciae quidam melech eunuchus, patria Aethiops, Sedeciae aulicus. Hic homo peregrinus tem dedit prophetae, quem sui cives perdere satagebant. Abdemelech assumto m 30 virorum praesidio — ad vim arcendam — confert se ad puteum — m — demissisque in altum funibus, extrahit captivum pene exanimem, resti- que carceris vestibulo. Jer. 38, 7. s. Ex quo hanc pietatis suae mercedem eo retulit ut vitam, quam Jeremiae dederat, ipse quoque servaret. 39, 16—18.

[1]) Or. XVII. ad civ. I, 317. Ἱερεμίας, ὁ τῶν Προφητῶν συμπαθέστατος. 1, 19. [3]) 15, 15. 18, 18. [4]) 17, 18. 19. 20. 20, 7. [5]) 1, 18. 15, 20. X. II. Mach. 15, 14. 15. Sir. 49, 8. 9. Mtt. 16, 4. [7]) 36, 27. Βαρούχ, בָּרוּךְ. Jer. 51, 59. Bar. 1, 1. [9]) Vide p. 418. 419.

fit [1], nihil amplius exstat. Ipse porro Baruch, Jeremiae discipulus et amanuensis, quinque annis post cladem Hierosolymarum ultimam, prophetiam edidit, quae Joachino regi aliisque Judaeis, in captivitate detentis praelegebatur, et deinde summo sacerdoti Joakimo Hierosolymas missa est, cuique in calce adiecta est epistola Jeremiae [2]. Huic epistolae auctorem Jeremiam vindicat materia et inscriptio operis [3].

§. 131. Vaticinia Jeremiae.

Vaticinia Jeremiae – quinquaginta et duorum capitum – sparsim exhibent historias et praedictiones, in quarum ordine dispositio chronologica desideratur. Commode in duas positiones constitui possunt: a c. I–XLV. et a c. XLVI–LI. Prima continet conciones propheticas et historias Judaeos spectantes; tota fere versatur circa denunciandam eversionem Templi, urbis et regni. Denuntiationi huic Jeremias immiscet [4] malorum istorum causas: continuata scilicet Judaeorum scelera; amplissimas etiam promissiones de reditu ex captivitate post septuaginta annos; denique multa et clarissima de Messiae venturi persona, officio, beneficiis, regnoque oracula. Ac secundum ista C. C. 1–12. Jeremias narrat conditionem, causas et difficultates suae missionis. Judaeorum ingratitudinem, licet summa sit Dei clementia et facilis apud ipsum venia, exprobrat; verbis et argumentis culpat gravissimis impietatem, arguit profanationem Templi,

---

[1]) II. Mach. 2, 1. [2]) C. Sanctius, interp. Baruch prophetae. p. 3. 7. ad calcem comment. XII. proph. min. putat illa, quae in libro huius nominis prophetica sunt, Jeremiam e divina revelatione accepisse, et per Baruch ad Babylonios exules transmisisse. Communiter autem in Bibliis scribi prophetiam Baruch, quia hic divina oracula Jeremiae inspirata Babylone copiosius exposuit, et, si quae ad historias pertinebant, addidit. [3]) Cf. Reusch, l. i. c. §. 13. p. 78—87. Librum Baruchi apocryphum a Judaeo alexandrino manticsae instar ad Jeremiam confictum dixit H. Hävernick, Neue krit. Untersuchungen über d. B. Daniel. Hamburg. 1838. p. 17. Commentatione cr. de libro Baruchi apocrypho. Regiomonti. B. 1843. p. 8. s. O. F. Fritzsche, in K. e. H. zu den Apokr. Leipzig. 1851. I, 169. 170. Ph. F. Keerl, Die Apokryphenfrage. p. 225—227. principiis ex praeiudicio statutis, a quibus tamen, ubi opus est, ipsi recedunt. Errori catholicam veritatem mox opponemus. Vindicias Baruchi praeclare egit F. H. Reusch, libro Erklärung des Buches Baruch. Freiburg. 1853. §. 2—8. p. 21—51. §. 12. p. 70—78. [4]) Hac de causa in partitione huius Libri ordo vix observari potest.

accusat idololatriam; quae provocat iudicia divina, non obstante foedere Dei cum Israelitis. C. C. 13–25. annuntiat duram atque ignominiosam servitutem 26–33. attamen multum promissionis et consolationis vaticinio de solutione exilii et regno Christi prodit. Christum, propter mitissimam naturam incredibilemque tolerantiam agnum appellat, qui portatur ad victimam. Salvatorem pingit optimum regem atque pastorem: ita iustum, ut nulla vis, aut ratio ulla abducere illum queat ab aequo et fas; qui Davidis instar animo provido excubias aget pro suorum salute. Rex a quo sperari omnia, atque praestari facile possunt. Annuntiat novum et inauditum, imo quod cogitatio nulla hominum capiat, immensum Dei Verbum foeminei uteri angustiis circumdari posse. Promittit denique populo suo summas Redemtoris et Ecclesiae delicias. Eleganter ab hypothesi impossibili demonstrat iugem perpetuitatem regni Christi [1]. Quia vero exhortationibus ad poenitentiam morem gerere detrectarunt, instat propheta C. C. 34–39. praedictione excidii regni iudaici per Chaldaeos. C. C. 40–45. monita et oracula fatidica adversus inobedientes et nefarios Judaeos recitat. Devastata una cum Templo iam Urbe, conatur vates superstites Israelitas ab itinere in Aegyptum cohibere. Positione altera exponuntur C. C. 46–51. funestae praedictiones adversus nationes exteras. Nimirum c. 46. contra Aegyptum; 47. Philisthaeos, Tyrios et Sidonios. 48. Moabitas, 49. Ammonitas, 1–6. Idumaeam, 7–22. Damascum, 23–27. Cedrenos, 28–33. Aelamitas, 34–39. Chaldaeos. c. 50. et 51. Postremum c. 52. subnectitur in vicem epilogi historici, quo describit historias combustionis Templi, depraedationis vasorum etc. post captam urbem. Istis veritas prophetiarum Jeremiae comprobatur, et via sternitur lectoribus ad proxime sequentem librum Lamentationum. Diversis temporibus propheta etiam iussus est a Deo factis magis, quam verbis, sive actionibus symbolicis, praesaga iudaicae cladis signa ita exhibere, ut quasi lumen de lumine accenderet, et rerum occultarum cognitiones etiam sensibus auditorum ingereret. Igitur ut enthea quadam vi animos verset, atque impendentium seriem calamitatum ob omnium oculos ponat [2], iubetur cingulum lineum lumbare emere, ac e femore suo demtum perferre ad Euphraten, ibique in foramine petrae recondere; reconditum alio tempore, quo iam

---

[1]) Cf. 11, 18. 19. 23, 5. 6. 30, 8. 9. 31, 22. 33, 15. 16. Pauca ista de Jeremiae locis messianis induxisse satis erit. De his legatur, qui ea diligenter interpretatus est, Reinke, l. c. p. 440—602. [2]) 13, 1—12.

conputruisset, protractum tollere [1]. Alias monetur [2], ut in ea regione, gladio et incendio devota, abstineat a coniugio; ne filios ad caedem potius quam ad vitam genuisse videatur. Propheta iussus a Domino in officinam figuli descendit [3]; ubi similitudine vasis, quod in ipsa figuli manu dissipatum et rursum in aliam speciem instauratum est, edocet populum [4]. Mittit [5] vincula et catenas ad reges quosdam exteros, qui ad Sedeciam nuntia de foederibus pertulerunt: addito monito, si salvi esse velint, babylonicum iugum subire non recusent. Dei iussu catenam collo aptat palamque illam circumfert [6]. Cum a Sedecia clausus esset in carcere, agrum ab agnato sibi oblatum [7] emit et contractus tabulam in vase fictili reponit [8]. Taphnis in crypta sub muro lateritio grandes lapides collocat [9]. Committit Saraiae ut apographum illorum, quae [10] adversus Babylonem dicta sunt, lapidi alligata in Euphratem proiiciat. Nonulla symbola manifeste magis animi quam corporis fuerunt e. c. Virgae vigilantis et ollae [11] igne fervescentis; calicis, cunctorum peste malorum spumantis; laguncluae mero plenae [12]; species duorum calathorum, quorum alter agrestes et exsuccas, alter maturas et dulces ficus exhibet [13]. Sed haec praesagia plurimorum odium pariebant vati; quique primi fidem adhibere debuissent prae ceteris adversabantur [14]. Dicendi genere deprehenditur Jeremias simplici minusque exacte elaborato [15]. Perpetua utitur expostulatione; et si cum Isaia conferatur, pedestri potius, quam sublimi, elocutione claret [16]. Quod vero calluerit

---

[1]) Huius prophetici signi velum removit consecuta Judaeorum deportatio, longaeque servitutis squallor. [2]) 16, 1. s. [3]) 18, 1. s. [4]) In manu Dei esse de fatis Judaeorum decernere, benignius quidem, modo resipiscerent. Sed quia in coepto vitae instituto obstinanter haerent, Jeremias iubetur 19, 1. s., lagunculam figuli testeam iam excoctam conterere, quae proinde instaurari amplius non potuit; ut intelligatur actum esse de urbe et populo. Judaeos instar testae collidendos et dispergendos. [5]) Idem 27, 1. s. [6]) 28, 9. s. Tanquam prognosticum subiugandae Judaeae signum. [7]) 32, 6. e. [8]) Quod testimonium Dominus esse voluit Palaestinae ad Judaeos rursus rediturae. [9]) 43, 9. s. Ut ostendat tam Judaeos quam Aegyptios, quorum se fidei ac tutelae crediderant, in Chaldaeorum potestatem venturos. [10]) C. 50. et 51. In symbolum perpetuo duraturae ruinae imperii Chaldaici. 51, 60. s. [11]) 1, 11—15. [12]) 13, 12. s. [13]) Ostendente Deo, bonorum malorumque de gente iudaica discrimen, suaeque in alteros benevolentiae, in alteros aversionis disparem affectum. 24, 1. seq. [14]) 20, 1. s. [15]) Et id quidem ferebat tempus illud, quo vixit, quod non egebat oratione svavi, quae mulceret; sed verbis aculeatis et duris, quae animos obstinatos pungerent ac lacerarent. [16]) Oratio Jeremiae sic comparata est, ut ad easdem sententias eademque verba saepe redeat.

leganter et graviter scribere monstrant Threni satis superque. Lingua Jeremiae frequenter ad aramaismos inclinat [1].

§. 132. Quaestio historico-critica, de turbato vaticiniorum Jeremiae ordine.

Vaticinia omnia fere, quae revelationis ortusque sui indicium, praefixa annorum nota, habent, — sic C. C. 2—6. sub Josia. 7. 8. 9. s. Joakimo. 25. 26. 35. 36. sub eodem 21. 24. 27. 28. 29. 32. 33. 34. 37. 38. s. Sedecia — argumento sunt: non eo tempore scriptas esse prophetias, quo a Domino oblatae, aut a propheta expositae fuerant. Quin narratur Jeremiam, anno quarto Joakimi (cum ad hoc usque tempus — per viginti et quod excedit annos ex diebus Josiae — nihil eorum, quae a Domino audierat, dixisset scripturaeque mandasset) excipiente ex ore ipsius ὑπαγορεύοντι Baruch Neriae filio, librum prophetiarum et visionum, quas divinitus acceperit, in unum coegisse volumen, ut populus illas audire et saepius reversare posset. 36, 1—4. Anno exacto — i. e. quinto Joakimi — Baruch, quae scribere iussus fuerat, in Templo, loco maxime frequenti, legit. Quod cum secundo fecisset, liber ad regem perlatus est; qui minacibus vaticiniis usque adeo non est permotus, ut potius Librum hunc in partes scindi et igni tradi iusserit. 36, 9. s. 23. s. Post haec Propheta eundem Librum novis comminationibus et praedictionibus auctum, rursus opera et manu Baruchi — qui ipsi a servitiis erat, ut Eliae quondam Elisaeus — exarari iussit. 36, 27—32. Haec tamen editio in praesenti prophetici voluminis dispositione frustra quaeritur. Titulum libri 1, 1—3. non fuisse ante excidium Hierosolymarum appositum, manifeste affirmatur. v. 3. Sane a capite 21. inde et sequentibus leguntur oracula tempore Sedeciae prolata. Unde assumendum erit, sermones sub Sedecia, et alios insequentes post profectionem in Aegyptum fuisse additos. Huic volumini denique Baruch adiecit ultimum caput; ut ex commemoratione cladis Hierosolymarum confirmaret oracula Jeremiae. Favet coniecturae isti 51, 64. coll. 45, 1. Sic Baruch, mediata Dei in scribendo

---

[1]) In Libro imprimis prophetico Jeremiae multa inveniuntur, quae ad aramaicum loquendi genus pertinent. Capitis decimi versiculus undecimus per integrum chaldaice scriptus est. Frequentissimus est Jeremias in retractando Deuteronomii, ultimorum praesertim capitum, argumento; quae res cum ex Jeremiae indole, tum ex historiis eius temporis illustratur. Ipsa Jeremiae lingua vestigiis Deuteronomii ubique aspersa invenitur. — Multa huc facientia exhibent Movers, B. Zeitschr. f. Ph. u. K. Th. 1834. 12, 105. s. Kueper, l. c. 1—4. — Perperam vero inde — Bohlen, Die Genesis. Einl. 164. aliique — intulerunt Deuteronomium ab Helcia summo sacerdote et Jeremia eius filio ea aetate suppositum fuisse. Attamen coll. Jer. 1, 1. Helcias, de quo IV. Reg. 22, 8. sermo est, — ut iam Cornelius a Lap., Comm. ad h. l. p. 569. monuit — Jeremiae pater vel ideo haberi non potest, quia hoc, cum ad prophetae auctoritatem spectaret, non reticuisset S. Scriptura, quae dum illum, de sacerdotibus nominat, innuit, eum vulgarem fuisse sacerdotem, non vero pontificem. Plura adhucdum argumenta dabit König, Alt. Studien. II, 21—165.

directione interveniente, Jeremiae inspirati dictamine et inspectione gaudebat. Istam enimvero descriptionem Deus ratam habuit, 36, 27. aeque ac si Jeremiae manu fuisset consignata. Cur Baruch rem dirigente Jeremia scripserit, auctor Synopsis hanc rationem dat: ut expeditior esset lectio scripturae, sua manu exaratae; cum librum istum legere deberet Baruch coram universo populo. — *De industria etiam hoc loco sermo faciendus est: in τῶν LXX versione aliam dari capitum metathesim ab hebraeo codice multum discedentem.* Sic vaticinia contra exteras gentes in Alex. vers. post c. 25. v. 15. et quidem alio ordine leguntur. (LXX, 25, 15. s. O. 49, 34—39. LXX 26, O. 46, LXX 27. 28. O. 50. 51. LXX 29, O. 47, 1—7. 49, 7—22. LXX 30, O. 49, 1—5. 28—33. 23—27. LXX 31, O. 48. LXX 32, O. 25, 15—39. LXX 33—51. O. 26—45.) Praeterea desunt in hac versione multae voces, sententiae, imo prolixiora loca; atque id antiquissimis temporibus iam cognitum erat. S. Justinus, in Dialogo cum Tryphone, Jeremiae, gr. c. 2, 19. a Judaeis exclusum esse dicit, alterum vero locum eiusdem Jeremiae excidisse penitus. Ibid. n. 72. p. 249. 251. Origenes, in Epistola ad Africanum. n. 4. XVII, 25. et s. Hieronymus, in prolog. comm. in Jeremiam, IV, 834. dicunt ordinem in graeco esse confusum, multaque in graeco deesse, quae in Hebraeo legantur. De causis huius discrepantiae nostris diebus disputavit F. C. Movers — *in libro, de utriusque recensionis vaticiniorum Jeremiae graecae alexandrinae et hebraicae masorethicae indole et origine commentatio critica. Hamburgi. 1837.* — et sibi sequentem viam expositionis aperuit. Olim, ait, varias vaticiniorum Jeremiae exstitisse recensiones, non est quod miremur; quippe qui hominibus suae aetatis invisus, apud posteros tantam nominis famam adeptus est, ut eum omnium Prophetarum primum habuerint, et vaticiniis eius potissimum legendis operam dederint. Itaque quod aliis libris legendo tritis — e. c. carminibus Homeri — usu venit, idem fere Prophetae vaticiniis accidit: ut ad explicandum exornandumque alia adscriberentur, alia immutarentur, quae paulatim a librariis et textus biblici editoribus excepta, hic in versione Alexandrina, illic in exemplari Hebraico inveniuntur; ita tamen, ut in antiquissima hac versione pauca tantum recentioris editionis subsint vestigia, quibus textus Masorethicus abundat. Additamenta utriusque recensionis reliquiae sunt editionis antiquioris a recensione masorethica plerumque, ab Alexandrina rarius, a neutra adhuc integre exhibitae. Editorem librorum Regum etiam Jeremiae scripta et quidem uno edidisse volumine, circa Nehemiae aetatem, imo ab hoc ipso viro esse hanc editionem derivandam. Alexandrinam editionem, tempore quo Alexander M. regnum Persarum erat subversurus, esse ortam. Ita ille. p. 47—52. Haec vero hypothesis Moversii (quae praeter *de Wettium, Einleit. p. 205. atque nuperrime Bleekium, Einleit. 491. s.* nulli arrisit criticorum, vid. *Hitzigii, Der Proph. Jeremia. Leips. 1841. p. VI. VII.;* explosa autem est a *Kuepero, Jeremias. etc. p. 177—202. J. Wichelhausio, de Jeremiae versione alexandrina Halis. 1847. p. 50—179. E. Nägelsbach, Der Proph. Jer. u. Babyl. Erl. 1850 p. 86. s. 105.*) — in qua miramur viri ingenium — accuratius rerum conditionem intuentibus, prorsus collabitur. a. Analogia in carminibus Homeri, qua nititur Movers, haeret in salebris. Judaeorum enim, teste Josepho Flavio, contra Apion. I. 1, 8. II, 441. s. maxima erat in textu s. sincere conservando industria; nulli librariorum arbitrio obnoxia erant Scripta sacra. Sed et carmina Homeri quod attinet, ad fidem exemplaris recitari sua iam aetate Solon iussit. b. Tota Moversii argumentatio innititur sententiae perversae de auctore partis secundae Isaiae recentiore. (V. p. 37. 45.) c. Destituitur omnibus

idoneis argumentis historicis. d. Perperam negligit textus originalis et LXX interpretum conditionem et qualitatem. *Velut Wichelhaus, l. c. multis ostendit.* Alexandrinum translatorem minime accurate vertere, consequitur exinde, quod formas grammaticas non curet, contextum non attendat, e parallelis suppleat; ubi Jeremias fusius loquitur ipse compendium praestet; lectiones peiores, languidiores, faciliores praeseferat. Quae cum ita sint rectius affirmamus Jeremiam ampliorem et prolixiorem ab interprete graeco in breviorem coactum esse. Interpres ille — ut apposite iam monuit *M. G. L. Spohn, Jeremias vates e versione Judaeorum Alex. Lips. 1794. p. 7.* — fuit homo privatus, nec publica auctoritate hunc in se suscepit laborem; unde rite concluditur, interpretem ea, quae saepius occurrunt et se iam vertisse meminerat, omittere potuisse. In usum enim suum, non aliorum, vaticinia Jeremiae transtulit; et revera, omissis illis, integra habuit Prophetae vaticinia. Quod omnino fecit pro lubitu. Valde enim in vertendo festinavit; quo factum est, ut male legendo absonas exprimeret lectiones sententiasque contraheret. Quare opus non est ut ad duplicem vaticiniorum recensionem confugiamus, cum mutata haec vaticiniorum forma ab interprete oriri potuerit. Integritatem libri sollicitarunt Movers, Wette, Hitzig, l. l. Cap. 10, 1—16. 25, 11—14. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 50. 51. si non interpolata, certe a seriori manu revoluta et reficta habent. *Defenderunt contra has cavillationes Neumann, in comm. s. l. Nägelsbach, scriptione Jerem. a Babyl. 126—134. atque in Herzogii, Encycl. pag. 488.*

§. 133. Lamentationes Jeremiae.

Libellus in Christianorum Bibliis Jeremiae vaticinia proxime sequens Hebraeis a prima voce אֵיכָה quomodo; ab argumento קִינוֹת lamenta [1]; Graecis threnoi θρῆνοι, Latinis Lamentationes et Threni dicitur [2]. Lamentationes Jeremiae non sunt nisi appendix eiusdem prophetiae; prosequuntur fletibus amarissimis sanctissimi viri urbis s. eversionem et populi captivitatem. Deplorat iis vates – per quina capita – s. civitatis excidium, populi calamitatem suasque miserias. Plangit tantorum malorum causas, pseudoprophetarum imposturas et populi contumaciam. Hortatur ad patientiam sine murmuratione, implorat gratiam divinam, eiusque consequendae ostendit media: poenitentiam et vitae emendationem. Nempe Cap. 1. defiet Hierosolymarum stragem extremam; per antithesin bona prioris felicitatis cum malis posterioris fortunae conferendo; inducit exulum sordes et aerumnas. Cap. 2. rursus describit celeberrimae quondam

[1]) In Rabbinorum commentariis. [2]) Quae sane exaratae non sunt occasione mortis regis Josiae; totum enim quale extemplo exponemus argumentum obstat, quominus id censeamus. Vide p. 419.

metropolis direptionem et incendium; omnibus fere intentatam mortem, aut indictam fugam et captivitatem. C. 3. Historice luget se ac populum oppressum; typice Christum a Judaeis afflictum et crucifixum [1]. Cap. 4. casum urbis fusius enarrare pergit et v. 20., ex occasione, obitum Salvatoris praedicit: ad extremum hostibus dura minatur, et populum suum consolatur. Cap. 5. Quae in prioribus late prosecutus est, in brevem constrinxit spiritus plenam orationem, qua Deum placare studet genti suae misere afflictae, orat pro misericordia, ut Deus populum in pristinum suum statum restituat [2]. Quantum ad genus poëseos harum lamentationum, quatuor priores [3] conspicuae sunt: genere loquendi poëtico ἀκροστίχοις distincto [4]. Jeremiam esse auctorem omnis fere credidit et credit antiquorum et recentiorum interpretum copia; atque vetus testatur traditio [5]. Praelusit Jeremias threnologiae suae iam

---

¹) Plangit coll. Jer. 23, 6. 33, 16. יְהוָה צִדְקֵנוּ, omnium iustificatorem, cuius quandam figuram gessit Jeremias, in qua, ut in umbra, spectare fas est Christi vitam et mortem. Cf. Goldhagen, Introd. II, 421. s. 428. s. ²) Cf. Ewald, Jahrb. d. b. Wiss. VII. Gött. 1855. p. 150. s. ³) Sive ob elegantiam, sive ut memoriae consuleretur, in publica recitatione ⁴) Id est ad ordinem alphabeti disposita carmina sunt; et in specie caput tertium trigeminum. Caput ultimum, licet ad alphabeti literas non sit compositum, numerum tamen servat, quia viginti et uno commate absolvitur. Cur Jeremias, cum in his Threnis ordinem sequatur alphabeticum, tamen 2, 16. 3, 46. s. 4, 16. mutaverit literarum seriem, quam 1, 16. servaverat; ita ut commata per ע incipientia illa sequantur, quae per פ inchoant, quaeve praecedere debuissent, explicuit C. Sanctius, Comm. in c. II. Thren. 16. pag. 1102. Existimat in tribus hisce literis ע, פ, צ, nihil olim fuisse stabile atque perpetuum, sed aliis alias interdum solitas esse praeponi. Cf. Ps 37. H. Kalkar, Lamentationes crit. et exeget. illustr. Hafniae. 1836. p. 55. huius rei causam in palaeographiae, nunc quidem nobis incognita ratione quadam quaerendam esse censet. Ex argumenti ratione id factum esse Neumanno, Klagelieder op. c. II, 507. 508. facile credimus, haec interim observatio rem notat potius, quam solvit. ⁵) Conservata α. in Metaphrasi, quae LXX virali interpretationi praemissa est.; quae etiam in Vulgata exstat; quam tamen praefatiunculam auctoritate canonica non pollere affirmant plures gravissimi interpretes. Item β. in Jos. Flavio, Ant. X. 5, 1. I, 520. et γ. in eo, quem Origenes dedit, Catalogo librorum, quos sacros Hebraei habent apud Eusebium, H. E. l. VI, 25. p. 226. nec non in canone L. L. s. s. Epiphanii, de pond. et mens. XXIII. II. 180. Est et alius exiguus liber — ait ille — qui Cinoth inscribitur. h. e. Lamentationes Hieremiae, qui extra numerum ad Hieremiam adiungitur. Sic quoque s. Hieronymus, prol. gal. et alii. Nostris diebus O. Thenio, K. et H. die Klagelieder. Leipz 1855. p. 120. s. Ewaldo, Gesch. IV, 22. seq. l. s. c. 151. Bunsen, Gott in der Gesch. I, 246. communem hanc de Jeremia auctore Threnorum fidem removere placuit. Theopneustiam et authentiam satis produnt monimenta superius allata Ad quae accedit utriusque operis in dicendi genere cognatio, quam plurimi criticorum quoque ultro agnoscunt.

prophetia sua; unde maxima est similitudo locutionum, troporum ntentiarum, quae inter Vaticinia prophetae et Lamentationes interedit [1]. Neque solis Judaeis illorum temporum hoc carmen cantatum st, sed etiam Ecclesiae. Universe proponitur schema sacri luctus et oenitentiae. Equidem ait s. Gregorius Naz. [2], quoties hunc libellum manus sumo, Threnosque lectito, vocem mihi intercludi sentio acrimisque obruor [3]. Hoc tamen cautius est notandum: Jeremiam tum sensu literali sui temporis calamitates prosequitur, longius rospexisse ad Jesu Christi passionem et mortem. Unde Ecclesia catholica iure suo [4] lugubre hoc carmen memoriae passionis dominicae sacravit, iubens sacris Christo patienti diebus has lamentationes decantari; ut homo „ad consimilem patientis Dei tolerantiam instruatur, et videns sauciati Redemtoris vulnera, ad salutarem gemebundi cordis compunctionem disponatur" [5]. Cum ea aetate floreret Jeremias, qua, prostrata republica iudaica, imminentium malorum eventus et praedicere et spectare coactus erat, haec etiam illius scribendi generi haud modice contulerunt. Quippe in Lamentationibus utitur eloquio molliore et submisso, quale carminum huiusmodi genus exposcit; unde

---

1) Cf. Bleek, Einl. p. 502. 2) Or. prim. de pace. VI, 18. I, 191. 3) Jeremiae lugubre carmen, quis est qui attente legat, et a lacrimis temperet; neque viscera sua commiseratione moveri sentiat maxima? 4) Ut fatetur quoque ex acatholicis Neumann. l. c. p. 536. 5) Modestus a s. Joanne, elucidat. in Thren. Jer. Vetero-Pragae. 1715. I, 549. Argumentum autem Lamentationum in Sospitatoris nostri mortem saluberrimam et populi electi incredulitatem egregie quadrare sequentibus accipe. Ad Christi passionem respiciunt 2, 1—4. 7. 8. 10. 15. 30. 49. 52. 53. 55. 58. 59. 66. In his videtur ligatus, vexatus, flagellis caesus, irrisus, vino myrrhato potatus etc.; pronuntiatum cernitur Judaeorum supplicium, quo usque in hunc diem affliguntur. Illud vero 4, 20. „Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus: In umbra tua vivemus in Gentibus," quamvis de Sedecia secundum sensum historicum intelligatur; secundum altiorem tamen sensum de Christo dictum est, qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram, sub cuius tutela in universis gentibus versatur Ecclesia. Coloss. 3, 4. Vide Justinum, Ap. I, 55. p. 132. S. Irenaeum, ad haer. III. 10, 3. p. 457. Theodoretum, interpr. II, 1. 667. Viderat Christus, ut Jeremias, gentis iudaicae pravitatem; neque illum fugerat: e populi sceleribus et flagitiis, e contemtu cum filii Dei tum Evangelii oriundum ultimum populi excidium. Saepissime igitur genti excoecatae omnia ista denunciaverat. Cf. Th. Fritz, novi in Threnos Jerem. comment. specim. Argentorati. 1826. p. 53.

nihil his Lamentationibus hebraea antiquitas habet gravius, nihil numerosius, nihil sonantius [1].

§. 134. Prophetia Baruchi.

Vaticiniis Jeremiae in Vulgata editione ad calcem inseritur Prophetia Baruchi, Jeremiae discipuli et a secretis; continens ipsius Baruchi prophetiam et epistolam Jeremiae. Capite primo a v. 1–14. refertur: Baruch quarto Sedeciae regis anno Babylonem una cum Saraia fratre missus, praelegit scriptum a se digestum captivis in Babylonia; ad eius lectionem Joachin rex ceterique exules alte ingemunt, colligunt pecuniam in usum sacrificiorum, quam per Baruchum Hierosolymas mittunt. Traditur pia oratio usurpanda a Judaeis pro remissione peccatorum a Deo impetranda, in qua Dei iustitiam extollentes peccata sua humillime confitentur, 15–22. quod iuste a Deo puniantur; 2, 1–10. orant veniam, cum ipsi sint populus Dei; hanc poenitentibus Deus etiam promisit. 11–35. 3, 1–8. Haec in priore parte libri. Secundae partis exordium instituitur 3, 9. Monentur captivi, ut ad Dominum eiusque Legem, quae genuinae sapientiae et verae felicitatis fons est, revertantur; sicque Deum sibi concilient. 3, 10–35. *Collaudata Dei sapientia, insigne profertur vaticinium de corporis humani assumtione per Christum.* Ut sapientiam, in qua sita est immortalitas, salus et beatitas, omnes homines doceret, Deum praedicat esse incarnandum. 3, 36–38. Pergit 4, 1–29. hortari suos, ut resipiscant. Urbs Hierosolyma ut vidua loquens inducitur, spe celeris reditus exules filios suos iucunde recreans. 30–37. Jubet vates Hierosolymas induere vestem laetitiae ob faustam filiorum liberationem; promittit populo Dei misericordiam, excelsis omnibus vero denuntiat humiliationem. 5, 1–9. Postremo libri capite 6, 1–72. recitatur Epistola Jeremiae ad eosdem exules, in qua invectiva evidens et efficax in idololatriam continetur, vanitas idolorum ostenditur; truncos enim et meros lapides esse idola, ex eorum materia, fabricatione, impotentia et ineptitudine ad omnia demonstratur; idcirco captivi ab idololatria a propheta dehortantur. Lingua hebraica fuisse exaratum opus Baruchi, intelligimus ex frequentibus Hebraismis, quibus totum Baruchi opus inspersum est; ut palam sit, exemplar primum, quod nunc vicissitudinum serie consumtum est, fuisse originis hebraicae [2]. Operis hebraici

---

[1]) Cf. Sanctium, prol. in Jeremiam. p. 3. [2]) Hebraicus totus est orationis color, quod ipsum necessario fateri debuerunt adversarii. Mores et tempora, neque omnes aetati Jeremiae et Baruchi conveniunt.

Archetypi, quod intercidit, locum tenet versio graeca vetustissima, sine controversia ex hebraico exarata [1]. Veteres [2] allegant Baruchum [3] sub nomine Jeremiae, propterea quod ille hoc praecipiente [4] cuncta istius vaticinia conscripserat, atque populo recitarat. Cumque [5] omnia scripta Jeremiae canonicae fidei habere pondus iam ante dixissent, non necesse fuit specialem libri Baruchi facere mentionem [6]. In multis antiquis latinis versionibus manuscriptis statim post Lamentationes Jeremiae legitur. Exinde etiam fit cur quaedam Concilia et s. s. Patrum Scriptorumque aliqui Baruchum de nomine non laudaverint. Sed a temporibus primis Ecclesiae reperiuntur, qui opus Baruchi sub eius nomine citarunt [7]. Librum Baruchi s. Scripturarum numero accensuisse ipsos Judaeos, probari quit ex Constitutionibus apostolicis [8], in quibus narratur, Judaeos ea aetate magno die expiationis prophetiam Baruchi cum Lamentationibus Jeremiae legere consvevisse; quod nunquam fecissent, nisi ipsis persvasum fuisset de canonica illius dignitate. Imo generatim in Canone Judaeorum fuisse

---

[1]) Textum versionis graecae primum esse, mordicitus defendit Hävernick, comm. s. c. p. 8—17 imprimis collatione libri Baruch cum LXX versione. Clarum est, ait p. 8., scriptorem nostrum illa versione usum fuisse, praesertim si Jeremiae vaticinia cum hoc libello contulerit. Versionem libri nostri, interpretationi Alexandrinae arctiori vinculo coniungi, non fugit alios quoque viros eruditos. Haec observatio attamen non sufficit ad demonstrandam originem alexandrinam libri Baruch; dummodo assumatur translatorem, quisquis fuerit, hanc respexisse, vel unum eundemque volumina Jeremiae et libellum Baruchi versione graeca donasse. Cf. Movers, Ueber die Ursprache d. deut. p. 31. Eiusdem comment. de utriusque. e. s. p. p. 6. Hitzig, Psalm. II, 119. Fritzsche, l. c. p. 173. Reusch, p. 70. s. [2]) E. c. s. Irenaeus, adv. haer. V, 35. p. 814. Tertullianus, contra Gnost. scorp. n. 8. I, 233. Origenes, apud Eusebium, H. E. VI, 25. p. 226. s. Hyppolitus, contra Noet. p. 44. s. Cyprianus, de or. Dom. 5. II, 157. s. Athanasius, de incarn. 22. I, 888. s. Ambrosius, serm. 18. in Ps. 118. I, 1194. s. Basilius, adv. Eunom. IV. I, 294. s. Augustinus, de Civ. Dei. XVIII, 33. II, 172. [3]) Maxime propter celeberrimum de Christo vaticinium: 3, 38. „In terris visus est, et cum hominibus conversatus est." [4]) Ut diximus p. 439. 443. [5]) Ut observat Sanctius, l. c. p. 6. [6]) Hodie usque in officio divino — Sabbato quidem ante Pentecosten — legitur nomine Jeremiae prophetia Baruchi. [7]) E. g. s. Athanasius, ep. fest. I, 961. s. Cyrillus, hier. cat. IV, 35. p. 69. [8]) V. 20. ed. Cotelerii P. P. ap. I, 328. — Opere saeculi tertii; ante Concilium enim Nicaenum exstitisse, ex Eusebii testimonio H. E. III, 25. p. 97. manifeste sequitur. F. J. F. Rosenmülleri, Historiam interp. Hildburghusae. 1795. I, 119, 120. J. S. v. Drey, Untersuchungen ü. die Const. u. Can. der Ap. Tüb. 1832. p. 19.

testatur s. Ephraemus Syrus [1]. His omnibus gravissimis s. Patrum, de auctoritate canonica huius Libri iudiciis Eugenius IV. Papa pro instructione Armenorum, nec secus Concilium Tridentinum aequissime suffragium iudiciumque infallibile adiunxerunt, a quo nemini catholicorum licet dissentire [2].

§. 135. Libri Historiarum. L. L. Samuelis.

Justo historiarum temporumque ordine Librum Judicum et Ruth consequuntur Libri Regum. Alexandrini interpretes et latini omnes regum historias, a Samuelis gestis ductas, quatuor Regum libros *Βασιλειῶν βίβλους* nuncuparunt [3]. In exemplaribus hebraicis olim nonnisi duo erant: Samuelis et Regum [4]; quorum geminos priores alter, geminos posteriores alter complectebatur. Hoc nomen librorum Regum obtinuerunt [5], quod regum cum Juda tum Israelis facta et annos continent, ab exordio quidem eorum usque ad babylonicam captivitatem, qua de regibus quoque Juda actum fuit. Merito etiam libri Samuelis vocantur; sive quod a Samuelis gestis incipiunt, sive quod facta Saulis et Davidis gesta Samuelis censentur: cum Samuel illos Dei iussu reges unxerit [6]. Argumentum Libri primi continuat historias populi Dei, post decessum Samsonis, in quo Judicum liber substiterat, narratque gesta a nativitate Samuelis usque ad mortem Saulis.

---

1) Quippe qui locum Baruchi 4, 10. excitans addit: *„etiam nunc synagoga canit."* Op. ed. syr. lat. III, 212. 2) Contra haec interim acriter pugnant acatholici, quorum obiectiones ad examen vocarunt Marchini, de div. art. XIX. p. 283–293. Vincenzi, Sess. quart. Conc. Trid. III, 86—96. Reusch, in Comm p. 56. s. 3) Improbatur haec inscriptio quidem a s. Hieronymo, in Prologo gal., eandem tamen et ipse usurpat, Comm. in Mich. c. 4. „Legamus, scribit, et primum Regnorum librum." VI, 486. 4) Βασιλειῶν πρώτη δεύτερα, παρ' αὐτοῖς ἐν Σαμουὴλ ὁ θεόκλητος. Origenes, apud Euseb. Hist. eccl. VI, 25. p. 225. 226. 5) Ut dicit auctor Synopseos, n. 13. p. 141. 6) Ita C. Thomas de Vio Caietanus, in o. s. V. T. historiales l. comm. Parisiis. 1546. p. 88. A. Tostatus, Abulensis Episcopus Praef. Comment. in lib. Reg. quaest. III. Oper. ed. Colon. 1613. VI, 4. Hodiedum inde a tempore D. Bombergi, typothetae Biblia hebraica typis vulgata primum et secundum numerant Samuelis librum; priscis Hebraeis gemini hi libri unam, ut diximus, textus seriem constituebant, nec aliter primitiva Ecclesia a Synagoga traditum accepit, quam ut unum tantum Samuelis, Regum et Paralipomenon librum numeraret. V s. Hieronymi, prolog. gal.

xponit C. C. 1–8. res gestas sub pontifice et iudice populi Heli, deinde sub amuele propheta et iudice usque ad tempus quo Hebraei sibi regem posturunt, sive usque ad electionem Saulis. C. C. 9–15. regimen Saulis, uper electi et uncti, prosperum bellum et victoriam contra Philisthaeos; lenique reiectionem regis prosequitur. C. C. 16–31. Davidis inauguratioiem in locum reprobati Saulis, et res Davidis ante mortem Samuelis gestas, sius foedus cum Jonatha, exilia, Saulis novissima et funestum interitum narrat. Argumentum *Libri secundi* efficit rerum, sub imperio Davidico a morte Saulis usque ad Salomonis unctionem gestarum expositio. Describitur Davidis successio in regnum Judae et Israelis, C. C. 1–5. instituta eius religiosa, 6. 7. proelia et victoriae, 8–10. Davidis peccata et castigatio, 11–18. restitutio status infelicis Davidis et regni in melius. 19. 20. Denique res Davidis ad finem vitae laudabiles et vituperabiles. 21–24. [1] Non autem sine causa aut singulari providentia descriptae in Libris Samuelis historiae referuntur. Etenim praeter prosecutionem temporalium eventuum, bellorum, actionum et afflictionum hebraicae plebis ab Heli ad Salomonem, *scopus istorum Librorum est: ostendere peculiare Numinis consilium in mutata regiminis forma, pandere varia Eiusdem bonitatis ac severitatis documenta.* Ita dum auspicia et progressus monarchiae Hebraeorum tradit sacer scriptor, nunquam oculos avertit a Deo Israelis, ipsius religione, virtute, et iustitia [2]. Superest ut de scriptore Librorum horum aliqua in medium proferamus. Totum opus unius scriptoris esse creditur, non quidem Samuelis [3], sed

---

[1]) Primus Liber res percenset intervallo circiter 80. annorum Nam Heli oll. I. 4, 18. iudicavit populum annis 40; a Samuele vero ad Saulis usque ortem coll. Act. 13, 21. itidem anni 40 effluxerunt, Secundus comprehendit istorias 40 annorum et 6 mensium, coll. II. 5, 5. ubi Davides Hebrone super udam 7 annis et sex mensibus, Hierosolymis super totum Israelem et Judam 3 annis regnasse dicitur. [2]) Quare fieri vix potest, quin diligens horum librorum lector ad pietatem incitetur, aut incitatus confirmetur. Ut apparet exemplater ex recensione nostra. p. 211. 212, 231—273. Atque in his aliisque similibus toto genere a profanis historiarum scriptoribus *Liber iste* dissidet. [3]) Ut almudistae existimarunt, qui capita XXIV. priora libri primi, Samuelis opus abebant, quod deinde Nathan et Gad prophetae scriptis suis perfecerint et absolverint. coll. I. Par. 29, 29. Cf. Sgambati, Archiv. V, T. l. II, 19. p. 280. t sane observatio. I. 7, 15. „Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus itae suae;" auctorem Librorum, Samuele vita functo, vixisse prodit. I. 25, 1. uoque narratur Samuelis mors; quare inde ad c. 31. non possunt esse Samuelis.

recentioris cuiusdam anonymi, qui coaevorum relictis commentariis [1] usus fuerit, ita tamen, ut ea, de reliquo primigenis vocibus servatis, in unum corpus digesserit. Apertissima huius rei argumenta sunt: elogia Samuelis, rerum perpetua series, dicendi genus constans, annotationes historicae claritatis vel connexionis rerum causa factae [2]. Geminorum vero Librorum eundem esse scriptorem facile intelliget, qui intueri volet sermonis unitatem [3]. Si quae observatur discrepantia, illa ephemeridibus ab illis prophetis relictis attribui debet. Ab illo enim tempore, a quo regum inducta est administratio Theocratiae, non deerant viri, quibus id esset datum negotii, ut quae acciderent, posterorum memoriae commendarent ephemeridibus, quae etiam diaria sive commentarii dicuntur [4]. Plerumque id muneris agebant prophetae, viri spectatae fidei et pietatis, qui nihil sive assentationi, sive adulationi dari unquam passi fuissent [5]. Usus horum librorum haud exiguus, speciatim hermeneuticus, cernitur in illustratione multorum Psalmorum Davidis, qui in titulis suis et argumento cum his Libris conveniunt. Insuper autem dignissima morum praecepta et exempla suppeditant; nec minus illustribus vaticiniis Jesum Christum eiusque Ecclesiam praemonstrant [6].

---

[1]) Cf. II. 1, 18. 8, 14. coll. I. Par. 29, 29. [2]) E. c. I. 3, 1. et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis; non erat visio manifesta. Crebrior enim sermo Dei et manifestior fuit post dies Samuelis, quo vivente et rarior erat et obscurior. Paria sunt quae I. 13, 5. legimus, ubi iam loco Bethelis invenitur nomen Bethaven, quod impositum est post constitutum in illa a Jeroboamo vitulum aureum; item I. 27, 6. urbem Siceleg semper in potestatem regum Juda mansisse, quae scriptoris observationes — collatis etiam l. l. I. 5, 5. 9, 9. 30, 25. — satis indicat inductam iam inter regna Judae et Israelis divisionem. *His ita constitutis, colligi potest auctorem post schisma, non multo tamen post, ob sermonis elegantiam floruisse.* [3]) Hac ratione aliisque supra laudatis momentis maxime movemur ne putemus probabile esse: I. Librum esse Samuelis usque ad c. 25. reliquum vero primo et II. esse Nathanis et Gad; nam quoties citantur historiae Nathanis et Gad, nunquam citantur ut partes, sed ut libri et quidem seorsim editi. Neque etiam crediderimus tam exiguum opus duobus scriptoribus aequalibus esse tribuendum. [4]) Coll. II. 8, 17. I. Reg. 4, 3. I. Par. 29, 29. II. Par. 9, 29. 12, 15. 13, 22. 20, 34. 26, 22. 32, 32. [5]) Id ipsum ultro fatetur quoque O. Thenius, Die Bücher Samuelis. Leipz. 1842. Einl. p. XX—XXII. [6]) V. p. 239. 242. 244. 258. 271. s

§. 136. Libri Regum.

Volumen insequens Samuelem vocatur מְלָכִים, Regum, sive Regnorum Israelis et Judae historiae. Graecis *Βασιλειῶν τρίτη καὶ τετάρτη*. Latinis liber tertius et quartus Regum. Tempora namque horum Librorum coniuncta sunt temporibus l. l. Samuelis et ideo communi nomine Graecis Latinisque vocantur [1]. Continet historias annorum fere quadringentorum et quinquaginta; id est ab inauguratione Salomonis usque ad excidium urbis hierosolymitanae cum illis quae Joachino regi in exilio evenerunt. Historias gentis electae ita digerunt, ut secundum ordinem principum monarchiae regiae apud Hebraeos proferantur: a. Historiae regni uniti integrive sub Salomone. I. 3. V. 1–11. Salomonis inauguratio 1. Davidis emortualia, 2. Salomonis sapientia, 3. administratio regni politica, 4. instituta religiosa, 5–9. Salomonis gloria, divitiae et redditus. 10. Peccatum Salomonis, causa divisionis regni. 11. Tum I. 3. V. c. 11–22. usque II. 4. V. 1–17. c. exponuntur historiae regni divisi sub regibus Juda et Israelis, stante utroque regno simul. Agitur autem hic de rebus I. 12–14. Roboami et Jeroboami I., 15, 1–8, Abiae 15, 9–24. Asae, 15, 24. 22. Josaphati; nec non de regimine: Nadab, Baasa, Ela, Zambri, Amri et Achab. In secundo: 1–8, 16. pertexitur continuatio historiarum Josaphati. Res Ochoziae et Jorami regum Israel. 8. 16–25. Recensentur acta Jorami, Ochoziae – regum Juda – Athaliae, Joasi, Amasiae, Oziae, Joathami, Achazi. Tractat etiam imperium Jehu, Joachaz, Joas, Jeroboami II., statum labentis reipublicae sub Zacharia, Sellumo, Manahem, Phaceia, Phacee et Osea; totius denique regni israelitici vastationem, quae e multiplici praevaricatione consecuta est. 8, 26–17. Abhinc c. 18. usque ad finem Libri c. 25. enarrantur fata regni iudaici, post sublatum regnum Israelis seorsim superstitis. II, 18–20. Ezechiae regimen, 21, 1–18. Historiae Manassis, 18–26. Amonis, 22–23, 33. Joachazi, 24, 1–5. Joakimi, 6–16. Joachini, 24, 17–20. c. 25. et Sedeciae. Hoc est ponuntur, quae gesta sunt usque ad destructionem regni Juda, et post usque ad elevatum regem Joachinum e carcere. Quemadmodum scriptor l. l. Samuelis perpetuo Theocratiam respexerat, ita et auctor l. l. Regum id consilii habuit: ut providam Dei curam in

---

[1]) Deinceps vero ad instar l. l. Samuelis in priorem et posteriorem dispescebatur et dispescitur.

apricum poneret, qua prosapiam Davidicam – sub cuius umbra Messias ex ea nasciturus, qui est rex regum, et dominus dominantium, delineatus est – mediis in rerum publicarum turbationibus servat et ad posteros transmittit. Non tam res civiles et politicas, illustriave regum gesta, quam divinae providentiae, iustitiae, clementiae manifestare opera et effecta voluit s. scriptor. Exhibere res sacras et religiosas ad Dei cultum pertinentes, pias ad mores institutiones, scelera quoque, sed immissis a Deo gravibus poenis expiata, prosequitur. Inde, ut scribit s. Gregorius M.[1]. „Svavis est historia Regum in superficie literae, altior in typis allegoriae; moribus instruendis utilis, lucida in exemplis exhibendis.“ De scriptore utriusque Regum libri, ut praecedentium Librorum, anceps et ambigua est quaestio. Id certe in comperto est, non esse eundem, qui libros Samuelis digessit. Hoc ipsum docet mos fontes allegandi, chronologicas annotationes intexendi; genus scribendi aequabiliter fluens et diffusum in l. Samuelis, succinctius et in quibusdam phrasibus constantius in l. Regum. Illud vero constat, opus non esse consignatum, aut saltem ad finem perductum prius, quam tribus Juda et Beniamin in captivitatem Babylonicam abductae essent; imo post annum tricesimum septimum captivitatis et obitum regis Joachini[2]. Hinc[3] chaldaica mensium nomina usurpantur, magno quidem iudicio, hos Libros ad finem exilii babylonici fuisse conscriptos. Certe solutionem captivitatis scriptor post exilium agens vel obiter memorare haud neglexisset[4]. Pro Esdra auctore erudite

---

[1]) In prooemio in l. I. Reg. e recensione Claudii. V. ed. Maur. III. p. V. p. 5. [2]) Impositurus enim finem historiis II, 25, 27. auctor Libri narrat: Evilmerodachum regem Babylonis, primo sui regni anno, trigesimo septimo transmigrationis r. Joachin, misertum eius esse, convivamque fecisse eum in mensa regis ad dies vitae. Cf. Carpzov, Introd. I, 243. Keil, Commentar über die Bücher der Könige. Moskau. 1845. p. XVI. Einl. p. 215. O. Thenius, Die Bücher der Könige. Leipz. 1849. p. VIII. [3]) III. 6, 1. s. [4]) Unum est, quod scriptorem, republica iudaica adhuc stante, supponere suaderet. Nimirum phrasis „usque in praesentem diem“, III. 8, 8. „usque in diem hanc“, ibid. 9, 21. IV, 8, 22. ib. 13, 23. in tempus praesens. Verum haec annotatio probat quidem summam scriptoris diligentiam et fidem atque assiduum usum commentariorum, quos ob oculos habebat; non autem ipsum, florente Judaeorum imperio, scripsisse. Cum enim saepe non sententias modo, sed et verba prophetarum et ephemeridum, res suae aetatis consignantium, in suas historias referret, quasi ipsorum ore loqueretur, adiuncta etiam illa expressit, quae rem praesentem significabant.

pugnant quidam [1]; alii [2] pro Jeremia stant scriptore [3]. Quisquis fuerit, Spiritu s. actus id praestitit: ut e sacris et politicis commentariis [4] in compendiarias historias redigeret ea, quae Spiritus s. ad Ecclesiae aedificationem futura prospiciebat. Fidem historicam scriptoris imprimis testatur eius narrandi ratio, qua in referendis Israelitarum rebus utitur [5].

§. 137. Libri Paralipomenon sive Chronicorum.

Post Regum libros ordine Vulgatae nostrae l. l. Paralipomenon sequuntur, sive Chronicorum. Geminos hos libros una contextus serie iungebant olim Hebraei [6] et inscribebant הַיָּמִים דִּבְרֵי verba dierum, sive gesta diurna, diaria, gesta regum quasi per singulos dies exhibentia, appellatione ipsi s. Scripturae trita [7].

---

[1]) Huetius, dem. ev. prop. IV. p. 261. Calmetus, Proleg. in tert. et qu. l. l. R. IV, III. [2]) Inter quos numerantur Talmudistae, Hävernick, Einleitung. II, 1. 171. E. F. Graf, Diss. de l. l. Samuelis et Regum scriptoribus. Argentorati. 1840. p. 61. Haneberg, Einl. 225, G. d. O. 353. V. Sgambatus, Archiv. II, 47. p. 354, Sixtus Senensis, Biblioth. s. l. I. ed. Fruncof. 1575. p. 10. Besange, Introd. I, 309. [3]) Maxime consensu Jeremiam inter et nostros Libros ad hoc sumendum permoti. Sed loci, quos citant explicari possunt ex usu eorundem fontium, et audacius foret, si quis ex eiusmodi vestigiis prophetae operam in conscribendis libris historicis derivaret. Poterit equidem lector et in hac disquisitione probabili cuidam sententiae inniti; nec tamen arbitramur necessarium a multo labore, utilioribus forte neglectis, ante desinere, donec evidentibus argumentis certitudinem se invenisse putet, modo Spiritum s. — ut monuimus. p. 174. 175. 326. 327. — principalem auctorem esse teneat. Atque haec ideo dicimus, ne negligentiae arguamur, dum non nimium huiusmodi quaestionibus insudamus; moderatam enim operam hisce quoque disquisitionibus impendere nunquam intermisimus. [4]) Ex libro verborum dierum — diariis — Salomonis, III. Reg. 11, 41. Regum Israel atque Juda annalibus, הַיָּמִים לְמַלְכֵי יְהוּדָה סֵפֶר דִּבְרֵי, I. Reg. 14, 29. liber sermonum dierum regum Juda; ד״הי״למ״יִשְׂרָאֵל סֵפֶר, liber verborum dierum regum Israel, ib. v. 19. et passim; de quorum attamen conditione ob characterum inopiam fusius dicere supervacaneum foret. [5]) His libenter immoratur, et si quid bene gesserunt non dissimulat, et tantum abest ut suam gentem, puta iudaicam, cupide laudibus afficiat, ut eandem per haud exiguum temporis spatium, etiam magis ipsis Ephraimitis, a religione Jehovae alienatam fuisse haud occultet. [6]) L. s. Hieronymi, ep. LIII. ad Paulinum de studio Scripturarum. n. 8. I, 279. et ad Domn. et Rog. in praef. „Hoc primum sciendum, quod apud Hebraeos liber Paralipomenon unus sit.“ [7]) Neh. 12, 23. t. o. II. Esdr. 12, 23. V.

Graecis nomine *Παραλειπομένων*, Paralipomenon i. e praetermissorum seu residuorum veniunt, „quod multa, in libris regnorum praetermissa, in ipsis contineantur" [1]. Quod nomen cum ad consilium Libri propius accedere videatur, etiam a Latinis est adoptatum communique utrisque nomine nunc Paralipomenon audit. Convenientius, iudice s. Hieronymo [2], Chronicon *Χρονικὸν* vocantur „totius divinae historiae," quia *τῶν χρόνων*, temporum ac saeculorum digestio paulo accuratior his libris continetur. Materia, quae in Libro I. Paralipomenon pertractatur, concinnius distribuitur in duas partes, genealogicam sc. et historicam. Prima sectio C. C. I–IX. enarrat progenies ab Adamo ad tempora fere saeculi quinti a. C. Referuntur generationes ab Adamo usque Abrahamum, c., 1–28. filiorum Abrahami una cum posteris Esau. 28–54. C. 2. filiorum Jacobi, et posterorum Judae, ex quibus Christus nasci debebat, usque Isai patrem Davidis, c. 3. filiorum Davidis et successorum, regum Juda ultra captivitatem babylonicam; c. 4. traditur genealogia reliquorum posterorum Judae, 1–23. Simeonis, 24–43. c. 5. Ruben, Gad et dimidiae tribus Manassis; c. 6. Levi. c. 7. Issachar, Beniamin, Nephthali, Manassis, Ephraim et Aser; c. 8. Beniaminitarum recensio paulo prolixior, speciatim Saulis et Jonathae c. 9. eorum, qui, ex diversis tribubus Babylone Judaeam reversi, Hierosolymis fixam sedem occuparunt [3]. Eodem loco v. 35. s. recenset genealogiam Saulis. Eiusdem secunda sectio describit universum Davidis imperium a Saulis novissimis ad initia Salomonis. C. C. X–XXIX. Mentionem facit c. 10. de morte tragica Saulis, et causa huius mortis; de translatione regni ad Davidem, adiectis auxiliis, quibus regnum adeptus est c. 11. 12. Ponuntur historiae Davidis et regni eius, prudentia in rebus agendis, pietas in fovenda religione, qua consecutus est ampliationem regni. c 13–18. Subin proelia, superbiam eius, c. 18–22. dispositionem regni tempore pacis commemorat. c. 22–27. Comitia a Davide celebrata, in quibus Salomonem e Dei voluntate haeredem regni declarat, c. 28. qui etiam, omnibus consentientibus, ut rex agnoscitur. c. 29. In Libro II. accurate percenset res Salomonis; tum de civitate Hebraeorum

[1]) Ut habet Athanasiana synopsis, n. 19. p. 148. et explicat s. Hieronymus Paulino, l. s. c. „praetermissae in Regum libris tanguntur historiae." S. Isidorus, Etymologiar. VI, 1. n. 7. V. p. 140. [2]) In prologo galeato, sive praef. in l. l. S. et R. IX, 454. [3]) Sicque ponitur successio omnium tribuum in lineis suis. Istis autem genealogiis interponuntur nonnunquam narrationes de rebus memoria dignis. E. c. 5, 26. defectio tribuum illarum a Deo et deportatio in Assyriam. C. 6, 31. 32. 54. de Levitarum officiis et domiciliis.

divisa verba faciens solius regni Judae historias usque ad finem captivitatis et reditum de Babylone continuat. C. C. I-XXXVI. Prosequitur res gestas Salomonis circa sacra, politica et oeconomica; c. 1—9. abhinc reliquorum regum Juda, Regni Juda sub Roboamo, c. 10—12. Abia, c. 13. Asa, c. 14—16. Josaphato, c. 17—20. Joramo, c. 21. Ochozia, c. 22, 1—10. Athalia, 22, 10. s. Joaso, c. 23. 24. Amasia, c. 25. Ozia, c. 26. Joathamo, c. 27. Achazo, c. 28. Ezechia, c. 29—32. regni cadentis sub Manasse, c. 33, 1—21. Amone, c. 33, 22—25. sub Josia paulisper recollecti, 34. 35. tandem collapsi sub Joachazo, Joakimo, Joachino, Sedecia. c. 36. Regum Israelis tum solum auctor meminit, si eorum facta cum historiis regum Juda connexa erant [1]. Jam vero ad meliorem horum Librorum notitiam de consilio voluminis conscribendi aliquid memorandum est. Id vero non eo potissimum spectat, ut ceterorum librorum historicorum supplementum tradat [2], sed id prae oculis habuisse videtur: ut sub ipsos legentium oculos exhiberet, qui olim ante captivitatem, item qui post solutam, familiarum status fuerit, unde pateret singularum quae essent lineae, quae principales personae, atque sic iure postliminii omnes suis rebus restituerentur. Quod vero praecipuas hac in re auctoris curas occupabat illud erat, ut genealogias atque ordines Sacerdotum et Levitarum fusius describeret, quo sic munera et avita haereditas eorum constarent. Nobis hodiedum Libri hi eo multae sunt utilitatis, tum quod non interrupta generationum serie, α. Jesu Christi Salvatoris nostri, Messiae, origo, qui

---

[1]) Qua ratione Libri Regum et Paralipomenon se invicem suppleant ex sequentibus intellige. Quod ad historias Davidis et Salomonis attinet, quadraginta segmenta Librorum Paralipomenon eadem sunt, quae in Libris Samuelis et in primis capitibus Libri I. Regum leguntur, attamen in his quoque c. c. in adscriptionibus temporum, rerum, circumstantiis, explicationibus pareneticis et reflexionibus pragmaticis — suo ingenio auctor librorum horum usus est; in multis aliis fusius refert historias; imprimis accurate descripsit instituta, quae ad cultum divinum pertinent et conditionem religionis. Consensio l. l. Paralipomenon cum aliis historicis V. T. libris diligenter examinata invenitur in diss., über die B. B. der Chronik, ihr Verhältniss zu den B. B. Samuels und der Könige, ihre Glaubwürdigkeit und die Zeit ihrer Abfassung: in diario. Tub. Quart. 1831. inserta. p. 209—228. Movers, Kritische Untersuchungen über die biblische Chronik. Bonn. 1834. p. 198. — finem. Keil, Einl. 475—486. [2]) Nam fuse repetit historias ante descriptas et raro admodum nova recenset, neque epitomen historiarum sacrarum praebere meditabatur.

ex Patribus, et quidem Abrahami et Davidis semine, nasci debuit, ostendatur; tum β. quia omnes, quae in his libris enarrantur historiae, eo maxime tendunt, ut in apricum collocent: ab observatione verae religionis omnem salutem et felicitatem pendere; quare cunctis, ni rebus suis male velint consultum, hanc curae cordique habendam esse [1]. Quis praesentis voluminis scriptor exstiterit, more solito, disceptatur. Id modo constat, eum post captivitatem solutam vixisse; nam a. capite ultimo legitur edictum Cyri de Judaeis libere dimittendis; b. genealogia [2] a Davide usque Zorobabelem, imo ulterius ad sextam ab eo generationem deducitur [3]. Idem probari potest c. ex orthographia [4], d. recepto vocum usu [5], e. mentione mensurarum et nummorum aureorum persicorum [6]. Incertum licet hi Libri scriptorem habeant, auctoritate in Ecclesia iudaica tamen semper gaudebant utpote religiosa et canonica; eodemque valore ab Ecclesia christiana sacri instar depositi recepti, et per saeculorum decursum habiti sunt. Auctoritas et antiquitas eorum a plerisque criticis [7] impetita

---

[1]) Ob quae et prolixis s. Hieronymo encomiis celebrantur. Epist. LIII. ad Paulinum. „*Paralipomenon Liber talis ac tantus est, ut absque illo si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat.*" Cf. e. s. Augustini, de Civ. Dei XVI. 43, 3. II, 174, qui affirmat, ipsas has historias, per ordinem regum eorumque facta et fata, non minus praenunciandis futuris, quam praeteritis enunciandis intentas. [2]) I. Par. 3, 19. 24. [3]) Haec sane spatium ut minimum 180 annorum, aevum si non graeco-macedonicum, certe persicum, c. 400. a. C. exigentia, satis demonstrant, operis auctorem Zorobabele, imo ipso Esdra multo sequiorem fuisse. [4]) Script. plen. דָּוִיד, in Chron. pro defectiva in l. l. Sam. et Reg. דָּוִד, I. 2, 13. אִישַׁי, pro יִשַׁי. [5]) בוּץ II. 2, 13. הַבִּירָה, I. 29, 1. מִדְרַשׁ, II. 13, 22. [6]) אֲדַרְכֹנִים. Darici, quos iam de Davidis temporibus loquens usurpat. I. Par. 29, 7. Certe mentio haec rursus supponit huius monetae communem et tritum iam usum. De aetate Daricorum v. F. D. Schimko, Comment. de nummis bibl. p. I. Vindobonae. 1835. p. 10—13. [7]) Spinoza, tract. theol. pol. Hamb. 1670. cap. X. p. 127. L. Capellus, Critica s. Par. 1650. p. 30. seq., qui 238 lectiones censura notare et corrigere ausus est. R. Simon, Hist. crit. V. T. I, 4. p. 25. 26. G. L. Oeder, Freie Untersuchungen über einige Bücher des A. T. ed. Vogel Halle 1771. 137—246. de Wette, Beiträge zur Einl. in d. A. T. Halle. 1806. I, 1. sub inscr. Versuch über die Glaubwürdigkeit der Bücher der Chronik. Lehrbuch der h. k. Einl. ed. VII. 1852. 237—259. Gramberg, Die Chronik nach ihrem geschichtlichen Charakter und ihrer Glaubwürdigkeit neu geprüft. Halle. 1823. Aequius agit Bertheau, in commentario suo s. c. attamen Chronicorum libros in suspicionem spuriae originis nihilominus adducit.

est, qui sublata eorum theopneustia, nec humanam quidem fidem Paralipomenon libris reliquerunt; quasi scriptor horum librorum nec verum tradere potuisset, nec voluisset, destitutus quippe omnibus adminiculis ad ea narranda, quae Regum scriptor non narrat [1]. Verumenimvero gravissima, quae hos libros premit, criminatio falsa est, et probari non potuit. Plures scriptorem libri Chronicorum adhibuisse, quam quos auctor librorum Regum adhibuit, liquet ex permultis illis libris, quibus se usum esse testatur; suntque hi fontes vel primarii, vel, ut vocant, derivati. Primarii intelligendi sunt illi Commentarii, qui iussu regis a certis ad hoc munus gerendum constitutis viris [2] componebantur, cuiusmodi erant saepe memorati in l. Chr. Annales regum Juda e Israelis [3]; e quibus annales Regum Israel post captivitatem decem tribuum in regnum Juda translatos et conservatos esse credimus. Suppetebant etiam auctori nostro census variis temporibus in populo instituti [4]. Commentarii historici prophetarum Samuelis et Gad videntis, Nathanis prophetae [5], Ahiae Silonitae, Addonis videntis [6], Semeiae prophetae [7], Addonis prophetae [8], Jehu [9], Isaiae [10], Hozai [11], tabulae genealogicae [12], et alia monimenta sacra [13]. Quibus omnibus veritas iisdem vindicatur, fides asseritur et auctoritas roboratur [14].

---

[1]) Ac si iactaret se usum fontibus, quos non modo non adhibuit sed plane finxit, ad aliquam saltem suae narrationi fidem addendam. [2]) V. p. 259. [3]) II. Par. 16, 11. diversi quidem a posterioribus III. et IV. Regum voluminibus, quia multa in Paralipomenis perstricta fusius continebant, quae in Regum libris desunt. V. E. Bertheau, Die Bücher der Chronik. Leipz. 1854. Einl. XLIV. [4]) I. Par. 5, 17. 7, 2. 9, 1. [5]) I. Par. 29, 29. [6]) II. Par. 9, 29. [7]) Ibid. 12, 15. [8]) 13, 22. [9]) 20, 34. [10]) 26, 22. [11]) 33, 19. Veteres istos commentarios auctor diligentissime versavit, quorum partem, ut institutum illius postulabat, in hoc opere expressit. Huius rei multa in l. l. Paralipomenon reperire est vestigia. Cf. I. Par. 4, 22. [12]) I. Par. c. c. 1—9. 24. 25. 26. 33. [13]) Fuere et sunt inter Judaeos atque Christianos, qui eiusdem scriptionem, non sine rationum momentis, ad Esdram referunt. Quorum praecipuum ducitur ex verbis ultimis l. II. 36, 23. Eadem enim sunt plane cum iis quae initio l. Esdr. I. 2, 3. habentur. Alterum petitur e catalogis IX. primis capitibus l. I. Par., qui similes sunt iis catalogis, qui Esdrae, I. c. 2, 8. 10. habentur. Pro Esdra docte admodum perorat A. Tostatus, Op. t. VIII. Comm in I. et II. Par. praef. q. V. ed. Col. 1613. p. 5. 6. [14]) Neminem moveat ille criticorum scrupulus, nullos amplius exstitisse Hebraeis annales libros regum Juda; multo minus Israelis post captivitatem babylonicam, quod populus in captivitatem migraturus, non de publicis scripturis, sed de sua

§. 138. Fides Hebraeorum hoc aevo et mores.

A quo tempore Samuel [1] scholas propheticas instituit [2], placuit Deo uberius hominum indigentiis religiosis subvenire, Revelationem sensim sensimque elucidare, et novis incrementis augere. Prophetae abhinc [3] a Deo missi et excitati non solum fuerant tutissimum refugium, ubi quasi in asylo se tueri poterat vera religio; sed vates in ipsa tabula Revelationis [4], adumbrationibus tenuioribus proinde et obscurioribus, ab ipso divino

---

quisque familiari re et domestica sollicitus fuerit; Chaldaei autem, urbe capta, vel ipsi de publicis archivis scripta asportarint, vel cum reliquis impedimentis incenderint. Enimvero et otium superfuit Hebraeis ante deditionem, hoste non impediente, scripta quaelibet colligendi, et multo seduliores quidam viri pii, commentarios prophetarum historicos secum Babylonem detulerunt. Ipsi prophetae, qui optime noverant exilium non plus septuaginta annis duraturum, passi non sunt regni annales perire. Neque difficilius fuit usquedum exstare annales regum Israel, quod non pauci Israelitarum coll. pag. 351. 373. in terram Juda ante excidium regni ephraimitici se recepissent, qui non immerito sumuntur annales hos secum transportasse. Non negamus in arithmeticis quibusdam notis, in nominibus propriis resultare discrepantias inter libros Regum et Paralipomenon. Verum quod praeterea reprehendant critici non habent, si enim cavillationes rationibus destitutae auctoritatem l. l. Paralipomenon in dubium vocare possent, quae tandem erit explorata et omni suspicione carens historia? Audaciae est nunquam ferendae, si quis de rebus longa aetatate remotis, iudicium ferre ex obscuris et arduis nonnullis in his Libris obviis rebus et personis praesumserit. Critici, cum de S. Scripturis rebusque ad Revelationem pertinentibus agitur, nihil indulgendum arbitrantur, levissima quaeque pro licentia adstruunt, illis, tanquam si maximi momenti essent, imbecilles terrent, cum alioquin nullo gravissimo adducto argumento moveantur. Adde ea, quae sibi in annorum numeris, personarum, urbium, locorum ac gentium appellationibus, perturbationibus et defectibus genealogicis deprehendisse visi sunt; haec dextere et erudite conciliata et sublata esse interpretum orthodoxorum studio. E. c. *Calmeti, Comm. ed. c. t. IV. p. 502. s. Marchinii, de divin. et canonic. p. 167. s. Carpzovii, Int. 1, 291. s. C. F. Smidii, Hist. ant. et vindic. canon. Lips. 1775. p. 202. s. Dahlerii, de libr. Paralipom. auctor. et fide hist. Argentorati. 1819. Augusti, Einleitung. p. 201. seq. Keilii, Apol. Versuch über die Bücher der Chronik. Berlin. 1833. Einl. 475. s. Moversii, op. s. c. Krit. Unt. Auctoris Anonym. in Tub. Quart. 1831. s. c. Diss. über die Quelle resp. Quellen der Chronik, in diario Tholuck, liter. Anzeiger. Halle. 1835. p. 566. s. Welteii, Einl. II, 1. 164—231. Hävernick, Einl. II, 1. 182. s. A. Dillmann, in Herzogs R. E. II, 693. s. Bleek, Einleit. p. 393. s. plus minus.*

[1]) Qui verorum prophetarum semper pater et princeps habitus est. I. Reg. 3, 20. Ps. 98, 6. Jer. 15, 1. Act. 3, 24. [2]) V. p. 227. s. [3]) Per omnem periodum hanc. [4]) Si ita loqui fas est.

Verbo Deique filio edocti, alias atque alias magis distinctas deinceps addebant, quibus sensim imago ipsum exemplar evidentius referret. Sic igitur lucerna fidei lucidissimo divinarum manifestationum splendore illustrata est; qua duce in virtute Altissimi homines viam perfectam tenerent [1]. Prophetas et Hagiographos tam laude dignos, quidquid coelitus eruditi et acti noverant, religiosa cura ore pariter et literarum munere cum populo communicasse, ipsorum testimoniis persvademur. Summi Numinis perfectiones, omniaque sublimia et coelestia, non minus soluto quam rhythmico sermone proposuerunt. Commendabant Jehovam, cultu divino prosequendum, tanquam Deum unum sui generis et unicum; qui omnium rerum naturam et vim longissime superat [2]. Praedicarunt Dominum, seu immensum, infinitum, et omnipraesentem [3]; aeternum, immutabilem, omniscium [4], omnipotentem, sapientissimum mundi rectorem [5], sanctissimum, beniguissimum et iustissimum [6]. Ex communi sententia s. Scriptorum Deus ad perficienda ea, quae ex illius consilio agenda sunt, ministris utitur angelis [7]. Rerum publicarum forma immutata, invecta dignitate regia, eodem adhuc quo antea, civitatem hebraicam fundamento niti „Theocratiae" persvasum erat omnibus s. sciptoribus huius aevi, qui Deum coeli et terrae, regem Israelitarum esse non semel dictitant [8]. Deus vero horum temporum respiciens fastigium, peculiariter imaginem Messiae pene omnibus suis partibus absolvit [9]. Si singula vestigia omnesque notas in Libris sacris, hac aetate

[1]) Haud ab instituto nostro alienum videtur harum patefactionum aliquas colligere. [2]) Isai. 37, 15—20. Jer. 2, 13. Hab. 2, 18—20. Ps. 32. 97. 102. 135. III. Reg. 8, 60. s. [3]) Jerem. 23, 23. 24. Amos. 9, 1—6. Ps. 138. III. Reg. 8, 27. 39. 43. [4]) Jerem. 17, 9. s. Hab. 1, 12. Ps. 32. 118. 126. Prov. 19, 21. [5]) Isai. 31, 2. 3. Jerem. 10, 12. 27, 5. Amos. 4, 13. 5, 8. Ps. 103. 133. 134. 135. [6]) Isai. 30, 18. Jerem. 31, 3. 20. Joel. 2, 13. 14. Hab. 1. 13. 14. Ps. 7. 17. 35. 104. aliisque locis bene multis. [7]) Isai. 6, 2. s. 33, 3. Ps. 33, 8. 77, 49. 88, 6. 7. 8. 102, 20. 103, 4. II. Reg. 24, 16. III. Reg. 13, 18. 19, 5. IV. Reg. 1, 3. 19, 35. [8]) Isai. 29, 19. 23. 30, 12. 31, 1. 33, 22. „*Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster.*" Mich. 4, 13. Soph. 2, 9. 3, 15. „*Rex Israel Dominus in medio tui.*" Ps. 28, 10. 32, 12. 97, 2—4. 102, 19. III. Reg. 22, 19. Quin eum propterea numen nationale, angustis terrae sacrae finibus circumscriptum autumnarent. Providentiam divinam ad totius terrae homines pertinentem, ut alia mittamus, clamant historiae praeconii Jonae. [9]) Omnium autem vanissime asserunt — Ziegler, Ueber d. w. Ursprung der Idee von Messias, in Henkeii Mag. f. R. 1, 57. s. Anton, Comment. de ratione prophetias mess. interp. Viteb. 1786. Bauer, Theol. des A. T. 1796. L. Bertholdt, Diss. h. ex. de ortu Theol. vet. Hebr. Erl. 1803. p. II. a. S. V. Seiler, Pr. de divinis cogitationibus ab humanis in interp. vatic. caute discernendis. 1783. Eichhorn, Allg. Bibl. d. b. Lit. 4. 891. Ammon, Inbegriff der ev. Glaubenslehre. Göttingen. 1805. p. 25. s. 184. s. J. Fr. Winzer, de aureae

exaratis, quae de Messia quidpiam praedicunt, in unum corpus cogimus, hanc fere imaginem exhibent. Pingunt prophetae animo divinitus afflato tempora futura, quibus Judaei et Israelitae, abiiectis odiis diuturnis, in unam iterum congregabuntur gentem [1], accedentibus sub imperium novi regis [2] etiam barbaris nationibus. Praedicunt hunc regem Davidem fore [3], e virgine matre Bethlehemi oriundum [4], a regibus adorandum [5], in Aegyptum fugientem [6], et in Galilaea habitaturum [7]. Spiritu sancto implendum [8]; imo Deum [9], et quidem verum Dei filium [10]. Celebrant Messiam ut prophetam i. e. doctorem et interpretem Dei [11], Servatorem [12]; victorem mortis et inferni [13], regem et sacerdotem in aeternum [14], qui ipsummet Spiritum sanctum quam largissime effundet in homines omnium ordinum omnisque sexus et aetatis [15]. Ceterum servaverant fidem prisci aevi de animae post mortem vita. In scriptis Davidicis ac Salomoneis, in libro Jobi, denique in prophetis, animae immortalitatem doceri, equidem sine temeritatis suspicione aegre quis negare poterit? [16]. Qualis fuerit doctrinae,

---

aetatis spe Judaeorum. Lips. 1800. p. I. Paulus, Comm. N. T. 3, 43. Lutz, bibl. lit. Dogmatik. p. 248. s. J. J. Stähelin, Die mess. Weiss. im A. T. Berlin. 1847. C. K. Hofmann, Weissagung u. E. I, 200. Eiusdem, Der Schriftbeweis. Nördlingen. 1852. 1. 568. 2, a. 88. — prophetas per occasionem regni Davidis et Salomonis, subinde post illos ad incitas vergentis, ad Messiae eiusque regni futuri ideam effingendam allectos esse. Quasi aetate Davidica, ipsiusque persona fundamenti loco posita, ductis inde primis lineamentis insuper adiecissent, quae ab ingenio suo, aestimatione temporis e quo futura prospiciebant, consiliique sui ratione fuerint suppeditata. Diu enim ante aetatem davidicam, et quidem a primordio mundi et incunabilis gentis hebraicae Messiae exspectationem repetendam e gravissimis testimoniis evicimus. L. p. 15. 31. 40. 51. 53. 54. 75. s. 78. s. 98. s. 145. 126. 158. imprimis 220. s. Nam si regni messiani naturam apud prophetas accuratius expendimus, hoc fere manifestum fit omnibus prophetis temporale illud Davidis regnum esse velut pignus quoddam regni aeterni, quod a Christo condendum et stabiliendum foret. Hypothesis sumta, sed non probata, omnem supernaturalem vaticiniorum originem evertit.

[1]) Isai. 43, 6. 7. 63, 16—19. Jerem. 23, 1—9. 33, 12—22. Oseae. 14, 6—10. Amos. 9, 11—15. Abd. 21. v. Soph. 3, 8. [2]) Isai. 9, 7. Jerem. 30, 9. Mich. 5, 2. Ps. 2, 6. [3]) Isai. 11, 1. 55, 3. Jerem 33, 15. 17. 21. Ps. 88, 4. 36. 37. 131, 1. seq. II. Reg. 7, 11—16. [4]) Isai. 7, 14. s. Mich. 5, 1. s. [5]) Ps. 71, 10. [6]) Ose. 11, 1. [7]) Isai. 9, 1. [8]) Isai. 11, 1—3. [9]) Isai. 9, 6. 12, 2. 40, 3. 45, 14. 15. Ps. 44, 12. [10]) Oseae. 11, 1. Ps. 2, 7. II Reg. 7, 14. [11]) Isai. 9, 23. 42, 1. 7. 49, 6. 61, 1. 2. Jerem. 23, 5. 15. [12]) Isai. 45, 8. 15. 51, 5. 52, 1. s. c. 53. Ps. 15, 21. 39. [13]) Oseae. 13, 14. Ps. 67, 19. [14]) Ps. 109. [15]) Joel. 2, 28. 29. Cf. J. Beck, ü. d. Entwicklung u. Darstellung d. mess. Idee in d. h. S. d. A. B. p. 53. [16]) Hanc fidem in specie pluribus Psalmorum locis expressam cernimus et clarissime quidem in Ps. 72. Cuius carminis argumentum est hoc: Quaerit auctor Asaphus, cur pii hic miseri sint, impii autem felices?

morum ratio istius aevi explicant Psalmi imprimis et Proverbia, nec non oracula Prophetarum. Errori obviam eunt isti scriptores, externa observatione legi satisfieri; dum docent cultum externum nisi tum Deo acceptum esse, cum simul

---

Respondet quia Deus aeternam his miseriam, illis felicitatem praeparavit. Cf. v. 23. s. Sic Davides quoque inter insidias, quas adversarii paraverant, in omnium rerum penuria et vitae discrimine positus, conquievit in amore Dei, in cuius praesentia unus dies actus, diuturnae vitae, gratia eius concessae, longe est anteferendus. Itaque spe beatae vitae futurae, omnia quae cadere in humanam possunt adversa subter se habet. Ps. 26, 4—10. coll. 4, 7. 9. 62, 2—4. Monet pios, Ps. 48. ubi improborum felicitatem conspexerint, non debere animo despondere, quia mors illos rapit et multi propter divitias damnantur; v. 11—21. se quod attinet Ps. 16, 15. non desiderare saturari opibus terrenis, sed studio iustitiae et piorum operum velle vitam impendere, satietatem vero praestolari in altera vita, nec tamen aliunde, quam ex gloria Dei. Nosse Ps. 36, 18. Dominum diem immaculatorum et haereditatem eorum in aeternum futuram. Cuius dies, post longam noctem mortis olim blande exoriturus, dicitur lux, tempus matutinum, aurora. Ps. 48, 15. 20. 89. 5. Nec obstat Ps. 87, v. 11. s. quibus non negatur mirificentia Dei inter mortuos, adeoque universalis etiam, suoque tempore futura ipsorum resuscitatio; sed argumentum ducitur solum ab ordinario et consveto, in relatione ad homines huius saeculi, qui nihil de mortuorum statu sciunt. Proverbia saepe pietatis fructum, et mercedem sapientiae vitam immortalem esse aiunt. 3, 18. 6, 23 8, 35. 10, 2. 12, 28. 14, 27. 15, 24. 16, 22. Quod ipsum egregie confirmatur etiam Ecclesiastae, 3, 16—4, 3. coll. 8, 12. 12, 7. Laudato loco removet Salomon offendicula et praeiudicia adversus fidem in providentiam. Reiicit casum formatum ex eo, quod homines, belluarum quarumdam potentium more, in se ipsos saeviant. Magnum in eo censet genus humanum, quod dum reliqua externa, nativitas et mors, illud animantibus simile faciat, Deus iudex sit actionum humanarum; imo in hac Dei ad homines attentione gravissimum invenit argumentum dignitatis humanae. Concludit tandem, cum tanta sit viventium miseria, spem omnem in futuri saeculi beatitudine esse collocandam. His perpensis, satis defenditur Salomon contra eorum calumnias, quibus visus est credere animam cum corpore ad nihilum redituram esse. (V. instar omnium ita dicentem F. Boettcherum, de inferis p. 245. s.). Accedimus tandem ad locum Jobi celebratissimum, in doctrina de immortalitate animae et mortuorum resurrectione ab olim pro classico habitum 19, 25—27., in quo Jobus iuxta interpretationem s. s. Patrum — s. Clementis, rom., I. ad Cor. 26 ed. c. p. 92. Origenis, comm. in Matth. t. 17. 29. IV, 146. S. Cyrilli, hieros., cat. 18, 15. ed c. p. 292. S. Ambrosii, serm. X. in Ps. 118, 18. I, 2. 1092. S. Epiphanii, Ancorat. 101. I, 102. S. Hieronymi, ep. 53, 8. 276. „resurrectionem corporum sic prophetat, ut nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit" — quae usque ad nostra tempora maxima auctoritate — a. v. dd. P. E. Jablonsky, Op. II, 357. s. de redemtore stante super pulverem. diss. Welte, Das Buch Job. Freib. 1849. p. 198—204. J. König, Die Unsterblichkeitsidee im Buche Job. Freib. 1855. p. 22—27. Ewald, d. B. Job. 2. A. p. 198. Jahrb. d. b. Wiss. IX, 30. 34. H. G. Hoelemann, Bibelstudien. p. 176—181. defensa — valet; Jobus sperat se post mortem cum corpore suo

mens interne respondeat [1]. Victimae, cum mere externae sint, si ab animi devotione et divinae legis observatione non proficiscantur, Deo placere non possunt. Qui scelestum vitae institutum et externam tantum pietatis speciem colunt, se ipsos decipiunt [2]. Commendant s. scriptores caritatem quae delicta operit [3], quae in iudicia et maledicta curiose haud inquirit et adversus aliorum mendacia vel convitia non excandescit [4], non exultat in ruina inimici [5], potius benefacit eidem [6], praesertim pauperibus et viduis succurrit [7], in pace concordi agit dies suos [8]. Docent virtutem se exercere debere in debellandis vitiis [9]; in qua pugna ut victrix evadat, Deum precibus invocet in adiutorium [10]. De peccatis sincere dolendum aiunt [11] mala patienter toleranda [12]: quem enim diligit Dominus corripit [13]. Probitas, iustitia, temperantia deligenda, hospitalitas colenda [14], scelera vero fugienda sunt [15], quoniam Deus ego, dicit Dominus, apud prophetam Oseam [16], in medio tui Sanctus, et non ingrediar civitatem.

---

resurrecturum atque in vita futura Deum esse visurum. Quicumque sine praeiudicio verba Jobi legerit, intelliget Jobum mentis obtutu maius quid aspexisse, quam restitutionem pristinae valetudinis et fortunae, — uti volunt: Umbreit, Das Buch Hiob. Heid. 1832. II, 190. s. Bengel, Opusc. acad. p. 160. 161. Hahn, de spe immort. s. V. T. p. 34. Böttcher, l. s. c. p. 139. Heiligstedt, vol. IV. Comm. Maur. p. 134. s. L. Hirzel, Hiob. ed. Olhausen. Leipz. 1852 p. 123. s. — animum aegrum solari immortalitate, qua fruatur praesente et miserante Deo Haec autem affirmamus his commoti rationibus. α. Certum est Jobum de rebus temporis et vitae huius plane desperasse. coll. 6, 8. 9. 11. 7, 20. 21. 16, 22. 17, 1. 15. β. Nec minus constat, spem Jobi ultra terminos huiusce brevis vitae processisse. coll. 13, 15. 30, 24. γ. Nisi rem plane singularem et omnium saeculorum memoria dignissimam eloqui in animo habuisset, prooemio tam notabili certe non fuisset usus δ. Hoc idem sibi vindicat contextus, praesertim attentis c. c. 16. et 17. Eandem rem inculcat amicis perpetuae fiduciae suae argumento. In prophetarum vaticiniis plurima occurrunt loca, quibus caligo sepulcra et inferos tegens dispellebatur et spes certa reddebatur aeternae vitae. Isai. 25, 8. coll Apoc. 7, 17. 21, 4. Isai. 26, 19. 66, 22. coll. Apoc. 21, 1. Oseae. 13, 14. Hab. 2, 4. E Libris historiarum huius Periodi huc pertinent testimonia I. Reg. 2, 6. quod repetitur Sap. 16, 13. 28. III. Reg. 17, 21. IV. Reg. 4, 35. Cf. C. J. Ansaldi, de futuro saeculo ab Hebraeis ante captivitatem credito. Med. 1748. Calmeti, diss. in Sapient. de natura animae. II, 241. s.

[1]) Isai. 1, 11—20. Oseae. 6, 6. Amos. 5, 21. 22. Mich. 6, 7. 8. Ps. 39. 7—9. 49, 7—23. 50, 18. 19. Prov. 4, 23. 21, 3. Ecclae. 4, 17. [2]) I. Reg. 15, 22. [3]) Prov. 10, 12. [4]) Eleae. 7, 20—22. Prov. 14, 31. 17, 5. 19, 17. [5]) Prov. 24, 17. 18. [6]) Prov. 25, 21. 22. coll. Rom. 12, 20. [7]) Isai. 58, 7. coll. Matt. 25, 35. [8]) Ps. 132, 1. [9]) Prov. 5, 1—14. 6, 20—25. 16, 8. 9. 30, 7—9. Ps. 130, 1. 2. [10]) Ps. 118, 33—37. [11]) Ps. 30, 50. [12]) Ps. 118, 67. 71. Thren. 3, 27. [13]) Prov. 3, 12. [14]) Prov. 27, 11. 31, 20. Ps. 14, 3. [15]) Prov. 6, 16—19 [16]) 11, 9.

ıon obstante hac doctrina prorsus divina, rem Israelitarum publicam 'e, mores et cultum corrumpi, luxu porro, dissidiis et bellis internis regnum di, fidei pietatisque studia evilescere, populum denique utriusque ıi in exilium duci videmus, non est quod miremur. Deserto Deo, e pietas esse poterat? idololatriae dediti Hebraei in omne scelus bantur. Docuerunt prophetae, nec tamen auditi, ut decebat; imo ı peiores evasere Judaei Israelitis. Tanta enim insania idololatriam ıti sunt, ut capta urbe dixerint, sibi bene fuisse cum astra coeli rent; et hinc male esse, quod non satis religiose illa coluerint![1]. erte hac de re scribit s. Augustinus[2]. „*Venerunt ad illos Prophetae, ıntiaverunt Christum; et erant ibidem quidam, qui intelligebant et spem ram habebant, ut acciperent misericordiam, quae in coelo est. Erant ibi nonnisi carnalia desiderarent et terrenam ac temporalem felicitatem. is labebantur pedes ad facienda vel adoranda idola. Quando enim illos ionebat et flagellabat, in his omnibus, quibus delectabantur, et auferebat patiebantur famem, bella et pestilentias, morbos, et convertebantur ad la. Talia bona, quae pro magno a Deo desiderare debebant, ab idolis iderabant, et demittebant Deum*“[3].

[1]) Jerem. 2, 11. 27. 7, 31. 8, 2. Ezech. 8, 11. s. 23, 24. [2]) Enarratione Ps. 36, IV, a. 351. [3]) Cf. Eiusdem s. Patris, tract. in Joann. 43. III, b. 1703. symbolo, IV, b. 604.

HISTORIAE

REVELATIONIS DIVINAE

VETERIS TESTAMENTI

PERIODUS TERTIA.

AB EXILIO BABYLONICO USQUE AD CHRISTUM NATUM, SIVE
AB ANNO 586—4. A. C.

CAPUT PRIMUM

DELETA CIVITATE HEBRAICA USQUE AD AETATEM MACHABAEORUM HISTORIAS REVELATIONIS DIVINAE ENARRAT.

§. 139. Ratio temporum.

Res quae ab Exilio Babylonico usque ad Christum natum decurrunt, cum tuor, uti vocant, monarchiis: *Chaldaeorum*, *Persarum*, *Graecorum et Romano-* congruunt. Nam initium huius Periodi — captivitas Babylonica — in ultima ıarchiae chaldaicae tempora incidit. Septuaginta annorum captivitatis babylo- ıe calculum fixit Sacra Scriptura Jer. 25, 11. s. 36, 1. s. 46, 2. 52, 4. II. Par. 10. IV. Reg. 24, 17. *Sed in capite et termino exilii constituendo Chronologi entientes reperiuntur.* Principes et gravissimi istius scientiae auctores (*post ebium, Chron. arm. P. I. p. 89. et Sulpitium sev., Hist. II. 1. pag. 251. erius, aet. m. s. p. 146. D. Petavius, Rat. I. p. 53. II, 94. Bengel, ordo oorum. p. 200. Spanhemius, l. c. p. 398. — Aliter G. Genebrardus, Chron. l. II, 79. Harduinus, Chron. V. T. annorum illorum indiculum conficit. p. 549—564.*) — unt ab anno quarto Joakimi, p. 427. primo Nabuchodonosoris, postquam a patre egiminis societatem assumtus fuerat; et usque ad reditum sub Cyro numerant· em accurate examinare velimus, recto quidem; sin autem iuxta Jeremiae 25, ·14. 30. quo tam Judaeorum, quam circumfusarum nationum miserrimae ser- ti tempus praestituit, annos illos computamus, quorum aliquam partem exilium lonicum initio suo ac fine attingit; coll. etiam Jerem. 29, 10. Dan. 9, 2. . 1, 11. — scilicet ab anno Nabuchodonosoris primo, Joakimi quarto, ad ex- ım urbis sub Sedecia, anno decimo et nono Nabuchodonosoris, quo templum deletum est, e Jerem. 43, 6. 7. 52, 29. II. Par. 36, 21. 22. IV. Reg. 25, 8. guntur anni novemdecim. Hinc ad mortem Nabuchodonosoris, Evilme- cho filio interea regni habenas administrante, viginti et quatuor. Evilme- ch, qui extulit Jechoniam IV. Reg. 25, 27. regnavit annos duos; hinc glisorus, Nabuchodonosoris gener, annos quinque; dein Nabonidius, qui et sque Baltassar, Jerem. 27, 7. Dan. 5, 1. Nabuchodonosoris nepos, annos amdecim. Tum Cyrus, post captam Babylonem — occiso Baltassare — s duos imperavit; — exsurgunt ad annum primum Cyri in Persia et

Babylonia regnantis anni sexaginta et novem. I. e. e ratione numerandi s. Scripturae: **septuaginta.** Coll. e. c. II. Mach. 14, 1. et alibi aliis. Partem istorum annorum maiorem ante Evilmerodachum, ipsa speciatim Scriptura Sacra refert; residuum eorum profanae explent historiae. Ducenti et quatuor anni (537—333. a. Chr.) a primo anno imperii babylonico-persici, I. Esdr. 1, 1. II. Par. 36, 22. Cyri — qui duo regnandi exordia habuit, nam in Perside dominari coepit anno primo LV. Olymp. Babylone vero anno tertio Olymp. LX. — decurrunt usque ad finem monarchiae persicae, sive annum primum Alexandri magni, vel monarchiae Graecorum. — *De celebratissima epocha LXX hebdomadum Danielis 457. a. Chr. et varia illarum supputatione dicemus in H. N. T. Interim l. A. Strauchii, de computu s. LXX hebd. Witteb. 1662. A. Sostmanni, Comm. chron. de LXX hebd. Lugd. Bat. 1710. p. 10. s. 20. s. S. Th. Schoenwald, de LXX hebdom. Daniel. diss. Jenae. 1720. Scholl, de septuaginta hebdom. Dan. Francof. 1829. Hävernick, Comm. a. d. n. Daniel. Hamb. 1832. p. 346.* — Centum et sexaginta octo, qui proxime sequuntur anni usque ad pontificatum et principatum Judae Machabaei post repurgatum templum 24. m. Caslev. Dec. a Gr. 148. coll. I. Mach. 4, 52. amplectuntur tempora Alexandri magni, Seleuci Nikanoris, et successorum usque ad obitum Antiochi Epiphanis. Seleucus novam aeram in Oriente peperit, qua etiam Judaei ut plurimum usi sunt, postquam sub Graecorum dominatu esse coeperunt; passim מִנְיַן שְׁטָרוֹת, aera contractuum, ab illis appellatur, eo quod eam ad obsignandos contractus adhiberent. In utroque Machabaeorum Libro, ubi rebus gestis numerus adiungitur, is ab aera Seleucidarum supputatur, ipsa S. Scriptura id diserte profitente. *Cf. J. Gumpach, ü. d. altjüd. Kalender. Brüssel. 1848. p. 197. s.* Sed numerus lib. I. Machab. expressus, unitate excedit eum, quem liber II. exhibet. E. g. I. 6. 20. coll. II. 13, 1. I. 6, 16. coll. II. 11, 33. I. 7, 1. II. 14, 4. Egregie alter cum altero s. historiarum scriptor consentit, sed *alio eiusdem anni Graecorum initio* utuntur. Auctor Libri primi inchoat annum suum a mense verno **Nisan**, cui Xanthicus fere respondet. V. I. 4, 52. 10, 21. Coll. III. Reg. 8, 11. Alterius Libri auctor ab autumnali mense **Dio**, qui aliqua sua parte cum mense **Tisri** concurrit, semestri fere serius cum Syromacedonibus supputat, ut evincunt loci supra citati. Observato duplici horum annorum initio, probe cohaeret Chronologia, et difficultates, quae pertinacius huic implicatae haerere videntur, citra vim ullam s. Codici adhibitam, penitus evanescunt. *Videsis E. Froelich S. J.!, Annales compendiarii regum et rerum Syriae nummis veteribus illustrati. ed. alt. Viennae. 1754. p. 18—27. F. X. Patritii e S. J., de consensu utriusque Libri Machabaeorum. Romae. 1856. pag. 15—44.* Qui supersunt anni centum sexaginta et quatuor a principatu Machabaeorum ad nativitatem Christi — metam temporum — ita porriguntur. A pontificatu Judae Machabaei ad expugnatas a Sosio et Herode Hierosolymas, anni completi centum viginti et sex; hinc ad annum quartum ante epocham Christi vulgarem, seu dionysianum, anni triginta et octo. Unde 204, 168, 164 fiunt anni completi 536. Sub his monarchiis non una eademque erant populi iudaici fata, subinde enim inter principes, quorum potestati Judaei subiecti erant, exstiterunt, qui ipsos persequerentur, quibus successerunt rursus alii, qui iis faverent. Ita, propter fines suos, quos cum populo electo habuit, disponente Deo: ut iuxta suammet gerendi rationem interdum afflicta, interdum laeta esset Judaeorum conditio. *Occidit iam nostris historiis, hac Periodo ea lux, quam ex sacris*

Scriptoribus hausimus, quave in longo et obscuro itinere directi sumus. Nunc — per annos quidem a 400—220. a. C. et ab 136 ad Christum. — Josephum Flavium, cum exiguis monimentis aliorum profanorum auctorum, ducem habebimus, non peritissimum utique, et quod deterius est, sponte saepe a vero aberrantem.

§. 140. Reliquiae Judaeorum in terra s.

Vastatis Hierosolymis, postquam primus furor caedendi deferbuit, Nabuzardan princeps militum iussit omnes reliquos sese dedere ad servitutem et exilium; idque poena mortis interposita, si quis intra certum tempus imperata facere cunctaretur. Reperti sunt autem de viris primariis sacerdotibus et regis ministris quidam, non minus ac de vulgo, qui suis confisi latebris non parebant, quos cum Chaldaei sollicite aedificia solymitana scrutantes invenissent, capitali supplicio affecerunt [1]. Non omnes mox deportati sunt in Chaldaeam [2]; sed aliqui ex infima plebe de industria relicti in Judaea, ut terram non suo sed Chaldaeorum nomine, ne terra novis dominis esset inutilis, tanquam servi colerent [3]. Plebeculae rudi regendae, quae post gravissimum bellum non magna esse poterat,

[1]) IV. Reg. 25, 18. [2]) Captivorum numerus, qui Babylonem commigrarunt, a Jeremia ponitur 52, 28—30. Anno septimo regni Nabuchodonosoris 3023, anno octavo decimo eiusdem 832; anno vicesimo tertio 745; omnes, quater milleni sexcenti. *Sed IV. Reg. Liber 24, 14. 15. 16. Jeremiae contradicere videtur, qui primo illo exilio, sub Joachino, quod in septimum Nabuchodonosoris annum incidit, octodecim exulum millia ponit, ubi tria habet Jeremias? Uterque scriptor non vera modo sed eadem tradidit, ita tamen ut vates partem eorum omittat, quae historiarum S. Scriptor narravit.* Auctor l. l. Regum 24, 14. universorum exulum numerum decem millia perhibet; erant autem hi triplicis generis: principes populi, i. e. senatores, ministri regii, cives opulentiores deinde milites fortes exercitus, נבור חיל, dicti historiarum S. Scriptori; artifices denique omnis generis bello utiles. Ita Joachino deditionem faciente deportati sunt militum septem millia, ut ex Libro Regum l. l. v. 16. discimus; civium autem, teste Jeremia, 3023, inter quos mille artifices. Dum enim Historiarum sacr. Scriptor ait, primum decem millia principum, militum et artificum deportata fuisse v. 14. deinde his addit septem millia militum et mille fabros; non duorum exiliorum census numerat, sed unius. Qui civium exulum numerus, additis etiam 832, qui anno XVIII. et 745., qui XXIII. Nabuchodonosoris capti et abducti sunt, in summa 11,600 si cui exiguus videtur — quamvis uxoribus, liberis, servisque computatis, facile quinquaginta millia impleturus — ei cogitandum est: multos imo plurimos milites ultimo supplicio affectos fuisse, IV. Reg. 25, 6. 7. 18—21. alios post levem pugnam diffugisse, ibid. 4. 5. imbelle denique vulgus a victore rege in patria relictum fuisse. Jer. 39, 10. 40, 13. 52, 16. IV. Reg. 25, 12. 22—26. Cf. J. D. Michaelis, de numero exulum Judaeorum a Nabuchodonosore deportatorum in Comment. ed. Brem. 1773. p. 50—54. [3]) IV. Reg. 25, 12. Jer. 39, 10. 40, 7. 52, 16.

[illegible] Godolia filius Ahicam. Quoniam vero Babylonius Judaeos [illegible] ac foedifragos expertus fuerat, propterea ita regionem [illegible] Judaei Godoliae fidei commisit, ut socios ei Chaldaeos [illegible] cum eo morarentur in Maspha [1]. Godoliae curae quoque [illegible]. Propheta in carceris vestibulo deprehensus cum ceteris [illegible] destinabatur; sed de viri meritis Nabuzardan magister militiae [illegible] catenis exemto optionem dedit, vel apud suos in Judaea, vel Babylone [illegible]andi. Ille Patriae ruinas gloriae gentis alienae praetulit [2]. Remansit [illegible] Juda, ut curaret salutem eorum, qui ex fuga et dispersione con[illegible]andi erant [3]. Godoliae industria et prudentia poterant Judaei quoquo [illegible] in rempublicam coalescere. Sed Dominus, qui hanc regionem septua[illegible] annos sabbata agentem et plane desolatam volebat relinquere, permisit [illegible] consilium quamprimum disiici. Ismahel quidam [4] aliique iniquo animo [illegible]erebant, quod Godolia, etsi nullo insigni regio, ipsis praeponeretur [5]. Collatis cum factione sua consiliis, facile ab ea inductus est, ut facinus plenum perfidia et periurio susciperet. Ismahel, eorum decem stipatus in Maspha ad Godoliam profectus, inopinantem adortus, interemit et eos qui cum illo erant, non Judaeos modo, sed et Chaldaeos [6]. Godoliae amici, quos ipsi indoles lenis plurimos conciliarat, caede audita, protinus ad arma proruunt citoque gradu seditiosos insequuntur, facinus ulturi. Ismahel, viso discrimine, socios collectos dimisit, et nonnisi cum octo comitibus Ammonitarum fines attigit. Judaei veriti ne Nabuchodonosor in omnes, quasi Godoliae et Chaldaeorum necis auctores, ultorem quam primum mitteret exercitum, in Aegytum, disuadente tametsi Jeremia [7],

---

[1]) IV. Reg. 25, 24. 25. [2]) Jerem. 39, 13. 14. 40, 1—5. [3]) Jeremias desertae plebeculae curam spiritualem gesturus venit in Maspha Jer. 40, 6. quo etiam se plurimi contulerant, qui metu hostium in finitimas regiones fugerant; Jerem. 40, 7. 11. 12. IV. Reg. 25, 23. qui cum vidissent apud Godoliam Chaldaeos, timuerunt ne illis fraude traderentur, quasi eam ob causam ibi a rege Babylonis relicti essent, ut Judaeorum fugitivos comprehenderent et in exilium deportarent. Verum Godolias iureiurando fidem et securitatem eis spopondit. [4]) Stirpe regia quidem prognatus, sed moribus improbis et ad omne scelus paratus. [5]) Jerem. 41, 1. s. [6]) IV. Reg. 25, 25. Exceptis paucis, qui vitam suam pretio redemerunt. Nec contentus hic scelestus, cives suos crudeliter interfecisse, qui hostium gladios effugerant, etiam in imbellem multitudinem — cum Sedeciae filiabus — saevus fuit; quibus, quam praeter opinionem consecutae erant libertatem eripuit. Ut ita miseri Judaei, tot tantisque sceleribus commaculati, hostes suos prae civibus clementiores experirentur. [7]) Jeremias ad manendum in natali solo svasit; ita Deo visum aiebat, quia Babylonica saevitia incolumes eos pollicebatur. Sin vero pervicaces in Aegyptum profugerent, omnes ibi fame, morbo, ac demum Chaldaeorum, quos tantopere horrebant, gladio conficiendos. Jer 42. 1. s.

se receperunt, Jeremia et Barucho comitantibus; at coactis et invitis. Infausto sane casu, ut praedixerat Jeremias; haec enim eorum fuga reos factura necis illius erat, cuius tamen erant innocentes. Et eventus respondit vaticinio: Judaei nondum tot malis domiti, invito Deo eiusque propheta, in Aegyptum profecti [1], sese impudenter idolorum cultui dederunt, vitam impiam atque Deo invisam ducere coeperunt, et ad prophetae voces et minas, quas iam tam saepe magno suo damno senserant adimpletas, obsurdescere, imo palam se de sua impietate iactare [2]. Ita ad extremam malitiam pervenerunt, nihilque aliud desiderari potuit, quam ut scelestissimi apostatae poena propediem plecterentur. Hoc ipso tempore Babylonius bellicam expeditionem in Aegyptum paravit, quam aeque ac Judaeam a Chaldaeo vastandam denuntiarunt Jeremias [3] et Ezechiel [4]. Nabuchodonosor Aegyptum bello petitam, victam, sibique subditam habuit pro proemio, quod Dei iudicia in Tyrios multo diuturnoque labore esset exsecutus. Neque certe illud a verisimilitudine abhorret, Lybiam, si non omnem ad Herculis columnas usque, saltem magna ex parte vicisse et in suam redegisse ditionem [5]. Cum Aegyptiis inventae in Aegypto Judaeorum reliquiae gra-

[1]) Jerem. 43, 2. s. [2]) Jerem. 44. [3]) c. c. 42. 44. 46. [4]) c. c. 29. 30. 31. 32.

[5]) Jer. 46, 9. Sacri vates Jeremias et Ezechiel tam luculenter Aegypti cladem et caedem Hophrae, qui et Απρίης, Pharaonis praedixerunt, ut non tam futura praedixisse, quam rem iam factam enarrasse videantur. Scriptores contra profani Herodotus II., 161—163. 169. 177. 178. 180. 181. 182. IV, 159. Diodorus siculus, Biblioth. hist. I, 68. ed. P. Wesselingii. Amst. 1745. I, 79. et alii; quibuscum faciunt F. Hitzig, Der Proph. Ezechiel. Leipz. 1847. p. 230. s. d. Proph. Jeremia. p. 340. Duncker, Gesch. des Alterth. I, 104. Rüetschi, in Herzogs R. E. X, 254. 255. prorsus in alia eunt; nam non modo de Nabuchodonosoris expeditione aegyptiaca silent, et Aprien contra ab Amaside sublatum memorant, verum etiam, quasi studio contradicere voluerint Ezechieli, Aegyptum sub Amaside florentissimam ferunt, quo tamen imperante, deterior haec fortuna a prophetis denunciata Aegypto incubuit. Ezech. 29, 17. Gravissimus ille utriusque historiae dissensus virorum doctorum, concordiam meditantium, studia certatim provocavit. Cf. Deylingii, Obs. s. III, 129. s. J. F. Schroeeri, Imperium Babylonis et Nini e monimentis antiquis. Francofurti. 1726. p. 344. s. J. Perizonii, Aegypt. Orig. et temp. antiquiss. investig. c. XXIV. p. 532—554. Vir doctissimus et rerum antiquissimarum peritissimus C. Vitringa — Comment. in l. proph. Jesaiae. ed. Basil. 1732. I, 52. anacr. cap. 19. n. X. — scite advertit, quidquid discordiarum est tolli posse. „Si Herodotus omnia non narret, quae huc pertinent, recte hactenus se habet, aliqua illum narrasse, ex quibus praesumere licet, quod nos de Nebucadnezare supponimus, eventum neutiquam frustratum esse. Docet enim clarissime Apriae, superbissimi regis, exitum fuisse infortunatissimum et violenta morte periisse, strangulatum videlicet, poenas dedisse. Solummodo in causa infortunii exponenda variat; cum enim exercitus Aegyptiorum militum ab eo missus adversus Cyrenaeos caesus esset, incidisse eum in odium

vibus aerumnis oppressae, partim neci, partim servituti datae, penitus exstinguuntur [1]. Aegypto sub iugum missa; Nabuchodonosor velut claustris solutus arma undequaque porrexit [2].

§. 141. Exules in Babylonia.

Qui deportati sunt in Chaldaeam Judaei ante exustum Templum impii fuerunt magna ex parte; nec correcti divinis poenis; quin etiam sese fefellerunt vana spe festini reditus, neque enim crediderunt fore, ut urbs et Templum a Nabuchodonosore

subditorum, eosque ab ipso defecisse, et regem fecisse Amasin, qui Apriem vicerit, et volentibus Aegyptiis tandem interfecerit." De vastatione et occupatione Aegypti aperte testatur Berosus atque Megasthenes apud Josephum, Antiq. X, 11, 1. coll. X. 9, 7. p. 532. 537. 538. c. Apion. I, 19. p. 450. Megasthenis testimonium apud Eusebium, praep. ev. IX, 41. laudavit quoque Abydenus. V. e. Strabon, Geog. XV. 1, 6. ed. Amst. 414. Eusebii, Chronicon arm. I, 33. Ita videmus veteres quoque exstitisse profanos scriptores, qui nominatim Aegyptum a Nabuchodonosore subactam tradiderint. Nihil ergo reliquorum Graecorum dissensum moramur, qui res Aegyptiorum prorsus ignorabant, et si quid compertum habuerunt acceperunt ab aegyptiis sacerdotibus, qui de rebus suis sciscitantibus tacuerunt ea, quae ad ignominiam gentis spectare videbantur. Ita delusus Herodotus ab aegyptiis sacerdotibus tempus anarchiae, quae fuit sub Amasi, de quo prophetae loquuntur, proximo successori adscribit. V. Hävernickii, Comm. über den Propheten Ezechiel. Erlang. 1843. p. 495. s. F. X. Greilii, diss. Uebergang der Krone Aegyptens von Hophra — Apries — auf Amasis. Passau. 1858. 1—24. Uhlemann, Chron. u. Gesch. d. a. Aegypt. III, 241. seq. Quando autem haec clades Aegypto et eius regno acciderit indicat Ezechiel aliquatenus 29, 17. ubi ait, anno vicesimo septimo sibi significatum oraculum de tradenda Nabuchodonosori Aegypto. Sed inquirendum quis fuerit ille 27. annus, qui ita absolute ab Ezechiele memoratur? Verisimiliter cum Usserio, l. c. p. 135. et Perizonio, l. c. p. 542. de annis deportati Joachin sive Jechoniae accipitur. Quocirca bellum in Aegyptum moveri coepit forsan 18. a destructis Hierosolymis, 37. Nabuchodonosoris.

[1]) Ut tam saepe tamque severe eis annuntiaverat Jeremias c. 43. et 44.

[2]) Aegyptiorum cladem insecuta est Philisthinorum, Syriae, Idumaeae, Moabitarum, Arabum et insularium clades Sophon. 2, 4. s. Jer. 25, 24. 49, 7. s. Ezech. 21, 28. His peractis Babylonem concessit, ut aliqua quiete vires reficeret, et tot captivis sedes assignaret. Sequenti anno, nationes ad septemtrionem suo adiecit imperio. Turbinis instar maximis exercitibus pervasit ac totum pene sibi subiecit Orientem, Occidentem, Septemtrionem et Meridiem. Potentissimis civitatibus expugnatis, Nabuchodonosor eo potestatis pervenerat, ut, cunctis maioribus excelsior, neminem sibi parem haberet.

vastarentur. Sic enim promittebant falsi prophetae; sed a Jeremia et Ezechiele refutati [1]. Qui vero post vastatas Hierosolymas summa evaserant pericula, eodem, quo priores, loco habitare iussi sunt ad flumina Babylonis [2]; ibique querebantur de gentium imperio, cessatione sacrorum et irrisione hostium [3]. Deus attamen plurima eaque singularia sui favoris in ipso exilio erga Judaeos exstare voluit documenta. Eximio captivis solatio et praesidio fuit quod viri quidam sapientia et pietate illustres ea aetate viverent; quos inter Ezechiel praecipue et, quem multis encomiis celebrat [4], coaevus Daniel propheta; sub quorum tutela dies agebant suos. Daniel [5] cum sociis ad aulae ministeria admissus, cum rex mensae suae eduliis eum uti praecepisset, paternarum traditionum memor, missis regiae mensae dapibus, legumina in alimentum impetravit. Adfuit abstinentiae praemium, ut qui corpus escis profanis reficere recusaverat, cum sociis cibo divino ac rerum divinarum intelligentia reficeretur. Intelligentiae autem huius specimen Daniel adhuc puer exhibuit, dum duodecim annos natus, castissima matrona Susanna a praesenti leto vindicata, poenam in accusatores contorsit [6]. Non sine provida Dei cura accidit post ea, ut Daniel

---

[1]) Auctor svasorque exstitit de suorum civium salute sollicitus Jeremias propheta 29, 1. s. ne ante exactos annos LXX exilii de reditu in patriam cogitarent, sed aedes sibi in Babylonia exstruerent, praedia coëmerent, efficerentque ut quam minime molestum ipsis esset exilium. Quibus Jeremiae monitionibus et praedictionibus, ut fidem conciliaret, eadem repetiit, qui ipse cum deportatis in Chaldaea vivebat Ezechiel. Tantum abesse aiebat, ut spes quam conceperant, mox instantis reditus in patriam impleta foret, ut potius et illa quae in Judaea reliqua esset populi pars ultimum fortunae suae excidium sit passura. 17, 15. coll. 12, 21. 13, 2. 17. Cui consilio plurimi revera morem gerentes, domos, hortosque aquisiverunt. Ut probat Joachimi viri Susannae exemplum, qui iuxta Jeremiae consilium aedificarat domum, plantarat hortum, et uxorem duxerat, cui ancillas dederat. [2]) Ps. 136, 1. Ezech. 1, 1. 3, 15. 43, 3. [3]) Ps. 78, 10. 79, 6. 7. Cf. Fulleri, Miscell. s. IV, 2. p. 402. s. [4]) 14, 14. 20. 28, 3. [5]) Dan. 1, 3. seq. [6]) Tenebatur Babylone ceteros inter captivos Judaeus quidam pius, Joachimus nomine, deportatione prima cum Daniele delatus, cuius uxor Susanna forma et pietate ferebatur eximia. Susannam duo senes, exulum iudices, depereunt, quam, ut ad violandam castitatem facilius adigant, solam deprehendere satagunt. In viridario absconditi, dum aqua mulier corpus abluit, ex insidiis erumpentes, deprehensae flagitium svadent, amoris vim causati. Recusantem, ac mori praeoptantem, accusant adulterii. Deferunt, iuvenem cum ea crimen perpetrasse; sed fuga dilapsum, spectatorum manus effugisse. Fide senibus habita matrona pudicissima in iudicium adducta, lapidibus obruenda, secundum

propheta propter somnii de quatuor monarchiis et regno Christi[1] interpretationem ad summos in aula Nabuchodonosoris honores eveheretur, unde plurima commoda in Judaeos redundarunt. Nabuchodonosor Danielis intelligentiam admiratus, praesertim ubi visionum explicatione Deo familiarem esse cognovit, eum regio consilio praefecit. Daniel in aula regis consiliarii sedem adeptus, populo electo impense consulebat. At nimio superbiit Nabuchodonosor fastu. Quippe cum saepius neque modum neque temperantiam victores habere soleant atque in dementiam non raro labantur, Nabuchodonosor quoque rebus prosperis insolens factus[2] statuam auream[3] sibi erigendam curavit[4];

Legem, damnatur. Criminatione iudicum — non minus tribunalis quam senectutis probrorum — et clamoribus plebis prostrata, mulier sola conscientiae fiducia nixa, oculis in coelum sublatis, Deum innocentiae suae vindicem appellabat. Iamque ducebatur innocens ad supplicium, cum Daniel plebem ingressus, publice increpat iniustum iudicium; concionem moratur, iubetque rem melius examinari. Attonitus paret iuveni populus, qui non sine divina inspiratione, quod nempe duodecim annorum puer, iudicibus revocatis, causam denuo perpendi instaret, in forum regreditur. Lite Susannae iterum incoepta, Daniel causam hoc pacto dirimit. Ultro iubet senes separari, interrogatque primum seorsim, quanam sub arbore peccatum Susannae commissum esset? Ille lentiscum respondit. Cumque alter diceret id factum sub prino, responsi diversitas senes convicit calumniae. Concors est, ubi communio fit, malitia, separata autem, mendacem se prodit. Quaesitor utrumque criminis condemnat; eadem, quam periuro testimonio meruerant, poena et lege talionis morituros. Danieli, per quem Deus loquebatur, fidem habuerunt Judaei summi infimique; nequissimos senes morte affecerunt. Hoc iudicium consecuta est publica laetitia; laudes Deo solutae, Susannae ac Danieli gratulationes peractae: cuius intelligentia innocentiam supplicio, castitatem calumnia, populum iniusta caede liberavit. Dan. c. 13.

[1]) Statuam per soporem viderat Nabuchodonosor Dan. c. 2. capite aureo, brachiis et pectore argenteis, aeneo ventre, ferreis simul ac testaceis pedibus. In eam porro irruit, sine manibus hominum desectus, e monte vicino lapillus, qui statuae pedes feriens, eandem deiecit, totaque corruens contrita est. Is postea lapis in montem excrescens amplitudine sua implevit orbem terrarum. Cum divinatoribus chaldaeis haereret aqua, Daniel ea omnia de imperiis Babylonio, Persico, Graeco, Romano, ac denique de Christo enarravit. Cf. G. Meisneri, de quat. monarch. Dan. Witteb. 1641. Herm. v. d. Hardt, de quat. mon. Bab. Helmst. 1708. J. G. Kerkherdere, Prodromo Danielico. p. 340. s. 346. seq. J. C. Velthusen, animadv. ad Dan. II, 27—45. in Comment. V, 360. s. Hävernick, Excurs. ad Comm. Dan. pag. 560. Hoffmann, Weiss. u. Erf. I, 276. s. Caspari, in Zeit. f. l. Th. 1841. IV, 121. s. [2]) Dan. 3. [3]) E lignis coagmentatam crassisque laminis aureis obductam, altitudine cubitorum 60. [4]) In campo Dura. De musicis instrumentis Dan. 5, 3. memoratis l. A. S. Mazochii, exercitat. Daniel. in Spic. bibl. I, 301. s. qua ostenditur non graeca esse nomina sed mere chaldaica.

omnes ad tubae sonitum et musicae concentum eam venerari iussit. Cultum detrectantes manebat certum ardentissimae fornacis incendium [1]. Chaldaeis seu adulatione in principem, seu ignis metu obsequentibus, socii Danielis Sidrach, Misach et Abdenago, memores soli Deo divinos honores deberi, flammis consumi, quam sua sibi sacra corrumpere, maluerunt. Ea pietas omnium iram provocavit. Rapiuntur igitur tanquam ultima meriti in regem; accusantur spreti mandati; postulantur ad necem. Regis edicto manibus pedibusque vincti in fornacem coniiciuntur. Sed circa manus pedesque innocuos temperatus ignis novo libramine volvebatur, et tot circumvolans pastus, sola vincula consumsit: in saevi autem operis ministros velut furens, dum alacrius mulctatos detrudunt, vim totam exserit. Mirum! inter pueros sub hominis specie Dei filius cernitur, non dedignatus cum pueris in supplicio numerari. Hunc attentius Nabuchodonosor contemplatus, Deum spectasse se confessus est. Quare virtutem miratus, missis edictis per omnem ditionem suam, Deum Hebraeorum praeconiis celebravit vetuitque, ne suorum ullus eum contumelia afficeret [2]. Redeuntem postea ad insiti fastus arrogantiam animique ferociam Nabuchodonosorem ita edomuit divina vindicta, ut mentis usu cum principatu privatus, iumento potius quam homini similior inter bestias agri vitam degeret [3]. Absoluto septennio [4], mens rediit

[1]) De fornace ignis. Dan. c. 3. l. exeg. disquis. J. H. Kistemakeri adiectam. Exeg. crit. Ps. 77. et 109. Monast. 1809. p. 98. s. [2]) Solutis eo periculo Hebraeorum proceribus, nova Danieli occasio oblata est spiritum propheticum exercendi. Vidit Nabuchodonosor Dan. 4, 1—24. mirabilem arborem succisam, stirpis dumtaxat radice relicta, denuo in fructus pullulare. Id somnium explicare iussus vates praenuntiavit: per arborem diversas regiae fortunae vices ostendi; non tamen esse fatorum tam ineluctabilem vim, ut piis operibus mitigari non possint. Facile persvasit orator; et revera eleemosynae largiter erogatae fatalem ictum suspenderunt. [3]) Dei punientis manu Dan. 4, 25—30. percussus in phrenesin incidisse putant, quam zoantropiam appellant; cuius vi, turbata mente, animalis mores ingeniumque adscivit, ita ut bovem actionibus exhiberet, forma tamen humana retenta, utut plurimum mutata. Cf. Chr. Hentschel, de metamorphosi Nebucadnezaris. Witteb. 1671. Calmet, Diss. de metamorphosi Nabuchodonosoris. D. V. T. II. 456. J. P. Schroeeri, imp. Babyl. p. 366. s. Saliani, Annal. IV, 840. s. Hengstenberg, Beiträge. p. 100. Trusen, Darstellung der bibl. Krankheiten. p. 162—164. Hävernick, Comm. 512. Niebuhr, Gesch. Ass. 207. 504. [4]) Quo ex decreto divino Dan. 4, 7. s. in dementiae statu perseverare debuit.

ad officium. Nabuchodonosor sibi et regno restitutus, potentiam veri Dei agnovit; quod sane captivis Judaeis, veri Dei cultoribus, maximum attulit solatium. Cum publicum edidisset monimentum Nabuchodonosor, sublatae sibi a Deo atque redditae rationis, non diu post e vita migravit, commendata, ut credere par est filio et successori Evilmerodacho [1] erga Judaeos benevolentia. Hic mox ab inauguratione regem Juda Joachimum vinculis [2] exemit, et quae ad regium honorem necessaria erant, suppeditavit [3]. Ne mortuo Nabuchodonosore, et regnante Evilmerodacho semina cognitionis veri Dei recens iacta in Babylonia suffocarentur, divina providentia cultum sui sustentavit ingenti et quidem multiplici miraculo [4]. Durior fuit Judaeorum conditio sub Baltassare absente ab aula Daniele, qui per aemulos, ut fieri solet, praefectura exutus alicubi quieti sese dederat. Cum Baltassare regnum interiit chaldaicum; ad Persas translatum a Cyro, Medorum et Persarum rege, qui Babylonem munitissimam in potestatem suam redegit [5].

---

[1]) Tempore delirii vicario patris. [2]) In quibus 37 annis detentus erat. [3]) IV. Reg. 25, 27—39. Jerem. 52, 31—34. coll. Ezech. 26, 1. [4]) Daniel draconem, a rege et populo chaldaico venerari solitum, interfecit. Quod cum accepissent Babylonii, facta seditione, Danielem in fossam septem leonum miserunt, ut ab his discerperetur. Sed leonum os atque famem Deus per angelum suum compressit, et ut res esset illustrior, ei per Habacucum cibos suffecit. Habacuc v. p. 423. cum messoribus suis prandium ferret, ab angelo crine abreptus et Babylonem translatus, Danielem pavit. Septimo post die rex ad speluncam adfuit prophetae parentaturus. Simul in antrum ut oculos demisit, Daniel, dudum conclamatus, leonum medius se conspiciendum offert. Rex laudato Deo Danielis, incolumem e fovea extrahi, auctores vero huius facinoris in eandem mitti praecepit qui illico a feris devorati sunt. Dan. c. 14. Quanta autem deinceps Danielem complexus sit benevolentia non arduum est aestimare.— Interim de numero et annis principum, qui a Nabuchodonosore ad interitum imperii Chaldaeorum Babylone regnarunt, non solum apud recentiores sed etiam apud antiquos scriptores maxima est diversitas; ita quidem, ut quibusnam potissimum fides habenda sit, difficillimum sit recte constituere. Cf. Schroeerum, c. l. p. 370. s. coll. II. Par. 36, 20. Jer. 27, 7. cum fragmentis scriptorum chaldaicorum Berosi et Megasthenis apud Josephum c. Ap. I, 20. pag. 451. proximus ab Evilmerodacho erat Neriglisorus, post hunc vero Nabonidius, Baltassar Danielis. c. 5. Mira in nominibus regum Babyloniae ab idolo Bel sive Nebo sumtorum est permutatio. [5]) Idque hunc in modum. Baltassar, urbem quam virorum bellatorum multitudine, commeatuumque copia instruxerat, inexpugnabilem ratus, dies laetos secure agens luxui ac deliciis indulgebat. Cumque pellicibus purpuratisque convivium Dan. c. 5. adornasset, sacra Deo vasa, quae Nabuchodonosor Hierosolymis abstulerat, quaeve in

Et sic adimpleta sunt non unius Prophetae vaticinia. Cyrus fati babylonici nescius id fecit, quod Deus decreverat. Ad ulteriora regna occupanda sese accingens regnum honoris ergo Dario patruo suo [1] tradidit, qui secundum Medo-Persarum instituta ius dixit [2]. Darius Danielem prophetam, ob recens editum vaticinium, eodem apud se loco habuit, quo apud Baltassarem regem fuerat, cum ipsum centum viginti Mediae satrapis praefecit [3]. Daniel

---

thesauris regiis asservabantur, produci iussit, ut uxor, concubinae, magnates ea profanarent. Ille temulentus ex eis vinum hauriebat; cum ecce repente manus, e coenaculi pariete prominens prodigiosam ducere scripturam: Mane, Tecel, Phares, מְנֵא, תְּקֵל, וּפַרְסִין — numeravit, appendit, dividentes, notanda assonantia, Persae! — quae exitium imperii babylonici portendebat. Scriptura ita comparata fuit, ut sapientes et magi excisam viderent, non tamen legere possent, quo fiebat, ut rex atque optimates eius incerto metu in re tam insolita vehementer conturbarentur. Regina sollicita pro re, quae acciderat, regem hortabatur, ut Danielem huiusmodi rerum obscurarum scientissimum iuberet ad se vocari. Daniel introductus, hac occasione sumta, regem ad altissimi cognitionem et timorem conatur adducere, proposito exemplo avi eius, ut quem secutus erat superbientem, sequeretur poenitentem. Scripturam vero interpretabatur hoc modo: Exacte numeravit Deus dies regni tui, quia inventus est levior, dividendum regnum a Medis et Persis. Eadem illa nocte convivii non vana praedictione Danielis et ante 140 annos Isaiae 13, 19. s. 14, 1—27. urbs Babylon astu expugnata, et Baltassar ultimus monarcha chaldaeus regno et vita privatus est. Aderat enimvero terminus a Deo ipsi praestitutus et LXX anni, sub quorum decursu Babylonis iugum Judaei portaverant, ad finem properabant. Tum Cyrus Medo-Persarum rex foedus, quod cum hostibus suis Lydis Babylonii iunxerant, vindicaturus cum exercitu accessit, occurrentes sibi cum rege Babylonios prostravit; imo ipsam urbem suae subiecit potestati. Cyrus probe noscens urbem terra inexpugnabilem esse, fluvium Euphraten, qui mediam civitatem interluit, per innumeras fossas hinc inde paratas, alio divertit, Persaeque hac ratione urbem ingredi poterant victores. Unde et factum, ut quamvis extrema urbis pars iam capta esset, nondum tamen se victos mediam inhabitantes sentirent, ob commessationes, quibus propter festum diem indulgebant. V. Xenophontis, l. VII, 5 et VIII. Cyropoediae. ed. C. A. Thieme. Lips. 1763. I, 433.. Eleganter haec conveniunt cum Jer. 51, 31. s. Atque hic erat exitus regni in toto Oriente olim potentissimi!

1) Cyaxares II. Cyrop. I. 5, 2. VIII. 5, 9. I, 49. 526. coll. Josephus Ant. X. 11, 4. I, 540. 2) Ut constat ex Daniele. c. 6. 3) Erant enim Dan. 6. tres summorum constituti principum, quibus a subiectis praefectis actorum reddenda ratio. In iis triumviris eminebat Daniel proximus a rege. — De regiminis persici forma, de imperii administratione et singulis satrapiis ornate disputat J. Szabó, in descriptione persici imperii. Heidelb. 1810. p. 60—170. — Illi primarium honorem Judaeo ac peregrino deferri, iniquo animo ferebant. Invidia perciti, ut Danielem praecipitem darent, regem, solita principum ostentatione facile delusum

interim uti antea vaticinio, sic postmodum prodigio, clarior apud omnes evasit; firmatis Judaeorum fortunis sub ipso, qui suis honoribus restitutus est. Nec diminutae sunt sub Cyro, ad quem mortuo Dario, devolutum est rursus imperium. Cum vero periodus septuaginta annorum exilii finem attingeret, Daniel [1] ad preces se convertit accepitque responsum, quod votis erat maius. Etenim angelus pollicetur non modo futurum mox reditum atque restituendas cum Templo Hierosolymas; sed etiam septuaginta hebdomades determinat, in quarum fine ipse Messias veniret. Atque ita Deus non solum Danielis animum ad fervidas preces movit, sed etiam illorum, qui in populo erant, vel recens fuerant conversi. Qui post deletas Hierosolymas Aegyptum se contulerunt, idolis litasse, eaque de causa a Jeremia reprehensos fuisse, vidimus [2]. Idem fecerunt primo tempore, qui Babylonem sunt deducti [3]. Avertere contenderant prophetae stolidum illum et ingratum populum ab impiis sacrificiis et impura superstitione, sed diu perperam [4]! Tandem iuxta vaticinia [5] ab hoc flagitio destiterunt [6]. Ita maximum beneficium fuit, quod Deus populo conversionem donaverit, ut viam praepararet ad liberationem, quae nonnisi poenitentibus promissa fuit [7].

induxerunt, ut sibi divinitatis munus arrogaret: cogerentur omnes per mensis spatium quidquam a nemine nisi ab uno rege postulare. Daniel gnarus non homini sed Deo soli preces esse faciendas, nihil de pristina legis tenaci observatione remisit; quare a satrapis, qui ex improviso cubiculum ingressi eum in genua provolutum invenerant, altera vice tanquam edicti regii praevaricator accusatus est apud regem, et ingenti iurgio supplicium nupera lege sancitum, reo depostulatum. Diu obluctante Dario, demum pervicere principes. Mittitur ergo in leonum antrum; sed potentia Dei Hebr. 11, 33. illaesus ex eo evasit, falsi vero accusatores lege talionis in belluarum lacum praecipati sunt, qui non simili fortuna perfungebantur. Nam continuo leonum unguibus discerpti, eorum famem expleverunt. Danielis aemulis sublatis, rex veteri edicto aliud superaddidit, quo Judaeorum Deum omnibus adorandum Numen coeli confitetur.

[1]) Cap. 9. [2]) Cf. Jerem. 44, 17. [3]) Nam non plane ab illa nequitia eos abstinuisse docent: ipsius Domini Ezechielem alloquentis verba. 20, 30. [4]) Res quidem plane mirabilis, quemquam eo insaniae devenire, ut nociva probet, et usque adeo vecordem fieri, ut quod periculum propterea subierunt antenati non perhorrescat; sed saeculorum istorum vitium fuit. Quanta vero impiarum opinionum tyrannis sit, ubi semel insanire coeperunt homines, dies hodiernus docet! [5]) Baruchi, 2, 30. [6]) Quando vero id acciderit res altioris indaginis est. [7]) Externus Dei cultus in omnibus observari non potuit, Templo deleto. Excitabatur

§. 142. Propheta Ezechiel.

Jeremiam et quae ad ipsum pertinent, recte ob rationem mporis excipit Ezechiel [1], cuius auspicia [2] ad Joachini Babylone ptivi tempus [3] referuntur. Sed etiam ratione argumenti uterque, co licet seiuncti, intime iungitur. „*Uno atque eodem tempore Jeremias ophetabat in Jerusalem, et Ezechiel in Babylone, et illius prophetia mittetur ad captivos; et huius ad eos, qui habitabant in Jerusalem; ut unius diversis regionibus Dei providentia probaretur, et intelligerent audientes, uaecumque accidebant populo, nequaquam idolorum potestate, sed Domini ssione consistere*“ [4]. Vicesimo septimo exilii sui anno adhuc pro-

---

tidem in iis locis, in quibus altare holocaustorum stetit, opere tumultuario forme aliquod altare, Bar. 1, 10. sed oportet illud intercidisse. Coll. Dan. 3, . Ab iis autem si discedimus quae in Templo peragi debebant sacra, in relidis viri pii inter exules legis mosaicae erant observantes, cumprimis in precibus r stata tempora ad Deum fundendis, facie versus Templum directa. Dan. 6, . coll. III. Reg. 8, 48. Proseuchas tamen vel synagogas sub exilium babylonum iam erectas fuisse evinci nequit, neque magis an solennis Pentateuchi stio tunc iam obtinuerit. Illud vero occurrit, Judaeos convenisse ad audiendos ophetarum, qui eo tempore vixerunt, sermones. Jer. 44, 1. Ezech. 8, 1. 14, 1. 33. 31.

[1]) יְחֶזְקֵאל, robur Dei, Origenes in Ezech. XIV, 179. „ὅς ἑρμενεύεται ἀτος Θεοῦ;“ praevalebit Deus, Nomen „corroborationis“ habuit personae nvenientissimum. Credibile est pios parentes imprimis patrem Bus 1, 3. sacertem, corruptissimis illis temporibus huius emphatici nominis impositione fidem m testatos esse. Cf. Witsii, miscell. p. 197. [2]) 1, 2. [3]) Annum quintum igrationis, tricesimum a solennni illa redintegratione foederis anno Josiae 18 sta, ut notant Chaldaeus, s. Hieronymus, explanatione, ad h. l. Comm. l. I. 1. V, 3. et alii. V. Hävernick, Comment. ü. d. Proph. Ezechiel. Erlang. 1843. g. 13. [4]) Ita s. Hieronymus, Comm. l. III. c. 4. V. 116. E. c. Prophetiae remiae c. 23. singula fere commata Ezechiel c. 34. retractando elucidavit, ita hoc vaticinium Ezechielis paraphrasis Jeremiae possit haberi. Cf. Movers, de rimsque. p. 33. 34. Jeremiae vaticinia de excidio templi et urbis confirmavit pularibus sibi concaptivis, quibus mira pollicebantur prophetae falsi, quorumque ilitatem ridebant, quod se ultro Chaldaeis tradidissent et temere patriam repuissent. V. Jer. 29, 20. 21. Fore quamprimum confringendum iugum chaldaim, propediem libertatem adesse! Spem iam eripit Ezechiel 33, 24—29. omnem petendae possessionis impiis illis, qui in urbium ruinis, in vallibus et agris saxorum latebris praesidium sibi aut domicilium locaverant. Unde et qui lerosolymis erant et viderant adhuc urbem stare, quam Jeremias casuram esse aedixerat, audientes Ezechielis vaticinia Jeremianis ad amussim respondere, n parum in fide proficiebant, quia naturaliter accidere non potuit, ut unus in daea, alter vero in Chaldaea sic quasi ex uno ore proferrent vaticinia, ac si duo ntores alter ad alterius vocem se componerent.

phetare Judaeis invenitur [1], unde recte creditur [2] cum annos viginti duos vaticinatum esse; de ceteris vero eius fatis nihil constat [3]. Non verbis tantum sed et symbolicis factis propheticum munus obivit, iudaico populo [4] in portentum datus. Quare s. Thomas [5] verissime scribit: *„Auctor s. Scripturae est Deus, in cuius potestate est, ut non solum voces ad significandum accomodet, quod etiam homo facere potest, sed etiam res ipsas."* Summa prophetiae Ezechielis inchoat cum discessu Domini e Templo, quod omnium scelerum colluvione Judaei foedarunt, atque Deo invisum reddiderunt. Describit gloriam Dei recedentem a synagoga, finitque reditu Dei in Templum novum; sub cuius figura instaurationem Theocratiae et renovationem pietatis per Christum exhibet. Vaticinia proinde Ezechielis duplici potissimum parte constant; quarum prima I–XXXII. elenctica est, continetque visiones altissimas, nec non sermones celeberrimos de reiectione populi electi. Captivis in Chaldaea exprobrat hypocrisin ac cordis duritiem; Judaeorum praeterea absentium atque in terra s. adhucdum degentium, aliarumque gentium morum perversitatem gravissimis verbis insectatur. Severissimas idcirco Dei vindicis praedicit castigationes. Ad haec cunctos et singulos ad morum correctionem tolerantiamque in sustinendis divini ultoris poenis adhortatur; demum altera parte paracletica post vastatam Hierosolymam edita 33, 21. 22. a c. XXXIII–XLVIII. miseros Babylone detentos, qui se a Deo plane derelictos esse suspicabantur, dum, urbe et Templo, gratissimo Dei domicilio, in cinerem redacto ac quodammodo perpetua oblivione sepulto spes omnis videbatur pristinae dignitatis recuperandae sublata, spe futurae e servitute liberationis consolatur. Eam spem ut erigeret suae gentis amantissimus vates de Christi in assumta a Verbo humanitate eiusque mystico aedificio „Ecclesia" variis splendidisque imaginibus vaticinatur. Praeterea pollicetur spiritualem Israelis et Judae unionem, incrementum regni Messiae accessione gentium ad eum atque interitum hostium Ecclesiae

[1]) Ezech. 29, 17. [2]) Coll. 1, 1. [3]) Eius festiva memoria habetur in Martyrologio romano., p. 178. — quo cum facit, V. Beda, Op. III, 297. — quarto idus Aprilis; ubi traditur Ezechiel a iudice populi Israel, quod eum de cultu idolorum argueret, apud Babyloniam interfectus. [4]) Ut ipse de se ait 24, 24. [5]) Summ. I q. 1. art. 10. I, 10.

prodit [1]. Ezechiel mox sub principium, atque in limine sublimis, a symbolis orditur suam prophetiam. Videt c. 1. Gloriam Dei vectam in curru Cherubim; hac visione edoctus atque confirmatus mittitur ad vaticinandum populo contumaci. c. 2. Devorato volumine, rursusque monstrata Gloria Domini, ablegatur ad filios Israel. c. 3. Praedicit obsidionem et pressuram urbis Jerusalem non tantum verbis, sed signis et factis insolitis, quae admirationem excitarent. c. 4. 5. Comminatur desolationem terrae sacrae; c. 6. iam imminentem. c. 7. Raptus spiritu vates Hierosolymas, nefarias abominationes ab idololatris in Templo Domini admissas cernit. c. 8. Caedes facta a Babyloniis in s. urbe describitur, a qua eximuntur c. 9. illi quorum frontes vir lineis vestitus signo ת distinxit. Describit c. 10. quomodo gloria Domini recedit a Templo. Viris hierosolymitanis, prophetae contemtoribus, qui confidebant in urbe dicentes: nonne dudum aedificatae sunt domus, haec est lebes, nos autem caro; 11, 3. vaticinatur excidium; detentis vero Babylone reditum promittit in patriam. 4–25. Fuga sua c. 12. portendit exilium, ostendit visionem prophetarum non cassam futuram nec in longum differendam; minatur c. 13. pseudoprophetis, hypocritis, c. 14. et idololatris famem, gladium et pestem; deinde promittit reliquias Israel servatum iri. Sub parabola vitis infrugiferae, c. 15. sponsae deformis et adulterae; c. 16. pingit scelera Jerusalem. Proposito aenigmate aquilae, quae tulit de semine terrae et plantavit vineam, quae attamen non prosperavit c. 17. vaticinatur excidium r. Sedeciae, atque exaltationem stirpis r. Joachini. Testatur Deus c. 18. non esse puniendos filios pro delictis patrum; sed unicuique reddendam pro meritis vitam, vel exilium. Figura una c. 19. leaenae et leonis describit captivitatem filiorum Josiae; altera vineae praeteritam urbis sacrae fortunam, praesentem miseriam. Consultus Ezechiel c. 20. a senioribus exprobrat illis nomine Dei peccata, negatque se responsurum ad eorum voluntatem; mox quo eos ad aemulationem provocet, dicit colendum se a veris Israelitis. Praenunciat c. 21. gladium regis Chaldaei magnam facturum esse stragem; eaque peracta, Babylonium in terra sua perdendum. Recenset c. 22. varia civium scelera. Supplicium idololatriae Samariae et Hierosolymarum declarat c. 23. symbolo impudicitiae duarum unius foeminae filiarum earumque poenae. Ipso die [2], quo incipiebat oppugnari Jerusalem, figura ollae, pinguioribus carnis partibus repletae 2–14. appositaeque ad ignem; item sub metaphora uxoris mortuae

---

[1]) Ceterum in disponendis vaticiniis suis temporis seriem non adeo pensi habuit quam argumenti nexum. [2]) Coll. c. 39, 52. Jeremiae, qui praesens aderat.

pro qua nullum facere iussus est luctum, revelavit obsidionem urbis et durissimam quidem, cum non liceat incolis ea, quae fert usus et natura postulat, adimplere. Sequitur intentatio ac promulgatio iudiciorum divinorum in varias exteras gentes. Minatur nimirum Ammonitis, c. 25, 1–7, Moabitis, 8–11. Idumaeis 12–14. et Philisthaeis 15–17. exitium, eo quod de casu Hierosolymarum et Judaeorum afflictione exultaverint. Praedicit c. 26. eversionem Tyri; pingit sub navis allegoria iactantiam eiusdem, sed et ruinam naufragio non absimilem. c. 27. Principem Tyri de arrogantia convincit; c. 28, 1–19. subnectit Sidonis deplorandum casum et Israelis liberationem. 20–26. Superbiam Pharaonis quoque Aegypti puniendam denuntiat, Aegypto mercedis loco Nabuchodonosori concessa; Israelis vero regnum erigendum. c. 29. 30. 31. 32. [1] Pars secunda habet benevolas promissiones solatii plenissimas, quibus triumphum regni Dei repraesentat. In prooemio refellit Judaeorum erga Dominum querelas. C. 33. ait nihil Judaeis, si a iusto exciderint, profutura prius recte facta, quemadmodum neque noxia futura peccata priora, si poenitendo ab impietate resipiscant. Reprehensa pastorum Israel, qui semetipsos, non gregem Domini, pascebant, negligentia et avaritia c. 34. promittit Deus se, iis amotis, curam gregis sui suscepturum, venturum ad eas optimum pastorem e davidica gente oriundum, qui oves suas congregabit, easque in meliora pascua deducet [2]. – Simile invenitur 37, 22. 24. [3] – Idumaei, et qui illorum nomine censentur inimici regni Dei, interibunt. c. 35. Populo Judaeorum emendato et plane regenerato aqua munda baptismatis, liberaliter regionem sacram in pristinum decus revocabit. c. 36. Figura aridorum ossium reviviscentium proponit c. 37. reditum populi de captivitate, imo sub vivificatione in ossibus campi resurrectionis imaginem. Gog cum valido exercitu Israelem adorietur, sed multis cladibus eum cum copiis suis dissipabit

---

[1]) Vaticiniis adversus Judaeos, moderante spiritu divino, attexuit oracula contra gentes. Intererat providentiae divinae, ut mortales nossent omnium dominatorem Deum neque ex infirmitate permisisse casum populi sui, neque ex odio in suae gentis homines saeviisse. Quin potius ut aequum iudicem pro ipsorum impietate meritas poenas exegisse; exterorum nihilominus insolentem iactantiam repressurum esse. Alioquin videri potuisset Hebraeorum religio ab idololatria superari, esseque deterioris prae illa conditionis et sortis. Quae quidem persvasio fuisset omnino fidei religionisque subversio. [2]) Cf. 34, 23. et Joann. 1, 45. 10, 11. 14. [3]) Quod Christo vindicant Origenes, in Ezechielem XIV. S. Hieronymus, comm. l. XI. p. 439. „Tantae erit clementiae, ut non solum rex, sed et pastor appelletur, eo quod superbum nomen imperii, pastoris vocabulo mitiget." S. Augustinus, serm. XLVI. de pastoribus, in Ezech. 34. ed. ben. V, 225. s. de Civ. Dei. l. XVIII, 34. II, 274.

Dominus. Hac victoria Dei potentia inter omnes gentes illustris evadet. Israelitae dissipati reducentur; et qui in terra s. versantur tot bonorum copia cumulabuntur, ut qui adhuc in dispersione tenentur, festinent redituri. c. 38. 39. Denique splendido ac magnifico schemate, a capite quadragesimo usque ad finem, in structura Urbis et Templi spectavit Ezechiel [1] novam et spiritualem Jerusalem i. e. Jesu Christi Ecclesiam [2]. „*Hoc enim Templum, et ordo Sacerdotii, multo augustius est, quam fuit quod Salomon exstruxerat. Illud autem quod aedificatum est sub Zorobabel parvum erat et prioris comparatione nihili*“ [3]. Quocirca merito eum s. Hieronymus, praestantissimus Ezechielis interpres [4], Oceanum scripturarum, mysteriorumque Dei labyrinthum appellare non dubitavit. Quamvis enim Ezechiel haud aliter ac Isaias plurima de Christo eiusque regno persequatur, hoc tamen inter se distant, quod ille aperto sermone disertisque verbis etiam difficilia creditu literis consignavit, hic vero contra sacris veluti hieroglyphicorum arcanis ea descripserit. Itaque ex hac parte maxime Propheta dicendus est Ezechiel secundum Augustini sententiam [5]; iuxta quem minus est propheta, qui rerum signatarum solo spritu videt imagines, magis qui solo earum intellectu praeditus est, maxime vero, qui utroque, ut Ezechiel, excellit [6]. Omnium consensu Ezechiel in imaginum ornata elaboratione acurataque deductione sic est ingeniosus et facundus, ut nullus prophetarum hoc studio illum aequaverit [7].

---

[1]) Coll. Apoc. 21. ubi urbs illa non minus graphice describitur. [2]) Huius vero statum exhibet verbis atque phrasibus statui Hebraeorum accomodatis, i. e. describit formam urbis, templi et cultus Hebraeorum. [3]) Ita s. Hieronymus, comm. in Ezech. l. XII. c. 40. V, 464. Cf. interim p. 139. Item J. Langii, Historia eccles. p. 723. Villalpandi, apparat. urbis et templi. II, 2, 33. J. F. Boettcheri, epimetrum ad E. F. C. Rosenmülleri, Sch. V. T. in comp. Lips. 1833. p. VII, 577. s. Hävernick, Comm. l. c. p. 621. s. [4]) Praef. l. XIV. Comm. in Ezech. V, 562. [5]) L. XII. de Gen. a. l. c. 9. ed. ben. III. a. p. 303. [6]) Prophetiarum Ezechielis obscuritas in causa fuit, cur eius vaticiniorum exordium ac finem, ante annum aetatis tricesimum apud Hebraeos legere nemo permitteretur, teste s. Hieronymo, Prologo comm. in Ezechielem. V, 3. „ut, nempe, ad perfectam scientiam et mysticos intellectus plenum humanae naturae tempus accedat.“ [7]) Ezechielis ingenium et eruditionem laudat ipse quoque Ewald, Die Propheten d. alten Bundes. II, 212. Cum vero in regione chaldaea diu versaretur, eius dictio aliquem contraxit chaldaicum colorem. Hoc autem ei privum est, quod maximum studium posuerit in perquam diligenti usu dictionum Pentateuchi, (has collegit: Zunz,

§. 143. Daniel.

In Bibliis s. Vulgatae, quartum inter prophetas maiores locum obtinet Daniel [1]. Judaei recentiores suo in Canone, ut iam s. Hieronymus notarat, Danielem in Hagiographorum, minime vero in Prophetarum classem posuere [2]. Christiani moti appellatione, quam ei Salvator dedit, prophetae [3], Danielem in maiorum prophetarum numero ponunt. Suffragantur Judaei ipsi antiquiores [4]. In argumento Libri huius sapientissimi viri, teste ipso divino Spiritu [5], duae partes, tenore inter se diversae, una quidem historica, altera prophetica constitui debent. Quarum prior C. C. I–VI et XIII. atque XIV. historias exhibet [6] Danielis ac sociorum in aula tum babylonica tum Darii Medi; altera C. C. VII–XII. continet visiones propheticas Danieli obiectas. Anno primo Baltassaris c. 8. Daniel visum habuit [7], quatuor ferarum, leonis, ursi, pardi nec non cuiusdam terribilis ac durae ferae, quae non nominatur [8].

---

gottesdienstl. Vortr. d. Juden. Berlin. 1832. p. 160. s.) et Proverbiorum. Cf. Ezech. 12—19. et Prov. 12—18. Peculiaris huic prophetae, quam nonagies in suo volumine adhibet, expressio est: fili hominis!

[1]) דָּנִיֵּאל, q. d. Theocritus, Judex Deus. Ex interpretatione s. Hieronymi, „iudicavit me Deus.“ Cf. Gen. 30, 6. Daniel recte nominis sui significationi respondit, fuit in occultis abditisque Dei iudiciis explicandis, ut ex eius Libro perspicuum est, admodum singularis. Annuam Danielis memoriam signant martyrologia latina die 21. Julii. V. Acta Sanct. Bollandi, Jul. V, 127. In quo a p. 117—130. legitur sylloge historica de s. Daniele erudita et ampla. [2]) Varias ipsi quidem causas commenti sunt. E. g. quod in palatiis regiis auliorumque negotiorum strepitu educatus versatusque fuit. Cf. de his Relandi, Antiq. s. p. 134. Huetii, demonstr. ev. prop. IV. p. 223. Witsii, Miscellan. s. pag. 201. Hengstenberg, Die Autenthie des Daniel. Berlin. 1831. pag. 26. seq. propter quas istud fecere; quae tamen adeo leves et futiles sunt, ut examen non mereantur. [3]) Matth. 24, 15. [4]) Ex his Josephus, Antiq. X 11, 7. I, 543. unum e vatum maximis ἑνί τινι τῶν μεγίστων εὐτυχήσῃ προφητῶν vocat, et aliis praefert. Sed et R. Jachiades — apud Witsium, l. c. p. 202. — scribit Danielem summum terminum prophetiae, assecutum esse. Sane Danieli omnia prophetiae requisita adsunt et modo quidem praestantissimo; sive res, quas praedixit, spectemus; sive formam revelationis, in qua familiaritas Dei cum propheta clarissime elucet. [5]) Ezech. 14, 14. 20. 28, 3. [6]) Ut supra enarravimus. p. 475—480. [7]) Somnio Nabuchodonosoris 2, 27—45. respondens, sed distinctioribus cuncta pingens coloribus. [8]) Capiti aureo statuae somnio propositae convenit leo, imago monarchiae chaldaicae; ursus persicum, pardus graecum, fera quarta,

no tertio Baltassaris c. 8. eidem Deus obtulit aliam visionem, a hirci et arietis imaginibus indigitantur regna persicum et ecum cum minoribus regnis ex hoc ortis [1]; post varios occasus ortus cornuum, de uno eorum eggressum est cornu modicum, 9. s. cuius historias luculentius descripsit propheta, quod cornu ius [2] facta ad Judaeos magis pertinerent. Cap. 9. Daniel, praessa prolixa confessione peccatorum, orat, ut Deus ignoscat urbise Jerusalem tandem recordetur. Tunc revelatione facta Deus tem consolatus est. Daniele orante exiit edictum a Deo, ut briel prophetam conveniret, eumque de re, quam cupiverat, ceret; non solum de instanti Hierosolymarum restitutione et universi populi reductione, sed etiam de Redemtione per ssiam post hebdomades septuaginta [3] certo habenda. mo tertio Cyri vates noster iam grandaevus c. 10. moerore corres, ieiunio et precibus a Deo quaesivit, quamdiu adversis futuri ent obnoxii. Et erat quidem propheta exauditus, missuse Michael ut ei satisfaceret. Sed princeps Persarum et Graeum restitit ne vulgaretur arcanum. Praeliatus est Michael contra umque et post unum et viginti dies vicit [4]. Enucleatius c. 11. truitur Daniel de bellis, quae Alexandri M. successores inter se ent [5]. Michael ceterum, protector Judaeorum, pugnabit pro tibus populi electi atque statuto tempore omnis prophetia mplebitur. Cap. 12. Cum Esdrae libro hoc habet commune od hebraicus et chaldaicus sermo in eo alternent [6]. Oratio

---

nda valde, romanum imperium praesetulit. Hoc ultimo eruto, Deus novum num, in aeternum permansurum conditurus erat.

[1]) Regnum Graecorum, summae sub Alexandro celeritatis, evertit regnum sarum. [2]) Antiochum repraesentatis. [3]) Quibus septuaginta annorum septiae significentur. [4]) Unde Judaei discere poterant quantus angelus illorum sam ageret. [5]) Imprimis vero de Antiocho Epiphane infensissimo Judaeorum secutore. [6]) Nempe a c. I—II, 3. hebraice; II, 4.—VII. chaldaice scripsit; inc c. VIII—XII. sive usque ad finem Libri lingua hebraica servatur. Chalo idiomate tum praesertim utitur, cum verba alicuius referenda suscipit. g. recitaturus edictum Nabuchodonosoris, colloquium cum Magis a se factum. e omnia documentum praebent apertissimum de scriptoris ingenuitate et de opistia libri. Daniel enim utriusque linguae facilem habuit usum; hebraicae, a ipsius vernacula esset, chaldaicae vero, quod in aula babylonica ea imas, inde a iuventute illi adsvetus fuisset.

Azariae [1], Canticum trium puerorum [2], uti et historiae Susannae, atque Beli et Draconis[3] graece tantum servatae sunt, ex hebraicis vel chaldaicis literis, qua in sua origine scriptae erant, hac lingua expressae [4]. Archetypum textum diu post LXX interpretes permansisse, ex nova interpretatione, quam inde adornavit Theodotio [5] manifeste intelligitur; neque tamen si adhuc exstaret, critici id ferrent acceptum, qui reliqua quoque capita Danieli abiudicare non erubescunt [6]. Dicendi genere utitur languido nec satis magnifico; at vero rerum magnitudine, symbolorumque varietate humilitas orationis abunde compensatur.

§. 144. Danielis auctoritas canonica et divina.

Libro Danielis ex ipsa Prophetiae singulari praestantia ut plurimum dignitatis accedit. Quantum ipsi debeamus, reticeri non potest, quibus certo annorum evoluto spatio apertissime Redemtionem in Christi adventu et morte annuntiavit. Nam quemadmodum s. Hieronymus [7] commonuit „*Nullum prophetarum tam aperte dixisse de Christo. Non enim solum scribit eum esse venturum, quod est commune cum ceteris; sed etiam quo tempore venturus*

---

[1]) Cap. 3, 24—45. [2]) 3, 51—90. [3]) Capita 13. et 14. [4]) Illud memoria est repetendum, quod historiae Susannae initio prophetiae Danielis locatae erant; quemadmodum adhucdum praestantissimi exhibent codices, praesertim Vaticanus, et Alexandrinus aliique graeci. Cf. (Simon de magistris) Daniel secundum LXX ex Tetraplis Origenis e Chisiano codice editus. Goett. 1774. p. 10. V. e. Vet. Test. ex vers. septuaginta interp. cura. J. J. Breitingeri. Tiguri. T. III. 1732. p. 405. J. N. Jaeger, Vet. Test. Graec. iuxta sept. int. Tom. II. Paris. 1844. p. 634. [5]) Ecclesia Origenis — qui praetermissa LXX interpretatione, cum animadverteret a ceteris, ipsoque textu eam haud parum differre, Theodotionis versionem in Tetraplis collocavit — fama et studio commota, Danielem non iuxta septuaginta senes sed ex Theodotione legit. „*Judicio magistrorum* ait s. Hieronymus ad Dan. 4, 6. p. 646. *Editio eorum in hoc volumine repudiata est; et Theodotionis vulgo legitur, quae et Hebraeo et ceteris translationibus congruit.*“ [6]) Ex hebraico aramaicove exemplari translationem istarum particularum factam esse, minime vero easdem a recentiore quodam textui septuaginta virali adiectas fuisse, fatentur ex acatholicis quoque: F. Delitzsch, de Habacuci prophetae vita. p. 28. 29. 37. Fritzsche, V. Handb. d. Apoc. I, 114. Judaeis notas fuisse constat e monimentis quae produxerunt Jos. de Voisin. in prooem. pug. fidei. pag. 128. et auctor R. Martini, p. f. p. 3. III, 23. ed. Carpzovii. Lips. 1687. pag. 956. [7]) In Praefatione in Dan. ad Pammach. et Marcell. V, 618.

sit docet; et reges per ordinem digerit, et annos enumerat, ac manifestissima signa praenuntiat. Quae quia vidit Porphyrius universa completa, et transacta negare non poterat, superatus historiae veritate, in hanc proruppit calumniam, ut ea quae de Antechristo futura dicuntur, propter gestorum in quibusdam similitudinem sub Antiocho Epiphane impleta contendat. Cuius impugnatio testimonium veritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit, ut Propheta incredulis hominibus non videatur futura praedixisse sed narrare praeterita" [1]. Librum Danielis unius, et quidem eius qui fertur auctoris, Prophetae Danielis opus esse, proinde canonicae et divinae auctoritatis, liquet ex sequentibus. A. Secundum res ipsas quas tractat totus Liber necessario Daniele tribuendus

[1]) *Porphyrius XV. libros „λόγοι κατὰ τῶν χριστιανῶν" inscriptos exaravit, inter quos duodecimus, teste s. Hieronymo, l. l. authentiam Danielis impugnavit. „Porphyrius nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est nomine, esse compositum: sed a quodam, qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Judaea, et non tam Danielem ventura dixisse, quam illum narrasse praeterita. Denique quidquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere; si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum," Praeter anteque s. Hieronymum Eusebius Cesareensis, Appollinarius et Methodius Porphyrium refutarunt. Interea Christiani Danielem quam plurimi facere perrexerunt. Cf. Theodoreti, praef. in Dan. II, 2. p. 1055. s. Cum vero de Codice sacro audacius iudicari coeptum est, authentia Danielis in dubium vocata, quin penitus negata fuit. Primus qui librum nostrum a Daniele originem non ducere dixit erat Spinoza, Tract. theol. pol. c. 10. p. 131. Eandem opinionem protulerunt: Eichhorn, Einl. III, 363. s. Corrodi, Versuch einer Beleuchtung d. Gesch. d. i. u. c. Bibelcanons. Halle. 1792. I, 75. s. Bertholdt, II. K. Einleit. p. 1543. s. Daniel aus dem hebr. erklärt. Erlang. 1806. p. 49, s. Bleek, Berl. theol. Zeitschr. 1822. III, 171. s. J. A. G. Hoffmann, Diss. introd. in l. Danielis exhibens. Poemeccae. 1832. p. 33. s. 49. s. V. D. Maurer, Comm. gramm. crit. in V. T. Lips. 1838. II, 76. Redepenning, in theol. Stud. u. Krit. 1833. III. 1835. I. Lengerke, Das Buch Daniel. Königsb. 1835. integris prolegomenis, quae egregie confutavit. H. Hävernick, Neue Untersuchungen über das Buch Daniel. Hamburg. 1838. Knobel, Prophetism. II, 389. s. Ewald, Propheten, II, 559. Wette, Einleut. p. 351. Hitzig, Das Buch Daniel. Leipz. 1850. p. IX. s. Lücke, Versuch ein vollst. Einleit. in die Offenb. des Joh. Bonn. 1831. I, 30. Bunsen, Gott in der Gesch. I, 514. s. Bleek, Einleit. 584. s. Omnem νοθείας speciem removerunt, argumentaque eximia pro authentia excitarunt: D. J. B. Lüderwald, Die sechs ersten Cap. Daniels. Helmstädt. 1787, Stäudlin, Neue Beiträge zur Erläuterung der Proph. Gött. 1781. p. 294. Rosenmüller, Schol. in V. T. X. Daniel. Lips. 1832. ex parte p. 18. Hengstenberg et Hävernick, l. l. Hug, Zeitschr. f. d. E. Frib. VI, 150. Herbst, Einl. II, 2. p. 80. s. Scholz, Einl. 3, 482. Keil, Einl. p. 444. Haneberg, Einl. p. 177. Reusch, p. 108. Delitsch, in Herzogs R. E. III, 271. s. Auberlen, d. Prophet Daniel a. d. Offenb. Joann. Basel. 1857. D. Zündel, Krit. Unters. ü. d. Abfassungszeit d. B. Daniel. Basel. 1861. 2. s. 54. s. 239. s.*

est. Quod praesertim e dicendi forma, qua Daniel in prima persona de se ipso loquens[1] inducitur, elucet[2]. Nihil in ea scriptione reperitur quod non conveniat Danieli nato Habraeo, in Babylonica aula educato, lingua chaldaica atque magorum disciplina scientiaque imbuto. B. Authentia comprobatur veritate eventuum, implemento vaticiniorum; quod habet evidentissimum in serie quatuor monarchiarum per auctorem nostrum antea delineatarum, nec non in ipsius Messiae nativitate et morte praenuntiata. C. Summa harmonia cum reliquis s. Scripturis. Plurimi occurrunt loci utriusque Testamenti in quibus pericopae resve ex Daniele, tanquam scripto plane indubitato allegantur vel constabiliuntur. Posteaquam enim fuerat ab Ezechiele propter divinam sapientiam et iustitiam coniunctus Noae atque Jobo[3]; a Siracide atque scriptore Sapientiae retractatus[4] et ab auctore libri primi Macchabaeorum[5]. Laudatus fuit idem etiam nominatim a Servatore, commendatus atque dictus Propheta[6]. Apostoli Christum secuti testimonia applicationesque e Libro Danielis petunt, eoque ipso genuinum declaraverunt[7]. Idem sequitur D. e consensu Ecclesiae universali perpetuo et constantissimo; quae hanc depositi partem a Christo et eius Apostolis acceptam suam fecit. Certe veteres Patres et Scriptores sine ulla dubitatione Danielis esse dixerunt; neque Hebraei,

[1]) Dan. 7, 1. 15. 28. 8, 2. 15, 27. 9, 2. 10, 1. [2]) Ubi omnibus istis fere capitibus illud iterat: ego Daniel, et angelus prophetam alloquens passim eum Danielem vocat. 9, 22. 10, 11. 12. 12, 4. 9. [3]) Ezechielis 14, 14—16., quo missis patriarchis et aliis similibus summis viris, nominatur medius inter Noam et Jobum Daniel; et 28, 3. ubi tanquam revelator absconditorum inducitur, manifesta relatione ad Susannae fata; ut Judaei sciant nihil sibi sperandum ubi Daniel prodigiis honestatus nihil posset. [4]) C. D. Ecclesiast. 10, 8. Dan. 4, 14. Eccles. 17, 15. Dan. 10, 21. 12, 1. Sap. 3, 7. Dan. 12, 3. [5]) I. 2, 59. 60. „Ananias et Azarias et Misael, credentes liberati sunt de flamma, Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum.“ Dan. 3, 5. 6, 22. [6]) Christus referente s. Matthaeo 24, 15. et s. Marco 13, 14. praedictionem, quae in hoc Libro 9, 27. legitur de futura templi hierosolymitani vastatione, Danieli prophetae tribuit. „Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat.“ [7]) Cf. Dan. 6, 1—22 Hebr. 11, 33. Dan. 7, 14. Luc. 7, 32. Dan. 7, 7. 8. 10. 11. 13. 20. 21. 22. 24. Apoc. 13, 1—5. 5, 6. 11. 19, 20. 20; 10. 14, 14. 11, 7. 13, 7. 20. 4. 12, 12. Dan. 10, 5. 6. Apoc. 1, 13. 14. 15. Dan. 12, 2. Matth. 25, 46. Joann. 5, 29. Dan. 12, 3. Matth. 13, 43. Dan. 12, 5. s. 7. Apoc. 10, 5. s. 12, 14. Dan. 12, 11. Matth. 24, 15. et alibi.

cum eum non inter prophetas sed inter Hagiographos ponunt, canonicae auctoritatis esse negant: qui enim negare possent divinitatem voluminis, cuius tam multa et mira sunt de rebus longissime post futuris testimonia? Ecclesia igitur recte credit „Librum hunc non solum de Daniele, sed a Daniele etiam conscriptum esse, idque practer Ecclesiae iudicium, quod solum satis est, ex ipso Libro demonstravimus". Quod ad quatuor eius Libri particulas, hoc est, orationem Azariae, hymnum trium puerorum, itemque Susannae, ac Beli et Draconis historias attinet, summa iniuria a prophetia Danielis avelluntur. Profecto rem ipsam bene consideranti manifestum erit Danielem scripsisse omnino: III, 24–90. XIII et XIV. [1] sed haec Hebraeis excidisse. Siquidem in Concilio Tridentino ea pars Scripturarum Ecclesiae sententia comprobata est. Constituit praecepitque Concilium [2] s. Libros pro sacris et canonicis recipi cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica publice legi consveverunt, et in translatione latina Vulgata continentur. Leguntur autem in Ecclesia ex more a primis saeculis ducto [3]; et habentur in versione authentica Vulgatae. Proinde „cum iam dubitare non liceat de his partibus sintne canonicae Scripturae, neque dubitare licet de harum partium auctore; nam eadem certitudine, qua Ecclesia haec esse Scripturam sacram pronuntiat, etiam de auctore pronuntiare videtur. Maxime cum nulla appareat ratio probabilis, cur una libri pars separetur ab altera" [4].

---

[1]) Quidquid secus opinentur scriptores quidam ecclesiastici, atque hodie passim acatholici sentiant. [2]) Sess. IV. de can. Script. [3]) Testibus Origene, epist. ad Africanum. ed. Lomm. XVII, 22. *„per totam Ecclesiam circumfertur."* S. Hieronymo, Apol. contra Ruf. II, 33 II, 527. Rufino Aq. Apol. II, 33. ibid. p. 661. *„Trium puerorum hymnus, qui maxime diebus solemnibus in Ecclesia Dei canitur."* Anonymo, e saeculo V. proleg. apud A. Majum, Script. vet. n. coll. Romae. 1825. I, 162. coll. XXXIII. Multas sane orationis Azariae sententias in Officiis ecclesiasticis et divinis mysteriis peragendis recitat. E. c. in Missa quotidie post oblationem calicis subdit precationem, Feria V. Dominicae in passione introitum sicut et epistolam ex hac oratione depromsit; hymnus trium puerorum quotidie ad Laudes et in missa sabbati IV. temporum recitatur: h. Susannae sabbato ante Dom. IV. Quadr., Draconis feria tertia Dom. Passionis leguntur. [4]) J. Bonferius, Praelog. in tot. S. S. c. VII. s. 1. p. 23. Non sum nescius Susannae historias ut sacram et divinam Scripturam labefacere conatum esse *Julium Africanum, cuius exstat epistola ad Origenem cum eiusdem responsione.*

§. 145. Solutio exilii.

Delato ad Cyrum totius Babyloniae imperio, cum iam septuagesimus captivitatis annus volveretur, is cognito Isaiae de se

---

Op. Orig. s. c.. p. 17 s. p. 20. s. Particulas has νοθείας insimulant turmatim, reiiciuntque acatholici; imprimis *M. S.* **Wetstenius**, *Diss. ph. th. de Historia Susannae. I. 1688. II. M. E. B.* **Bleienstenius**, *diss. de ead. Basil. 1691. praesidie J. R. Wetstenio.* Ab istis adversarii nostri temporis quoque argumenta petunt. Contra quos valide pro illis pugnarunt: *R.* **Bellarminus**, *l. I. de verbo Dei. e. g. c. 9. ed. Ingolst. p. 42. s.* **Salianus**, *Annal. IV, 702. J.* **Maldonatus**, *Comm. in praecip. S. S. libros V. T. p. 681—685. B.* **Pererius**, *c. S. J. Commentariorum in Danielem pr. libri sexdecim. Lugd. 1591. p. 159. seq. 921. s. 942. s.* **Kerkherdere**, *Prodrom. Dan. p. 331. s. H.* **Goldhagen**, *Introductio ad S. S. V. T. II. 476. s.* **Welte**, *II, 242. s.* **Haneberg**, *G. d. O. 375.* **Reusch**, *112.* Cum igitur adversarii, quos hodie quoque experitur haec pars Danielis Julii Afr. obiectionibus fidem istius auferre conentur, hanc ob causam ipsas iam audiamus. Scripserat Africanus n. 1. p. 17. se, cum Origenem in dialogo cum Agnomone audiisset historias Susannae commemorantem, tum ut veras amplexum esse, sed postmodum, re maturius perpensa, mirari quo pacto tantum virum latuerit, spuriam esse hanc Danielis partem. Origenes iuxta haec genuinam habuit; nec lecta Africani epistola, qua erudiri cupit, rescribendo sententiam mutavit, sed potius singula ab Africano obiecta refutavit. Obiecit Julius has historias hebraice in Danielis libro non fuisse, sed postmodum graece adiectas. Respondet Origenes p. 23. in multis quoque aliis libris inveniri plura apud Christianos, quam apud Hebraeos, p. 16. Providentiae, quae in sacris Scripturis dedit omnibus Christi Ecclesiis aedificationem, curae fuisse ea, quae in Ecclesiis feruntur exemplaria. Has historias quidem p. 34. providente Spiritu scriptas, sed postmodum a Judaeis sublatas esse. Pergit Julius historiarum scribendi genus a cetera Danielis dictione diferre; lusum autem verborum πρίνου πρὸς πρίσω et τχίνου πρὸς τχίσιν graecum auctorem prodere. p. 18. Reposuit Origenes p. 48. id sibi nequaquam videri; se quidem in hebraeo textu cum interciderit, simile quidpiam non posse exhibere, at non dubitandum quin in illo similes esse potuerint verborum lusus. — Fatetur candide etiam Delitzschius. de Habacuci proph. vita. p. 120. nihili esse argumentum inde petitum, eiusmodi paronomasias facillimas esse in linguis semiticis; hebraice poterat ludi iuxta illius opinionem vocabulis אֵלָה et אָלָה· אַלּוֹן et פִּלֵּחַ· iuxta Hanebergi mentem G. d. o. p. 376. צרי et צרא; τχῖνος, τχίζω: תרזה et תרד: πρῖνος, πρίω. Et tamen argumentum hoc tantum iam valuit apud s. Hieronymum, ut comm. in Dan. XIII. p. 734. scripserit: „Quod si quis ostenderit duarum istarum arborum scissionis et sectionis in Hebraeo stare etymologiam, tunc poterimus etiam hanc Scripturam recipere.“ Opponit Africanus, Danielem non videri alibi prophetasse ex inspiratione, sed post visiones, nullibi Scripturarum reperiri, ut unus propheta alterius verba usurpet ut fit n. l. ubi laudatur. Exod. 23, 7. p. 19. Replicat Origenes p. 35. non satis illum animum advertisse ad Hebr. 1, 1., quo loco docemur,

vaticinio, primo regni sui anno 537. a. C., edicto publico in regnum universum emisso Judaeis patriam repetendi copiam fecit; quibus etiam

---

sanctis divina obtigisse somnia apparitiones angelicas et inspirationes; quoad posterius vero p. 46. mirari se, quomodo id a tam docto viro potuerit obiici, quod multis refellitur contrariis argumentis, quae et rudioribus nota sunt. Negat Julius p. 18.: Judaeos captivos elegantes habuisse domos et hortos — et, quod etiam recentiores adversarii subiiciunt, iudices — qui, ut de priori Israelis captivitate narratur, in plateas proiiciebantur insepulti. Sed respondet Origenes p. 37. has dubitationes indecentius propositas esse nec sapere pietatem. Illa, quae a Daniele gesta sunt, similia esse iudicio Salomonis. III. Reg. 3, 16. s. Concessum fuisse p. 40, a rege ut suis legibus et iudiciis uterentur captivi. Haec est Africani obiectionum et Origenis responsionum synopsis, ex quibus una liquet Susannae historias ut genuinam libri Danielis partem, proinde ceu canonicam Scripturam ab Origine defendi. Cf. Eiusdem Origenis, hom. I. in Levit. IX, 173. In Matth. Comment. series IV, 347. Eusebii, praep. ev. VI, 11. p. 284. Admonitionem Ruaei in has epistolas. ed. Op. Orig. Paris. 1723. p. 7. s. P. G. Lumperi, Historiam th. c. S. S. P. P. Aug. 1790. III, 84. s. Ita iam pridem Julii Africani hominis acutissimi argumentis ita respondit Origenes, quo tempore necdum Ecclesia quidquam decreverat, ut nemo ausus sit Origenem calumniae accusare, atque Hebraeos tueri. His ita se habentibus, cuilibet veritatis et sincerae antiquitatis indagatori constabit iuste catholicos interpretes Origenis testimonio ad probandam auctoritatem canonicam appendicis Danielicae uti. Neque contra hanc sententiam faciunt illa s. Hieronymi verba, praef. in Dan. p. 619. „Susannae Belisque ac Draconis fabulas non contineri in hebraico, . . . et nos cum verteremus Danielem, has visiones obelo praenotavimus, significantes eas in Hebraico non haberi.“ Verba haec s. Patris, adversarii avide arripuerunt, utpote eisdem auctoritatem Scripturae denegantia. Sed his multipliciter respondetur. S. Hieronymus eodem Comment. c. 13, 46. p. 734. scribit: „Hebraei reprobant historiam Susannae.“ Unde apparet fabulam c. l. s. Patrem non adhibere sensu narrationis fictae et falsae, sed verae historiae lectu iucundae. Legatur eiusdem s. Patris ep. LXVIII. ad Castrutium, n. 2. I, 410. in qua dicit: *„Et ne veteres replicando historias longum faciam, brevem tibi fabulam referam, quae infantiae meae tempore accidit.“* Sic et pluribus inter veteres nomen fabulae usurpatur. E. g. Minutio Felici, in Octavio, qui verissimam et periucundam, de navigatione narrationem fabulam vocavit, N. 3. ed. Oehler. p. 3. *„Sensim itaque tranquilleque progressi oram curvi molliter litoris iter fabulis fallentibus legebamus; hae fabulae erant Octavi disserentis de navigatione narratio.“* Obeli autem, si quid probant, non sunt notae apocryphae scripturae, nec reprobandae, sed criticae, quibus docebatur lector, quid in t. o. vel LXX desideraretur. Deinde haec verba Hebraeorum sunt, non s. Hieronymi. Testatur hoc s. Pater in sui defensione contra Rufinum l. II. n. 33. p. 528. *„Quod autem refero quid adversum Susannae historiam, et Hymnum trium puerorum et Belis draconisque fabulas, quae in volumine hebraico non habentur, Hebraei solent dicere; qui me criminatur, stultum se sycophantam probat. Non enim, quod ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicavi“*

vasa sacra, quae ex Templo Nabuchodonosor asportarat, restituit. Jussit insuper, ut aedes supremo Numini sumtibus suis restituerentur[1]; sicut Isaias ante duo saecula et deinde Jeremias praedixerant; quod magno erat et Judaeis solamini, et pro divinitate prophetiarum validum argumentum. Exulibus reducendis Zorobabel cum Josue summo pontifice et aliquot aliis principibus ducibus praepositus. Ita duo et quadraginta Hebraeorum[2] millia cum septem millibus servorum omni substantia sua et donariis[3] in Palaestinam remigrarunt, ceteris in terris Babyloniae ob posessiones ibi acquisitas remanentibus[4]. Facile sub veris initium sese in viam dederunt et post quatuor circiter menses[5] hoc iter confecerunt. Regressi in patriam occuparunt urbes desertas et prolapsas[6], ut illas instaurarent. Prima vero reducum, beneficii consciorum, cura[7] fuit restituere Hierosolymis Dei cultum; jamque septimo mense altare in ruderibus Templi Deo liberatori erectum et solennia tabernaculorum celebrata. Deinceps ad aedificandum Templum progrediebantur[8]. Anni a reditu secundi mense secundo, fundamenta templi iacta sunt[9], cum clangore buccinarum et cantu hymnorum; eiusque structura diligenter promota, Levitis eam manu et verbis urgentibus. Cuius aedificii incunabula, qui vetustum non viderant, cum gaudio, qui viderant, cum lacrimis contemplabantur. Verum et accessit alia moeroris causa potentior. Nam[10] vix annus pocesserat cum Samaritani, qui operis petebant societatem, ob religionis attamen

---

[1]) II. Par. 36, 22. 23. I. Esdr. 1, 1—4. Isaiae vaticinia Cyrum nota habuisse affirmat Josephus vide p. 403. s. et Theodoretus ad c. I. Daniel II. 2, 1077. ad c. XII. ib. p. 1302. [2]) Neque modo Hebraei e Tribu Judae et Beniamin, sed etiam ex aliis decem tribubus redierunt, licet non tanto numero. V. p. XLVII. [3]) Quae exules restaurationi templi et urbis addixerunt. [4]) I. Esdr. 1, 5—11. 2, 1—70. Nonnisi 42, 89. sacerdotes ex ephemeriis Jaddaiae, Emmeri, Pheshuri, et Harimi remearunt, reliquis etiam in sedibus, quas exules nacti fuerant, remanere placuit. Hi tamen in 24 ephemerias, pristinis ephemeriarum retentis nominibus, iterum sunt divisi. I. Esdr. 2, 36—39. V. p. 150. [5]) Coll. I. Esdr. 7, 9. [6]) Pro ratione possessionis antiquae. [7]) Ubi uno vel altero mense disposuissent habitationi suae. [8]) Convenerunt cum latomis et caementariis de pretio lapidum, cum Sydoniis quoque et Tyriis ut ligna e Libano suppeditarent. [9]) Ad id enim tempus paraverunt latomi et caementarii materiam necessariam locumque perpurgarunt; quanquam credibile est magnam antiquorum fundamentorum partem a Chaldaeorum vastatione incorruptam superfuisse. [10]) I. Esdr. 3, 7—13.

rsitatem repulsam passi, invidia hoc opus etiam per regios sa-
as impedire moliti sunt. Quod vivente Cyro fraudibus, eo vero
incto etiam aperta vi sub Assuero et Artaxerxe prohibuerunt [1].
editum vero opus mansit usque ad tempora Darii. Cum Darius
taspis ad regnum pervenisset, Judaei prophetarum Aggaei et
ariae hortatu excitati ad Templi structuram ultimam manum
overunt. Praefecti regii Thartanai et Stahrbuzanai, literis ad
ium regem datis, se his moliminibus opposuerunt, urgenttes
ra edicta regia. Sed Deo dante ac cor Darii flectente, valuit
eorum apologia. Iussu regis ab ulteriore vexa removentur,
pro viribus Templi aedificationem promovere iubentur. Judaei
nto a rege gratioso rescripto, maiore studio opus coeptum ag-
si, festinanter ac feliciter ad finem perduxerunt [2]. Tertia mensis
r, anni sexti eiusdem Darii, annis viginti, posteaquam exstrui
it sacra aedes, quae septuaginta annis cineribus sepulta iacuit,
ummata surrexit. Secuta mox dedicationis, et post encaenia,
minori cura atque diligentia, paschatis solennia [3].

146. Observationes ad solutionem Exilii atque restaurationem Templi.

Quanquam semper fere una erat et consentiens vox Cyrum, de quo He-
tus, Xenophon aliique agunt, non solum Persarum condidisse regnum; sed
i nomine Cores, כּוֹרֶשׁ, Κῦρος, S. S. usum, Judaeorum restituisse civitatem,
n hanc quoque opinionem viri quidam docti novissimis annis in dubium
runt. Ac primus quidem dubitationem civit Britannus quidam *Georgius Manchesterus*, cuius liber „*The times of Daniel. 1845.*" imprimis hac de re
ositus est. Tum *Ebrardus* dissertatiuncula quadam — *in Ann. Stud. a. Crit.*
., *III.* — ducis illius opinionem non solum publice recommendavit, sed
i magna ex parte novis argumentis substruxit. Denique *Wetzkeus libello* de
edito: *Cyrus der Gründer des pers. Reiches war nicht der Befreier der Juden, rn der Zerstörer Jerusalems. 1849.*, eandem opinionem promulgare conatus est.
idebat enim quod Daniel propheta Babylonios Judaeorum hostes, non a Cyro

[1]) Nempe instituta est maligna accusatio, quasi ex re imperii persici foret,
ata Urbis Templique restituendi copia, resumtis viribus Judaei ob assue-
dominandi ingenium iugum excuterent. Cambyses — I. Esdrae 4, 6. Assue-
– Cyri demortui filius, regno suscepto, Judaeorum coepto obstitit Artaxerxes
seudosmerdes qui post Cambysem regnum usurpavit — regios praefectos
ait, ne Judaeis concederent pergere in opere Templi. I. Esdr. 4, 1—23.
Esdr. 3, 24. 5, 6, 1—14 Agg. 1, 6—11. 15. 17. 19, [3]) I. Esdr. 6, 15—22.

exstinctos esse referret, sed a Dario; notum erat, Darium Hystaspin Babylonios exstinxisse; itaque apparere videbatur Darium, quem Daniel commemoraret, eundem esse ac Darium Hystaspin. Unde facile consequebatur Chaldaeos, qui secundum Scripturam s., immediate ante hunc Darium Babylonem tenuissent, eosdem esse ac Persas, qui secundum scriptores profanos Babyloniae praefuissent; reges Chaldaeorum Napobalassarem, Nabuchodonosorem V. p. 413. 426. et Evilmerodachum eosdem ac reges Persarum Cyrum Cambysem et Smerdem; Cyrum potius oppressorem esse Judaeorum quam liberatorem. Coresum, quem Scriptores s. non ante sed post Babylonem a Dario expugnatam Judaeorum civitatem restituisse dicunt, non ante sed post Darium Hystaspin exstitisse, neque auctorem persici regni fuisse, sed praefectum quendam regium, regis cuiusdam posterioris. At profani historiarum scriptores multum absunt ab eo, ut cum hac opinione conciliari possint, ut liquet: a. E Chaldaeorum descriptione apud Alexandrum Polyhistorem et Abydenum — in Eusebii, Chronico arm. I. 21. v. 23. s. — Berosum — Jos. c. Ap. I, 20. p. 451. s. — Herodotum I, 95. b. E comparatione regum Persarum cum illis Babyloniorum. Denique c. e Persarum Chronologia. Cyrum omnes ad unum statuunt regnare coepisse primo anno LV olymp. a. C. — Diodorus, Thallus, Castor, Polybius, Eusebius. — Ac praeterea ita confirmatur lunae eclypsi, quam Ptolemaeus septimo Cambysis anno accidisse tradit. Quae cum secundum omnes chronologos et astronomos anno 4191. facta sit, h. e. 525 a. C. Cambyses anno 529 et Cyrus, qui triginta annos regnabat, anno 559 regnare coepit, quod dudum canone, qui dicitur Ptolemaei, confirmatum exstat; Nabopalassarus 4093. per Jul. h. e. 625 a. C. regnare coepit. Profecto inveniri quidquam non potest, quod magis dissimile sit, quam historiae Babyloniorum post Nabuchodonosorem et historiae Babyloniorum post Cambysen. *Ita F. G. Schultz, de Cyro magno Judaeorum liberatore. Berolini, 1853. p. 1. 4. 29. Stud. und Krit. 1853. III. Cf. etiam Hävernick, neue Untersuchungen. p. 80 s. Pressel, in Herzogs R. E. s v Cyrus. III, 228.*

J. J. Scaliger, *de emendat. Templ. l. VI. ep. XIII. et epilogism. hebd. Dan. p. 596. s. 599. s.* quem recentissime secutus est *Haneberg, Gesch. der Off. p. 386. s.* per Darium I. Esdr. 4, 5. qui instaurandi Templum veniam dedit, non Histaspin — 521—486. — sed Nothum intelligit. — 423—405. — Sic quidem a iactis Templi fundamentis, non viginti; sed octodecim supra centum ad consummationem usque effluxissent anni. Sententiam Scaligeri merito reiecit *D. Petavius, Rationarii Temp. II. 3, 10. p. 124. s.* Etenim si id esset ut Scaliger arbitratus est, oporteret α. Zorobabelem coll. I. Esdr. 6, II. 12, 1. annos ut minimum 140 vixisse, ex iisque 114. Judaeis praefuisse; hoc ipsum de Josue summo sacerdote affirmandum foret. Deinde Aggaei 2, 3. narratur, aliquos Judaeorum conspexisse splendorem primi Templi, et cum eo comparasse gloriam secundi, qualis fuit anno 2. Darii mense 7. Id si intelligatur de Dario Notho, necesse est illos Judaeorum, qui utrumque Templum simul conspexerunt ultra 100 et 80 annos ad minimum vixisse. Accedit β. ab Esdra I. 4, 5—7. simpliciter duos tantum reges inter Cyrum et Darium, qui Templi aedificationem inhibuerint Assuerum h. e. Cambysen et Artaxerxen i. e. Pseudo-Smerden nominari. Quod si Nothum significasset per Darium, quem inter et Cyrum Darius Histaspis, Xerxes et Artaxerxes I. intercesserunt, certe hos quoque memorasset. Postremo γ. ratio septuaginta annorum irae divinae, de quibus Zacharias 1, 12. loquitur

aeque ad rem praesentem faciunt. Ita olim iam notante *s. Augustino*, *de Civ. Dei XVIII, 35. II, 275.* tres minores prophetas in fine captivitatis vaticinatos esse. *Cf. e. s. Cyrilli, c. Jul. I, Op. VI. 2, 13.* Utique si post solutam captivitatem a Cyro usque ad Xerxen adhuc lapsi fuissent plures quam quadraginta anni, quibus res Judaeorum feliciores quidem, sed neutiquam plene restitutae fuerunt, quare indignationem Domini non imminuturus, sed a duratione aggravaturus Angelus 70 tantum annos dixit, et non potius annos ipsius exilii numerans 180 secundum Scaligeri computum? Faciendum itaque nobis prorsus cum iis videtur, qui pro Dario Histaspi pugnant. *Sunt hi praeter D. Petavium: A. Torniellus. Annal. s. ad a. m. 3533. II, 204. J. Salianus, Annal. eccl. V. T. V, 48. s. Al. Natalis, Hist. eccl. V. T. Act. VI. disp. 5. Harduinus, Chron. V. T. p. 568. s. Witsius, Miscellan. I. 20, 19. s. Buddeus, Hist. eccl. V. T. II, 722. seq. Welte, Entstehungszeit des zweiten O. Zorob. Tempels zu Jerusalem, in ann. Tüb. Theolog. Quartalschr. 1851. p. 223—255, ubi rationes utriusque sententiae accurate confligi permittit. A. Köhler, die Weissagungen Haggai's erkl. Erlang. 1860. pag. 19. s.*

§. 147. Fabrica Templi secundi.

Fabrica aedificii eadem fuit, quae in primo, sed magnificentia et ornatus multo minor. Primum enim a rege opibus florentissimo conditum est; secundum a plebe misera e captivitate reduce. Omne illud spatium, quod in monte Moria erat et aedem sacram undique cingebat, dividitur a Judaeis secundum Templum describentibus, in montem Templi [1], antemurale [2] et atria [3] tria, nempe mulierum, Israelitarum et sacerdotum [4]. Erat mons Templi spatium extimum in quo populus congregatus fuisse legitur [5]. In hac area fundata est porticus duplex cuius Siracides meminit [6]: lapides altaris a Syris temerati [7] hic dicuntur repositi, nec alibi quam in aliqua parte huius videtur quaerenda porticus Salomonis [8], ubi Jesus ambulasse, claudus coram populo Deum laudasse et Apostoli una fuisse

---

1) הר הבית. 2) היל. 3) העזרות. 4) Mons Templi, I. Mach. 13, 53. ὄρος τοῦ ἱεροῦ τὸ παρὰ τὴν ἄκραν, dicitur secus arcem, quia arx erat in monte Sion, Templum in monte Moria, qui ambo ita coniuncti sunt, ut unus vocari possint. V. p. LXVIII. 5) I. Esdr. 10, 9. 6) C. 50, 2. ὕψος διπλῆς, altitudo duplex. Calmetus, ad h. l. VII. X, 770. sub ea intelligit loricam, qua montis vertex ambiebatur. 7) I. Mach. 4, 46. 8) Salomonis dicebatur sive quia in devastatione Templi babylonica illaesa mansit, ut sumit Baronius, Annal. eccl. ad ann. Chr. 34. n. 252. ed. Luc. 1728. I, 202. sive quia post reditum ex Perside iuxta Maldonatum, Comm. in Joann. 10, 23. p. 875. aliam eodem loco priori similem Judaei aedificaverint, quae antiquum nomen retinuerit.

leguntur [1]. In hac erat porta speciosa [2], per quam [3] constat non solum s. Petrum et s. Joannem; sed et claudum ab iis per miraculum sanatum esse ingressos [4]. Videtur hic quoque quaerendum conclave in quo Christus consedit in medio doctorum [5]; pinnaculum [6] unde diabolus Christo se praecipitem dare svadebat [7]. Inter montem Templi et atrium mulierum erat spatium antemurale [8], in quo aequis dispositae intervallis columnae stabant legem castimoniae praemonentes, aliae graecis, aliae latinis literis innuebant in locum sanctum transire alienigenas non debere [9]. In porticibus sedebant numularii et mercatores victimarum [10]. A spatio antemurali tendebatur ad atria [11]. Uti in Templo primo, ita in secundo proprie duo atria erant: interius et exterius. In posteriori quoddam spatium mulieribus [12], alterum viris destinatum fuit. Locus mulieribus signatus et secretus a viris a latere orientali, australi, et septentrionali habebat podium exstructum, e quo mulieres prospiciebant [13]. In hoc erat γαζοφυλάκιον [14], sive cistae [15], in quas condebantur nummi et sponte oblati, et quotannis a Judaeis ad templi conservationem pendendi [16]. E regione gazophilacii Christus sedisse legitur [17]. Atrium exterius spatium capacissimum fuisse oportet; in hoc enim loco acta sunt omnia fere, quae legimus in Evangeliis Dominum fecisse in Templo [18]. In atrio interiori, in quo consistebant

---

[1]) Joann. 10, 23. Act. 3, 11. 5, 12. [2]) Ὡραία πύλη. [3]) Auctore s. Luca, Act. 3, 10. [4]) Quae aere corinthio fabre facta multum, ut idem ait Josephus, de bello V. 5, 3. p. 232. argento inclusas et auratas superabat. [5]) S. Luc. 2, 46. Portas in eius ambitu Judaei faciunt quinque; ad quas Levitae noctu excubias agebant. Cf. Deylingii, Obs. s. III, 222. [6]) πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. [7]) Matth. 4, 5. V. Kuinoel, ad h. l. I, 88. [8]) Quod Josephus, l. s. c. a cancellis septum saxeis ad tres cubitos altis, maximeque grato opere factis dicit. [9]) Hinc intelligimus, quod Act. 21, 29. s. de s. Paulo legitur. [10]) Matth. 21, 12, s. Joann. 2, 14. s. [11]) Inter quae passim primo loco numerant atrium gentium. Verum si loca Talmudicorum considerentur, quae in contrarium excitavit Relandus, antiquitates s. vet. Hebraeorum, p. 45. fatendum, quamvis Judaei tempore hoc magis permixti essent gentibus et cum venia eorum Templum ipsum condidissent, eiusmodi atrium sine veri specie reliquis superaddi. [12]) Sive indigenae sive hospites essent; modo e genere hebraeo forent et mundae. [13]) Gem. Hier. Succa 55, 2. [14]) Hesychio, Glossae sacrae. ed. Ernesti Lips. 1785. p. 56. Θησαυροφυλάκιον. [15]) Quas Rabbini ob figuram tubis similem שׁוֹפָרוֹת, tubas vocarunt. [16]) Matth. 17, 24. s. [17]) Marc. 12, 41. Cf. Relandi, de spoliis Templi hierosolymitani in arcu Titi Romae conspicuis. Liber singularis. c. 12. in Ugolini, Thesauro. IX, 1543. s. spec. ed. Trai. 1716. p. 126. [18]) Cf. Marc. 11, 16. Joann. 8, 20.

Levitae et sacerdotes collocatum erat altare exterius [1], exstructum ex lapidibus impolitis [2]. Inter pronaon et altare in plaga australi erat labrum ingens tempore quidem Pontificis Maximi Simonis, filii Oniae, instar maris salomonici ex metallo fusum [3]. Ex atrio sacerdotum per gradus adscendebátur ad aedem sacram [4]. Summa eius altitudo [5] sexaginta cubitorum fuit [6]. Habuit pronaon, Sanctum, Sanctum Sanctorum, conclavia superiora et appendices, quae exterius hanc aedem circumdabant. Pronaon [7] pars anterior aedis sacrae [8] insistebat crepidini. Exornatum donariis sive muneribus plurimis fuerat, a variis regibus et civitatibus Hierosolymas missis, quae Antiochus Epiphanes comminuta abstulit [9]. Creditur in pronao posita fuisse mensa aurea [10]. Sanctum, seu locus inter pronaon et Sanctum Sanctorum, medius, fores habebat aureas, ante has vero aulaeum; super se vitem, opere ingenioso factam, ex qua rami staturae hominis dependebant [11]. Introgressos Sanctum excipiebat, „quod quidem tria mirabilia et praedicanda opera cunctis hominibus habebat, candelabrum, mensam et thuribulum“ [12]. Admodum probabile est candelabrum mensam et aram suffumigatoriam ad exemplar prioris Templi confectam. Rapuerat candelabrum aureum pariter Antiochus; sed Machabaei, pulsis Syris, illud, quod Titus cum mensa et aliis vasis in Triumpho circumtulit, quodque in arcu triumphali Romae [13]

---

[1]) Sine ferro dicit Josephus, l. c. 6. pag. 334. [2]) I. Mach. 4, 44. 47. [3]) Sir. 50. 3. „ἀποδοχεῖον ὑδάτων, χαλκος ὡσεὶ θαλάσσης περίμετρον.“ [4]) Josephi, τό ἅγων ἱερόν. [5]) I. Esdr. 6, 3. [6]) Cui altitudini Herodes 60 alios adiecit, ut refert Josephus, l. c. 5. p. 333. Primum 120 cubitos habuit. Vide pag. 297. [7]) Πρόναον. [8]) τοῦ ναοῦ. [9]) II. Mach. 3, 2. 5, 16. I, 1. 23. 24. Inter quae erant rami oleagini aurei, quos obtulit regi Demetrio Alcimus pontifex; coronae aureae cum aureis scutulis, quae dedicaverunt Machabaei. I. Mach. 4, 57. Cf. Fullonii, Comment. ad h. l. I, 180. 428. [10]) Teste Josepho, Antiq. iud. lib. XII. c. 2, 8. I, 590. a rege Aegypti Ptolemaeo Philadelpho sacrata. [11]) Josephus, l. c. V. 5, 4. pag. 333. Cf. D. f. Jans, disput. hist. de vite aurea Templi Hierosolymitani, in Ugolini Thesauro XI, 1119—1122. [12]) Ut loquitur Jos. l. c. 4. p. 334. Haec tria, item vasa offerendis liquidis et phialas unguenti et thymiamatis, et mortariola terendis ad sacra necessariis, atque coronas aureas — de quibus supra, — denique velum S. Sanctorum in Syriam detulit Antiochus Epiphanes, sed Machabaei nova omnino eorum loco curarunt. I. Mach. 1, 23. 4, 49. [13]) Quod non sine singulari Dei providentia, cum tot numero et tam praeclara Romae ornamenta vetustate atque incuria deiecta sunt, hodiedum exstat.

conspicitur, fieri sategisse et pie dedicasse putantur [1]. Sanctum nec muro, nec ostio dividebatur a Sancto Sanctorum, sed velo cubiti intermedii spatio seiunctum fuit [2]. Arca foederis, a Jeremia propheta occultata [3], in hoc Templo defuit. Supra haec tectum aedis eminebat, non planum sed acclive [4]. Circa aedem conclavia structa fuisse dicuntur [5].

§. 148. De Templo Herodi M. tribui solito.

Josephus, Antiq. XV, 11. p. i. p. 777. s. clare narrat aedificationem Herodis ad ναόν atque περιβόλους pertinuisse; et hos quidem absolutos annis octo, illam anno et dimidio, destructo toto aedificio, revulsis antiquis fundamentis positisque aliis. Non infimae profecto notae scriptores, ea quae de Templo ab Herode constructo loquitur J. Flavius, fabulam merumque commentum esse dicunt. Magna difficultas inde orta est in explicando. Aggaei, 2, 7. Si Herodes novum construxit Templum, tum Zorobabelicum non erit domus postrema, nec in ea completa Aggaei prophetia. Pro decisione dubii huius sciendum. α. In ipsis historiis huius instaurationis, ut a Josepho traduntur, non pauca quidem occurrunt, quae ornata sunt fidemque non merentur. Non tamen existimamus eius audaciae fuisse Josephum, ut adeo solenne mendacium per integrum obtrudere non erubuerit. β. Geminum modo Templum fuisse, prius a Salomone, posterius a reducibus ex captivitate babylonica conditum. Judaei ipsi nonnisi duo Templa agnoverunt, unde et

---

[1]) I. Mach. 1, 23. 4, 49. Continet in latitudine duos pedes, in altitudine fere tres, διάκενον, intus cavum, factum fuisse disertis verbis notat Josephus. Ant. III. 6, 7. p. 137. In figura tamen candelabri, prout Titi arcu habetur efficta, sculptor ingenio suo indulsit. Nam basim addidit aquilis ornatam, nec tot mala, nec tot scyphos exhibuit, quot Deus in eo fabricari iussit. Omisit quoque annulos in mensa vel uncos ad portandum. Cf. H. Relandi de spoliis. ed. Ugolini. p. 1109. Trac. pag. 34. Mensae sacrae, effigies in arcu Titi est plana nec circumdata limbo aut corona, quae emineret supra ipsam mensae superficiem, tabula ornata cymatiis duobus; cingulo, quod pedes desinentes in simulacra verorum pedum, quales sunt animalium, contineret, munita conspicitur, ne loco suo dimoveri aut recedere posset. Mensae cernuntur impositae acerrae turis. [2]) Josephus, de bello. V. 5, 4. p. 333. n. 5. p. 334. Velum, ut docet s. Paulus ad Hebr. 10, 20. adumbrabat carnem Christi, hinc moriente Christo ruptum tradit s. Matthaeus, 27, 51. nulli quippe usui futurum, postquam Christi mors viam aperuit ad coelum, cuius umbra quaedam Sanctum Sanctorum fuit. Cf. pag. 142. [3]) II. Mach. 2, 5. [4]) In hoc tecto spectaculum erat valde memorabile. Marc. 13, 2. Nam cum vallem haberet in immensum dehiscentem, profunditas absque vertigine conspici non potuit. [5]) Josephus, Ant. VIII. 3, 2. 3. I, 423. 4. Si auctori incerto a s. Gregorio Nysseno — Orat. in diem nat. Cr. II, 778. laudato — credimus, B. Maria Virgo cum ubere matris amplius non indigeret, ad Templum deducta, Deo consecrata et in his conclavibus s. aedis educata fuit.

alterum, non tertium Templum a Tito vastatum dicunt. Vide apud Relandum, Ant. p. 31. Gem. Bava Metzia. 28, 1. Echa Rabbati. 62, 1. Cum vero Christianorum argumentis ex Aggaei. 2, 7—10. petitis magis magisque se premi sentirent, tertium aliquod templum adhuc éxspectandum excogitarunt; quod commentum egregie confutant: J. Frischmuth, Diss. de gloria templi secundi in Thes. th. ph. I, 995. s. M. M. Bacius, Rabbinorum templum tertium fictum. ib. p. 1002. Herodes quidem γ. hinc inde advectis omnibus, quae ad opus efficiendum necessaria erant — postquam mille sacerdotes lapides et ligna fabricare docuerat, iuxta Josephum, l. c. n. 2. p. 779. ut eorum opere uteretur propter sanctitatem templi — necessariis locis Templum instaurari, eiusque porticus a latere potissimun meridionali, pro dignitate gentis et religionis magnifice exornari curavit; (quod consilium aedem reficiendi — v. Grotium, ad Matth. 24. ed. Bas. 1732. II, 221. Kuinoel, in Joann. III, 212. Anger, de temporum in Actis Apostolorum ratione. Lips. 1833. p. 22. Wieseler, Chron. Synops. Hamb. 1843. p. 165. Meyer, Kr. exeg. Handb. ü. d. Ev. Joann. Gött. 1856. p. 117. — coeperat anno regni — ab Antigoni caede ducti — decimo octavo.) et usque ad initium belli iudaici Templum hic illic exornatum est. — Tempore Christi docentis in hoc opus Joann. 2, 20. iam anni insumti fuerant sex et quadraginta. — Tamen cum et materia usus sit veteri, et non totum simul diruerit; sed quantum quoquo tempore innovandum erat, ut perennitas cultus non interrumperetur: ideo Templum restitutum a priori non distinguebatur, Coll. ipso Josepho, de bello. I. 21, 1. p. 105. Herodes novi Templi conditor tam parum haberi potest, quam Machabaei qui illud restaurarunt, vel Joas, qui II. Par. 24, 4. primus Salomonicum innovasse legitur. Sed quidquid sit de ista Josephi narratione hyperbolica, Templi postremi Gloria — quae ceteroquin non consistit in aliquo mathematico spatio, non dimensionum vel durationis ratione, nec in parietum deauratione et ornatu similiumque rerum externarum intuitu — iuxta divina penes Aggaeum 2, 10. verba infinite maior futura erat quam Templi primi Salamonici. Quamvis enim arca, divina nubes, sedes stabilis et umbratica demonstratio gratiae, item sors sacra, gloria primi Templi deesset; tamen erat futura illius Gloria maxima, quod non tantum sub eo sed et in eo ipso, in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, Coloss. 2, 9. coll. Joann. 1, 14. 2, 19. non in nube umbratica, sed in carne vere assumta, adforet Messias, i. e. Christus Dominus Gloriae. Coll. Luc. 2, 22. 46. Matth. 21, 12. 14. 26, 55. Joann. 2, 14. Nihil in universo rerum orbe fuit aut excogitari potest, quo Templi posterioris magnificentia supra prioris Templi gloriam evehi potuisset, quam praesentia Christi. Etenim si posterius Templum opulentia et ornatu multo ignobilius erat priore illo Salomonis, tamen Christus illud ita collustrabat, ut omne aurum et argentum, ac cuncti thesauri, quibus prius ornatum erat, cum gloria domus secundae nunquam comparari queant. In hoc scilicet gloriosissimo Domino habuit hoc Templum praesentem non modo Prophetam maximum, non modo Regem potentissimum; sed et Pontificem magnum ac aeternum iuxta ordinem Melchisedechi. In hoc incarnato adfuit et vera Foederis arca cum propitiatorio, et verum altare cum suffitu grato, et vera ara cum victima propitiante atque igne, et vera mensa cum panis nutrientis sufficientia, et verum luminare cum luce, et verum lavacrum cum aquis mundantibus; quae singula et plura hic latius persequi non possumus.

. Bibliothec. Crit. s. Lov. art. XV. circa Templum Herodianum ·. ·. Ligtfooti, Horae hebr. et talm. p. 981. s. Deylingii, Obs. s. .. .nesti, de Templo Herodis M. in opusc. ph. et crit. Lugd. 347. s. Crusii, Hypomnemata. I, 485. s. Allioli, Religiöse . 141. Uberiora generatim de Templo quoque secundo dabunt scri- p. 297. et 298.

.3. Res Judaeorum stante Persarum imperio.

Xerxes, Darii Histaspis filius, in S. S. nomine Assuerus, אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ, Ἀρταξέρξης. Estheram, ex nobili Hebraeorum familia, captivam tamen, repudiatae uxoris Vasthi locum subvexit. Laude quidem digna Esthera venustate, quae ipsi thalamum dedit; sed multo dignior animi virtute, qua populares suos ab extremo interitu exemit. Res ita contigit. Anno regni Xerxis secundo, Mardochaeus [1] somnium habuit tunc obscurum, per subsequos attamen eventus aperte interpretatum [2]. Assuerus tertio imperii sui anno magnificentia regia lautissima convivia Susis ornat, ad eaque et Medorum et Persarum nobiles et ex aliis gentibus principes et viros primarios convocat. Rerum omnium copia in aspectum lucemque prolata, ultimo die convivii rex largius hilaris. suam etiam coniugem Vasthi hospitibus ostentare voluit. Itaque praecepit, ut regiis insigniis vestita adveniret. Illa vero semel iterumque vocata renuit [3]. Quae res cum ad eius sexus commendationem plurimum conferre deberet, reginae cessit in perniciem. Eum animi sensum rex sui contemtum explicuit. criminique dedit quod imputandum erat virtuti. Senatus consulto repudiatur Vasthi [4]. Eius iudicii poenituit regem, ubi discussa ebrietate recordatus est antiquae cum ea consvetudinis, et de ipsa repetenda cogitavit. At huic obsistebat decretum [5] in toto imperio promulgatum, quo Vasthi exclusa erat a regio toro, quod iuxta leges persicas mutari non poterat. Quo facto cum regem animo tristi viderent ministri, fiunt auctores Assuero ut per totum regnum formosissimas cogeret virgines uxoremque ex eis sibi sumeret. Placuit consilium. Virgines forma pulchritudineque insignes ex omni Asia Susam ductae atque in feminarum regiarum domum sunt receptae. In his Edissa [6] judaeo

---

[1] A Nabuchodonosore Babylonem translatus. V. p. 427. [2] Cap. 11, 2—12. Apparuerunt voces et tumultus super terram conturbataque est gens iustorum, quae clamavit ad Dominum, et illis vociferantibus fons parvus crevit in fluvium maximum, humiles exaltati sunt et devoraverunt inclitos. [3] Cf. ad h. B. Brissonii, de regio Persarum principatu, libri tres. ed. Lederlini. Argentorati. 1710. p. 129. s. 465. s. [4] Cap 1 [5] 1, 19. 22. [6] הֲדַסָּה, Myrtina, coll. Zach. 1, 8. a parentibus vocata.

— beniamitis erat, quae utroque parente orbata, penes Mardochaeum patruum suum educabatur; a quo et mandatum accepit, ne cuius esset, cum id servos regis lateret, cuiquam proderet. Cum venustate omnes superaret, Assuerus eam in uxorem sibi adlegit nuptiasque splendidissime celebravit. Regio toro admota [1] Estherae [2] nomen induit. Eo tempore Mardochaeus cubiculariorum regis Bagathan et Thares in Assueri vitam insidias detexit. Isti quidem re indagata parricidarum supplicio vitam terminarunt; facinus autem, ut fieri apud Persas solebat, in annales relatum est [3]. Agebat in Assueri aula Aman, natione Agagaeus, regi inter paucos carus; quem sibi pene potestate aequatum, ab omnibus regio more honorari praecepit. Mardochaeus divini potius, quam humani iuris observator, homini adorationis officium denegavit, affirmans id sibi, qui Judaeus esset, non licere. Aman contemtum sui omnium Judaeorum interitu vindicare statuit. Porro tam certus erat petitionis a rege obtinendae, ut caedis exsequendae tempus sorti committeret. Sortitione instituta, exiit duodecimus mensis diesque eius decimus tertius [4]. Impetrata tanti tamque saevi facinoris potestate ab Assuero, literas regio nomine scriptas per omnes persici iuris terras misit, quibus praetoribus imperat stato die Hebraeos ad necem tradere [5]. Mardochaeus ubi edictum intellexit, suspicatus ne Esthera communem Judaeorum causam negligeret, quod ipsa extra periculi aleam propter suam dignitatem constituta foret; cum causa ageretur totius gentis Israeliticae reginam non rogat, sed tanquam tutor, additis etiam irae divinae minis, iubet Assuerum adire, et negotium abominandum disiicere [6]. Interea regina non minus ac Mardochaeus et omnes Judaei triduo ieiunarunt et Dominum, eo quod certa mors iis impenderet, obsecrarunt [7]. Tertio die Esthera sumto ad speciem magnifico ornatu, pavido gressu regem adiit [8]. Quem cum ad omnia vota promtissimum adverteret, rogavit duntaxat ut isto die cum Amano convivatum ad se veniret; quod statim obtinuit. Itaque rex cum Amano a regina epulo sunt excepti. Dum coenant, iterum benignis verbis „ecquid vellet" interrogata, verecunde petiit ut sequenti die redituros promitteret. Rex, quo in eam erat studio, cum illud ei negare non posset, discessit laetus. Quantum ex ea invitatione

---

¹) Cap. 2, 1—18. ²) Persice ستارة, ἀστήρ, אֶסְתֵּר, 'Εσθήρ, stella, quod nempe in densissimis nebulis gentilitatis et foedissimis judaicae calamitatis tenebris, tanquam fulgentissimum sidus apparuerit. ³) Cap. 2, 19—23. et c. 12. ⁴) Quod Deus ita disposuit. ⁵) Cap. 3. et 13, 1—7. ⁶) Cap. 4, 1—14. 15, 1—3. ⁷) 4, 15—17. c. 13, 8—18. c. 14. ⁸) Cap. 5, 1. 2. 15, 4. s. Nam Estherae quoque periculum imminebat si non vocata regem adiret, quia id leges prohibebant. Tandem illa proprium discrimen publico gentis periculo posthabuit.

hausit gaudii Amanus, tantum indignationis concepit a conspectu Mardochaei ad regiae fores excubantis [1]. Familiares Amani, qui magnam eius perturbationem vident, consilium cogitant qua vesanum eius odium, quam citissime exstinguatur. Hortantur Mardochaeum postridie multo mane e medio tollere. Aman omni haesitatione deposita, extemplo in domo sua patibulum fieri curavit, in quo Mardochaeus esset suspendendus [2]. Sed haec machina in aliud profecto collum erat fabricata. Nocte quae inter suspendium intercedebat rex insomnis annales publicos afferri sibi legique iubet. In his commentariis cum fidele recitaretur Mardochaei officium cuius gratia nihil contigisset ei remunerationis, regem curae exercuerunt, quid mercedis fidus sibi index recipiat? Ideo quaesivit ex Amano quid debeat fieri honoris viro tam bene merito? Eam interrogationem cum ipse non dubitaret ad suae dignitatis incrementa pertinere, proemium excogitat tam suo plenum decore, quam Mardochaei gloria. Ait hunc hominem induendum vestibus regiis, vehendum equo, quo rex vehitur et maxima cum solennitate per urbem ducendum fore! Rex arripuit consilium. Quid multa! Jubetur Aman Mardochaeum honoribus illis afficere necve eorum quae dixerat, quidquam praetermittere [3]. Cogitur hominem sibi maxime invisum in equum tollere et per urbis amplissimae fora comitari. Perlustrata urbe Mardochaeus ad regem regreditur utique gratias acturus. Aman tabescens ultionis desiderio domum rediit, et familiaribus, quae sibi evenissent exponit; qui hoc in casu ruinae imminentis praenuncium agnoscunt. Adhuc illis loquentibus nuntii venerunt, qui ipsum, alioquin invitum, ut festinaret ad epulas a regina instructas monerent [4]. In iis Assuerus, eadem qua pridie benevolentia usus, a regina, quid esset quod sibi fieri vellet quaerit? Esthera, sermone ad omnem modestiam et sollicitudinem composito, sibi populoque suo vitam orat. Assuerus [5] Estheram, cum de summo suo et populi sui periculo loqueretur, ne intellexit quidem. Percitus iracundia, auctorem intentatae ruinae reposcit; cumque audiisset Amanum esse crudelem illum coniugis suae et subditorum adversarium, relicta subito mensa in hortum concedit. Interea Amanus, suo discrimine cognito, reginae genua complexus mortis poenam supplex

---

[1]) Qui more suo neque surgit neque ullo corporis sui motu venerationem aliquam indicat. Quanquam certissimum teneret Aman, Mardochaeum post aliquot menses pertinaciae suae gravissimas soluturum esse poenas, tamen ne minimum quidem temporis punctum illum sui contemtum ferre potuit. [2]) Cap. 5, 3. s. [3]) Credibile est Amanum usque adeo perculsum fuisse, ut nullum verbum proferre potuerit ad regem ab ea sententia revocandum. [4]) Cap. 6. [5]) Gravissimi illius edicti decretique oblitus.

deprecabatur; quem ut rex reversus deprehendit rem in pessimam partem interpretatus est. Assuerus vitam iniquo scelerum artifici eripi mandat et in crucem quam Mardochaeo paraverat, ab eunuchis indicatam affigi iussit. Dictum factum, eadem die aulicus iste de trabe suspensus est [1]. Cum animo suo ita satisfecisset Assuerus, Mardochaeum, quem sibi aliquando vitam servasse et Estherae suae patruum esse cognoverat multis honoribus distinxit; ereptum Amano annulum omniaque eius bona ei tradit. Estherae et Mardochaei ea, qua par erat, cura rescinditur de tollendis omnibus Judaeis decretum, imo in illos conversum est, quos sanguini eorum inhiasse compertos haberent [2].

§. 150. Tempus historiarum Estherae.

Iam in factorum modo narratorum tempus inquiramus. Libri huius Chronologia sedet in nomine regis Assueri, sub quo historiae Esther contigerunt. Immane hic quantum pugnant interpretes, et in tot fere classes abeunt eruditorum sententiae, quot exstiterunt Persarum reges. Sunt qui pendente captivitate res

---

[1]) Cap. 7. [2]) C. 8. et 16. Esthera cum tot tantaque regis favoris accepisset documenta, audacior est facta et summum petitionis suae argumentum proposuit: ne quam Judaeis necem inferre Aman voluerat, inferri pateretur. Ad haec rex respondit: quod difficilius erat in gratiam vestrum feci, quanto magis quod reliquum est vestri causa perficiam? non esse cur eam Estherae Mardochaeoque facultatem negaret, ut veteres illae de Judaeis perdendis literae, quae dolo a rege impetratae fuerant, datis recentibus e regis nomine literis irritae fierent. Quo facto d. 23. mensis tertii Sivan per Estheram et Mardochaeum ad procuratores iudicesque provinciarum literae regio nomine signoque mittuntur, quibus *Judaeis facultas contra hostes suos se defendendi datur.* Die exterminio suo iam antea destinata, decimatertia mensis Adar concessam sibi exsequuntur licentiam. Inimicos suos impetum in se facientes fortiter excipiunt et stragem terribilem inter eos edunt; ab omni autem praeda facienda se abstinent. Proximum autem post caedem diem Judaei festum agere, quieti, gaudio epulisque dare coeperunt. *In huius rei memoriam decimaquarta et quinta mensis Adar, pro festis suscipiunt atque in perpetuum celebrandos, hortante imprimis Mardochaeo, sanciunt. Cap. 9. Festos autem hos dies vocarunt* יְמֵי הַפֻּרִים, *sortium, quod ab Amano fuerint per sortes electi. 9, 31. Hos dies festos diu Judaei religiose coluerunt; II. Mach. 15, 37. et donec easdem in Christum transtulerunt ut liquet ex cod. Theod. tit. de Judaeis. Tum enim quiescere prohibiti sunt, cum laetari impie et per sacrilegium voluerunt.* Mardochaeus autem perseveravit Assuero carus, imo secundus a rege, et nihilominus perstudiosus commodorum gentis suae. 10, 1—3. Ita Judaei, clade in machinatoris caput retorta, a praesenti pernicie salvantur. Mardochaeus his omnibus gestis, somnium suum Cap. 10, 4. s. exponit. — Ita quoque hic restituimus ea quae a 10, 4—16. de loco suo velut exulare conspicimus. Transeundum nunc pro more nostro ad quaestionem de Tempore istarum Historiarum, atque ad ipsum Librum.

Estherae accidisse contendunt. Sententia tamen communior, Assuerum nostrum post solutam captivitatem et inter Persiae reges quaerendum esse propugnat. Si ea omnia, quae de Assueri charactere et rebus gestis in huius libri historiis tradita sunt, conferantur cum profanis rerum persicarum narrationibus, nemo invenitur, cui omnia tam bene conveniant, quam Xerxi; quod iam docuit J. J. Scaliger, de emend. Temp. Gen. 1629. p. 581. 596. Haec opinio magis cofirmata est, postquam de Heeren, Ideen über die Pol. etc. ed. Vienn. I. 1817. p. 416. s. Sacy, Mém. de l'inst. d'hist. et lit. anc. II, 229. Lassen, Die altpers. Keilenschriften von Persepolis. p. 33. ad oculos fere posuerunt hebr. Assuerus nihil esse nisi formam pronunciandi causa paululum mutatam eiusdem nominis persici, quod a graecis in Xerxis inflexum est. Si spectamus ad res, quae de Assuero nostro narrant Historiae Sacrae, (e. g. Temporis ratio et convivium. Esth. 1, 3.) et quae de Xerxe tradita sunt a profanis, in eandem ducimur sententiam. Idem ingenium Assueri et Xerxis. Cf. Herod. VII. 35, 37. IX, 107. Justin., hist. II, 12. Strabo, XIV, 634. Eodem ducit ambitus imperii Assueri, de quo quaeritur qui describitur 1, 1. 10, 1. coll. Herod. VII, 9. Xerxi adstipulantur characteres generales. In confesso est Assuerum nostrum fuisse famose monarcham Persarum. 1, 3. 14. 18. coll. 16, 23. Regem, de quo quaeritur annis duodecim ad minus regnasse. Haec Xerxi optime convenire facile ostendi potest. Denique aperte hoc demonstrant duo indicia temporis. Esth. 1, 3. et 10, 1. coll. Herod., VII, 8. seq. Amplectuntur hanc sententiam: Vitringa, Obs. s. VI. 4, 9. ed. c. II. p. 283. Carpzovii, Introd. 1, 388. s. Smits, Prol. p. 93. 119. 126. s. Justi, in Eichhorn, Repert. XV, 1. s. Jahn, E. II, 1. p. 221. Ackermann, 208. Baumgarten, l. c. 129. s. Winer, Ruc. I, 38. Hävernick, Einl. II. p. 339. s. Keil, Einl. 530. Haneberg, Gesch. 446. Reusch, p. 125. Una premimur temporis difficultate, si Xerxem facimus Assuerum nostrum coll. 2, 5. 6. spatium temporis, quod inter Jechoniae captivitatem et Assueri imperium intercedit fere saeculum efficit, et Mardochaeus annum 120 compleverit necesse est, gravior adhuc scrupulus iniicitur aetate Estherae, quae tum iam senex fuisset. Recte, quidem si de ea aetate constaret quidquam! Sed solvit hunc nodum iam C. Bellarminus, l. i. c. qui p. 40. scribit: „Quod S. Scriptura dicit Mardochaeum translatum fuisse in Babylonem, recte intelligi potest etiamsi nondum natus fuisset. Siquidem transferri potuit non in se sed in parentibus et maioribus. Prorsus similia exempla leguntur. Gen. 46, 27. Deut. 10, 22. Hebr. 7, 9. 10. Scriptoribus enim sacris admodum familiare est, singulos homines non per se spectare sed familias ut corpora quasi individua complecti, ita ut posteri quasi in maiorum persona inclusi existimentur. Proavum Mardochaei, non ipsum Mardochaeum translatum dici 2, 6. probabilius iudicat etiam Smits, Prol. p. 97. Verumtamen si, ut nobis verisimilius videtur, Mardochaeus quoque eo, quo Joachinus, tempore translatus fuisset Babylonem, rem non conficit. Tanta aetas iis propugnanda, qui illum eo tempore iam adultum abductum fuisse supponunt. Potuit anno vitae suae primo vel secundo iam translatus esse. „Negare non possum, ait C. Sanctius, Comm. ad h. l. p. 317. grandiorem esse aetatem Mardochaei. Sed quis prohibet quin Mardochaeo contigerit, quod sub illud tempus, et nostro aevo consecuti sunt alii." Ceterum libenter fatemur Assueri nomen et initum cum Esthera coniugium resque ceteras hoc Libro comprehensas, Herodoto et profanis scriptoribus incognitas esse, ut pleraque Persarum regum nomina et facta in S. Scripturis celebrata,

Deo ita volente, ut intra sua tantum mysteria electi populi continerentur historiae. Quae vero de moribus et institutis Persarum in historiis nostris narrantur aut apertis verbis, aut ex gestis colligi possunt, cum reliquis rebus persicis alioquin notis optime convenire ostenderunt: B. Brissonius, de regio Persarum principatu. p. 20. 27. 36. 50. 66. 108. 158. 194. 204. 219. 302. 590. M. Baumgarten, de fide libri Estherae. Hallae. 1839. p. 707—113. Idem in Herzogs R. E. IV, 177. s. In omnia alia pergit J. A. Nickes, opere „de Estherae libro et ad eum, quae pertinent vaticiniis et Psalmis libri tres.“ Romae. I. 1856. II, 185., qui I, 128. confidenter affirmat eos, qui hostes vocantur Judaeorum fuisse ipsos quidem Amalecitas atque Idumaeos, exitiumque eorum incidere in regnum Cyaxaris. Testari eadem de re Herodotum, VII, 72. et Strabonem, XVI, 18. ed. Kram. III, 368. 369. Quidquid enim isti de Scythis dicunt, id de Idumaeis Judaeorum hostibus et vicissim intelligi posse et deberi; esse proinde Librum Estherae commentarium de caede Scytharum Cyaxare regnante facta. Sed vir eruditus omni adhibita diligentia falsum dixit, et externa quadam rerum consensione delusus erravit. Vide, quae disputavimus in ephem. Kath. Lith. Zeit. Vienn. a. 1857. n. 30. p. 237. 1859. n. 24. p. 185.

§. 151. Liber Estherae.

Quemadmodum Ruth, Tobias et Judith in Libris nomine suo insignitis, ita quoque Liber hic Estherae nomen in fronte praefixum gerit; quod ista foemina potiores iis in historiis partes habeat [1]. Describit vero ut vidimus ea, quae Judaeis obtigere, qui in patriam reversi non sunt, sed in regno persico vivebant tempore Assueri. In versione graeca plures partes leguntur naturali loco suo a nobis insertae, quas vulgo additamenta ad hebraeum textum vocant; quae in veterem iam Versionem Latinam ante S. Hieronymum derivatae [2], in nostra editione etiam sancti Doctoris manserunt, et extremae inde a e. 10, 4. usque 16, 24. exhibentur [3]. Liber iste

---

[1]) In Bibliis hebraicis aut simpliciter אֶסְתֵּר, aut cum addito מְגִלַּת, voluminis nomine venit, quia quinque illis a Rabbinis annumeratur, quos מְגִלּוֹת appellant. V. p. 217. [2]) Id testatum nobis reliquit s. Hieronymus nota sua critica ad 10, 4. „Haec, inquit quae sequuntur, scripta reperi in editione vulgata (κοινῇ), quae Graecorum lingua et literis continetur.“ In antiquam Latinam transfusa esse, atque in Ecclesia occidentali prima rei christianae aetate iam lecta fuisse, tum vetustissima M. S. S. cum S. S. P. P. et S. eccl. evincunt. At unde eadem Graecus hauserat? mox dicemus. [3]) Sunt vero sequentes: Somnium Mardochaei c. 10, 4. s. 13. et interpretatio c. 11. addita subscriptione, qua notatur annus, quo versio graeca libri Estherae Hierosolyma in Aegyptum perlata est. Prodita per Mardochaeum coniuratio eunuchorum. c. 12. Epistola Assueri de delendis in universo regno Judaeis. c. 13, 1—7,

omnium saeculorum iudicio Judaeorumque atque Christianorum consensu divinae est auctoritatis. Volumen Esther, ad decem priora capita quae hebraica exstant quod spectat, in Canonicorum censu collocatur apud Judaeos et acatholicos [1]. Sed et posteriorum capitum Estherae, seu additamentorum auctoritas canonica genuinis ex argumentis asseritur. Canonicam esse sat esto quod Ecclesia catholica has quoque additiones in Concilio Tridentino adprobaverit, cuius verbis dicitur libros Canonis ipsos integros cum omnibus partibus suis, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris esse suscipiendos. Pro partibus autem, quis dubitet illud esse intelligendum, quod ante erat controversum: nam cur nominari partes debuissent, cum essent prius integri probati et commendati libri? An non in toto ipsius partes comprehensae [2]? Partes dictas antiquissimo tempore in Ecclesiae codicibus locum habuisse discimus e priscis S. S. Patribus et Scriptoribus in divina Literatura excellentissimis [3]. Alii depromunt inde documenta morum; fidei fundamenta alii [4]. Accedit

---

Oratio Mardochaei et Estherae pro salute gentis Judaicae. 13, 8—18. et 14. Narratio ingressus Estherae ad Assuerum c. 15. Epistola Assueri, qua superiores literas de excidio Judaeorum revocat: deinde concedit, ut Judaei de suis se hostibus ulciscantur.

1) Cf. W. Smits, Lib. Esther eluc. Antv. 1750. prol. p. 20. s. 2) Septem posteriora capita, non secus ac priroa novem, pollere auctoritate confirmatur, ex eo quod Ecclesia in Officium divinum eadem receperit. (Fer. 4. p. Dom. II. c. 13. Dom. XXII. post Pent. c. 14). 3) Quorum testimonia suo loco laudabimus. 4) Neque obstat s. Hieronymum scripsisse praef. in h. l. „Quem librum editio Vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus — alii legunt funibus sinibus — trahit." Loquitur hic s. Hieronymus de vitiosis antiquae versionis latinae exemplaribus, quae tum non sine extraneis verborum ambagibus circumferebantur. Enimvero ipsa haec additamenta, licet in eo potissimum versaretur s. Doctoris studium, ut interpraetationem conderet Hebraeo textui consonam, minime negligere ausus fuit, sed latine redditas ceteris e textu originali translatis adiecit. Nam Hieronymum esse harum partium interpretem res extra dubium est, et antiquitatis calculo probatur. Id etiam non solum e scribendi genere, verum et e citata praefatione s. Patris et notis eiusdem manifestum est. Verbum e verbo pressius transtuli inquit in laudata praefatione, i. e. expressius transtuli quam alii transtulissent. Cf. Smits, Prol. p. 128. s. Iuxta haec indice et teste s. Doctore longioribus paraphrasticis narrationibus descriptionibusque ad ornatum excogitatis versio ista concinnata, seu potius a quodam depravata erat. Dum videlicet ea quae a primo huius versionis

osephum [1] maiorem additamentorum partem historiis suis inseruisse. 'onfirmatur denique ex religiosa apud Judaeos observatione solen-ium dierum Phurim, quae ortum habuerunt ex epistola, quae Estherae 11. continetur et non minimam additamentorum partem efficit [2]. plurimis criticorum et interpretum catholicorum [3] volumen Estherae ɔ quaedam quae in eo habentur [4] scriptum creditur a Mardochaeo. erisimilitudine non caret sententia, quae tradit [5] antiquum Estherae ɔlumen ab eo, quod etiamnum superest distinguendum esse. Duplex

---

ıctore reddita erat, exornare adnisus est. Id sunt laciniosi fines; lacinia enim ıpellatur lymbus vestimenti infimus multis caesuris decoris causa incisus. Inde ırspicuum dictis s. Viri minime taxari posteriores huius Libri 10, 4. s. partes, d eas, quae rhetoris potius, quam interpretis exercitio in antiquam versio-m latinam irrepserunt. Has partes ut Spiritus sancti eloquia citat ep. 48. Pammach. n. 14. p. 226. 237. Esth. 14, 11. Ep. 130. ad Demetriad. n. 4. 978. Esth. 14, 16. Cf. e. Ruperti Abb., de victoria verbi Dei. l. VIII. c. 1. l. Mog. 1631. p. 697. Quod nonnulli ss. Patrum et Scriptorum. v. c. Melito ırd., ap. Euseb. H. E. IV, 26. ed. Valesii. pag. 149. librum nostrum prae-rmisisse videntur, non potest cum auctoritate sua canonica privare, quem b Esdrae communi nomine vel alio quodam libro facile comprehendebant. ɔportune accidit hic monere, quam parum critici acatholici suis, quas ponunt gulis adhaereant, tum Melitonis auctoritatem adversus ceteros s. Libros, quo-m canonicitatem negant tantopere urgent; dum vero de Estherae libro agitur, ıem Melito l. c. et s. Gregorius Naz. Carm. XII. de veris Scripturae Libris. —15. . . . Ἔσχατον, Ἔσδραν, Ἔχεις. Esdram habet ultimo loco. II, 260. — exclu-runt; eandem elevant.

[1]) Antiq. XI, 6. I, 566. s [2]) Quare reprobanda Sixti Senensis audacia, ıi additiones textus graeci Bibliothecae s. l. I. s. 2. ed. Col. 1626. p. 25. ıima sex capitula, appendicum lacinias, quorumdam scriptorum temeritate in-rtas vocat. Cf. ib. l. VIII. haer. XI. p. 825. Merito etiam culpandus hic Elias ıpin, qui Prolegom. sur la bible I, 3. p. 93. Sixti Senensis, iussu s. inqui-ionis expunctam sententiam, iterum suscepit defendendam. Recantavit autem eam m aliis per Bibliothecam suam sparsis erroribus, ut constat ex libello: Ordon-nce de M. l. Archevêque de Paris, portant condemnation d'un livre intitulé: ıuvelle biblioth. des aut. eccles. Paris. 1693. [3]) Ita P. D. Huetius, demonstr. ang. Par. 1679. p. 174. prop. IV. C. Sanctius, Comm. in l. l. Ruth, Esther. ıgduni. 1628. pag. 303. prol. I. P. H. Bezange, Introd. in V. Test. Styrae. 354. H. Goldhagen, Introd. p. II. p. 177. 179. Haneberg, Einleitung. 271. C. 9, 20. 29. 30 31. 12, 4. [5]) J. B. de Rossi, in libro: Specimen variarum ıtionum s. textus et chaldaica Estheris additamenta cum latina versione variis-e dissertationibus. Romae. 1782. Rossi summo studio omnia ea, quae hebrai-m textum et additiones attinent contulit. Quamquam ante eum iam Bellar-nus, de verbo Dei, l. I. c. 7. pag. 32. s. et post Bellarminum Huetius, idem niectatus est. Dem. ev. p. 175.

olim Estherae exemplar exstitisse alterum brevius; alterum locupletius aliquod, quod usurpamus [1] unde graeca et latina versio manavit. Locupletius [2] chaldaice fuisse exaratum [3]. Ex hoc volumine chaldaico quemdam scriptorem inspiratum compendium hebraicum confecisse; quo factum est, ut chaldaicus Estherae liber obsoleverit, ita tamen ut non deessent [4], qui chaldaico textu uterentur, et in ipsa urbe Hierosolyma, ubi versio graeca facta est [5]. Fatemur nullam hac de re nobis superesse disceptationem; dummodo agnoscatur, Graecum imprimis interpretem aliis ab Hebraeo, ut hodie est, usum esse monimentis sacris et authenticis. Ex quocumque vero textu versio Vulgatae nostrae sit concinnata, inconcussa stat illius auctoritas [6]. Fundamentum sane solidum est Ecclesiae auctoritas, qua constat extrema huius Libri capita esse canonica. Quae cum e textu originali, ut nunc legitur, deprompta non sint, ex alio textu inspirato esse quomodo dubitabimus? Certe in originali textu, nullibi decretum Estherae et Mardochaei 9, 29. commemoratum comparet, ergo in quodam alio scriptum fuit. Consilium huius Libri generale omnibusque aliis S. Scripturis commune nostra institutio est [7]. Proponitur insigne specimen divinae providentiae et bonitatis in populo suo medios inter hostes

[1]) Pag. 130. [2]) Quod ipsum Mardochaeum scripsisse, ipse sacer textus innuit. [3]) Quia ea aetate ut ex Danielis et Esdrae historiis patet, res Hebraeorum chaldaice conscribebantur. Chaldaica haec historiarum acta, quibus teste ipso textu sacro 8. 9. chaldaicum Assueri literarum apographon, Estherae sermonem, qui hodie hebraice amplius non superest inseruit, et cetera ad historias ipsas pertinentia a se congesta ad populares suos misit Mardochaeus Persarum ditioni subiectos, qui ea publice et privatim legere coeperunt. [4]) In Asia potissimum, Chaldaea, Persia et Aegypto. [5]) Duplex quidem, quarum alteram e regione alterius positam, separatim edidit J. Usserius, in syntagmate de graeca LXX interpretum versione. Londini. 1655. Integer legitur liber Estherae etiam in editione C. Tischendorf, cui titulum fecit: Codex Friderico-Augustanus s. fragmenta V. T. Lips. 1846. e codice graeco antiquissimo, quem in optimis p. 4. libris habendum esse dixit O. F. Fritzsche, qui librum Estherae graece, secundum duplicem libri textum, emendavit et cum selecta lectionis varietate edidit Turicii. 1848. 1849. Cf. eiusdem K. e. H. zu den Apocryphen. Leipz. 1851. I pag. 70. Cf. J. Langen, dissert. in Annal. Tub. theol. quart 1860. p. 244. Die beiden griechischen Texte des Buches Esther. Chaldaicum textum in Manuscriptis codicibus biblicis pontificiis sibi invenisse visus est vir laudatus de Rossi, nec non felicissimo successu depulisse et removisse ea, quae in contrarium obmota sunt. [6]) Qua de re supra dictum est. [7]) Rom. 15, 4.

conservando; unaque luculentum ostenditur curae Dei testimonium erga Ecclesiam suam, quam interire, rebus licet iam conclamatis, minime permittit. Non autem excludimus, voluisse scriptorem Estherae insuper: ut festi „Phurim" origo posteris innotesceret [1].

§. 152. Instauratio Civitatis.

Res iudaicas multum promovit Artaxerxes [2] qui anno septimo regni Esdram [3] de genere pontificio virum, iuris divini humanique si quisquam alius, eximie peritum, cum summae potestatis auctoritate in Judaeam dimisit [4]. Abeunti omnia, quae petierat concessit, munitasque sigillo suo literas dedit, quibus cunctis Judaeis Babylone versantibus patriae repetendae facultas cum omnibus bonis, datisque a Moyse legibus utendi indulgetur [5]. Hoc beneficium muneribus auxit in Dei cultum impensis [6]. Vasa utique aurea et argentea, quae Babylonii nondum restituerant adiecta sunt. Iussit insuper ut praefecti aerarii publici provinciarum ultra Euphraten legato potenter adessent eiusque conatus iuvarent [7]. Impetratis his privilegiis Esdras, Regis Deique procurator, cum magna Judaeorum turba mense primo Nisan, die primo

---

[1]) M. Baumgarten, de fide libri Estherae. p. 51. s. Fructus plurimos eosque praestantissimos decerpere ex Historiis Estherae licet, quos et magna copia adfert Smits, prol. p. 6. 7. 64. s. 80. s. atque Goldhagen, Introd. p. 183.; pertinent illi ad praeclara morum exempla, quibus varia ad pietatis officia accendamur, ad illustres de ecclesia et sanctissima Maria Virgine typos. Vide C. Passaglia, de immac. Deip. concept. comment. Rom. 1854. II. sect. quint. c. 3. n. 1061. s. p. 1012. s. Illud quibusdam suspectum visum est, quod nomen Dei ne semel quidem in toto libro appareat. Verum recte observant alii: uti expressa nominis divini appellatio librum aliquem non reddit inspiratum, ita nec eiusdem absentia quidquam inspiratae derogat auctoritati, dummodo Dei in eo opere miracula et beneficia celebrentur. [2]) אַרְתַּחְשַׁסְתָּא. [3]) עֶזְרָא. [4]) I. Esdr. 7, 5. I. Par. 6, 4. [5]) Magnum affulsit libertatis argumentum, facta Esdrae potestate Judices ex Hebraeis seligendi, qui popularium causas decernerent, et rempublicam secundum divina praecepta curarent. 7, 25. [6]) Rex ipse, pro sua benevolentia, eiusque optimates auri argentique copiam obtulerunt, ut in Templo Domini victimis emendisque libaminibus impenderetur. 7, 17. 20. [7]) Iubebantur Esdrae necessaria pro sacrificiis sive frumenta, sive salem, vinum, oleum suppeditare. Praeter haec vix non omnes qui Templo ministrarent, quorumve erant plura millia, a vectigalibus immunes sunt facti.

Babylone iter in Palaestinam coepit [1]. Quatuor in itinere menses positi sunt, Hierosolymas quinto advenerunt; ubi quatuor dies quieti et popularium salutationi dati. Munera cum Esdras advenisset fideliter reddidit, sacrificia offerri curavit pro omni populo Israel. Postquam perfecisset Esdras, quae magis urgebant, quaeque ad Templum ipsum et civitatem collapsam instaurandum spectabant, cum videret plurima in populo vitia, alacri animo magnoque conatu adnitebatur corruptos populi mores emendare et maxime connubia Judaeorum cum alienigenis dissolvere [2]. Paruit populus ad sanctae Religionis iussa concedens. Esdrae in legatione successit Nehemias [3], pincerna regis Artaxerxis, et obsequiorum merita ei carissimus [4] qui vehementissime ex intimo sensu patrum suorum terram, licet eam nunquam vidisset, diligebat. Susis agens Judaeos quosdam Hierosolymis profectos, de sanctae urbis conditione sciscitatus, ubi adhuc ruinis eam substerni excepit [5] gravi dolore affectus est. Oravit Deum precibus ieiuniisque ut Hierosolymae restituendae facultas, quam a rege petere constituerat, sibi daretur [6]. Cum tempus ministrandi venisset, vinum de more regi obtulit, vultu tamen languido et tristi, statimque sumta ex quaestione regis occasione doloris sui causam exposuit. Indulsit facile rex, ut Hierosolymas se conferret, modo statuto tempore rediret; epistolas etiam dedit ad praefectos ultra Euphraten, ut ei necessaria praeberent [7]. Vicesimo Artaxerxis anno, Nehemias regiis literis

---

[1]) Iussit omnes congregari ad fluvium Ahava, ibidem manserunt per tres dies. Interea misit aliquot de viris primariis, ut sacerdotes ministros Templi, qui in Chaspia erant ad reditum moverent; nec frustra, nam ducenti quinquaginta et octo illum secuti sunt. I. Esdr. 8, 17. s. [2]) Duxerant Judaeorum in Palaestinam reducum non pauci alienigenas uxores, et in his proceres et sacerdotes, qui taliter populo scandalo fuerunt, ut eadem auderent, quae a maioribus suis viderent attentata. Quod cum maxime luxisset vir optimus, indicto conventu gravi oratione Judaeos hortatur, ut extraneis illis uxoribus repudia darent. Quod et promittunt. Esdras ut svavius res componeretur, per constitutos iudices ea coniugia diremit. I. Esdr. c. 9. et 10. [3]) נְחֶמְיָה, filius Helchiae. II. Esdr. 1, 1. II. Mach. 2, 13. Distinguendus vero videtur Nehemias ab illo, qui Zorobabeli et Josuae σύγχρονος in primo populi reditu sub Cyro refertur. I Esdr. 2, 2. II. 7, 7. [4]) Atque vel ideo clarus genere, cum huiusmodi munera nonnisi primae notae aulicis solita fuerint concredi. [5]) Moenia diruta, portas incensas et Judaeorum genus ab omnibus opprobrio habitum. [6]) II. Esdr. 1, 1—11. [7]) II. Esdr. 2, 1—9.

stipatus in Palaestinam venit [1]. Urbem ingressus, noctu explorabat ne quid temere in non parvo negotio susciperet. Abhinc populo pensa distribuit, cunctis summa alacritate iussa exsequentibus. Cum Deum fautorem, et consentientem sibi regem haberent, nihil praeter eorum alacritatem ad resuscitandam urbem desiderabatur, quam provocavit clamans surgamus et aedificemus! Omnibus lubenti animo annuentibus statim opus coeptum est. Resurgentem Judaeorum veriti potentiam instaurationem civitatis indigne ferebant vicini Samaritae aliique finitimi. Opus remorari conantur sed frustra; nam Nehemias tanta celeritate illud absolvit, ut non amplius praesidiis ad suos tuendos indigeret [2]. Alia quoque enata est calamitas, inter Judaeos ipsos magna fames, cui providus populique sui amans Nehemias levamen tulit [3]. Interea non cessarunt hostes Judaeorum aliis insidiis Nehemiam ipsum petere [4]. Voluit

---

[1]) Ubi postea duodecim annos moratus est. II. Esdr. 5, 14. [2]) Judaeorum adversarii Sanaballatus Horonites, Tobias Ammonites et Gosem, II. Esdr. 2, 10—20. Cum simul omnibus ex locis moenia surgerent, primo cavillationes, deinde videntes praecipuas murorum cicatrias iam obductas, dolos et minas exercebant, ut a coepto Nehemiam removerent et occiderent. Judaei, qui extra urbem habitarunt de insidiis sibi paratis Nehemiam praemonuere, quare ut ab eis tutius caveret primo ipse cum suis auxilium divinum implorarunt, deinde custodes super muros die ac nocte posuit, ut adventum hostium nunciarent. Statuit quosdam milites, qui strictis gladiis post muros laterent; ceteros autem licet operi insudantes armis tamen instructos voluit, ut quisquis si forte in eos impetus foret ad resistendum apti invenirentur. Providit etiam, ut noctu excubiae per urbem agerentur, ne opus ab hostibus perturbaretur. Nehemias ipse cum suis, ut semper expediti essent ad pugnam, non deponebant vestes, nisi ut se purificarent. II. Esdr. c. 3, 4. [3]) Urgebantur pauperes inopia tanta, ut filios filiasque servituti locare apud locupletiores, et domos, agros, vineas oppignorare cogerentur. Unde et conquesti sunt apud Nehemiam: se inhumane quasi mancipia tractari a ditioribus non alienigenis, sed ab iis, qui eodem orti genere fratres vocarentur. His auditis Nehemias seorsum primo congregavit optimates, eosque increpavit, quod usuras a fratribus suis acciperent contra id, quod diserte in lege Deut. 23, 19. cautum erat. Deinde in concione publica severe castigavit illos, quod essent gentibus inhumanitate pares, imo superiores, ut qui fratres contra legem et iura naturae vexarent. Optimates et sacerdotes, qui scilicet eiusdem sceleris rei erant, verbis et exemplo Nehemiae commoti ab incepto destiterunt, egenisque opem tulerunt. Cap. 5. [4]) Cum iam muri perfecti essent, nec tamen ianuae adhuc adhibitae portis, certum tenentes, illo exstincto, omnia pessumitura. Itaque miserunt ad eum specie ineundae amicitiae cum ipso ut convenirent in campo Ono, ubi se utrorumque dissidia pacifice composituros esse simulabant. Nehemias tamen

quoque Nehemias sanctificari opus Deo; ideoque sacris ritibus et cerimoniis, magna cum laetitia populi, restaurata Hierosolymarum moenia dedicavit. Ut hoc quoque sub respectu urbs sancta appellari posset, et Deus peculiari cura protegeret tam moenia ipsa quam quaecumque eorum ambitu continerentur [1]. Civitate antiquis sedibus restituta, Nehemias legitimis coniugiis ceterisque ex divina Lege componendis operam dedit [2]. Ob reparatam Civitatem patriae pater et Solymorum novus conditor meruit nuncupari [3]. Hisce peractis, in Persiam ad regem rediit [4]. Post aliquod

eorum fidei minime acquiescens respondit se nullatenus posse foras progredi cum opus grande coepisset, quod sui praesentiam exposceret. Judaeorum hostes, ut suos dolos detectos esse intellexerunt, vi eos aggredi non sunt ausi, sed metu et calumniis ad insidias pertrahere Nehemiam satagebant. 6, 1—14. Nehemias, superatis omnibus hostium moliminibus, perfecit ut Hierosolymarum moenia vicesimo quinto die mensis Elul, qui est sextus, diebus quinquaginta et duobus surgerent, postquam exstrui coepta sunt; licet in ipsis Judaeorum proceribus essent, qui ab inimicorum partibus starent. Postquam absolutus est murus, Nehemias urbis portas valvis munivit eiusque custodiam probatae fidei viris commisit. 6, 15—19. 7, 1—3.

[1]) Cap. 12, 27. s. Quinto die post fuit festum Neomeniae, novi anni, in quo legis solennis lectio, perturbatis, ut apparet his temporibus diu intermissa, contigit. Postridie autem, die secundo mensis septimi, Esdras scriba interpretabatur universo populo verba legis. Decimam quintam mensis septimi, qua inchoabatur octiduum festum tabernaculorum Nehemias in universis urbibus denunciari iussit. Quod et miraculis Deus insignivit, nam igne de coelo misso sacrificia consumsit. II. Esdr. c. 8. II. Mach. 1, 18. [2]) Post festum Tabernaculorum die 24 eiusdem mensis cum iam omnes, sive qui nondum dimiserant uxores alienigenas, sive qui eas repudiatas iterum receperant, facti fuissent poenitentes, ieiunium publicum instituebatur; in quo ardentissima oratio recitata est, qua Deus obsecrabatur, ut cunctas miserias et poenas, quas iuste propter peccata sua iam pridem passi fuerant, propitius intueretur et averteret. Orationem sequebatur sponsio fidelitatis, multa ad integritatem morum spectantia continens, quae in scriptum redacta et subsignatione procerum munita est. II. Esdr. c. 9 10. [3]) Perpendens civitatis ambitum ampliorem esse, quam ut ab ibi habitantibus posset defendi, decrevit ut principes Judaeorum Jerosolymis sedem constituerent, sortes quoque in omnem populum cetera oppida tenentem dedit, ut decima pars, cui sors contigisset, in eam civitatem incola concederet. Coll. 11, et 12, 1—36., ubi incolae enumerantur. Maxima autem erat Nehemias in populum suum humanitate et beneficentia. Ad quam pertinet tributorum tantundem imminutio; multis in locis aedificantibus erat auxilio tum ipse, tum per servos suos, denique, quamvis magnas expensas coll 5, 14. facere cogeretur, tamen neque ipse, neque domestici eius agrum ullum oppignoratum occuparunt. Interim partem sumtuum aerarium regium subministrasse videtur. [4]) II. Esdr. 13, 6.

tempus [1] obtinuit rursus facultatem a rege in patriam remigrandi. Ibi intellexit eo absente prolapsos iterum civium suorum mores [2]. At Nehemias facinoris reos castigavit, summisque curis vitia correxit; atque adeo effecit, ut ex Lege divina omnia rite agerentur [3]. Tandem Nehemias Judaeorum republica, honore Templi, Sacerdotum et Levitarum ministeriis restitutis, vivendi finem fecit, dignus saeculorum memoria. Atque haec fere narrantur in Libris Esdrae [4] et Nehemiae [5], quem vulgo II. Esdrae nuncupant.

§. 153. Liber primus et secundus Esdrae.

Libris Paralipomenon, temporum ratione sic exigente, subiungitur Esdras [6], ita a scriptore et obiecto palmario vocatus. Vulgata librum primum Esdrae dicit, nec secus arabica versio; quem enim hebraica exemplaria Nehemiae [7] vocant, Vulgata secundum Esdrae numerat. Cur autem uterque dicatur liber Esdrae docent: vel a. quod in Nehemiae libro historiae ab Esdra coeptae eodem filo continuentur, – complectitur enim curas Nehemiae in perfecienda instauratione reipublicae, quam exorsus est Esdras – vel b. quod apud Hebraeos, ut ait S. Hieronymus: „Esdras et Nehemias adiutor videlicet et consolator a Domino" in unum

---

[1]) Forte annum. Salianus, Annal. V. T. V, 328. 344. לְקֵץ יָמִים, post octo annos sumit. [2]) Imprimis malum, quod fecerat Eliasib in gratiam Tobiae, hominis alienigenae sed affinis, quem praefecit gazophilacio in vestibulis templi. Id valde perversum visum est Nehemiae, tum quia alienigenam atque adeo Ammonitem non oportebat usque ad gazophilacia Templi penetrare, tum quia sacrilege defraudebantur ministri Dei. Ideoque Tobiam cum supellectili sua e conclavibus eiecit, et praecepit cubicula mundari. 13, 7—9. Post haec Nehemiae opera Levitis, quibus exuti fuerant, redditus restituuntur et observatio sabbati pie inculcatur; et ne deinceps profanaretur, ib. 10—22. cautum est. Idem curavit, ut quae circa sacerdotium ordinata fuerant, magno studio observarentur. 13, 30. 31. [3]) Cum aliqui Judaei 13, 23. s. denuo connubia cum alienigenis inirent, severe iniunxit eis, ut uxores Azotenses, Ammonitides et Moabitides, quas duxerant, dimitterent. Nepotem vero Eliasibi pontificis, de Joiadae — qui in summo sacerdotio successit — filiis, qui cum publico totius populi scandalo Sanaballati Horonitae e Moabitide filiam duxerat, in exilium abegit. 13, 28. 29. [4]) I, 7—10. [5]) C. c. 1—13. [6]) Ἔζρας, vel molliore sono more dorico *z* in *sd* mutato Ἔσδρας, Esdras. [7]) Quamvis initio secundi in Vulgata legatur: „Liber Nehemiae, qui et Esdrae secundus dicitur".

volumen coarctentur [1]. Primus liber Esdrae continet res octuaginta et duorum annorum [2]. Pertexit decem capitibus historias iam tum ante tempora Esdrae gestas; scilicet liberationem populi e captivitate, in cuius reditus mentione posterior substiterat Liber Paralipomenon. Geminam, ut vidimus, memorat reductionem in patriam, Templi reaedificationem, cultus sacri redintegrationem, et instaurationem civitatis. Nehemiae vero, vel secundus Esdrae, tredecim capitibus historias enarrat triginta et quod excedit circiter annorum [3]. Exponitur nempe ut ab anno vicesimo Artaxerxis urbis Hierosolymarum reaedificatio per Nehemiam promota et consummata fuerit. Narratur ordinatio rei Judaeorum sacrae una et profanae plenior, ante et post alterum Nehemiae e Persia reditum [4]. Scriptor Libri primi Esdrae sic recenset gesta Esdrae [5] ut manifestis indiciis, se eundem cum Esdra esse prodat [6]. Cum idem semper usque ad exitum Libri sit dicendi genus – ad dialectum accedens chaldaicam, abundans vocabulis inusitatis [7] - sequitur totum volumen Esdrae esse tribuendum. Ut autem idem de secundo libro Esdrae sive Nehemiae dicamus prohibent plura neque contemnenda rationum momenta. Utpote in quo [8] *α*. recitantur series e commentariis genealogicis in quibus nomina Sacerdotum et Levitarum usque ad aetatem Jeddoa summi sacerdotis continuantur, qui ad tempora Alexandri M. spectat [9], et amplius 120 annis Nehemiae adventu in Judaeam recentior est [10]. *β*. Narrationis

---

[1]) Ep. ad Paulinum, et ante ipsum Origenes, ap. Eus. H. E. VI, 25. p. 226, Lactantius, lib. IV. Inst c. 11. p. 185. Vulgo autem graecae editiones utrumque separant ac priorem Ἔσδραν simpliciter et subsequentem Νεεμίαν inscribunt. [2]) Ab inito Cyri in Babylonios regno, usque ad XIX. Artaxerxis Longimani — sive ab 537—445. ante C. — qui Nehemiam misit Hierosolymas. [3]) Ab 445—409. ante C. [4]) In utroque Esdrae libro s. s. Patres et s. Literarum interpretes, retecto, ut dicit s. Hieronymus, cortice literae, altius quid et sacratius in medulla sensus mystici invenere. Epist. ad Paulin. LVIII, 9. p. 325. 326. Quod pro munere fusius prosequuntur Salianus, Annal. V. T. l. c. p. 346. s. Goldhagen, p. 121. s. [5]) 8, 15. [6]) Ipse quippe in voluminis decursu 7, 27. 28. scriptor de se nunquam non loquitur, quasi qui interfuit rebus gestis, ut potissimus eorum auctor. [7]) Cf. A. G. F. Schirmer, Obs. ex. cr. in l. Esdrae. Vratisl. 1817. p. 1. s. [8]) C. 12, 10. 11. 22. [9]) Coll. Josepho Antiq. XI. 7, 2. 8. 4. p. 578. 580. [10]) Opinioni Natalis Alexandri, H. E. V. T. II, 307. Ackermanni, Introd. p. 196. 205. Welteii, Einl. II. a. 246. Reuschii, l. c. p. 123. „quo circa in Catalogo illo Levitarum et sacerdotum, quem ad tempus suum

indoles [1] eam prae se fert speciem, ut scriptorem supponat, qui ab aliis audita et in literis publicis reperta potius videatur referre [2]. Unde apte dicunt Nehemiam accurata regiminis sui diaria reliquisse, ad aetatem usque Machabaeorum servata [3], ex quibus monimentis hic Liber retentis ipsis Nehemiae verbis exaratus est. Ut autem pios animos in adversis angustisque temporibus sacri solabantur et recreabant Libri in genere [4]; sic in specie l. l. Esdrae solatio sunt, et ad res feliciter sancteque tractandas disciplinae mirificae. *In quibus leguntur res omnino desperatae, quae divina Providentia sublevatae sunt; debilitatae vires adversariae, depressi spiritus insolentes, quo tempore nulla videbatur opponi posse aut solertia, quae eluderet, aut potentia, quae utiliter inimicorum impetus sustineret. Adfuit tamen in ea moerentium animorum trepidatione Deus, qui rebus desperatis salutem afferret et victoriam!* [5].

---

perduxerat Nehemias, quidam appendicem illam intexit," subscribere non possumus; rationes alio loco daturi. Cf. e. Hävernick, Einl. II. a. 322, qui quamvis alio modo nodum solvat, de praefata opinione tamen ingenue confitetur „dies ist eine ganz unerhörte kritische Willkühr."

1) A. c. c. 8—10. 2) Praesertim 12, 26., ubi de Nehemia loquitur, quasi a se alieno et longa iam aetate fatis functo. 3) II. Mach. 2, 13. 4) Ut habemus II. Mach. 2, 12. 5) *Exstant sub nomine Esdrae adhuc duo libri Tertius et Quartus qui quamvis Tertius apud Graecos non unitos cum prioribus in Canone censeatur, ut apocryphi ab Ecclesia reiecti sunt.* Liber Tertius Esdrae in graeca editione — ed. Jager. II, 747. — inscribitur Ἔσδρας πρῶτον; quia historias ab altiori origine repetere videtur. Continet, hic liber, nihil ferme praeter rem in canonico primo libro Esdrae narratam, paucis mutatis, si unum excipimus locum III. Esdr. 3, 4. s. de problemate, quid omnium esset fortissimum, coram Dario rege disceptato; unde praemium in Zorobabelem collatum et omnia bona cum Judaeorum gente communicata dicuntur. Auctor e libris Esdrae, Nehemiae, Regum et Paralipomenon excerpsit, et non paucis indiciis prodit aetatem longe ab hoc aevo remotam. *Cum nihil habeat liber iste fidei et bonis moribus absonum, Veterum quidam, imprimis Graecorum, eum laudarunt*; (Cf. A. A. Pohlmann, Diss ü. d. Ansehen des apokryphischen dritten Buch's Esdras, in diar. lit. Theol. Tüb. Quart. 1859. p. 263. s., qui tamen in eo hallucinatur, quod sine fundamento dicat. pag. 271. Paralipomenon, Esdrae et Nehemiae libros, olim unum maius opus historicum, ab eodem redactore confectum effecisse.) neque id mirandum, cum a s. s. Patribus et Scriptoribus citentur quoque interdum libri profani, cum res ipsa exigit, quibus levis est, aut etiam nulla fides. Verum Ecclesiae Latinae auctoritas opus reiecit, ut pronuntiat de his rebus instructissimus s. Hieronymus, ad Domn. et Rogatian. in Esdram et Nehemiam praef. *Nec quemquam moveat, quod unus a nobis liber editus est, nec apocryphorum tertii et quarti somniis delectetur.* Addit non solum apud Hebraeos non haberi, sed ne quidem apud

§. 154. Quaeritur de Libris s. an Esdras iis ultimam manum imposuerit?

Nobilis est quaestio, quid in Scripturam sacram collatum sit ab Esdra? Si libri quarti Esdrae asserta haberetur apud Ecclesiam auctoritas, de eximia praerogativa Esdrae constaret in sacrorum Librorum restauratione. *Ea est enim IV. Esdr. 14, 21. exposita opinio, divinos omnes Libros, capta Urbe et everso Templo, incendio periisse; soluta vero captivitate eosdem Esdram divinitus illustratum ex memoria restituisse.* Quos videlicet integris quadraginta diebus dictavit quinque viris, qui summa celeritate quae ab eo dicebantur, excipiebant. Quae plane ut recte ait Bellarminus — *de verbo Dei II, 1. e. c. p. 104. de script. Eccles. ed. Venet. Tom. VII, 10.* — redolent fabulas iudaicas. Sive assumatur Esdram s. Libros, qui captivitatis tempore prorsus interciderant, iterum scriptis mandasse ac deinde posteritati tradidisse: Sive dicatur quod posuit B. de Spinoza Judaeus, mox Judaismi desertor ac tandem atheus, *Tract. theol. pol. c. 9. p. 115.* in hisce Libris „historias ex deversis scriptoribus colligere" Esdram: Sive feratur illum communi ceterorum fato suum exemplar s. servasse, quod deinde a se post captivitatem transscriptum Judaeis tradiderit: Sive dicatur recensuisse illum et restituisse veteres codices occasione deportationis babylonicae dissipatos et mendis infectos atque in unum etiam corpus omnia collegisse cum antea nullo inter se vincta foedere iungerentur; merito in dubium vocatur, imo et contradicitur, nec id infirmis sequentibus argumentis: a. Nullum habetur certum et assertum monimentum, quo instauratos, vel recusos, vel collectos libros ab Esdra doceamur. *Omnia enim ex apocrypho quarto libro Esdrae discimus, nullius fidei scriptore, et traditione Hebraeorum, qui conditum ab Esdra Canonem s. Librorum opinantur, quae cuius sit pretii suo loco demonstrabimus. (De isto Viro in genere Judaei multa scribunt — Cf. J. M. Jost, Geschichte des Judenthums und seiner Secten. Leipz. 1857. I, 41. — praeter s. Scripturas, ex usu et re sua, quorum*

LXX, utpote recentioris texturae. Liber quartus continet partim obiurgationes populi immorigeri, partim promissiones de beneficiis elargiendis Ecclesiae per Messiam, cuius exspectatione pios et fideles consolatur. Hoc quoque opusculum non sine elogio Veteres commemorant et usurpant. Sed Ecclesiae Latinae et Graecae suffragio e Canone S. S. excluditur. S. Hieronymus, contra Vigilantium. N. 8. II, 393. expresse dicit Ecclesiam librum hunc non recepisse; ea propter nec se idem opus legisse. *Judaeo-Christianum fuisse huius libri auctorem*, evicit Calmetus, dissertatione in quartum Esdrae, Diss. in V. T. p. I. pag. 598. seq. Adeo sine ambagibus de adventu Jesu Christi, eiusque obitu et resurrectione loquitur, sententiis illis evangeliorum respondentibus, ut statuamus auctorem ex Novo Testamento sua hausisse. V. s. l. IV. Esdr. 2, 34. 6, 24. 7, 39. 8, 18. 61. 9, 2. 3. 13, 37. Est igitur cur — collatis etiam locis 1, 35. 2, 23. 26. 31. 46. 7, 18. huius scripti — sumamus scriptorem christianum quem facile ex Judaeis reputemus, qui reducere voluit ad fidem Israelitas Jesu Christo repugnantes. Vide 3, 6. 8, 15. 18. Credimus etiam non inviti Calmeto, l. l. p. 603. vixisse scriptorem adhuc saevientibus primis adversos Christianos persecutionibus. Exstat versio aethiopica edita Oxonii. 1820. a R. Lavrence. Armeniacae vero meminit A. Maius, Script. Vet. Nova coll. Romae typis Vaticanis. 1831. V, 239.

idem asserere nequeunt, quaeque ideo Christiani nullo modo credere tenentur). Neque Veteres, hanc opinionem secuti, aliam possunt illi auctoritatem asserere, quam quae a primo auctore, unde ceteri hauserunt, derivatur. Si quis post captivitatem Libros s. in unum corpus collegerit, is iuxta II. Mach. 2, 13. 14. Nehemias est; paria de Juda Machabaeo, nuspiam vero de Esdra legimus. Alterum argumentum b. ducimus ab incredibili. Ex ipsis Sacris Scripturis colligimus α. Libros hosce divinos nunquam e Judaeorum manibus recessisse. Universae Hebraeorum historiae religio et politia Libris istis nititur; perire igitur sive corrumpi eiusmodi Libri non potuere, quousque gens ipsa exstitit. Res Hebraeorum sacras intervalla quaedam obscura interceperunt, nunquam tamen diu nec ubique vitium obtinuit. Deus enim nunquam non sive prophetas, sive principes, sive sacerdotes et alios viros pios misit, qui afflictis legis suae rebus succurrerent, seseque veluti aggerem impietati et corruptioni opponerent. β. Quis putet, Jeremiam, cui summa libertas concessa fuit, quique sacra Templi instrumenta abscondit, tam socordem fuisse, ut vel unum codicem ex incendio vindicare data opportunitate negligeret. γ. Libro IV. Regum 25. et Jeremiam 52. accurate singula per Chaldaeos vel destructa, vel Babylonem asportata enumerantur, quin ulla sacrorum voluminum mentio fiat. δ. Judaei captivi lege mosaica non caruerunt, nam Danielis 9, 2. 11. 13. profertur testimonium ex libro Moysis, item ex Jeremia de LXX annis desolationis. Remanserat igitur captivitatis tempore ut ex prophetia Jeremiae 25, 11. 29, 10. apparet, quae incendium evaserat, Pentateuchus. ε. Quis credat e tot codicibus, qui apud Hebraeos fuerant, maxime apud sacerdotes, qui haud parvo erant numero, ne unum quidem tempore reditus ab exilio superfuisse. Denique ζ. II. Esdr. 8, 1. legitur: Esdram in frequenti populi conventu statim post reditum legisse librum legis Moysis. *Igitur tempore captivitatis et ante praememoratam instaurationem superstites esse debuerant Libri sacri. Negari nequit multos Veterum illustrium virorum in contraria opinione fuisse, in quam eos adduxit IV. Esdr. 14, 21. s. narratio.* V. Polyg. Lond. IV, 33., ubi saepe fatum somnium refertur. *Verius igitur putatur Esdras Scripturam s. collatis variis codicibus a mendis, quae illevit parum accurata inersque descriptio, expurgasse et castigasse* Cf. Eusebii, Comment. in Psalmos. ed. B. de Montfaucon. Par. 1707. I, 300. Consentiunt cum plurimis aliis interpretibus doctissimis viri clarissimi: C. Sanctius, Comment. ut pag. 31. seq. Bonferius, Praeloq. sect. VIII. pag. 21. Calmet, Diss. de restauratione L. L. S. S I, 604. s. Goldhagen, Introd. pag. 124. seq. Glaire (?) Lesange, Introd. pag. 329. Natalis Alexander, Histor. Eccles. V. T. e. c. II, 279. Aurivillius, de synagoga vulgo dicta magna in Dissert. ed. J. D. Michaelis. Gott. 1790. pag. 156. seq. Sed habent insuper adhuc aliquid aliud codices sacri ab Esdra, ut in prologo galeato testatur s. Hieronymus. *Nam certum ad illud usque tempus Hebraei illis uterentur characteribus, quos cum Samaritanis habuere communes; characteres novos etiam hodie usurpatos apud Judaeos invexit.* Quae autem Esdrae *ratio* fuerit hos characteres mutandi, non una ab omnibus adfertur; sed haec probabilior: quod his characteribus iam Babylone *essent assveti* Judaei. Deinde propter literas coniunctas ad *velocius scribendum* coll. I. Esdr. 7, 6. magis apta fuit, quam illa rudior antiqua. Cf. F. C. Movers, Loci quidam Hist. Canonis V. T. illustrati. Vratisl. 1842. p. 5. ***Certum est Esdram scribam legisque doctorem post captam Hierosolymam et instaurationem Templi sub Zorobabel, alias literas***

reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum ac Hebraeorum characteres fuerint." Ait l. l. s. Hieronymus. Sunt hi characteres antiqui samaritani plane iidem cum characteribus, qui sculpti deprehenduntur in siclis et numismatibus machabaicis. Qua de re videndi: Eras. Froelich, Annal. compend. reg. et rerum Syriae. Viennae. 1744. Tab. XVII. Dobrovszky, de antiquis Hebraeorum characteribus. Pragae 1783 Hartmann, linguist. Einl. in das Stud. der Bücher des A. B. Ul. Kopp, Bilder und Schriften der Vorzeit. Mannh. 1821. II, 94. s. L. Bertholdt, H. K. Einleit. in sämmtl. Schriften d. A u. N. Test. Erl. 1812. I, 163. s. E. F. F. Beer, Inscriptiones et pap. vet. sem. ad orig. hebr. iud. relat. Lips. 1833. Herbst, Einl. I, 55. s. Hävernick, Handbuch der h. k. Einleit. I. a. p. 288. s. Praeter supra laudatum testimonium, s. Hieronymi, — ad quod conferendum aliud eiusdem s. s. Patris in comm. Ezechielis c. IX, 4. ed. Vall. V, 95. — quod solum apud omnes haud pervicaces sufficeret; etiam alia testimonia Veterum tum inter Christianos, tum inter Judaeos, qui de hac re optime testari poterant habemus, quibus firmiora probationis genera in rebus eiusmodi desiderari non possunt. Inter Christianos pro nobis testimonium ferunt Julius Africanus, in Chronographia Georgii Syncelli, ed. Paris. 1652. p. 83. Origenes, apud Bern. de Montfaucon, Hexaplorum Origenis, quae supersunt. Par. 1713. in Praeliminaribus anecdotis in Veteres script. interpretes. p. 86. Cf. Eiusdem, Tom. II, 90. In Ezechielem selecta. ed. Lomm. XIV, 204. Eusebius, in Chronico, Olymp. 81. a. ab Abr. 1560. ed Vall. VIII, 503. „Affirmatur — Ezras — ut Samaritanis non miscerentur, literas iudaicas commutasse." Praeter hos inveniuntur in Apparatu ad bibl. s. pol. Lond. 1657. Tom. VI. prol. III. p. 21. citati Judaei, qui idem docent. De hac re ceterum uberiora scire cupienti omnino legendi: Hug, in Annal. Zeitschr. f. d. Geistl. d. Erzb. Freiburg. 1829. Untersuchungen über die später angenommene Schrift der Judaer. pag. 46—65. H. Hupfeld, Krit. Beleuchtung dunkler Stellen der Alttest. Textgeschichte in Annal. Studien u. Kritik. 1830. II, 289. s. Bleek, Einleit. p. 723. s. Leyrer, Schriftzeichen u. Schreibkunst bei den Hebräern, in Herzogs R. F. XIV, 11. s.

§. 155. Aggaeus.

Zorobabeli, Esdrae et Nehemiae fidelissimis ecclesiae et reipublicae iudaicae instauratoribus a consiliis et auxiliis fuerant prophetae, qui apud populum Dei, Babele in terram suam reductum, vaticinati fuere: suntque Aggaeus, Zacharias et Malachias. Tum ex Esdrae libro [1] tum ex ipsius oraculo [2] colligimus Aggaeum [3], cum populus electus suis dudum careret regibus, vixisse. Sane ex annotatione temporis secundum Persarum computandi rationem id

[1]) I. 4, 24. 5, 1. 6, 14. [2]) 2, 3. [3]) Ut sonat latine post gr. Ἀγγαῖος; nam hebraice חַגַּי audit, interprete s. Hieronymo, praef. in Joelem. VI, 166 ἑορτάζων quem nos festivum — coll. חַג, festum — atque solennem possumus dicere, festivus enim et laetus ad populum reducem prophetavit.

rissime liquet [1]. Plura, unde occasio vaticiniorum satis constet, ex toriis sacris afferri possunt. Neglexerant Judaei aedificationem mpli; ideo Propheta a Deo missus nomine Eius ad maiorem tatem, seu zelum, hortatur, atque agrorum illius temporis steritem omniumque fructuum penuriam tanquam poenam iustam)eo inflictam declarat ad urgendum illud officium [2]. Nec frustra utus erat Aggaeus. Judaei inchoatum opus continuarunt: quo to Dominus clementer per Aggaeum alacriter obedientes solatur; mittit rerum copiam et felicitatem; quam maxime vero advenn et beneficia Messiae praestantissima, atque [3] Templi novi cus amplissimum [4]. Variis iteratisque verbis Aggaeus promissiones stri modo contexit, atque distinctius exponit. Denique ad populi em firmandum, Zorobabeli prae omnibus Davidis posteris gran divinam praemii instar pollicetur; atque commemorata regni tium fragilitate, Zorobabeli animos addit; dicit stabilem eum fuum medias inter clades in suo decore, dum transibunt imperia ulorum; perpetua nimirum seminis Davidis continuatione usque magnum principem Christum! [5] Dicendi genere in concionibus nonitoriis utitur gravi, in rebus de Messia hilari et festivo [6]. serioris autem temporis lingua, Chaldaismis mixta, in nostro pheta omnino vestigia occurrunt; quamvis pauciora ac in Dalis, Esdrae et Nehemiae libris [7].

[1]) C. 1, 1. in anno inquit secundo Darii — Hystaspis. Vide p. 497. — nense sexto, die primo, mensis. Cf. E. F. C. Rosenmüller, Prophetae minor. II. Lips. 1828. IV. p. 97. A. Köhler, Die Weissagungen Haggais. Erlangen.). p. 7. s. [2]) C. 1, 1—13. [3]) 1, 14. 2, 20. Veniet desideratus cunctis tibus per humilem in carne manifestationem, coll. Gen. 49, 10. Isai. 2, 3. 5. 60, 3—5. 9. T. O. v. 8. habet בָּאוּ חֶמְדַּת, constructione anomala venient iderium. Ut Ps. 119, 103. Salutari conversione Christo iungentur gentes nae et aversae. [4]) 2, 10. „Et implebo domum istam gloria dicit Dominus eituum. Magna erit gloria domus istius novissimae plus quam primae, dicit ninus exercituum, et in loco isto dabo pacem d. D. e.“ Cf. Isai. 9, 6. 7. h. 4, 3. Oseae 3, 5. Vide p. 501. [5]) Cf. Köhler, l. c. p. 79. s. II. 2, 20— Laudantur haec Aggaei vaticinia et prorsus ut divina citantur ad Hebraeos 26. L. Köhler, l. c. pag. 86. [6]) Negari quidem nequit prophetam iisdem ginibus, quae in aliis prophetiis occurrunt usum fuisse — e. g. 1, 6. coll. h. 6, 15. 2, 18. coll. Amos. 4, 9. — sed vaticinia ipsa eorumque argumentum le has animo suppeditabat; nec desunt penes Aggaeum loci, qui elegentiam testari videntur. Ita 1, 6. 9. 10. 2, 5. 10. 22. 23. [7]) Cf. J. G. Scheibel, Observ. et exeg. ad Vat. Haggaei cum proleg. Vratisl. 1822. p. XVI. Köhler, l. c. p. 30. s.

§. 156. Zacharias.

Zacharias, filius Barachiae et nepos Addonis [1], eadem qua Aggaeus vixit aetate; hoc tantum discrimine, quod duobus mensibus post Aggaeum, octavo mense anni secundi Darii Hystaspis vaticinia sua exorsus sit [2]. Gemino — nisi fallat coniectura — officio fungebatur Zacharias sacerdotali [3], quod per nascendi sortem ex providentia divina nactus est, ac prophetico quod per vocationem extraordinariam a Deo accepit [4]. Communi cum Aggaeo elogio saepius in libris historiarum eius aetatis laudatur [5]. Unde dubium non est, prophetias suas in Judaea edidisse. Neque obstat, quod visiones aliquot Prophetae oblatae fuerint in Babylonia; nam cum esset Hierosolymis Zacharias, speciem revelationis sibi Babylone obiici visus est [6]. Nostrum Zachariam non esse eundem qui in Evangeliis [7] templum inter et altare occisus fuisse dicitur; sed hunc esse Joiadae Pontificis filium a rege Joaso oppressum, ex indubiis testimoniis [8] constat; atque s. Hieronymus testatur se in evangelio Nazaraenorum [9] invenisse pro f. Barachiae lectionem f. Joiadae. „*In evangelio, quo utuntur Nazaraeni, pro filio Barachiae, filium Joiadae reperimus scriptum. Simpliciores fratres inter ruinas templi et altaris, sive in portarum exitibus, quae Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes Zachariae sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Judaeorum et fidei pietate descendit*“ [10]. Qui tandem Zachariam

---

[1]) Quod tam in T. O., quam in τῶν LXX; itemque I. Esdrae 5, 1. — etiam in Vulgata — appellatur filius Addo, fit ex communi Hebraeorum more, quo etiam nepotes filiorum nomine veniunt. Cf. II. Esdrae 12, 4. 7. 16. A. Köhler, Der Weissag. Sacharjas erste Hälfte. Erlang. 1861. pag. 8. [2]) Diceret fortasse quis Zachariam viso 1, 16. 4, 9. 6, 12—15. frequentem mentionem facere iam fabricae Templi, quod aedificandum adhuc foret? Sed is animadvertat Zachariam loqui l. l. de Templo non quod nondum aedificaretur, sed quod nondum esset absolutum. Cf. F. X. Patritii, de Christo Zachariae et Malachiae vaticiniis praenunciato. Romae. 1853. p. 27. 28. Köhler, l. c. p. 14. s. [3]) E tribu Levitica fuisse Zachariam, colligitur ex loco supra laudato Nehemiae, qui narrat Addonem avum Zachariae sub Josuae Pontificatu ipso illo tempore, inter primores Sacerdotum praefectos numeratum fuisse, cui cum aetate provectior esset, sub Joakimo Josuae filio summo Sacerdote successit nepos. [4]) Cf. M. Baumgarten, librum egregiis paraeneticis lucubrationibus refertum: Die Nachtgeschichte Sacharias. Braunschweig. I. 1854. II. 1855. I, 4. [5]) I. Esdr. 5, 1. 6, 14. [6]) Quia ex domesticis Hebraei habebant regem nullum, rationem temporis init iuxta annos regis Persarum Darii, sub cuius imperio coll. I. Esdr. 4, 5. restaurata est Templi fabrica. V. M. Baumgarten, l. c. I, 24. De fatis prophetae ceteris praeterea nihil scimus. [7]) Matthaei 23, 35. Luc. 11, 51. [8]) II. Par. 24, 20. [9]) De quo hebraico N. F. codice pluribus in H. N. T. dicimus. [10]) Ed. Vall. VII, 190 191.

nostrum confundunt cum altero Zacharia, ad Isaiae [1] aetatem pertinente ipsa sui expositione refutantur; interiacent enim nostrum inter et prophetam Isaiam anni plus quam ducenti. Nomen quod attinet prophetae s. Hieronymus [2] זְכַרְיָה, Ζαχαρίας, μνήμη κυρίου, memoria Domini reddidit [3]. Non enim tantum ipse propheta Domini, eiusque dictorum et factorum recolit memoriam; verum etiam ex captivitate reduces idem ut faciant sedulo hortatur. *Quia,* inquit s. Hieronymus [4] *populus constitutus sub rege Persarum habebat memoriam Domini, et propter memoriam benedictionem, et ob benedictionem testimonium; idcirco ad eum Zacharias mittitur"* [5].

§. 157. Oracula Zachariae.

Zacharias cum Osea prolixissimus est duodecim inter Prophetas minores. Capita numerat quatuordecim, quae commode in duas partes dividuntur: quarum prior a C. C. I–VII. est visionum propheticarum, et quoad argumentum exhortatoria: altera a C. C. VIII–XIV. stricte prophetica et praedictoria, de Christo ipsiusque regno et beneficiis. In parte prima Zacharias idem pertractat thema, quod Aggaeo inculcandum iusserat Deus; coaevos scilicet hortatur, ut superatis difficultatibus et metu deposito, certo confidant eversurum esse Deum hostium molimina, remoturumqne impedimenta quaecumque, etsi gravissima. His miscet felicissimorum, quae Judaeos olim, Messia regnante, beabunt, temporum promissiones, additque obiurgationes scelerum inter Judaeos adhuc obviorum. Exhibet pars prior novem Visiones, similes visionibus Danielis, in quibus explicandis multa praeclara tam Judaeorum quam Christianorum desudarunt ingenia. Id sibi speciatim sumit C. 1. propheta, quod coaevos moneat: ut toto corde revertantur ad Dominum; deinde duabus visionibus equitis inter myrtheta, et quatuor cornuum et fabrorum, pollicetur eis libertatem cum omni copia bonorum. C. 2. Imaginem exhibet viri structuram urbis Jerusalem metientis ita, ut sub urbis et templi instaurati decore et gloria prophetet de Ecclesia Christi et magna multitudine hominum, qui in ea futuri sint et Judaeorum

---

[1]) Coll. Isai. 8, 2. [2]) Prooemio in Joel. p. 156. [3]) Simonis, Onomast. p. 529. recordatus est Dominus, sc. nostri. [4]) Comm. Zach. 1, 1. pag. 780. [5]) Multa in hoc nomen congessit Köhler, l. c. p. 4. s.

et gentilium. C. 3. In visione summi sacerdotis Josuae [1] commonstrat antitypum Christum, dum occasione redintegrati sacerdotii portentum annunciat: Messiam, germen e regiae familiae davidicae radice, lapidem, qui Ecclesiam sustinet et iungit. Sistit c. 4. aureum candelabrum, ad quod ex duabus oleis iuxta positis oleum emanat; quo significatur Templum eiusque apparatum Zorobabele et Josua fideliter cooperantibus consummatum iri. Figura voluminis volantis, amphorae cui insidet mulier, et mulierum egredientium proponuntur c. 5. peccata, quibus indulgebat populus et eorum supplicia. C. 6. quod est bimembre 1—8. emblemate quatuor curruum solatur pios oppressos iudiciis, quae Deus hostibus velocissime et undique immittet; 9—15. in coronis, quae summo sacerdoti Josuae praeparantur et imponuntur prophetat de Christi [2] regno et sacerdotio. C. 7. [3] et 8. explicat leges cerimoniales et praecepta moralia atque legationi de ieiuniis interroganti respondet [4]. In parte altera praedicit vocationem gentium, felices praeconii evangelici progressus. Christi pastoris adventum, personam, dotes, ministerium, aerumnas, mortem atque regni gloriam clare et copiose enarrat. Praeprimis annuntiat etiam interitum Civitatis iudaicae. Et quidem C. 9. 1—8. gentibus ob perpetuos in Judaeos reduces hostiles incursus minatur excidium; 9—17. populum iudaicum excitat ad gaudium ob adventum Messiae, qui uberius delineatur. Causam annunciat cur exultent, nam rex eorum ex davidico sanguine adventurus est, asino vehetur, ut rex pacificus [5]. C. 10. pergit Zacharias in pingenda gloria, dignitate et felicitate regni Messiani. C. 11. 1—3. agit sub symbolis de incredulorum perditione; sistit 4—14. exiguum Ecclesiae nascentis gregem, atque curam, qua summus pastor Christus eum prosequitur, cuius etiam passionem canit. Sed et v. 15—17. describitur negligentia nec non stultitia pastorum politicorum et ecclesiasticorum stolide in exitium gentis electae agentium, et cum illa perdendorum. C. 12. 1—9. loquitur de prosperitate Ecclesiae

---

[1]) A daemone accusati apud Deum, attamen sub symbolo vestium mundarum in omnium oculis remissione peccatorum absoluti. [2]) Qui Oriens dicitur, cuius diebus orta est iustitia, neque obscure indicat cur Josuae gemina data fuerit corona. [3]) Quod inter et primum duo anni lapsi sunt. [4]) Displicuisse Domino Judaeorum ieiunia, quoniam mandata eius contemserint. Ut praesentes corrigantur in suorum scelerum cognitionem adducit; et postquam tristia fuerat comminatus contritos c. 8. in spem erigit suos, atque ea promittit, quae a placato Numine sperari solent. Omitti posse ieiunia cum tempus instet, quo adintegrentur omnia. Cf. Fr. Riberae, e S. J. in l. duod. proph. comm. p. 632. s. [5]) Quod revera impletum est, cum Salvator noster comitantibus et discipulis et turba asina vectus Jerusalem ingrederetur. Matth. 27.

e poenis, quibus afficientur ipsius persecutores. Subnectit eximium ıus vaticinium de Christi in cruce supplicio et de missione s. Spiritus. 2. 10–14. 13, 1. Jugi memoria – ait Dominus – et studiosa proione contemplabuntur ad me, quem transfixerunt [1]. Necdum vero heta in hoc desinit, sed ulterius progreditur; iungit 13, 2–6. amplam riptionem ingentis luctus ob caedem Messiae; vaticinatur 13, 7. de apostolorum [2], de Evangelio promulgando, quosdam e Judaeis ad em eligendos, plures reprobandos. Fides electorum variis tormentis ›rabitur. 13, 8. 9. Christi passionem non longe insecuturum extremum licium Judaeorum revelat c. 14. post quod Evangelium mirifice dilaur. Pugnabunt quidem gentes contra Ecclesiam, illam tamen veheer ditabunt martyrum sanguine, virtutum luminibus [3]! Dicendi ›re utitur magis etiam quam ceteri Prophetae minores obscuro rciso et praecipiti; unde s. Hieronymus de eo scribit: „obscumus liber Zachariae prophetae, et inter duodecim longissi-“ [4]. Hoc autem nostro proprium et privum est, quot quanto siae propinquior est tempore, tanto de illo in vaticiniis exactior et magis expressus. Antiquiores prophetas retractare in des habet.

---

[1]) Joann. 19, 37. Habitatores Jerusalem Spiritu s. donandi, partim cors tempore passionis, partim fidei oculis, semper aspecturi sunt Christum, etiam increduli, teste eodem s. Joanne, Apoc. 1, 7. „Trepidi aspicient — eganter canit poëta — clavo transfixa trabali brachia, et invidiae tot donta suae. Transfixumque latus, quod militis hauserat hasta. Ultoremque ıt gens scelerata Deum!“ De hoc gravissimo loco videsis: C. Vitringae, s. II, 9. s. G. Saleman, diss. Jova transfossus in Thesaur. Th. I. 1054. s. sum de Wette, comment. de morte Christi expiatoria, in Opusc. p. 17. s. ıae accidit nocte dum Christus caperetur. Matth. 26, 3. Joann. 16, 32. ıhnii, Einleit. in d. g. B. d A. B. II, 2. p. 670. s. et Badeii, Christol. 259. s. interpretationes, qui haec vaticinia ad Machabaeorum tempora traseriem contextus perpendenti necessario repudiandae sunt. Taxavit has iam miles explicationes saepe saepius s. Hieronymus, Comment. in Zachar. l. III. 12. s. Revera Zacharias talia temporum eventa praedixit, quorum memoria storiis machabaicis frustra quaeritur. De sensu messiano istorum capitum ninus dubitari potest, quod Christus ipse Matth. 26, 30. Marc. 14, 27. ar. 13, 7. de se interpretatus sit, adversus cuius interpretationem profecto in hoc genere sapere voluerit! Cf. Patritii, de Christo Zachariae etc. p. 39. s. aef. explan. ad Exuperium Tholosanum ep. VI, 778. Lege etiam C. Sanctii, nent. p. 1390. s.

§. 158. Authentia Oraculorum Zachariae, IX–XIV. impugnata, sed et vindicata.

De sex postremis prophetae Zachariae capitibus admodum in utramque partem disceptatur. Iam diu, ante scilicet, quam circa voluminis Jesaiani auctoritatem quaestio agitata esset, surrexere inter Anglos (J. Mede, Joann. Bridge, Hammond, Rich. Kidder, Guil. Whiston, Guil. Nevcome, quorum libellos accurata crisi comitatus est F. B. Köster, in opere: Meletemata critica et exegetica in Zachariae prophetae partem posteriorem. Cap. IX—XIV. Gottingae. 1818. p. 10. 11. 12.), qui Zachariae C. C. IX—XIV. alii auctori, ignoto, tribuere non dubitarent. Interpretibus e gente Anglorum plurimi, pariter e Germanis, Doederlein, Ausserlesene theol. Bibl. Leipz. 1787. IV. p. 93. 94. Anonymus — Flügge — Die Weissag., welche den Schr. der Proph. Zacharias beig. Hamburg. 1784. p. 70. s. J. D. Michaelis, N. Or. u. ex Bibl. I, 128. G. L. Bauer, Einleit. pag. 430. et Schulzius, Schol. VIII, 24. 74. s. Corrodi, Beleuchtung des jüd. u. christ. Bibel-Canons. I, 107. Augusti, Einl. p. 227. Bertholdt, Einl. IV, 1701. s. Eichhorn, Einl. IV, 363. Paulus, Comm. I. N. T. II, 130. s. Forberg, cur crit. et exeg. in Zachar. part. post. Coburg. 1824. I. Rosenmüller, Scholia in pr. min. IV, 254. Credner, Joel. p. 67. s. Knobel, Der Prophetismus. II, 166. s. Maurer, Comm. g. c. in V. T. II, 667. s. Ewald, Die Prophet. d. A. B. I, 308. s. Bleek, Ueber das Zeitalter von Sacharia. C. IX–XIV., in Stud. u. Kritik. 1852. p. 247. s. Einleit. p. 553. Hitzig, Die zwölf klein. Proph. ed. II, Lips. 1852. p. 349. s. Meier, Geschichte der poët. Nat. Lit. d. Hebräer. p. 306. s. Bunsen, Gott in der Gesch. I, 449. s. Ortenberg, Die Bestandtheile des B. Sachariah. Gotha. 1859. calculum adiecerunt. Omnes hi argumentis internis ducti affirmant vaticinia haec a Zacharia eo certe, qui post exilium sub Dario Hystaspis vixerit, minime scribi potuisse. Idque propter orationis genus, consilium discrepans, et tempora inde a capite nono prorsus ab his quae octo priora libri capita respiciunt aliena. Ne hoc quidem sumendum a vate profecta esse Zachariae coaevo; sed potius casu quodam Anonymi cuiusdam vaticinia ante exilium scripta, a collectoribus Canonis volumini Zachariae adiuncta esse. Verum quo tempore Anonymus iste floruerit, in hoc rursus nimiopere dissentiunt critici; et nuperrime placuit in hac particula non unum, sed duos scriptores distiguere, quorum unus c. IX—XI. sub Ozia exarasset, coll. II. Par. 26, 5. alter, qui c. XII—XIV. — Achazo et Isaiae aequalis 8, 2. — edidisset. Quae vero critici in cap. IX—XIV. sibi deprehendisse visi sunt, tanquam ab aetate Zachariae aliena, haec — ut scite animadvertit Burger, études exéget. et crit. sur le prophète Zacharie. Strassb. 1841. p. 125. 126. — ut plurimum inde profecta sunt, quod a priori omnium falsissime statuerint, quam vaticiniorum seriem reddere debeat propheta post exilium florens. Ad quod accedit eos perperam de instituto prophetarum ut pure humano cogitare. Obiectiones adversariorum vindiciis suis elevarunt viri doctissimi: Blaynay, a new translation with notes. Oxonii. 1797. Carpzovius, critica sacra Vet. Test. p. 856. 867. Beckhaus, Ueber die Integrität der proph. Schriften des A. B. Halle. 1796. pag. 363. seq. Jahn, Einleit. ed. sec. II, 2. p. 675. s. Koester, opere supra citato, Meletemata e. s. p. qui tamen minus sibi constat in libro: Die Propheten des A. u. N. T. nach ihrem Wesen und Wirken. p. 116. 296. nota 6. Tanta fuit argumentorum Koesteri

auctoritas, ut ipse de Wette, Lehrbuch d. h. k. Einl. ed. IV. et V. in sententiam de authentia concederet. In VII. p. 336. enim rursus ad priorem, qua vaticinia Zachariae abiudicavit, opinionem rediit. Strenue pro servandis Zachariae his capitibus porro egerunt: Hengstenberg, Beiträge zur Einleitung etiam sub titulo: Die Authentie Daniels und die Integrität des Sacharja. Berlin. 1831. p. 364. s. Hävernick, Einl. II, 2. 406. s. Welte, II, 2. 163. s. Haneberg, Gesch. d. b. O. 407. s. Burger, études s. c. Keil, Einl. 358. s Patritius, l. s. c. pag. 33. seq. P. Schegg, Die kleinen Propheten. II, 272. s. H. L. Sandrock, Prioris et posterioris Zachariae partis vaticinia ab uno eodemque auctore profecta. Vratislaviae. 1856. p. 46—74. Reusch, p. 137. s. W. Neumann, Die Weissagungen des Sacharjah. Stuttgart. 1860.

§. 159. Argumenta pro Zacharia post exilium propheta scriptore depromuntur.

Genuinis Zachariae operibus, capita IX–XIV. quoque accenseri debere, sequentia persvadent. A. Pro Zacharia pugnat antiquissima Traditio. Çum post exilium viveret Zacharias Canonis auctoribus de eius scriptis tutissime constare poterat [1]. Plura commata istius partis impugnatae in novo Testamento [2] laudantur attamen nuspiam sub alius prophetae nomine. B. Cum certamen de authentia Zachariae unice in argumentis internis constituatur, ea nunc uberius expendenda erunt. Latent haec α. in Sermonis, β. in Poëseos indole, γ. in Argumento. Sed ex his omnibus liquet horum eiusdem vaticiniorum authentia. Ut iam de singulis dicamus Quod α. sermonis indolem attinet, ostendi potest, utramque Zachariae partem convenire in rarioribus chaldaismi vestigiis [3], in singulari quadam periodicae dictionis forma, in constructionum scabritie, et in frequentiori phrasium quarundam usu [4]. Verumtamen

[1]) Quod etiam probatur codicum hebraicorum, versionis Alexandrinae, Targumi, Jonathanis, Josephi, Philonis atque Mischnae consensu, [2]) Ita Zach. 9, 9. Matth. 21, 5. Joann. 12, 15. Zach. 12, 10. Joann. 19, 37. Apoch. 1, 7. Zach. 13, 7. 11. 12. Matth. 26, 31. 27, 9. 10. Marc. 14, 27. Zach. 12. t. respicitur p. i. Joann. 10. Vide Zach. 8, 16. Ephes. 4, 25. Jud. v. 9. Zach. 3, 2. Cf. Burger, études. p. 14. 15. [3]) V. c. 1, 15. עֲזַר sequente ל, iuvare aliquem. 4, 12 צַנְתְּרוֹת, pro hebr. צִנּוֹרוֹת, 7, 12. שָׁמִיר, adamas, vox serior. In II. parte 9, 8. מִצָּבָה, pro מַצָּבָא; 11, 8. בָּחַל seq. ב taedium experiri alicuius rei; 12, 7. 8. 10. 12. 13., דָּוִיד pro דָּוִד. [4]) Sunt eae partim omnino ad dicendi genus propheticum pertinentes. E. g. notissima vaticiniorum initia: et scies quia Dominus exercituum misit me ad te. 2, 11. 6, 15. 11, 11. Tritissima prophetarum phrasis:

β. maioris momenti sunt, quae ex indolis poëticae in utraque parte similitudine concludere possumus. Utraque pars omnino caret paronomasiis, apud reliquos prophetas frequentibus, imprimis vero utraque distinguitur peculiari quadam imaginum obscuritate[1]. Secundae partis eundem esse qui primae scriptorem evincitur C. ex utriusque argumento, quamquam enim C. C. 1–8. et C. C. 9–14. non una in re discrepent; conveniunt tamen tum inter se, tum etiam cum scriptoribus coaevis: a. In singularibus quibusdam notionibus[2]. b. In allusione ad res Chaldaicas et Persicas[3]. c. In aetatis, qua vixit descriptione; etenim populi Judaici conditionem talem describit, qualem post exilium fuisse ex scriptoribus ceteris coaevis compertum habemus[4]. Hactenus expositis denique commode adiungimus d.- futuri temporis Messiani laetas imagines utrique parti communes[5].

§. 160. Malachiae aevum.

Cum praeter nomen nil de Malachiae rebus[6] in S. Scriptura habeamus, coniecturis variis se omni aetate fatigarunt interpretes[7]. E communi

---

erunt mihi in populum et ego ero eis in Deum. 8, 8. 10, 6. 13, 9. Veterum prophetarum lectione imbutus Zacharias 7, 7., in universum quidem antiquum prophetarum vigorem servavit, haud raro tamen, saeculi sui usu, sermo fit prolixus, et redundans.

¹) Ante omnia hac in causa attentione digna est Zachariae singularitas, a. quod commata sua in quinque membra dividere amet; 6, 13. 9, 5. b. quod generali sententia annunciata eam per partes enumerare soleat. 5, 4. 8, 19. 12, 10, ²) E. g. utraque pars oculum Domini, ut providentiae imaginem adhibet, 3, 9. 9, 1. amat item numeri quaternarii symbolicas rationes. 6, 1. 5. 14, 4. 8. ³) E. g. menses ut apud Esdram Chaldaeorum more non numerantur, sed nominibus propriis designantur. 1, 1. 7, 15. Capite 14, 20. alluditur ad morem persicum phaleras equorum inscriptionibus exornandi. V. C. Hoeckii, Vet. Mediae et Persiae monumenta. p. 31. s. ⁴) Imprimis attentione dignissimae sunt populi in utraque parte denominationes: domus Israel et domus Judae, Juda, Israel et Jerusalem. 8, 13. 9, 10. 13. Amborum quondam regnorum cives vocantur 9, 12. vincti spei, sperantes, spe nondum destituti. Non minus dilucide utriusque reipublicae eversio proponitur; 10, 6. 9. ad civitatis iudaicae conditionem, qualis novae coloniae aetate fuit respicit. 12, 7. Huc merito refertur quoque 10, 1. coll. Agg. 1, 6. 10. ⁵) Cf. 2, 9. 9, 14. 2, 3. 9, 9. 2, 10. 14, 17. 18. 8, 22. 23. 14, 16. ⁶) מַלְאָכִי ex יָהּ et מַלְאָךְ compositum, ad normam פְּלָתִי, nuntius Dei, quod LXX et Vulgata suo more reddunt Μαλαχίας, Malachias. ⁷) Iam antiquitus opinio viguit — ut refert s. Hieronymus in Prooem. VI, 939. — Malachiam non

doctorum tam Judaeorum quam Christianorum sententia [1] recte teneatur, silentium divinorum oraculorum repetendum a tempore quo Malachias suam edidit prophetiam, quae inter duodecim Prophetas minores, qui Hebraeis שְׁנֵים עָשָׂר, Graecis Δωδεκαπρόφητον dicuntur, ultimum occupat locum, a cuius obitu vaticinia Prophetarum siluere, cum Patris aeterni Verbum et prophetarum Dominus hunc in mundum ipse adventaret. Etsi enim Deus deinceps quoque viros pro sua misericordia excitaverit inspiratos, nullus tamen vocatione et dono prophetiae distinctus fuit. At vero quaeritur, quonam accurate tempore floruerit Malachias. Titulus prophetiae, qui sonat: „Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiae" 1, 1. id non docet; sed sunt aliqua in quibus omnes fere consentiunt. Vixisse α. Malachiam post reditum Judaeorum ab exilio babylonico; loquitur enim vates ad populum, non a rege sed a duce civili rectum [2]; captivitatem iam perpessum [3]; quippe cum et ea observentur, quae nisi in Palaestina observari poterant [4]. Posteriorem esse β. Malachiam Aggaeo et Zacharia, qui prophetabant ante absolutum Templi aedificium; quod iam consummatum ponit Malachias; in quo sacra a sacerdotibus et Levitis ex Lege celebrantur [5]. Si porro perpendimus accuratum consensum, qui inter postremam historiarum Nehemiae partem et Malachiae vaticinia intercedit [6], nec non corruptionem quam noster Propheta

---

hominem, sed Angelum coelestem fuisse, humana forma indutum. Interim non sunt istius sententiae accusandi s. Patres v. c. s. Augustinus, qui Angeli nomen huic prophetae dedit l. de Civ. Dei. XX, 25. II, 424. Cum enim nomen angelus per se magis officium, quam naturam angelorum exprimat, optime datum est prophetae, qui angelum coelestem in suo munere referret. Paraphrastes Chaldaeus intelligebat Esdram sacerdotem vitia ordinis sui taxantem, qui se symbolico nomine Malachiae appellasset. Sed potior Scriptorum veterum et christianorum interpretum pars has opiniones repudiavit, et sane quidquid sit praestat in tutioribus traditioni antiquae Ecclesiae consentaneis subsistere et Malachiam ab omnibus aliis distinguere, quando nusquam cum aliis idem esse dicitur, tanquam prophetam cuius nomen scire nos voluit Deus, non item genus et patriam. In Martyrologio romano Sanctorum catalogo adscriptus legitur die decimaquarta Januarii. Judaeorum doctores: Aggaeum, Zachariam et Malachiam perperam constituerunt coaevos et synedrii magni faciunt assessores.

[1]) Cui veluti re patenti, ex diversis monimentis congerendae supersedere licet; qui haec legere cupit adeat C. Vitringae, Observ. s. II, 311. [2]) Malach. 1, 8. [3]) Ex Idumaea enim quae post Hierosolymas vastata fuit, nihil supererat nisi ruinae et vastitas. 1, 2—4. coll. Ezech. 35, 3. s. Abd. 11—16. Ps. 136, 7. [4]) Decimarum solutio. 3, 8. [5]) 1, 7—14. 2, 3. 12. 13. 3, 8. 10. [6]) Nehemias in patriam reversus vide p. 514. dolere debuit curas suas incassum cecidisse, legumque ac iuris iurandi sanctitate insuper habita primitias et decimas minime

describit [1], nemini puto fiet non verisimile Malachiam Nehemiae contemporaneum fuisse. Unum praeterea addere iuvat, librum II. Esdrae sumere eo tempore quo Nehemias ad clavum reipublicae fuit Hierosolymis [2] exstitisse plures non tantum falsos sed et veros prophetas. Sed quoniam morum ac religionis facies, qualem Malachias aetate sua fuisse testatur, postulat spatium temporis, quo perversitas incrementa cepit [3], aevum Malachiae restringendum erit ad imperium Artaxerxis regis Persarum; ad illud quidem tempus, quo Nehemias altera vice ex Persia rediit in Judaeam [4].

§. 161. Malachiae liber propheticus.

Materies in universum est: Castigat Malachias coaevos suos audaces, qui ipsum Deum, eo quod cultores suos sub iugo Persarum, inania numina colentium, relinqueret, iniustitiae accusare non verebantur [5]. Gravissimis verbis sacerdotum ac populi mores arguit. Prophetia ipsa incipit 1, 2. a narratione beneficentiae divinae, quae satis constaret e collata Idumaeorum cum Judaeorum sorte, cum hi versarentur in locis adhucdum vastatis, dum Judaei terram propriam et instauratam possiderent. 3–5. Cum validissimum adsit fundamentum devotissimam a Judaeis exigendi obedientiam, ideo multas habet Deus rationes invehendi in populum iudaicum et primo loco in sacerdotes duces sacros, 6–10, quos una cum ipsorum cultu detestatur. Substituturum se ait v. 11. cultum magis gratum et cultores fideliores i. e. Sacrificium Novae Legis [6]. A sacerdotibus

datas, II. Esdr. 13, 10—13. violatam diērum festorum religionem, ibid. 15. 16. connubia cum foeminis alienigenis, ibid. 23. 24. sacerdotium per se ipsum labefactatum. ib. 4. 5. 29.

[1]) Neque decimae dabantur, Malach. 3, 7—12. dies festi posthabiti sunt ib. 2, 3. matrimonia cum exteris inita; 2, 11. sacerdotes peccatis inquinati, ib. 2, 8. et sacra ab ipsis polluta. 1, 6—14. 2, 1—9. 3, 5. [2]) II. Esdr. 6, 7. [3]) Cf. Sanctii, Comm. p. 1697. s. [4]) Cf. Patritium, de Christo Zachariae et Malachiae vaticiniis praenuntiato. p. 71—74. nos, p. 514. [5]) Lege II. Esdr. 9, 36. 37. Hanc esse sententiam querelarum, de quibus Deus Israelitas reprehendit Malach. 2, 17. 3, 13—15. s. Hieronymus, Comm. in Malach. VI, 944. seq. Jahn, vatic. mess. p. 8. s. Patritius, l. c. pag. 76. L. Reinke, Der Prophet Malachi. Giessen. 1856. p. 446. adstruunt et res ipsa evincit. [6]) Quemadmodum authentice hunc locum exponit Ecclesia in s. Concilio Tridentino Sess. XXII. c. 1. et s. s. Patres pene omnes, quos vide apud J. M. A. Loehnis, de praenunciato N. F. sacrificio. Francof. 1836. p. 46. s. et Reinke, l. c. pag. 310. seq. Contra Protestantes, qui v. c. J. Mark, Comm. in h. l. p. 12. 33. „de oblatione hilastica

progreditur ad populum totum, qui per vota pietatem simulavit, sed impietatem in eorum executione prodidit. 1, 12–14. Adeo lacessitus Deus minatur C. 2. se maledictionem retributurum, imo iam maledixisse, quibusdam poenarum suarum speciminibus exhibitis 1–3. Summa ignominia afficiendi sunt sacerdotes, qui plurimum a laudata maiorum pietate desciverunt; unde merita illos manet poena 5–9. Perstringit 10–16. eos, qui uxores peregrinas ducebant, repudiatis praesertim coniugibus innocentibus. Dicit sacrificium de manibus sacerdotum, qui talia commiserunt se accipere non posse uxorum fletu et planctibus impeditum. Imprimis luculenter agit de ortu Joannis B. atque Salvatoris tanquam Angeli Foederis et Solis iustitiae adventu. Excitat impios ad poenitentiam, perterretque sceleratos severissimo Dei vindicis iudicio. Impiis 2, 17. quaerentibus quando sit Deus exerciturus iudicium, respondet sermo Domini: apparebit Messias cui praemittetur extraordinarius nuntius, 3, 1. [1] qui Judaeos, ut aurum et argentum multa scoria mixtum et ut vestes infectas purgabit [2]. 2–6. Quemadmodum semper, et nunc, v. 7. provocat Judaeos ut per morum emendationem ad Deum revertantur; quo facto et ille ad ipsos convertetur Publicae calamitatis causam esse, quod decimas et oblationes non persolverent. Agite, ait Deus, conferte munera a lege praescripta; effundam absque ulteriori mora benedictionem priori maledictioni oppositam, omnes gentes cum viderint undique vos singulari meo favore frui beatos praedicabunt. 8–12. Temere quidam queruntur, continuat vates, cultum Dei nihil iuvare, felices esse impios. 13–15. Talium verborum testem Deum adducturum esse diem iudicii, quo intelligent illum probe discernere inter pios et impios; 16–18. eo enim tempore Deum oppressurum impios, pios vero beatos redditurum. 4, 1–3.

Christi sumunt, quam ipse semel obtulit Patri suo, ut eadem per fidem et fideles preces adhuc a singulis sit praesentanda" pugnat obvius prophetiae sensus. Nam sacrificium Christi non omni loco et semper, sed semel tantum et unico loco fuit oblatum; nec loquitur Malachias — ut vel ex antithesi ipsa liquet, quam perperam neglexit Hengstenberg, Christologie. III, 592. — de sacrificio spirituali precum et similium, quod erat iam in V. T., sed de sacrificio proprie dicto. Opponite nim sacerdotibus, non omni populo, alios, qui sacrificium offerrent proinde vaticinatur de sacrificio proprie dicto. Cf. H. Oswald, or. ac. de s. Eucharistia. Pad. 1855. p. 33. s. A. Stökl, das Opfer n. s. Wesen u. n. s. Gesch. Mainz. 1861. pag. 482.

[1]) Coll. Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 1, 76. 7, 27. Joannes Baptista, de quo hunc locum clare expositum deprehendimus in eventu aeque, quam evangelica narratione. [2]) Quod Christus fecisse legitur Matth. 21, 1. s. terribili sane ratione Judaeos Romanis relinquens, quorum ferro plurimi misere trucidabantur, cum reliquiae dispergerentur.

Tandem claudit oracula sua Malachias commendatione legis Mosaicae, et fideli prospectu ad **Eliam**, quo **nomine** Joannem Baptistam et Eliam prophetam designavit; quorum primus priorem Messiae adventum, alter alterum sub exitum mundi praecederet[1]. Judaei Malachiae oraculum[2] **sigillum Prophetarum** appellant, quod egregie convenit prophetiae argumento; praeprimis clausulae, qua per commendationem legis mosaicae volumen prophetarum obsignatur. Non ergo exhaustis pene viribus[3] exspiravit prophetia; sed praeconio promissionum evangelicarum, **praecursoris** et **Messiae**! Vigore poëtico Malachias non caret; sed dictio eius, utcunque facilis ac plana, aetatem redolet recentiorem[4].

§. 162. De vinculo quo Prophetae inter se iuncti deprehenduntur.

Prophetarum, quorum longus catalogus a Moyse usque ad Malachiam[5] pertexitur, in Sacro Codice V. T.[6] dispar longe ac diversa

---

[1]) Malachias Joannem Baptistam et Eliam, qui personaliter vereque sub finem saeculorum venturus est, 4, 5. ita iungit sicut Christus signa excidii hierosolymitani et extremi iudicii. Alterum Salvatoris adventum ad iudicium praecedere Eliam docent verba, Matth. 17, 10. ubi Christus duplicem adventum suum, et utriusque praecursores distinguit. Verba Christi l. l. de vero Elia intelligi debere, inde planum est, quia Joannes iam venerat et absolverat cursum suum, et tamen Dominus dicit: Elias venturus est. Qui instant Matth. 11, 13. 14. Christum de Joanne dicere: ipse est Elias, advertant s. Hieronymi dictum Comment. in Matth. l. III. ad c. 17, 11. „Ipse qui venturus est in secundo Salvatoris adventu iuxta corporis fidem, nunc per Joannem venit in virtute et spiritu." Si vultis in primo meo adventu, ait ergo Christus, Eliam recipere, Joannem recipite. Joannes Bapt. ut iam s. Gregorius, l. i. c. rectissime notavit, a legatis synedrii interrogatus an Elias esset, negavit se esse. Joann. 1, 25. De Elia Malachiae vaticinium iam antiquissimi interpretes intellexerunt. E. c. LXX, qui reddiderunt „Ἠλιαν Θεσβίτην;" quibus consentit. Chaldaeus, Syrus, Arabs, Vulgatus. E s. s. Patribus vero s. Justinus, dialog. cum Tryph. §. 49. p. 161. S. Hyppolitus, serm. de Antichristo. ed. Lagarde. p. 22. S. Gregorius Nyss., Test. adv. Jud. apud Gall. VI, 593. S. Joannes Chrysostomus, hom. LVII. al. LVIII. n. 1. VII, 575. s. S. Augustinus, de Civ. Dei. XX, 29 II, 430. S. Cyrillus Al., Comment. in h. l. Op. III, 868. 869. S. Gregorius M., in Evang. l. I, 1476. idem tenent. Cf. e. p. 23. 24. 343. 344. Theodoretus, Comment. in h. l. ed. cit. II, 2. pag. 1693. [2]) חותם נביאים. [3]) Ut effutiit Wette, Einleit. p. 340. [4]) Vide Umbreit, l. c. p. 458. [5]) Imo ante Moysem, tam superiorum diluvio quam inferiorum. Gen. 9, 25. 49, 1. 2. s. Ose. 6, 5. Am. 2, 11. Jerem. 29, 19. Zach. 1, 5. Ps 104, 15. [6]) Ubi circa sexaginta tres hoc nomine illustres habentur cum aliquot prophetissis.

ratio fuit ante Legem et institutum Sacerdotium, et post utriusque auspicia. Prophetas diximus viros per quos Deus loquitur [1]. Locutus est autem Deus ad hominem lapsum, ut reconciliaret eum atque redimeret; omnis igitur Revelatio divina dupplex est, altera ex parte salutis conditionem proponens, altera salutem ipsam promittens. Itaque dupplex fuit quoque interpretum Dei officium: voluntatem Dei inculcandi et promissiones fandi. Cum sola traditione verbum Dei adhuc conservaretur, Patriarchis, sacrorum ministris, pro norma institutionis erat Revelatio divina quam e crebriori Dei colloquio hauriebant. Postquam autem Lex per Moysem literis consignari coepit, constitutum est sacerdotium, cui ordinarium munus docendi esset commissum [2]. Prophetae praeterea missi erant doctores, qui omne praeconium suum ad Legem reducebant et exigebant [3]; atque doctrinam generalem Pentateuchi suo tempori accommodarunt. Omnes enim Prophetae nituntur Pentateucho, cuius vestigia apud eos invenimus creberrima. Pentateuchum vero sacerdotes quoque docebant; proprium autem Prophetis fuit, quod non humanis tantum viribus legem interpretarentur — uti sacerdotes fecerunt —, sed Deus ipse per eos quae erant indefinita ex temporis ratione definivit. Hinc peccatorum poenae in Lege propositae a Prophetis praedicantur iam prope imminentes, a certo quodam hoste infligendae; hinc promissiones repetendae; quo minus praesens rerum conditio Regnum divinum appropinquare ostendebat, eo distinctius parvam piorum manum docuerunt, a tristibus peccatorum suppliciis oculos erigere ad prospectum Regni Christi pulcherrimum. Ex historiis nostris prioribus liquet, praecipuos Prophetas, quorum sermones in Canone V. T. servati sunt, circa id tempus a Spiritu s. fuisse afflatos, quo utrumque regnum Israelis et Judae pervenit ad praecipitium fortunae suae: atque Deo statutum erat non differre longius iudicia poenalia, foedifragae genti decreta, si ultimum hoc remedium salutis suae sperneret, et iram divinam vera poenitentia placare negligeret. Habuit itaque gens hebraea in Prophetis ante utriusque regni excidium missis clarissimum et simul extremum documentum divinae longanimitatis et gratiae. Noluit enim punire Deus nisi inexcusabiles. Post Prophetarum convictiones et consilia superbe reiecta erupit demum flamma divinae irae et impoenitentes ut stipulam consumsit [4]. Omnes vero V. T. Prophetas videmus, in suis minis, adhortationibus et promissionibus vaticiniorum prius editorum effata frequenter retractare sive recapitulare [5]. Recentiores iam critici, qui vocantur, observato hoc

[1]) Vide pag. 228. [2]) Malach. 2, 17. [3]) Isai. 8, 19. 20. [4]) Jer. 25, 5. IV. Reg. 17, 13. II. Par. 36, 16. [5]) Sive enim prophetarum de futuro iudicii et salutis tempore orationes legerimus; sive vaticinia de subeundo exilio

locorum prepheticorum vinculo, otiosam prophetarum priorum imitationem, vel meram compilationem in serioribus respicere solent; quod si verum esset, certissimum foret vaticiniorum non divinitus revelatorum documentum. Vinculi attamen huius explicatio ex intima prophetiae natura petenda est. Omnis Revelatio divina, quae in hagiographo aliquo continetur, pars quaedam ordinis continui Revelationum necessaria dici potest: etenim veritas coelestis, ut ab hominibus percipi possit, gradatim, et per certos gradus communicatur. Ex hac Oeconomiae divinae lege munus propheticum diiudicandum est; cuius finis est, non ea, quae prius revelata sunt negligere, vel perturbare; sed ea, quae ex prioribus Revelationibus ad Theocratiae cuiuscunque temporis conditionem spectant provehere, quae illis contaria sunt, convellere [1]. Omnium siquidem sacrorum vaticiniorum finis est, ut Regnum divinum eiusque progressus, quantum id sapientiae divinae convenit, et hominum necessitatibus spiritualibus correspondet, extremis lineamentis exhibeatur [2]. Cui consilio frequens prophetarum posteriorum respectus ad tempore priores optime inservit. Quoniam vel argumentum effatorum praeteritorum maximi erat momenti, atque adeo iterato populo in memoriam revocandum erat; vel vaticinii in eventum vocandi tempus imminebat. Denique repetitis quasi testibus citatis, orationis gravitas increscebat. Atque in his quidem novarum praedictionum cum antiquioribus praedictionibus vinculum, divinitus spectatum cernitur [3].

---

consideraverimus, eam in omnibus hisce oraculis legem divinitus sancitam admirabimur, ut anteriorum vestigia sequantur posteriores.

[1]) Ex apertis S. Scripturarum iudiciis certum est, Deum non singulis Prophetis repetitis revelationibus rem integram patefecisse eius, quod in communem Oeconomiae veteris usum iam suppeditavit. Prophetae ad unum omnes repetunt antiquam promissionum haereditatem atque in praesentem rerum conditionem applicant; ex priorum vaticiniis sumunt sequentes, quod suis orationibus attexant. Quam quidem rem nemo sane ita se habuisse ibit infitias nisi qui internum certe Veteris Oeconomiae nexum nullum fuisse prorsus perperam dixerit.
[2]) Eadem erat in omnibus instituti conservandique foederis conscientia, eadem divinae legis auctoritas, idem sanctae spei fundamentum terminusque idem. Necesse igitur erat, ut in singulorum quidem prophetarum orationibus consona quasi voce resonaret idem argumentum, quod in omnium animis simul communiter inhaerebat, pro peculiari attamen facultate divinitus data a singulis illustratum.
[3]) *De hac Prophetarum ad se invicem relatione lector curiosus consulat: J. H. Verschuirii; or. de oraculis, quae Hebraei Vates instinctu afflatuque divino fuderunt, in opusc. ed. J. A. Lotze, Traiect. ad Rhen. 1810. pag. 121. s. A. Tholuck, Die Propheten und ihre Weissagungen, eine apol.-herm. Studie. Gotha. 1860. p. 12. s.*

§. 163. Judaei aetate Alexandri Magni.

Sub Persarum — quorum historias missas fecimus p. 515. — deinceps imperio ita vixere Judaei, ut magnis quidem immunitatibus illorum indulgentia fruerentur, non autem ita liberi penitus essent, ut nullum munus subiectionis dominis suis deberent. Dario sane ultimo regi Persarum pontifex Judaeorum, qui tum res illorum curabat, iure iurando obstrictus fuit iuxta Josephum, Antiq. XI. 8, 3. ed. Haver, I, 579. Eo tempore, quo Alexander Magnus, Philippi Macedonum regis filius et successor (Danielis c. 7, 6. sub pardi quatuor alis praediti c. 8, 4. vero hirci figura ob vim velocitatemque victoriarum descriptus, qui cornutum arietem Persam invadens deiectum pedibus concultat) victricia per totum Orientem circumferebat arma, summi sacerdotii munere functus est Jaddo, (Jeddoa v. pag. 516.) sub cuius imperio grandis strages impendens Hierosolymis et Judaeis, admirabili Dei providentia averruncata est. Nam cum Alexander M. Syria domita Tyrum obsedisset, Jaddoni Judaeorum pontifici imperavit, ut sibi commeatum ministraret et eadem ac Persarum regi officia praestaret. Cum vero Jaddo id facere renueret, iuratam Dario fidem causatus, Alexander capta Tyro, Palaestinam ingressus est, ut eam sui iuris faceret. Victa urbe Gaza, iter Hierosolymam direxit. Jaddo timore perculsus per somnium divinum iussus est cum omnibus sacerdotibus in vestitu sacro regi obviam ire. Quem cum Alexander vidisset, recordationem eius subiit species huius viri quondam per quietem noctu visa, qui sibi reputanti, quomodo Asiae potiri posset, victoriam praedixisset. Mirantibus, qui regem comitabantur, Alexander de repente totus mutatus pontifici accedens prior illum salutavit, Deumque, cuius nomen in lamina super frontem pendente pontifex insculptum gerebat, adoravit. Urbem ingressus ascendit in templum, ubi sacrificia pro se offerri curavit; ac Judaeos sui iuris esse, et patriis legibus uti permisit. Perhibet porro Josephus Flavius (unicus, quem hic sequamur, dux. Antiq. iud. XI. 8, 5. pag. 581. 182.) ostensum ei Danielis propheticum volumen, in quo l. s. c. Alexandrum Persas debellaturum Propheta praedixerat. Haec, quae de Jaddone pontifice Josephus refert, per Simonem iustum facta esse ceteri Judaeorum scriptores contendunt. (T. t. Joma. fol. 69, 1. Megillah, fol. 11, 1. quos vide apud Wähner, Antiquitates Hebraeorum. Vol. II. Goetting. 1748. p. 473.). Narrationem hanc Josephi ex interna probabilitate, silentio l. l. Machabaeorum et Auctorum profanorum impugnant v. d. J. Salianus, in Annal eccles. V. T. V, 552. A. van Dale, dissertat. super Aristea. Amstel. 1705. pag. 74. s. Omnium maxime Sainte-Croix, libro cui titulum fecit: Examen des historiens d'Alexandre le Grand. Paris. 1775. 4. pag. 65. 67. 68. 69. Et occurrunt sane, quae alicui haud leves scrupulos iniicere possent circa fidem istarum historiarum. Sed universe vix opus est praemonere (Vide Dr. Fr. Spiegel, Die Alexandersage bei den Orientalen. Nach den besten Quellen dargestellt. Leipz. 1851. p. 2.): Primum in narranda re ab omnibus historiarum, praeter

---

43. s. 78. s. P. Scholtz, Handbuch der Theologie des A. B. im Lichte des N. Regensb. 1861. p. 73. s. A. Westermayer, d. Alt Test. und seine Bedeutung. Schaffh. 1861. Tom, IV. Entwicklung der göttl. Heilslehre durch die Propheten. p. 12—46. 411. s. qui id genus argumenti fusius pertractant.

inspiratos, scriptoribus nonnunquam incongrua tradi, quantum ad circumstantias quasdam, praesertim si coaevus non sit. Deinde iudicium referentis, sicubi immixtum est, a narratione rei gestae discernendum esse, et plerumque facile discerni; veluti in ea quoque, de qua in praesenti nobis sermo est, narratione, occurrit de nomine Dei in lamina scripto, quod Alexander utique ne legere quidem potuit. Ita etiam α. urbium situs svadet Alexandrum Hierosolymam venisse antequam Gazam obsedisset, et β. Curtii, Hist. IV, 7. ed. Lond. 1746. I, 143. s. et Arriani, de exped. Alex. II, 25. 26. ed. Geier. Lips. 1851. p. 88. relatio idem dicit. Interim res quantum ad ipsius substantiam vera esse potest. Nam a. tale auxilium divinum analogiae aliorum eventuum, qui in Scripturis canonicis memoriae proditi sunt consentaneum est; atque imprimis dignum est tempori, quo Judaei legi obtemperabant. b. Solus liber Machabaeorum incipit a rebus Alexandri M. quas octo commatibus absolvit, ut ad Syriae reges transire et de Antiocho Ep. narrare posset. Quo iure iam ibi historiae factorum Alexandri M. Hierosolymis quaeruntur? c. Profanis id factum inter gesta Alexandri M. neutiquam admodum memorabile fuit, cum non sit eiusdem momenti penes gentiles ac penes Judaeos et Christianos. Non prorsus tamen silent; modo legatur M. J. Justinus, Historiarum lib. XI. c. 10. ed. Oxoniens. 1705. p. 92. „Tum in Syriam proficiscitur, scribit Justinus, ubi obvios cum infulis multos Orientis reges habuit. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit, aliis regnum ademit.“ *Narrationem Josephi veram habent: Aug. Torniellus, Cler. Congr. s. Pauli. Annales s. II, 241. 242. Ant. le Grand, Historiae s. Londini 1685. l. VII. p. 272. Vallemont, Historia V. T. Ratisb. 1707. p. 88. Mich. Leydecker, de vario reipublicae Hebraeorum statu. l. IX. Amst. 1709. l VII, 3. p. 549. B. Bossuet, Discours sur l'histoire univers. Op. IX, 161. Spanhemius, Hist. p. 436. Haseus, regnum D. p. 29. Calmetus, Diction. I, 53. 54. C. A. Crusius, in Hypomnetatibus I, 427–435. Ph. Brietius S. J.. Annales Munli. Vienn. 1727. II, 820. Fr. V. Favinus, de Alexandro M. ingresso Hierosolymas. Florentiae. 1791. Buddeus, Hist. eccl. V. T. II, 740. J. Jahn, Biblische Archäologie. Wien. 1800. II, 1. p. 300. s. C. Cless, de coloniis Judaeorum in Aegypt. Stuttg. 1832. p. 15. 16. Flathe, Gesch. Macedoniens. 1832. I, 310. s. J. G. Droysen, Gesch. Alexanders d. Grossen. Berlin. 1833. p. 197. E. Bertheau, Zur Gesch. d. Israeliten. Gött. 1842. p. 407. B. Welte, Freib. K. L. I, 153. Patritius, de Christo. etc. p. 40. De consensu utriusque l. Mach. p. 2. J. M. Jost, Gesch. d. Jud. u. seiner Secten. p. 99.*

§. 164. Judaei sub imperio Graecorum.

Alexander M. ante obitum singulis ducibus, singulas provincias attribuit, quibus praeessent. I. Mach. 1, 6. 7. Offensi sunt hac narratione Libri primi Machabaeorum, quo nullus hanc divisionem distinctius et accuratius protulit, morosi critici, — Ern. Frid. Wernsdorf, de fontibus Historiae Syriae in libris Machab. prolusio. Lips. 1746. p. 14. G. Wernsdorffius, Comment. h. c. de fide historica l. l. Mach. Vratisl. 1747. p. 40. s. Droysen, Geschichte des Hellenismus. Hamb. 1836. I, 698. seq. Winer, B. R. W. I, 43. Grimm, I, B. d. Macc. Leipzig 1853. p. 7. 8. — pugnare aiunt haec cum iis, quae de Alexandri M. morte tradita sunt a Justino, Appiano, Plutarcho, Diodoro aliisque. Sed iam A. Gentilis

ad prim. Macc. disp. Franeq. 1600. pag. 5—10. E. Froehlich S. J., in Annal. Syriae prol. p. XXXI. Ann. p. 2., item scriptione: de fontibus historiae Syriae in l. l. Mach. prolusio Lipsiae edita, in examen vocata. Viennae. 1746. p. 19. Patritius, de consensu utr. p. VIII. Welte, F. K. L. I, 153. Einl. III, 23. 24. ex plurium scriptorum fide vindicarunt distributionis aliquid ab Alexandro ante obitum factum. Certe testamenti ab Alexandro confecti memoria superest apud Curtium, de rebus Alex. M. X, 10. ed. Lond. II, 172., qui certiores nos facit: credidisse quosdam „testamento Alexandri distributas esse provincias." Quod autem addit „famam eius rei quanquam ab auctoribus tradita est vanam fuisse," nullo argumento confirmat. Luculenter hac de re testatur Arrianus, de exped. Alex. M. I, 1. p. 1. VII, 27. p. 303. Pro testamento Alexandri faciunt scriptores arabici et persici apud Herbelot, Biblioth orient. ed. Maestricht. 1776. p. 297. s. v. Escander. Joannes Ant. cognom. Malalas, Hist. Chron. l. VIII ed. alt. Ven. 1733. p. 82. Utrum tamen ex mente Alexandri divisio isthaec vim obtinuerit, haud satis liquet. Omnino Hagiographus noster l. c. 1, 10. affirmasse censendus est: non Alexandrum sed ipsos duces imposuisse sibi omnes diademata post mortem eius. Post diuturnas de imperio concertationes, tandem ut Daniel iam vidit 8, 8. 22. coll. 11, 4. quatuor regna Graecorum. (Etsi enim macedonicum, asiaticum, aegyptiacum, syriacum distingueretur, non tamen Aegyptiorum vel Syriorum existimandum est, sed Macedonum, qui eversa Persarum monarchia, occupata retinuere. Hi enimvero ut auctoritatem vigoremque suorum regnorum servarent imperio mere graeco, oculis in Graecia quasi habitantibus graeca virtute barbaros moderabantur. V. Reineccii, Familia Seleucidarum. Vitebergae. 1511. p. 1. J. G. Droysen, de Lagidarum regno. Berolini. 1831. p. 15. s.) ex Alexandri imperio ita exorta sunt, ut omnium attentionem in se converterent. Ceterum maxime diuturna regnorum, quae Alexandri M. propagines sunt, fuerunt duo illa, quibuscum Judaeae, inter utrumque sitae, potissimum res fuit, syriacum Seleucidarum et aegyptiacum Ptolemaeorum. Quam ob causam quoque Danieli capite undecimo Prophetiae suae multa specialia de his revelata sunt: ne pii Israelitae inter perpetienda tot mala animum abiicerent, utque eventu prophetiam comprobante sentirent, quam accurate omnia e consilio divino gerautur. In illa rerum perturbatione et provinciarum inter duces divisione, quae Alexandri obitum consecuta est, provinciis Syriae et Phoeniciae et cum hac Judaeae quoque, Praefectus primum Laomedon Mitylenus datus est. Sed Laomedon exutus est imperio a Ptolemaeo Lagi, qui regnum Aegypti occupaverat et retinuit. (Lagidae igitur non quod antiquum Pharaonum regnum, sed quod regni ab Alexandro conditi partem obtinent, reges se nominant.) Posteaquam Ptolemaeus Lagi filius — vir inter Alexandri duces prudentia, et si Seleucum excipiamus, humanitate, quam cum intenta rerum suarum cura callide coniunxit, facile princeps — Aegyptum in partem praedae arripuisset, initio statim oculos in Palaestinam convertit, Aegypti velut vestibulum ex Asia illuc tendentibus, et propugnaculum adversus reges Asiae futurum. Praecipitem ut Antigoni et Demetrii, bella ex bellis serentium, ambitionem in rem suam egregie converteret, regna ab aquilone Aegypto praetenta, ad imperii sui praesidium maxime opportuna, iteratis expeditionibus in suam potestatem redigere conatus est. Harum igitur expeditionum una, religionis specie, Hierosolymas petiit, urbemque, sabbatica civium quiete abusus, inducto per

fraudem milite occupavit. Jos. Ant. l. XII, 1. I, 584. Appianus, Rom. Hist. ed. J. Schweighaeuser. Lips. 1785. de rebus syr. c. 52. coll. c. 1. p. 614. 536. s. Mox proelio apud Gazam contra Demetrium commisso, re prospere gesta, Syriam atque Palaestinam sibi subiecit. Diod. sic. Biblioth. XIX, 80—87. VIII, 380. s. Appian. d. r. syr. 53. 54. pag. 617. A quarum possessione tamen Demetrii et Antigoni armis pulsus Ptolemaeus, tota Syria et Palaestina victori relicta, Aegyptum repetiit Diodor. XIX, 93. XX, 47. ed. Argent. VIII, 405. IX, 115. s. Plutarchus, Dem. c. 15. 16. ed. Sintenis. Lips. 1859. IV, 223; post famosam horum attamen cladem recuperatas provincias ad finem vitae tenuit primisque successoribus transmisit possidendas. Ptolemaeus initio regiminis in gentem iudaicam ad suos aemulos, quod probabile est, inclinantem saevire coepit. Moenibus s. urbis dirutis, multos homines tum ex Judaeae montibus locisque circa Jerusalem, tum ex Samaria et Garizim, in Aegyptum abduxit. Josephus, l. c. p. 585. Attamen postea cum comperisset Judaeorum fidem, gentis iudaicae perstudiosus, iura priora illis restituit. Libera colonorum capita Graecorum iure et honoribus aucta Alexandriam incolere iussit Ptolemaeus. Rerum sacrarum populi electi haud incurium se praebuit; permisit enim ut Judaei, genus alioquin querulum et inquietum, et indigenis tantum regibus summisque pontificibus obsequium praestare solitum, legibus quibus antea parebat regeretur et iudicaretur (quemadmodum subtiliter erud. J. L. Hugius, c. de Pent. vers. Alexand. Frib. 1818. p. 10. s. docuit) Lex Judaeorum, liberalitate principis sibi reconciliati, in graecum translata est; quo sic hac accessione terrarum propugnaculum Aegypto pararetur adversus reges Asiae non solum praesidiis validum, sed et populi fide munitum. Imperarunt igitur Judaeae, ut provinciae regno Aegyptio annexae Ptolemaeus Lagi, Ptolemaeus Philadelphus, Ptolemaeus Evergetes I. Ex his magnam gratiam apud Judaeos Ptolemaeus II. quoque non potuit non inire, quod gentem crebrius odio habitam, nonnullis ex ea ad aulam suam admissis ac permultis ad militiam evocatis, regia honestavit fiducia. Plures adhuc progressus in regis regionumque amicorum favore fecerunt Judaei apud Ptolemaeum Evergetem I. Cf. Jos. Ant XII. 4, 3. p. 601. c. Apion. II, 5. II, 472.

§. 165. Jesus filius Sirach.

In haecce tempora referendus est Siracides scriptor Ecclesiastici. Fuit Siracides sive Jesus filius Sirach [1] civis hierosolymitanus, praecoci ingenio a iuventute se totum studiis tradidit et itineribus [2], vir eximiae pietatis [3], profundissimae doctrinae [4]. Multa subiit discrimina [5] post quae, variasque tentationes [6] optatam tandem requiem invenit; ideoque exultans Deo gratias agit. Praeter patriam ergo ac nomen haec dumtaxat isto de

[1]) Ut ipse refert c. 50, 29. libri sui. [2]) 34, 9. 51, 18. 19. [3]) Cum enim ut Cornelius a Lapide — qui ex sententia Calmeti omnium fere loco hic haberi potest — Prol. in Eccles. in Migne S. S. Cursu XVII, 63. monuit, sermo sit mentis imago, atque ex abundantia cordis os loquitur, ex eius Libro virtutibus quibuslibet absolutissimo liquet, eum his omnibus excelluisse, adeoque se virum hic depinxisse. [4]) 51, 22. 24, 46. 39, 16. 17. 50, 30. 31. [5]) 34, 13. [6]) 51, 7.

s. Scriptore certa sunt. Aetatis qua vixit definitio non quit ad amussim institui. Simonis Oniae interim tempus [1] terminum sibi figit, quod restat accurate inquirendum. Praenotandi cardines, quos egredi minime possumus. Aetati Machabaeorum anteire debuit. Nam α. fieri non potuisset ut sacer Scriptor celaret tam miranda horum facta [2]. Sane β. ex argumento [3] percipitur Siracidem postremum diem explevisse rebus Hebraeorum pacificis. Cum vero γ. duo eiusdem nominis Pontifices occurrant, quis eorum Ecclesiastici l. l. veniat examinare oportet. Gravi rationum pondere potiorumque eruditorum auctoritate nititur illa sententia quae Siracidis encomium Simoni I. adscribit. Et vero ad quid prolixe adeo et operose describeret pontificium Simonis O. apparatum, nisi digitum intenderet non in coaevum, sed se vetustiorem [4]. Admodum ergo probabile est Jesum Sirachi filium eo tempore vixisse, quo Eleazarus Simonis primi frater pontificatu functus est; qua quidem aetate Ptolemaeum Philadelphum summam rerum in Aegypto tenuisse constat. Huic opinioni etiam optime convenit lingua, qua usus est hebraea. Opus hebraice esse scriptum testatum nobis reliquit scriptoris nepos; sed et sententiae ipsae Libri huius originem hebraeam fuisse omnino persvadent [5], item ignorantia

---

[1]) De quo prolixe meminit 50, 7—21. [2]) Cf. subtilem J. L. Hug, dissert. über das Zeitalter Jesu des Sohnes Sirach, in Ann. Zeitschr. f. d. G. d. Erzbisth. Freiburg. 1834. VII. p. 59. s. Fallaciis utitur, et praeterea aliena ad rem non pertinentia disputavit contra Hugium, cuius argumenta ne quidem recensuit O. F. Fritzsche, Die Weisheit Jesus Sirach. Leipz. 1859. Einl. p. 15. [3]) C. 50, 7. s. tum edictis Simonis summi pontificis, tum hymni, in quo Siracides Deum laudibus celebrat. [4]) Coll. c. 50, 1. In vita sua, in diebus suis et c. sic de mortuis loqui solent S. S. [5]) Primaevum Libri idioma Hebraicum merito asseritur. Id conficimus A. Ex Prologo, qui huic libro praefigitur, ubi translator rogat veniam in illis, in quibus videatur deficere in verborum compositione; nam deficiunt, adiicit, verba hebraica, cum fuerint translata in alteram linguam. B. Exemplar hebraicum reperiisse se testatur s. Hieronymus, qui praef. in l. l. Salomonis meminit se Jesu filii Sirach librum hebraice invenisse non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed Parabolas praenotatum; cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum Canticorum. Probabile est C. Ecclesiasticum puro utcumque sermone hebraico, non aramaico (ut volunt Bertholdt, Einl. v. 1. p. 2296. J. O. Gilse, Commentatio a. q. Libri Jesu Sirachidis, accuratius doctrinae fons exponatur. Addatur Libri cum proverbiis Salomoneis comparatio. Groning. 1832. pag. 12.), nam copia sententiarum e Libro nostro in Talmude excerptarum hebraico idiomate est scripta. V. Fritzsche, l. c. p. 18. Iam vero sicut certum est ex Prologo saepe citato Jesum nepotem avi Librum immediate ex hebraico in graecum convertisse — quae interpretatio ceu immediate e Textu Originali facta merito ceteris praeponitur et in dubiis consulitur veluti antiquissima — ita incertum est, quis eum ex graeco vel hebraico in Latinum —

quam prodit rerum graecarum. Discrimina quae Siracides subiit [1] merito retulerimus ad ea tempora, quibus Antigonum inter et Ptolemaeum de Syria certatum est, Judaeis interim varia inde sentientibus incommoda et modo huic, modo illi solvere tributa coactis. Utrum apud Aegypti an Asiae regem calumniis insimulatus fuerit, non satis ex illius narratione compertum est. Nobis potissimum probatur eum a partibus Antigoni ad extremum vitae deductum esse periculum [2]. Victo Antigono, ingruebant illa tempora pacis, quae noster, durante collisione perpetua Ptolemaei et Antigoni, summis votis expetiit [3], quaeve se consecutum fatetur [4]. Hunc Librum avi sui — teste Prologo, qui in hodiernis Vulgatae nostrae exemplaribus praemittitur, atque demtis paucissimis variationibus idem est omnino, qui exhibetur in variis LXX editionibus — Ptolemaeo Evergete I. regnante transtulit nepos, Jesus f. S. iunior [5]. Octavo et tricesimo anno temporibus Ptolemaei Evergetis dicit se graecis hebraea reddidisse. Quis annus iste sit et a qua epocha ducendus hic potissimum considerandum. Incerta res est, quamquam probabilior appareat opinio quae intelligit annum aetatis tricesimum octavum, quem tunc agebat interpres graecus, dum veniebat in Aegyptum [6]. Bene autem praemittit tempus aetatis

quod exemplar etiam acatholici merito aestimant. V. Fritzsche, Einl. pag. XIX. — transtulerit. Bellarminus, l. II. de Verbo Dei c. 9. ed. c. p. 137. demonstravit Ecclesiaticum nos non habere in Vulgata e versione s. Hieronymi, sed ex antiqua Itala. Equidem versio quorundam locorum huius Libri in diversis operibus s. Patris discrepat a versione Vulgata; idem liquet ex scribendi genere, quod est durius ac aliorum s. Librorum a Hieronymo conversorum, et per constructionem incomtum et ambiguum. Plura huius rei adhuc fundamenta profert W. Smits, Ecclesiasticus elucidatus. Antv. 1749. prol. p. 45. s. E nullo s. Instrumenti Libro plura menda emaculata sunt opera Romanorum Correctorum quam e nostro. Cf. Smits, p. 50. s.

[1]) C. 34, 13. [2]) C. 51, 3—7. [3]) Carminis sui laudatorii in Simonem Oniae Cap. 50, v. 2. 3. [4]) Oratione. C. 51, 16. 17. [5]) Ut adeo Genealogia Siracidae ita se habeat: Sirach genuit Jesum seniorem auctorem Ecclesiastici. Jesus senior genuit Sirach iuniorem, cui moriens volumen suum hebraicum reliquit, Sirach iunior genuit Jesum iuniorem. [6]) Fritzsche, l. c. p. XIV. in opinione de anno 38. regis Ptolemaei Evergetis II. — qui et Physcon dictus ex sagina ventris, qua non homini sed belluae magis similis erat — mordicus haeret. Sed apertissime falsitatis convincit hanc sententiam supputatio temporum. Nam Evergetes II. regnavit, id ipsum fatente Fritzschio l. c. nisi viginti ad summum et novem annis; ergo nulla ratione ad ipsum potest referri appositus hic annorum numerus. Ut alter ab altero distingueretur necesse fuisset, uti Hugius docuit l. c. p. 42. τοῦ δευτέρου adiicere vel scribere ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως, υἱοῦ τοῦ Ἐπιφάνους, quod tamen neglexit, quia huius nominis primus fuit. Verba textus clarissime indicant tempus aetatis, quo interpres in Aegyptum pervenit, ubi libros relictos invenit: anno inquit octavo et tricesimo, non scribit ἐν τῷ ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Εὐεργέτου, sed ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου.

suae et regis nomen qui tunc regnabat, quia quo minutiora notantur, eo fides historiarum maior habetur et melior cognitio rerum quae dicuntur [1].

§. 166. Liber Ecclesiastici.

Apud Graecos dicebatur: *Σοφία Σειράχ*, *Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ*; apud Latinos Ecclesiasticus *κατ' ἐξοχὴν* quo vocabulo [2] non scriptor Libri sed Scripturae qualitas cognominata est, quod in Ecclesia ob collectas pias ad vitam regendam sententias inprimis catechumenis frequens legeretur [3]. Libri institutum facile intelligimus. In eo siquidem Siracides totus est ut Hagiographos se antecedentes, qui de eodem argumento scripserunt secutus Sapientiae laudes texat; ad eamque propositis de universae vitae ratione sententiis, suoque ac aliorum illustrium virorum exemplis adductis.

---

[1]) Ut scite annotavit Octavianus de Tufo, S. J. Comm. in Ecclesiasticum. Coloniae. 1629. p. 18. [2]) Ut recte iam notavit Rufinus exposit. in symbol. apost. n. 38. ed. Ben. ad calcem op. s. Cypriani. Ven. 1728. p. CCIII. [3]) Eidem et nomen adhaesit olim ἡ πανάρετος σοφία. Teste Hieronymo, praef. in Salom. quamquam tribuatur etiam Proverbiis et Sapientiae, V. p. 310. famosius tamen Ecclesiastico, quod de omnibus quasi virtutibus ageret. Cuius ut ait Cassiodorus, de institutione div. lit. cap. V. ed. Ben. Ven. 1729. II, 513. tanta claritas tantaque latinitas est, ut sibi textus ipse commenta sit. Tandem et Parabolae iuxta eundem l. c. inscribitur eo quod sententias Parabolis Salomonis similes contineat. Multi Veterum Librum Ecclesiastici nomine Salomonis citant. Cf. s. s. Cypriani, Test. l. III. 6, 35. p. 68. 82. Clementis, Al. Strom. II. 6. ed. Pett. I, 442. Origenis, in Numeros Homilia XVIII. „In Libro, qui apud nos quidem inter Salomonis volumina haberi solet et Ecclesiasticus dici, apud Graecos vero sapientia Jesu filii Sirach, appellatur.“ X, 221. Ipse s. Hieronymus, in Ezech. XXXIII. comm. V, 396. De magistris negligentibus Salomon loquitur Sapientia ect. Eccl. 20, 32. Fiebat id ob coniunctionem cum aliis scriptis Salomonicis in unum quasi tomum vel ob argumentum salomonico analogum. Siracides aemulatur frequenter Salomonem, quare multa sive quoad verba sive quoad sensum, cumprimis ex Proverbiorum libro, lucem sortiuntur, ut patebit conferenti Prov. 1, 7. Eli. 1, 16. Prov. 21. 27. Eli. 34. 21. Prov. 15. 8. Eli. 34. Prov. 27, 3. Eli. 22, 18. Frequens reperitur apud Ecclesiasticum argumentatio ab etymologia nominis, ut adeo ad intelligendos eiusmodi textus mente respiciatur radix hebraica, unde illud derivatur v. 6, 23. vox sapientia חָכְמָה, 43, 7. 8. luna יָרֵחַ. C. 46. nomen Josuae a. r. יָשַׁע. Sententias suas per numeros parallelismi recenset 25, 1. 9. 26, 25. ad exemplum Salomonis. Prov. 6, 16—20. v. 30. Eodem modo frequens est in antithetis aggerendis, quibus nihil frequentius est in Proverbiis Salomonis reperire.

omnes erigat atque animet. Universum opus in tres Partes merito distribuitur. Prima est a C. C. I–XLII, 15. In hac agit de Sapientiae origine, cuius laudes celebrat; deinde colligit plurima omnium vitae officiorum et conditionum praecepta, pro omni hominum genere, sexu et aetate, sententiis ab experientia petitis ad normam Proverbiorum Salomonis, a cuius operis consilio in eo differt Siracides, quod de singulis rebus orationes instituat una serie – quibus ad bene beateque vivendum instituuntur atque ad illius amplexum invitantur. Praemittitur c. 1. Sapientiae elogium, fructus eius eximii; Dei timor Sapientiae initium et consummatio dicitur, Qui Deo servire cogitat, et cap. 2. explicat quid cultus Dei sit, quid requirat, quid efficiat; armat homines qui ad Deum accedunt contra omnes omnium adversos incursus. Commendatur c. 3. obedientia quae parentibus debetur, humilitas, mansvetudo, atque virtus eleemosynae. Argumentum de eleemosyna aliisque pietatis operibus prosequitur c. 4. addita rursus laude Sapientiae. Immodicam divitiarum sitim perstringit c. 5. carpit inconstantes eosque praecipue qui loquendo modo huic modo illi adhaerent. Doctoris prudentia c. 6. in caritatis iacet conservatione. Nullius causa malum fieri debet, in improbitate nunquam conservari potuit amicitia. Docet c. 7. usum potentiae, officia erga Deum, homines cuiuscumque conditionis, quid quisque diversis singillatim hominibus praestare debeat. Cap. 8 et 9. exponit quid caveri debeat, adductis hunc in finem praeceptis negativis. Loquitur c. 10. de regimine principum, horum virtutibus et vitiis. Utilitatem pietatis c. 11. monstrat. Quo delectu beneficia, quae maximam vim habent ad conciliandos animos, conferenda sint. c. 12. Pericula societatis cum impiis; amicitiam esse inter pares. c. 13. Damnat c. 14. sordes avaritiae, extollit liberalitatem et ostendit quis vere felix et beatus sit. Ostendit c. 15. quibus sapientiae fructus et qualiter concedantur, et qui iis careant. Non oportere c. 16. quemquam gloriari si copiosam habeat prolem, sed si bonam. Reflexiones de hominis creatione, in generali beneficia eidem, ac in speciali populo israelitico collata. c. 17. Laudes Dei c. 18. cuius opera captum nostrum longe transcendunt. Praecepta c. 19. de vino, mulieribus et lingua, correptione fraterna. Correptionis fructus c. 20. tractatus de variis virtutibus et vitiis. Peccatum c. 21. ut pessimum fugiendum; superbiae mala. Vera ac falsa sapientia. Vituperantur c. 22. pigri et inertes; quae violent amicitiam enarrat. Oratio cap. 23. pro sapientia quam orationem Ecclesia in Officio divino ad Beatam Virginem Mariam transtulit. Sapientia laudatur cap. 24. ab origine, operibus sede, pulchritudine et fructibus. Tria cap. 25. quae

sapientiae grata, totidemque quae ingrata sunt. Decem beatitudines. Foemineae irae et malitiae noxa. Bonae et improbae mulieris antithesis. c. 26. De turpis lucri cupidine, exploratione piorum, dolo et gaudio lapsus alieni. c. 27. De iniuriis non ulciscendis, mala quae causat homo bilinguis. c. 28. Mutuum c. 29. indigenti praestandum, elogium eleemosynae, docetur de fidei iussione, misera peregrinorum et hospitum conditione. Educatio liberorum quomodo instituenda, c. 30. sanitatis praestantia eique contraria sc. tristitia anxiae curae, zelus et iracundia. De sollicitudine opum vitanda; decore in mensa observando. c. 31. Convivalium praeceptorum prosecutio c. 32. legis ac timoris Dei commendatio sine quo nihil suscipiendum. Causa discriminis dierum nec non piorum et impiorum: dominatio servorum. c. 33. Vanitas somniorum. Utilitas fiduciae in Deum. Oblationes impiorum ex spoliis pauperum factae abominabiles. c. 34. Cuiusmodi sacrificia Deo accepta sint. Deus pupillorum tutor et vindex. c. 35. Oratio humilis pro ecclesiae afflictae consolatione; praeconium Sapientiae. c. 36. De delectu amicorum c. 37. quales in consilium adhibendi Quid agendum infirmo, mortui cum moderamine plangendi. Usus agriculturae et artium. c. 38. Media acquirendi Sapientiam. c. 39. Homo variis c. 40. vitae aerumnis obnoxius est; opes impiorum caducae, timor Dei e contra thesaurus certissimus. Mors piis c. 41. exoptabilis, impiis tremenda: cura famae. C. 42. De iis quorum nos pudere debet, et de aliis ob quae nemini erubescendum. Parte altera C. C. 15, XLII–XLIV. Deum in creaturis suis admiratur et laudat. Dei in operibus suis mirabilis sapientia potissimum in sole c. 43. 1–5 luna, 6–10. stellis, 11–12. iride, nive, fulguribus, 13–28. attamen Deus quascumque laudes excedit. A quo deinceps C. C. XLIV–L. prosequitur versa oratione Siracides laudes illustrium virorum gentis electae ab Adamo usque ad Simonem II. filium Oniae II. nonnullis Siracide annis vetustiorem. Scriptor sacer ad maiorem virtutis commendationem totus in eo est, ut ostendat omni tempore exstitisse, qui sapientia et pietate excelluerint. In speciali ante Legem Henoch, Noe, Abraham Isaac, Jacob, c. 44. Sub lege: Moyses, Aaron et Phinees c. 45. Post legem Josue, Caleb, Judices et Samuel c. 46. Tempore Regum: Nathan, Davides, Salomon c. 47. ubi etiam fit mentio Roboami et Jeroboami, qui violavit legem. Item c. 48. de Elia, Elisaeo, Ezechia et Isaia, nec non c. 49. de Josia, Jeremia, Ezechiele et duodecim prophetis. Post exilium vitam agentium Zorobabelis, Jesu pontificis et Nehemiae. Additur v. 17. s. memoria Josephi, Sethi, Semi et Adami. Tandem ampla praeconia c. 50. Simonis, filii Oniae, pertexuntur. Clauditur opus C. LI. quod praecipue

eucharisticum est; in eoque scriptor paraenesi omnes ad sapientiam invitat: porrectaque ad Dominum oratione gratias agit ob evitatum eius ope vitae discrimen. – Sedem et ordinem in Graecis et Latinis Bibliis passim post Librum Sapientiae obtinet. Canonicae ipsius auctoritati praeter testimonia Judaeorum, Novi quoque Testamenti patrocinantur allegata, perpetuusque Ecclesiae christianae sensus [1]. Nec Salomon, aut quivis alius, divino Spiritu afflatus maiorem sibi conciliat auctoritatem, quam hic Scriptor passim, atque ita sine haesitatione omnino sua praedicat, ut solent ii qui se Deo actos, nec seipsos loqui, sed in se Dominum sentiunt [2].

§. 167. Judaeorum conditio ferventibus bellis inter reges Aegypti et Syriae.

Cuncta Judaeis pro voto succedebant, antequam Ptolemaeus Philopator diuturnam prosperitatem turbasset. Plurima abhinc Judaei perpessi sunt mala, dum Antiochus M. devictis Parthis, Ptolemaeo — Philopatori — bellum inferret, ut Coelesyriam et connexam Judaeam repeteret, quam Seleuco primo regi Syriae Ptolemaeus Lagi, ut aiebat, iniuste abstulisset; ad quam proinde ius se habere credebat: et Judaeam quidem Antiochus occupavit, sed proelio ad Raphiam amisso, pacem a Ptolemaeo petere cogitur. Ptolemaeus iterum Hierosolymam intravit. Cf. R. Reineccii, Familia Seleucidarum. pag. 24. R. Bergmann, de Asia Romanorum provincia, Berolini. 1846. pag. 7. 8. Post mortem Ptolemaei Antiochus Coelesyriam denuo adortus una cum Judaea occupat; et pace cum Ptolemaeo Epiphane facta huic filiam collocavit. Dotis loco Coelesyriam cum Judaea et Samaria quidem promisit, sed regionem tamen sibi retinuisse, dimidiamque redituum ex iis partem Ptolemaeo annuatim permisisse invenitur. Parenti successit Seleucus. IV. Philopator. Eo temporis tractu, Simon Oniae filius Hierosolymis sacris praeerat, cuius munus post obitum Onias aviti nominis filius obtinuit. Hunc Simon quidam Beniaminita magistratus Templi, apud Apollonium Coelesyriae et Phoeniciae praefectum falsis criminibus incessit. Sed cum probis moribus virum apud eum calumnia exstinguere non posset, Seleucum regem Syriae monuit immensam nummorum vim a pontifice in s. Aede asservari, nequaquam ad rationes Templi attinentem. Seleucus auri cupidine obcoecatus Heliodorum regii aerarii praefectum ad compilandas res Templi misit. Horrebat ad immanis sacrilegii metum tota civitas Hierosolymitana, et in lamenta ac supplices ad

---

[1]) Cuius rei monimenta dabimus proprio loco. In his denuo causa cadunt adversarii. Ceterum indifferens est quid Judaei, vero Messia iam reiecto, de hoc, uti et aliis Libris s. s. sententiant. Post plurima Concilia de Ecclesiae catholicae sententia constat; causa finita est! [2]) Cf. 24, 46. 36, 1. 39, 16. 17. 50, 30. 31.

Deum orationes effusa, opem de Coelo poscebat. Nec defuit! Cum enim Heliodorus gazophylacium ingrederetur, Deus inexspectato ostento ita omnes facinoris ministros ac socios perculit, ut viribus animisque penitus destituerentur. Heliodorus, plagis acceptis, exanimis pene corruit. Restitutus porro incolumitati per Pontificis Oniae preces, in patriam revertitur, divinae in Templo Hierosolymitano tutelae disertissimus testis; cum interim ministri, quos secum adduxerat, in fugam prae pavore conversi essent. Simon interea ira fremens spargebat ipse et spargendos ab emissariis suis sinistros de Onia rumores curabat; quasi Heliodoro persvasisset, seu verbis, seu muneribus, ut ab expilando aerario abstineret; adeoque per ipsius artes stetisse, quominus opulenta praeda regium aerarium dotaretur. Simone per suos pessima quaeque moliente et movente, gliscebant animi et cives in partes abibant. Ea ergo considerans Simon, ad Seleucum se contulit, ut sic saluti publicae et tranquillitati regis auctoritate consuleretur. Profectus vero est sub extrema Seleuci tempora, l. II. Mach. 3, 4—6. quo per venenum sublato, in Syria detentus Daphnae sese continuit. Ibid. 4, 33.

§. 168. Libri Sapientiae aetas.

In Graecis aeque ac Latinis omnibus pervetustis S. S. exemplaribus ordinarie tribus scriptis Salomonaeis immediate subiungitur Liber *Σοφία Σαλομῶντος* in graeco; in Vulgata vero simplici titulo Liber Sapientiae dictus. Quanquam illo nomine alii quoque Libri Sapientiales, ut plerumque cernimus apud Veteres nuncupentur; hoc tamen nomen prae ceteris hic Liber merito sibi vindicat eo, quod reliquis altius thema de vera Sapientia eiusque origine, progressu, effectu praemiisque exsequatur. Sapientiae vero nomine, intelligi iustitiam, ut generalis est virtus ceteras omnes complectens, ipse scriptor 6, 18. satis edisserit. De aetate Libri et scriptore non conveniunt interpretes. Nonnulli putant Salomonem esse [1]. Quae tamen opinio non est probabilis; nam constat Salomonem volumina sua hebraice exarasse; at hunc Librum ea lingua non fuisse exaratum evictum est. Testimonia porro ex libris Salomone recentioribus [2] petita idipsum demonstrant. Unde plurimorum eorumque gravissimorum doctorum [3] frequenti sententia receptum

[1]) Syriaca quidem versio non minus ac arabica Salomonem praesefert. Hanc quoque opinionem tuentur Sixtus Senensis, Bibliothecae. s. l. VIII. e. c. p. 380. et novissime J. A. Schmid, Das Buch der Weisheit und seine Thesis. Eichstätt. 1856. p. 19. s. Idem Das Buch der Weisheit, übersetzt und erklärt. Wien. 1858. p. 24. s. [2]) Sap. 3, 14. Isai. 56, 4. Sap. 9, 13. Isai. 40, 13. Sap. 13, 11. 14, 8. Isai. 44, 9. Jerem. 10, 3. [3]) In quibus numerantur s. Hieronymus, qui prol. in l. l. Salomonis monuit titulum libri esse pseudoepigraphum. S. Augustinus, de doct. chr. II, 8. p. 39. Cornelius a Lap., Comm. ed. Ant. 1694. pag. 2. Natalis Alex., Hist. Eccl. V. T. I. p. 318. E. du Pin, Dissert. prélimin. I, 3. 15.

est, Sapientiam Salomonis non esse repetendam a Salomone. Quibuscum facimus has praeterea ob causas. Nemini Veterum a. hebraice visus fuit; et b. ut notat s. Hieronymus, redolet graecanicam eloquentiam. Sane c. nullis Hebraismis, qui tamen in id genus Libris, ex Hebraeo aut Chaldaeo translatis, vix abesse possunt, infectus est. d. Scriptor illius dicendi genere utcumque culto usus in Graecorum lingua et monimentis literariis nequaquam peregrinus fuisse videtur [1]. Constructio tum adiectivorum, tum epithetorum, ac compositorum abundantia prodit archetypum graecum. Imaginum ubera et ad subtile filum deducta copia, ille in cohaerentibus inter se particulis nexus, rotunditas, sententiarum concinnitas, ut totidem graecanicae dictionis imitatrices manus, nativa tamen agilitate vegetatae, attentiores oculos vix effugiunt [2]. A Salomone scriptore librum non esse profectum patet e. ex argumento. Ita 4, 2. [3] ad certamina in ἄθλοις graecorum, diu post Salomonem, duobus fere saeculis, agi coepta alludit; insuper populum israeliticum hostium – καταδυναστευσάντων [4] – imperio subiectum esse innuit [5]. Nihil igitur certum magis, quam Sapientiae Scriptorem esse plane incognitum. Idem varii olim animadverterunt Veteres, qui illum incerti nomine laudarunt. Latente Scriptore, ut lateat deter-

---

pag. 107. Pineda, praef. in Ecclesiasten. p. 10. 11. Calmet. Comm. VII. p. 199 W. Smits, Sapientia Vulg. edit. elucidata. Antv. 1749. prol. p. 5. s. Bezange, Introd. I, 519. Goldhagen, Introd. II, 318. Jahn, Einleit. p. 944. Ackermann, Introd. p. 367. Welte, Einl. II, 3. p. 188. F. K. L. s. v. XI, 835. Haneberg, Gesch. d. b. Off. p. 443. Reusch, L. d. E. p. 144. 145.

[1]) Cf. 1, 14. 17, 3. 19. 21. [2]) Cf. Grimm, K. e. Handb. z. d. Apokryph. VI. 1860. p. 5. [3]) Ed. Fr. H. Reusch, Liber Sapientiae graece sec. exempl. vaticanum, lat. s. ed. Vulg. Frib. 1858. p. 12. [4]) C. 15, 14. p. 47. [5]) Exstiterunt veterum nonnulli, de quibus s. Hieronymus in prologo ait: affirmasse Sapientiam foetum esse Judaei Philonis. Sed quod magis fatemur mirari nos plurimum hanc opinionem patronos habuisse: Bellarminum, de Verbo Dei I, 13. e. c. p. 63. D. Huetium, demonstr. ev. prop. IV, 31. p. 52. ed. Par. C. Jansenium, ep. Iprens. in l. Sap. prooemium. ed. Lov. 1644. p. 186. viros utique pereximios. Sed hanc opinionem quot quantaque sequantur incommoda exposuere Cornelius a Lapide, l. c. p. 3. Calmetus, Diss. de auct. L. Sapientiae. Diss. V. T. II, 219. seq. Smits, p. 10. s. Chrysostomus a. s. Josepho, de Canone s. Librorum instituto a s. P. P. in m. C. Nicaeno. diss. Rom. 1742. p. 114. Ante Christum Scripturam hanc iam exaratam fuisse satis elucet e multis locis, quae in Novo Testamento e Libro hoc desumuntur. Crediderimus propterea Chrysostomo, de Can. l. c. fuisse commentum Judaeorum, quod libellus Sapientiae conscriptus fuerit a Philone, ut tali mendacio ipsius auctoritas deprimeretur et prophetica testimonia nullius esse ponderis viderentur. Lutterbeck, Die neutestamentalischen Lehrbegriffe. Mainz. 1852. I, 407. Aristobulum, qui vixit dimidio saec. II. a. Ch. scriptorem L. Sapientiae habet, quomodo autem virum hunc inspiratum reddat viderit!

minatum tempus quoque necesse est. Certe diu post exilium prodiit. Conveniunt eruditi, et res per se patet, Scriptorem aevum supponere Alexandro M. recentius, quo Judaei affligebantur, et quidem, ut non obscure insinuatur, ab Aegyptiis. Igitur Hagiographus metuens ne a Deo rectaque fide Judaei ad idola deficerent, et ut eos in spem libertatis erigeret ad consolationem et confirmationem fratrum suorum exaravit hoc suum opus quo fuse C. C. II. IV. XII. unius Dei cultum stabilit ac idolorum vanitatem demonstrat. Rursum in memoriam revocat coaevis, eorum patres per gloriosa signa et portenta ex Aegypto fuisse liberatos. Consilium certe suum vix aptius perficere poterat, quam ut postquam idololatriae stultitiam sapientiae oppositam descripsisset, idololatriae poenas ac monotheismi praemia lectoribus ob oculos poneret. Recte proinde videntur ii sentire, qui Sapientiam aetati adscribunt qua gravis Judaeis incubuit calamitas sub Ptolemaeo Philopatore [1], qui ex illa gente sacrificare nolentes diis Aegyptiis iure civitatis privavit; imo ad atrociora progressus, ingentem eorum multitudinem elephantis proterendam obiici decrevit [2]. Quidquid vero sit de his: in universa hac scientia acquiescendum erit: Scriptorem fuisse Judaeum, illum quidem graece loquentem graecorumque moribus imbutum. Graeci textus enim qualitatem quod attinet, illum omnes censent elegantissimum [3].

§. 169. Libri Sapientiae obiectum.

Obiectum statim scriptor initio operis sui praefigit: Principes ad Sapientiam, cuius nomine venit religio, pietas, timor Dei, efficacissime qua verbis, qua opportunis documentis hortatur. Volumen totum opportune in tres partes dispescitur. a. Invitatio

¹) Iuxta l. II. Mach. c. 1. et 3. ²) Haec vero Ptolemaeo Physconi tribuit Josephus, c. Apion. II. 5. II, 472. 3. ³) Cf. J. Bauermeisteri, Comment. in Sapientiam Salomonis. Goett. 1828. p. 6—29. Qui librum Salomonis nomine indigitant Veteres — quos copiosissime ut divinam Scripturam citasse fatetur multis ad hoc prolatis exemplis F. H. Reusch, Observ. crit. in Libr. Sap. Frib. 1861. p. 4. Grimm, c. l. p. 35. s. — id tantum volunt per hoc significare: Hagiographum loqui in Salomonis persona, quo aptius efficaciusque persvaderet. — Vel quod eodem recidit ut scribitur a s. Augustino, l. XVII. de Civ. Dei. II, 220. *„Sapientia et Ecclesiasticus propter eloquii nonnullam similitudinem ut Salomonis dicantur obtinuisse consvetudinem.“ Salomonis autem Liber dici potuit, ait Lorinus, Comment. in Sapientiam. ed. Colon. 1624. p. 8. si eum ipse non posuit, eodem modo, quo dici solet hoc illudve dicere s. Augustinum in Libro sententiarum Prosperi, h. e. quas ex Augustino collegit Prosper. Laudatur proinde pro recepto more nomine Salomonis, cum in quibusdam exemplaribus inscriptionem Salomonis praefixam habuerit.*

C. I–VI. ad studium Sapientiae, cuius vim magnificis verbis effert; contra idololatriae dedecora – ab ipsa origine – eiusque comites scelera et confusionem revelat. Posito c. 1. discursus sui themate, principale Sapientiae acquirendae medium proponit, sc. a Deo sincero corde postulare auxilium. Ut vero lectores a vitiis deterreat, inducit c. 2. impios, qui negantes animarum immortalitatem et divinam providentiam, voluptatum unice studiosi omnia ad iucunditatem vitae pertrahunt maximisque sceleribus contaminati in perniciem ruunt [1]. Reiicere pergit c. 3. profana dicta insipientium; pingit emolumenta sapientiae, et stultitiae incommoda; atque c. 4. omnis felicitatis fundamentum virtutem esse dicit. Sistit c. 5. bonorum et malorum sortem post iudicium. Repetit c. 6. praemissa, sibique ad uberiorem Sapientiae eiusque effectuum descriptionem viam parat. b. Verae Sapientiae origo eiusque impetratio. C. VI–IX. Salomonem c. 7 et 8. in exemplum adducit, qua ille via ad culmen Sapientiae et gloriae pervenerit. Enarrat c. 9. Salomonis sapientiam flagitantis orationem ad Deum. Docet communi et debili sorte homines non impediri, quominus sapientiam, quae nec digne aestimari nec aliquo pretio comparari potest, consequantur; attamen requiri in Sapientiae studioso fervorem et perseverantiam, magis autem pias ad Deum preces. c. Sapientiae increatae et creatae encomium variis extollit laudibus, exemplisque collustratum ad vivum pingit. C. X–XIX. Sapientia ab infinitis tuetur malis, plurimisque bonis excolentes se cumulat. Exemplo sunt cap. 10. Adam, Noe, Abraham, Loth, Jacob, Joseph, filii Israel ac Moyses. Orationem suam persequens c. 11. et 12. revocat Judaeorum populo – cuius fata comparat cum sorte idololatrarum Aegyptiorum et Chananaeorum – in memoriam collata in eum beneficia: aquae et fontis. Iniecta mentione idololatriae c. c. 13–15. de origine et turpitudine eius disputat ita: ut primum in id genus inquirat, quod in rerum creatarum, deinde

[1]) A generalibus consvetisque impiorum consiliis ad singulum quoddam facinus delabitur: *de supplicio iusti* ita luculenter agit, ut ipsam pene *dominicam passionem* oculis subiicere videatur. Quamvis enim nonnulli recentiorum (v. c. Reusch, Einl. p. 143. Tüb. Quartalsch. 1861. p. 623.) de quibusvis iustis haec velint intelligi, quotquot tamen Veteres, ut scribit C. Jansenius, l. c. p. 197. haec verba ponderarunt, unanimiter de Christo exponunt. Et etiam si illi non testarentur, addit G. Estius, Annot. ed. Ven. p. 196., res aperta est. Prophetiam esse de Christo liquet — ut probat Cornelius a Lapide, Comment. in l. Sap. p. 45. ed. Migne S. S. Curs. c. XVII, 411. — ex ipsis verbis, quae sunt eadem cum iis quibus Judaei Christum subsannaverunt. Matth. 27, 43. V. c. Calmetum, C. ad h. l. p. 222. Leonardum a s. Mart., Exam. script. in quinque l. Salom. Gandavi. 1770. p. 289. Allioli, ad h. l. ed. Landsh. 1839. III, 412.

humana arte fabricatarum cultu cernatur. Denuo beneficia enumerat, c. c. 16. usque ad finem, quae Israelitis obvenere; beneficium quidem carnium et mannae in deserto, lucis, salutis et vitae, male mulctatis Aegyptiis, columnae denique et nubis in transitu maris rubri, Aegyptiis in exitium coeco impetu ruentibus. Ita convenientissime Scriptor effecit, quod praecipuum erat suorum votorum argumentum: revera placuisse Deo qualibet in occasione servare populum suum; Sapientiamque fuisse fontem benificii illius, quo Dominus populum suum cumulaverat [1]. Verisimile est interpretationem, quae restat in Vulgata, cui recentiores eruditi quoque [2] maximum in Critica textus tribuunt momentum, ab eodem antiquissimo [3] interprete adornatam esse, a cuius calamo libri quoque Ecclesiastici translatio fluxisse videtur. In utroque enim libro occurrunt peculiares eique soli propriae locutiones. Plurimorum vocabulorum acceptio longe alia est apud latinum interpretem, quam apuod alios; dicendi genus devium a tritis grammaticorum regulis [4]. Canonicam et divinam Libri

---

[1]) Tametsi aequiores acatholicorum (e. c. U. A. Rhode, de Sap. p. 236.) insigne tribuant libro nostro pretium, in quo dignae de Deo notiones, copia utilissimarum veritatum, morum disciplina pulcherrima reperiatur, tamen ab eius auctoritate recedunt et de naevis quibusdam illum carpunt, imprimis de placitis philosophiae Alexandrinae. Accuratius hac de re quaesivit C. L. W. Grimm, commentatione (quam tamen ut intelligitur ex eiusdem: Comm. ü. d. B. d. Weisheit. Leips. 1837. p. XLVIII. XLIX. et K. E. H. VI. d. B. d. Weisheit. Leipz. 1860. p. 19. repudiavit) de Libri Sapientiae Alexandrina indole perperam asserta. Jenae. 1833. qua opinionem istam omnium falsissimam explosit, his usus fere argumentis. Tres ait c. l. p. 10. esse philosophiae Alexandrinae notas: α. Syncretismus, sive philosophiae ethnicae cum doctrina revelata commixtio, et quae β. cum ea arctius cohaeret, Allegorica S. Scripturae interpretatio, sententia denique γ. de numine intermedio, Deum inter et mundum intercessoris partes agente, per quod occultus et supremus Deus se manifestum reddiderit atque se manifestare pergat. Monstravit G. p. 12—19. illa, quae noster de Sapientia pronunciat convenire cum iis, quae de eadem in Proverbiis et Ecclesiastico leguntur. Sobriam nostri scriptoris doctrinam ab Alexandrinorum syncretismo plurimum recedere. pag. 21—29. Sed etiam addit idem G. interpretationem allegoricam, cuius ope Alexandrini e V. T. philosophemata eruere solebant, frustra quaeri. pag. 29—35. Argumentis adversariorum nihil effici, nisi scriptorem Judaeum, palaestinensem, sed graece loquentem, Alexandriae vivere potuisse. p. 37., qui cognitionem graecae eruditionis, graecorumque morum, non ex ipsis philosophorum libris, sed usu potius et commercio cum Graecis aut etiam itinerum experientia percepit. [2]) Grimm, K. e. H. p. 43. Reusch, obs. crit. p. 5. s. [3]) Antiquissimam esse perspicuum faciunt Veterum Patrum Latinorum monimenta. V. Smits, Prol. p. 63. [4]) Smits, p. 49. s.

auctoritatem non modo collatio locorum N. T. evincit, sed etiam testimonium Ecclesiae, quo nobis infallibiliter constat, eadem prorsus Librum hunc gaudere origine, qua ceteros, quos Canoni adscriptos tenent Judaei [1].

§. 170. Quid nomine *Sapientiae* apud S. Scriptores V. T. veniat?

Iam et illud discutiendum, quid „Sapientiae" nomine in Libris Proverbiorum, Ecclesiastae, Siracidis et Sapientiae, qui et sapientiales dici solent, intelligatur. Sapientia, cuius frequentissima in his libris fit mentio, quae et saepe per prosopopaeam loquens inducitur in his Libris, duplex est Increata scilicet et Creata. Ideo nunc pro creata, nunc pro increata sumitur; nonnunquam vero ea, quae dicuntur, utrique simul applicari possunt. Sapientiae increatae nomine attributum intelligitur, de cuius divina atque aeterna origine loquuntur Siracides 1, 1. 3. 4. 5. et scriptor Sapientiae 7, 2. s. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28., cuius verba omnino hoc loco laudanda sunt: „Et quaecumque sunt absconsa et improvisa, didici: omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiae, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, nobilis, incoinquinatus, certus, svavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus omnem habens virtutem, omnia prospiciens et qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei et emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera; et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor enim est lucis aeternae et speculum sine macula Dei maiestatis et imago bonitatis illius. Et cum sit una omnia potest: et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et prophetas constituit." Ex quibus recte colligitur, ipsam Sapientiam increatam sub duplici sensu in S. Scripturis designari, quatenus nempe illud vel est commune et essentiale totius Divinitatis attributum, vel quatenus per eam Verbum divinum carne indutum, seu secunda in S. S. Trinitate persona designatur. Vix quisquam hac de re melius s. Augustino locutus est (lib. IV. de Trinitate. cap. 20. ed. Ven. 1733. VIII. p. 827. 828.). „Verbum, inquit, Patris est filius, quod et Sapientia eius dicitur. Quid ergo mirum si mittitur, non quia inaequalis est Patri, sed quia est manatio qnaedam claritatis omnipotentis Dei sincera? ibi autem quod manat, unius eiusdemque substantiae est. Neque enim sicut aqua de foramine terrae aut lapidis manat, sed sicut lux de luce. Nam quod dictum est: candor est enim lucis aeternae. Candor quippe lucis quid nisi lux est? et ideo coaeterna luci de qua lux est, . . . Neque hoc movere debet, quia dicta est manatio quaedam claritatis omnipotentis Dei sincera, tanquam ipsa non sit omnipotens, sed omnipotentis manatio. Mox enim de illa dicitur „et cum sit una omnia potest"; ab illo

[1]) Cf. s. Isidori, de officiis I. 12, 89. Op. VI, 372.

itaque mittitur a quo emanat." Cf. D. Petavii, o. de theol. Dogmat. ed. Ven. 1757. T. II. b. de Trin. 6, 9. p. 31. s. Pro utravis Increatam Sapientiam in Libris Sapientialibus accipi nihil est quod vetat. Quoties Sapientiae occurrit mentio, ut ab origine sua aeterna est, in ipso Deo existit eiusdemque circa creaturas ordinationibus praeest, toties de increata id intelligi debet. Sic Prov. 3, 19. 20. 8, 23. 30. Sap. 7, 26. Eccl. 1, 5. 24, 6. manifestum est de increata verti sermonem. Sed ut idem s. Pater mox prosequitur, „aliter mittitur, ut sit cum homine; aliter missa est, ut ipsa sit homo. In animas enim sanctas se transfert, atque amicos Dei et prophetas constituit, et omnia talibus ministeriis congrua operatur." Quibus verbis docet divus Augustinus, Sapientiam per quam Deus hoc universum creavit, eiusdem aliquid hominibus commodasse. Etenim Sapientia illa increata efficit, ut rivulo quodam eius in hominem per gratiam derivato, nascatur in eo habitus et inclinatio ad custodiendam legem Dei. Ps. 83, 6. 7. Proinde creata illa sapientia, quae increatae illius auxilio et ope in mente hominis formatur (propter quod et dicitur doctrix disciplinae Dei Sap. 8, 4. 10, 1.), ad quam ceu causam principalem effectus instar se habet, a qua et exspectari debet, et sine qua non potest substitere Sap. 9, 9. consistit potissimum in scientia sanctorum, quae format dictamina de obedientia Deo praestanda; quamvis etiam secundario ad prudentiam politicam et oeconomicam se extendat. Differt vero, ut ait s. Thomas (Summa II, 2. q. 45. a. 1. ed. Bon. VII, 846.) ab ea, quae ponitur intellectualis acquisita. Nam illa acquiritur studio humano: haec autem de sursum descendit, ut dicitur Jacobi 3, 17. Quanquam vero sapientia omnis creata a Deo sit, aliter tamen sapientiae naturalis, de qua Prov. 14, 1. 17, 2. 29, 3. aliter supernaturalis et divinae ipse est auctor. Sapientia seu ethica naturalis, naturae adeoque et Deo ut auctori naturae suam debet originem, quae veritas etiam gentilium animos penetravit, ut artem bene beateque vivendi Diis acceptam referrent. Ab hac inquam sapientia, quae humanae naturae fertur accepta, toto coelo differt supernaturalis illa et divina, quae et ipsa a Deo manat, sed quatenus auctor est gratiae donorumque supernaturalium, quae dum homini infunditur, ita eum amare veritatem docet, ut et viam veritatis sive praecepta de vita probe instituenda demonstret. Sap. 7, 14. 8, 9. 10. 9, 1. Quoties proinde s. Textus de Sapientia loquitur, prout hominibus communicatur et ab ipsis proprie possidetur, toties de creata id dici putandum est. E. g. Prov. 3, 7. Ecclae. 1, 16. 2, 26. 4, 13. Eccli. 41, 18. Sap. 6, 10. palam est ad sapientiam creatam debere referri. Utrique vero applicari potest, quod legitur Prov. 8, 12. Eccl. 2, 9. Denique sicut Sapientiae creatae diversa sunt munera, sic et ipsa variis in Scriptura vocibus exprimitur, ut sunt: intellectus, prudentia, disciplina, doctrina, scientia, correptio, eruditio, timor Domini, Prov. 1, 2. 3. 4. 5. 6. s. quae omnia quoad substantiam parum aut nihil omnino differunt. *Atque haec de Sapientia dicere visum est, cuius elogia in classe didacticorum Librorum toties recurrunt. Alia, quae ad uberiorem dictorum scriptorum cognitionem aliquatenus conducere possunt, dabunt: Cornelius a Lapide, Comment. in Ecclesiasticum praemisso encomio Sapientiae ex parallelis ethices naturalis et divinae. ed. Antv. 1674. pag. 1—14. Ibid. Canones, qui facem praeferant Ecclesiastico ceterisque libris sapientialibus. pag. 35. 36. Smits, Sap. elucid. Proleg. Art. 3. p. 44. s. J. F. Buddeus, Introd. ad historiam philosophiae Hebraeorum. Halis Sax. 1720. Besogne, Concorde des Livres sapientiaux, in Migne S. S. Curs.*

compl. Par. 1841. XVII, 1050. s. H. **Bezange**, *Introd. in V. T. c. h. h. I, Sect. XII. c. 2. p. 550. s. C. Philosophie der Geschichte oder ü. d. Tradition. Münster. 1834. II, 13. s.* **Lichtenstein**, *Biblische Darstellung der Selbstoffenbarung Gottes in Ann. Tüb. Quartalsch. 1843. p. 349—404.* **Lücke**, *Commentar ü. d. Evangelium des Johannes. ed. 3. Bonn. 1840. pag. 249. A.* **Maier**, *Exeg. dogm. Entwicklung der neutestament. Begriffe.* Ζωή *u. s. w. Freiburg. 1840. E. Commentar über das Evangelium des Johannes. ibid. 1843. I, 115—124.* **Bruch**, *Weisheitslehre der Hebräer. Strassburg 1851.* **Oehler**, *Grundzüge der Alttest. Weisheit. Tüb. 1855.* **Nitzsch**, *academische Vorträge über die c. Glaubenslehre. Berlin. 1858. p. 82. s.* **Westermayer**, *das A. T. u. s. Bedeut. IV, 471. s. 486. s.*

CAPUT ALTERUM

A PRINCIPATU MACHABAEORUM USQUE AD CHRISTUM NATUM

HISTORIAS REVELATIONIS DIVINAE ENARRAT.

§. 171. Eleazari et septem fratrum Machabaeorum martyrium.

Quo tempore, occiso Seleuco, Antiochus, tantus unius veri Dei osor et persecutor, quantus idolorum amator et cultor, regno potitus est – 174–162. a. C. – variis Judaea concussa fuit exemplis fidei, vel Deo servatae vel abiuratae. Jaso Oniae frater, promissa Antiocho magna vi pecuniae, obtinuit ut frater sacerdotio eiiceretur. Illud ipse adeptus cives saevitia, patriam sacrilegiis lacerat, graecanicis institutis – gymnasio, ephebeo – et moribus Hierosolymas invectis. Mox erectum est apostasiae vexillum. Jasonis exempla secuti ipsi sacerdotes, deserto templo, ad certamina gymnica confluebant. Ad sacerdotum mores sese maxima pars populi effinxit; et ita Hierosolymis triumphum egit paganica superstitio [1]. Antiochus ita in dirissima

---

[1]) I. Mach. 1, 11—17. II. 4, 7—13. Haec fuere malorum primordia. Antiochus Ptolemaei Philometoris avunculus, ambiendo de Coelesyria et ipsi Aegypto inhians, bellum cogitat, quod sine ullo impedimento sperabat gesturum, cum interim Romani bello macedonico occupati essent. Quapropter coactis ingentibus tum terrestribus, tum navalibus copiis, in Aegyptum irrupit, atque Ptolemaei ducibus praelio devictis, Pelusio potitus est, multasque civitates exspoliavit, I. 1, 17—20. Pace cum Ptolemaeo composita, tandem ab Aegypto discessit. Cf. Patritii, de Consensu utr. p. 83. s. Reduci ab hac expeditione Antiocho Jaso pecuniam per quendam Menelaum misit. Hic vero sibi ipsi a rege pontificatum mercatur maiorem summam pecuniae pollicitus. Hac arte Jaso sacerdotio exutus fugit in terram Ammoniticam II. 4, 23—26. Interim cum Menelaus in munere pontificio esset pecuniamque regi promissam non praeberet, munere remotus est. His sacrorum mercatoribus

scelera erupit, ut bellum cum ipso Deo, quem Judaei venerabantur, gessisse videretur. Nihil adeo sacrum Hierosolyma habuit, in quo sacrilegum regem non experiretur. Nec defuere qui impii regis mandata exsequerentur; in quibus erat senex quidam Antiochenus, per quem misit edicta, ut quoad divinum cultum attinet, omnes transferrent se a patriis legibus ad ritus gentiles. Et ille quidem senex Antiochenus Judaeos vi compulit ad deserendam religionem; ipsum templum profanavit, collocato in altari holocaustorum Jovis simulacro, quod adorarent et cui sacrificarent. Conabantur regii ministri non solum Hierosolymis sed in tota Judaea pios opprimere, ad impias choreas circa Bacchi statuam, et sacrificia trahere, passim aras et delubra idolis erigere, sacros Libros exurere; et si quos deprehendebant, qui vellent illos custodire, cibis vetitis abstinere aliosque ritus sacros observare, veluti renitentes gravissimis afficiebant suppliciis [1]. Inter paucos qui tyranno pia audacia obluctabantur Eleazarus sacerdos eminebat, nonaginta annorum senex, qui exquisitis tormentis nequaquam adigi

Lysimachus subrogatur, qui multa nefanda sacrilegia perpetrarat; brevi tamen occisus est. Menelaus Tyri apud regem a senioribus Judaeorum accusatus est; sed aulicorum favore a culpa absolutus, et pristinae restitutus fuit dignitati in civium suorum perniciem. II. 4, 27—42. (Vide Patr. 87. et Ann. XVI.) Circa idem tempus, ut videtur, Ptolemaeus Philometor regno pulsus ad Antiochum confugit, suffectis in regnum minore fratre Ptolemaeo Evergete, cui etiam Physcon cognomen, et sorore Cleopatra (Patr. ib. a XIX.). Antiochus in Aegyptum secundam apparat et facit expeditionem, Ptolemaeo maiori regnum recuperare simulans, consilio tamen illum exuendi; sed a Romanis prohibitus est. (Patr. l. c. 99. coll. ann. LIII.). Huius expeditionis infelici successu irritatus, cum Hierosolymam in reditu turbatam invenisset II. 5, 5—20. in eadem, quod dubiae erga se fidei esset, crudeliter grassatus est. Caedibus urbem implet, templum diripit, sacra et profana convellit; et relictis qui Judaeos atterant, praeda onustus Antiochiam revertitur. I. 1, 21—30. II. 5, 11—24. Inde post biennium misit Apollonium tributorum praefectum, cum mandatis ut omnes maturae aetatis interficeret, immaturos ac mulieres venderet. Apollonius venit cum exercitu viginti et duorum millium, et sabbatica quiete abusus promiscua caede Judaeos sternit, moenia disiicit atque plurimos captivos abducit. Hac calamitate pressi Judaei patriae religionis amantes, — inter quos numerantur I. Mach. 2, 1. Mathathias cum filiis suis, quorum omnium clarissimus erat Judas Machabaeus II. 5, 27. — cogebantur urbe fuga excedere et eam exteris gentibus habitandam relinquere. I. 1, 37—40. II. 5, 24. 25. 26. Spectabantur ceterum huius proelii signa praeludia cum horrore per 40 dies in coelo. II. 5, 2—4. Iamque in desolata civitate omnia poterant Antiochi ministri, cunctis, qui resistere valerent, occisis, aut fugatis; validum in arce praesidium habentes ad vim omnem repellendam, dum sola superesset tenuis, tot caedibus admodum imminuta, plebs, quae omnem in partem metu compellitur et profanorum Judaeorum cum ethnicis sentientium turba non modica.

[1]) I. 1, 43—60. II. 6, 1—10. vid. Dan. 8, 11. 25.

potuit, ad religionem eiurandam. Nihil flagellis animum experiri iuvit; tanquam per quietem dolores sustineret, non tam intrepidus, quam sensus expers cernebatur, donec caedendo fatigati tortores regis iussu venerabilem sanctum voracibus flammis committunt, foetidis liquoribus, quo mortem tardarent, in eius nares effusis. Ille tamen oculis in coelum elevatis, nihil remisit ab animi constantia, donec inter preces pro gentis suae expiatione fusas, invicto spiritu, igne consumtus e vivis excessit. Non inferiores Mysta fuere discipuli. Septem iuvenes eadem matre geniti — Machabaei vocantur; incertum qua origine — comprehenduntur religionis causa, cuius tenacissimi erant, atque ad cruentum tribunal Antiochiam producuntur; fratres alius post alium excarnificantur. Ceterum mater dudum sexum suum supergressa miram in cruciatibus filiorum prae se tulit fortitudinem. Nam rupe rigidior heroum lanienae immanissimae adstitit; demum ipsa quoque infando supplicii genere consumta et purpurata sanguine, tot lauros retulit, quoties in ipsa filii, illa in filiis vicit [1].

§. 172. Mathathiae Machabaei Pontificis et Ducis zelus pro revocando cultu veri Dei.

Funditus propemodum perierat Judaeorum Ecclesia et Civitas, cum Deus utramque [2] per Mathathiam de numero sacerdotum eiusque quinque filios erexit [3]. Hi divinitus excitati cum aliis viris cordatis, quibus religionis cura supererat a patria, extorres, spoliati facultatibus, neque domesticis neque exteris

[1]) Martyrium hoc obiter attigit scriptor l. I. Mach. 1, 65. 66. at scriptor Libri secundi Mach. c. 6, 18—31. et 7, 1—42 de his accuratam et fusam dedit narrationem; cui praemisit monitum de Dei in castigandis aliter amicis atque inimicis providentia. 6, 12—17. Vetus Ecclesia christiana fortitudinem istorum fratrum admirata, eorum memoriae annuum festum diem dedicavit, qui idem fuit cum die fundatae Ecclesiae romanae, ut ex s. Leone M. colligitur serm. 82. ed. Tyrn. I, 321. Eadem solennia habet Kalendarium vetus Carthaginense Kalendis Augusti. Toto orbe iam olim receptum fuisse hoc festum testantur s. s. Patrum homiliae complures, cum Graecorum (s. Joannis Chrysostomi XI, hom. ex a. ed. Montf. XII, 395—401.), tum Latinorum (s. Augustini serm. CCC. ed. M. V. a. p. 1376—1380. CCCI. 1380—1385. s. Leonis s. s. c.) plenae sacra facundia, nec sine animi commotione et sensu admirationis legendae. Illo die publice recitari solebat a lectore libri II. Mach. c. septimum, quemadmodum in festis martyrum acta eorum. Vide s. Augustini, l. s. c. [2]) Iuxta Danielis vaticinium 11, 34. [3]) Quorum nomina Judas, qui vocabatur Machabaeus, Simon, Eleazarus, Jonathas et Joannes.

nixi praesidiis, sed egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, magno animo gentis suae liberationem aggrediuntur. Mathathias, qui videbat mala, quae fiebant Hierosolymis, Modinam commigravit; ubi cum audiret, quae aliis in locis, tum vicinis, tum remotioribus fierent, exitium religionis et reipublicae acerbe deploravit. Mathathiae fuga cognita, venerunt non multo post Modinam [1] e praefectis regiis, qui Judaeos ad honores idolis reddendos compellerent. Verum tantum abfuit ut Mathathias morem gereret; quin potius divino zelo percitus Judaeum sacrificia parantem, atque ministrum regium Apellem, qui ad sacrificia provocabat, adortus confodit, aramque subvertit. His peractis, veluti signo dato, magna voce inclamavit ut, qui religionem salvam vellent, ipsum sequerentur; quibuscum, deserta civitate, ad avia montium et silvarum cum filiis suis se recepit [2]. Mathathias accessione Judaeorum avitae religionis amantium coacto exercitu non spernendo, nunc excursionibus, nunc proeliis minoribus salutem civium suorum defendere coepit; graviter simul in apostatas animadvertit, idolorum aras evertit verumque Dei cultum, quantum potuit, restituit [3]. Ceterum vita quam animo contractiore, sub eum ipsum annum quo bellare coepit placidissime decessit; relictis fortitudinis suae successoribus filiis, quorum armis Judam Machabaeum praefecit [4].

§. 173. Judas Machabaeus Ecclesiae vindex, Civitatis servator.

Defuncto et publicis lacrimis Modinae sepulto parente, Judas quae a patre acceperat strenue peregit; nam signis collatis contra duces regios, ingentes Antiochi copias non tam armis quam coe-

---

[1]) Vide p. LXV. [2]) I. 2, 15—29. Cum autem ducibus regiis et copiis, quae erant Hierosolymis nunciatum esset, quosdam violatores mandati regii in latebras deserti descendisse, eos persecuti sunt et vallo iacto die sabbatico adorti nec reluctantes, quia die sabbati se defendere nolebant, flamma et fumo enecarunt; I. 2, 29—38. II. 6, 11. quod ubi Mathathiae et sociis innotuisset, deplorarunt fratrum caedem, et, ne eorum exemplo omnes perirent, statuerunt deinceps impetus hostiles sabbato arcere, neque id religioni ducendum esse. I. 2, 39—41. [3]) I. 2, 42—48. [4]) I. 2, 49—70. A. a. C. 167.

lestibus subsidiis, quae ieiuniis et precibus impetravit, fudit atque caecidit. Tribulibus, qui a sacris patriis defecerant necatis, totam regionem a praeteritis flagitiis expiat [1]. Rebus prospere gestis Judaei Hierosolymas victores ingressi, Templi plus quam semidiruti faciem horridam, squallentia virgultis atria, totumque locum sterquilinio, magis quam habitaculo supremi Numinis similiorem intuentur, unde in lacrimas et gemitus solvuntur. Ad expurgationem deinde s. aedis conversi; dispositis militibus, qui Syros arcis praesidiarios ab inferenda vi prohiberent, sordes e templo everrunt, altare novum, veteri, quod profanatum fuerat, destructo, erigunt, vasa instaurant. Templo suis ritibus expiato, ipsius diei, quo sacrificia offerri coepta sunt, encaeniorum seu dedicationis festo quotannis celebrando, memoriam perennem haberi volunt [2]. Mortuo interim

---

[1]) A. a. C. 167—162. Quater vivo Antiocho pugnatum est. Primum proelium contra Apollonium fuit, qui ut vicinus — utpote Samariae praepositus — mox cum Juda proelium iniit. Apollonium, numeroso stipatum exercitu, Judas aggressus occidit, caesumque spoliavit ense, quo in reliquis proeliis usus est. I. 3, 10—12. Alterum proelium fuit Judae contra Seronem principem exercitus Syriae, avidum gloriae hominem, quem, prostrato penitus exercitu, in fugam compulit. ib. 13—26. Hac duplici clade exacerbatus Antiochus statuit totis viribus Judaeos frangere; summam belli Lysiae commisit, qui illud tribus ducibus Ptolemaeo, Nicanori et Gorgiae demandat; in his Nicanor, homo vanus, percepta animo certae victoriae spe, mangones ex civitatibus maritimis ad emtionem et veluti ad nundinas II. 8, 11. invitat, quo apparatu territi Judaeorum multi alio alii profugiunt. At Judas bonae spei plenus, addito sociis animo, mori quam terga vertere malebat. Septem solummodo militum millia ducit in Nicanorem, et caesis novem millibus hostium reliquos in fugam convertit. Paulo post suppletis, ut par est credere, copiis, Nicanor et Gorgias ad Emauntem castra locant; Juda Nicanorem vallo ad pugnam egressum caedit, et Gorgiae fugitivi castra diripit. I. 4, 1—28. Secutum cum iisdem ducibus, adiuncto Timotheo et Bacchide, aliud proelium, caesorum numero et victoriae fructu maxime memorabile. Desolata enim ex Syris fuere viginti millia; validae munitiones Judaeis cessere et praeda ingens, cuius pars pauperibus distributa. Anno proxime sequenti Lysias ipse, magno apparatu bellum renovaturus Judaeam ingreditur; sed Juda cum decem millibus occurrente victus, Antiochiam se recipit, novam expeditionem moliturus. I. 4, 28—36. II. 8, 30. s. [2]) I. 4, 36. II. 10, v. 1—9. Templum quod repurgavit Judas, praeterea et castellum Bethsuram egregie communivit. Gentiles Judaeae contermini Templum et sacrificia Hierosolymis restituta esse intelligentes, pro inveterato suo in Israelitas odio, id aegerrime ferebant iramque suam in Judaeos, qui inter ipsos habitabant, effuderunt. Judas his permotus ad tribulum suorum necem vindicandam arma in hos gentiles convertit, ac primum Idumaeos, dein Ammonitas devicit. I. 5, 1—9.

Antiocho Epiphane[1] sub eius filio et successore Antiocho Eupatore[2], Judas per hanc rerum mutationem tempore usus, hostes in ipsis Judaeae visceribus loca munitiora tenentes, exstirpare aggressus est[3]. Subinde obviam it Timotheo cum igenti exercitu Judaeam ingresso eiusque excidium minitanti. Cum anceps esset certamen confugit Machabaeus ad ea, ad quae solebat in omnibus belli sacri pugnis, praesidia: ad preces, sublatis cum milite vocibus coepit auxilium implorare Dei. Nec dilatum est, quod petebatur. Medio namque conflictus fervore missi sunt coelitus equites, ipsis etiam hostibus spectabiles, quorum duo medium Judam tuebantur et in hostes tela ac fulmina mittebant; unde Syrorum acies turbata victaque fuit simulque Timotheus Gazarae enecatus[4]. Cupidus suae ac suorum cladis vindicandae Lysias, novum eumque quam maximum e Syria contrahit exercitum, Judaeorum finibus inducit Bethsuramque obsidet[5]. Judas Lysiam, praeeunte suos e coelo equite armis aethereis conspicuo, de victoria securus ferociter aggreditur et in fugam vertit, caesis amplius quam undecim millibus peditum, exercitu reliquo salutem fuga petere compulso[6]. Peperit haec victoria Judaeis quietem aliquam, nam Lysias toties expertus, illos auxilio Dei tutos esse; ultro misit qui pacem componerent; quam pronis auribus Judaei[7] exceperunt et Joannem atque Abesalonem ad Lysiam miserunt, ut postulata scripta perferrent, alia viva voce peterent. Lysias regis decretum cum suis literis ad Judaeos misit, quibus ea, quae scripto exposita erant, concedebantur; de ceteris vero viva voce postulatis decernere distulit. Sed de his quoque Memmius et Manilius Romani, quos patronos causae suae interpellarant Judaei, literis datis ad eos pollicebantur se decreturos[8]. Interim haec pax paucorum tantum mensium fuit[9].

---

[1]) Qui diro primum viscerum cruciatu percussus putrescentibus ingravascente morbo et verminantibus membris contabuit. I. 6, 1—17. II. 9, 3, seq. 10, 9. [2]) Quem Lysias adhuc impuberem regem constituit, a quo vicissim Coelesyriae praeficitur. I. 6, 17. II. 10. 11. [3]) I. 6, 19. seq. [4]) II. 10, 24. s. 32. [5]) V. p. LXII. [6]) II. 11, 1—13. [7]) II. 11, 13. [8]) Cf. Patritii, de cons. p. 281. [9]) Eam turbavit Timotheus regis praefectus, qui in Judaeos transiordanicae regionis saevire perexit. Hi ad Judam et fratres rogatum miserunt auxilium. I. 5, 9—15. Consilio e re nata capto, Simone in Galilaeam misso, adscito altero fratre Jonatha, expeditionem in Galaaditidem suscipit; urbes Bosor,

Cum perfidis nunquam causa bellandi deficiat, posthabitis pactis cum gente Hebraea, bellum cum Judaeis renovat Eupator. Viribus usus Solymas longa obsidione divexare coepit, in potestatem reducturus, nisi intestinis tumultibus Antiochiam revocatus fuisset. Lysias regis animum ad pacem cum Judaeis demulcet; qui licet exitiali odio ad eos delendos concitaretur, Lysiae tamen auscultans amicitiam cum Machabaeo contraxit[1]. Conclusa pace Judas

---

Dathemem, Maspa aggreditur, occupat, captasque spoliat et incendit. II. 12, 3. s. I. 5, 21. s. V. p. XCIV. XCV. Simon cum praeclare in Galilaea bellum gessisset, ne Judaei, qui eam incolebant, deinceps finitimorum gentilium excursionibus obnoxii essent, convocatis omnibus, eos, in Judaeam traduxit. I. 5, 23. — Timotheus ex alia parte ingentem exercitum coegerat, ex confusa populorum galaaditicae regionis conterminorum multitudine et conductis mercede Arabibus, tuto loco trans torrentem Jaboc castra posuit. Quod cum Judas missis exploratoribus didicisset, non diu cunctatus, primus ipse torrentem traiecit, constitutis qui suos omnes ad transitum urgerent, et recta duxit in hostes, quos facti audacia ita perculit, ut abiectis passim armis fugam capesserent. Expugnata urbe Ephron, Judaeos eius incolas prout antea Simon fecerat, in interiorem Judaeam traduxit, quo pervenit paulo ante Pentecosten. Hierosolymam reversus, festiva instituit sacrificia, laetisque acclamationibus exceptus est, eo imprimis quod eorum, quos ad expeditionem duxerat nemo cecidisset. I. V, 37. s. II. 12, 21. s.

[1]) Post Pentecosten Judas ad purgandos undique ab hostibus fines arma convertit; quibus lustratis, animum adiecit ad obsidendam arcem hierosolymitanam, Templo et confluentibus eo Judaeis infestam. Quod cum rex Ant. Eupator per quosdam, qui de Judaeis ad gentiles defecerant, ex arce elapsos, qui auxilium postulatum ibant, rescivisset, collecto numerosissimo exercitu per Idumaeam in Judaeam ivit et Bethsuram obsedit. Judas, relicta arcis obsidione, totis copiis movet in regem, qui aciem instruit. Consertis manibus, primo impetu sexcenti e regiis ceciderunt: interim Judas tentatis regis viribus, ratus alto discrimini suos obiici non debere, receptui cecinit. Eupator vero ad Bethsurae obsidionem reversus castellum Judaeis inopia annonae propter annum sabbaticum compulsis cepit et praesidio munivit. I. 6, 18—33. II. 13, 12—20. Capta Bethsura Antiochus animum adiecit ad expugnandas Templi munitiones, quas cum suis Judas tenebat et strenue propugnabat; sed cum ab annonae penuriam obsessorum multi dilaberentur parumque abesset ut Judas cum suis iam de deditione cogitaret, Deus aliter insperato eventu Templi, religioni et Judaeorum saluti consuluit. Eupator nuncium accepit Philippum, cui ab Epiphane moriente regni administratio et filii tutela commendata fuerat, in Syriam reducem regno inhiare. Quare perculsus timore hortatu Lysiae, ultro de pace Judaeos interpellavit, qui eam avide exceperunt. Ita quidem historiarum machabaicarum seriem disponens Fullonius huius et sequentis anni eventus recensuit. Comment. I. pag. 27. 28. Froelichius, attamen (propter difficultates, quae pertinacius epistolis l. II. 11. et bellicis

: munitionibus templi recessit, Antiochus vero Syriam repetiit. Pacis ... rapit Demetrius, cognomento Soter. Huius imperiis Nicanor. Judaeis furiosus incubuit, ingenti cum terrore et Dei veri contemtu. Per id tempus Alcimus in pontificatu successerat, homo vita turpis et probis omnibus non tam adversus quam hostis. Sed uterque impietatis supplicium Deo vindici pependere [1]. Modica

...eventibus, quorum l. I. Mach. cap. 5. parte altera et II. Mach. cap. 10. et 11. fit mentio, inhaerent) in Annal. p. 26. 27. citra ullam vim s. Codici adhibitam ita disponit: Antiochus IV. interiit a. s. labente 148, incepto iam Xanthico et Nisan. (Quo circa l. I. Mach. inchoavit iam a. 140.) Succedit illi Antiochus V quarti filius, Eupator dictus: volensque pacatum habere regni exordium ad Lysiam et Judaeos epistolas dat de pace die 15. mensis Xanthici anni eiusdem ae. s. 148. Ptolemaeus autem Macer tum Judaeae et Phoeniciae praefectus pacis cultor et iusti tenax, cum Judaeis amice egit. Sed pax illa per Lysiae scelus minime diuturna esse potuit; nam Ptolemaeus Macer paulo post variis insectationibus eo adactus est, ut vitam veneno finiret; ei successit Lysias in hac quoque praefectura, qui, violata pace, bellum per Gorgiam instaurat. Bellatur per semestre. victus post alios duces cum flore exercitus Lysias pacem iterum quaerere cogitur apud Judaeos, datis ad eosdem literis die 24 mensis Dioscori embolimi et ultimi labentis adhuc anni 148 ae. s.

1) Demetrius, Seleuci Philopatoris filius, Roma ubi obses tenebatur cum paucis comitibus elapsus, Tripolim appulit et regem Asiae se nominat. Coepta a rerum novarum cupidis inclinatione, exercitus ipse ad Demetrium defecit, comprehenso et interfecto Antiocho, et Lysia. I. 7. 1—3. Rerum mutatione in spem summi sacerdotii erectus Alcimus vir ambitiosus, illud a Demetrio obtinuit, quod ut sibi firmaret, aggregatis impiissimis quibusvis et factiosissimis, cum Judae parem se esse posse diffideret, muneribus gratiam regis nactus perduellionis Judam sociosque apud eundem insimulat. Demetrius Nicanorem elephantorum regiorum praefectum cum exercitu in Judaeam movere iubet, addito mandato, ut Judam vivum comprehendat, socios eius dissipet ac perdat. Nicanori gregatim se adiunxerant gentiles, quos Judae metus Judaea expulerat I. 7. 21—26 II. 14. 12—17. Nihilominus Nicanor cognoscens vires animumque ... Judae superesse, veritusque certaminis cum veterano duce aleam, ad pacis consilia meditavit. legatos ea de re misit ad Judam, qui amicitiam non respuit et de pace convenit. Urebat Alcimum haec concordia, et tertio adiit Demetrium apud quem Nicanorem quasi hostium fautorem criminatur. Commotus Demetrius severe scribit Nicanori, pessima minatur, ni pacem abrumpat, mandatque ut quamprimum Judam mittat in vinculis II. 14. 18—28. Perculsus iussis Demetrii Nicanor, animo dubius haesit, trahente eum in diversum hinc fide, inde metu, si obtemperare nolit regis offensam se incursurum, si velit, violati foederis dedecus non evasurum. Pluris tamen illi fuit regis gratia, quam boni viri officium, statuitque praeter fas amicum hominem. societate nondum disrupta, fraude comprehendere. Judas non ignorans fidem gentilium fluxas Nicanoris artes elusit. Nicanor elusa fraude vim parabat, et exercitu movit in Judaeam. Confligitur

quiete usus Judas, Eupolemum Joannis et Jasonem Eleazari filios legatos illico Romam misit; qui procurarent, ut Judaei societate cum Romanis inita, populi Romani amicitia et potentia muniti, contra infestos Regum Syriae, gravium assiduorumque hostium, insultus atque impetus tuti viverent. In quo quidem optatus rerum eventus votis Judae respondit; legati enim benigne comiterque a senatu excepti sunt; expositisque mandatis, quorum causa missi erant, cum Judaeis societatem inire placuit. Scripto in hanc rem senatus iussu decreto, quod conditiones amicitiae expressas habebat, exemplar eius in Judaeam missum est, autographum autem ipsum, tabulis aeneis incisum, in Capitolium relatum. Demetrio autem denuntiarunt per literas Romani, abstineret a vexandis Judaeis [1]. Demetrius

---

ad Capharsalama, caesis Syrorum fere quinque millibus, reliqui Hierosolymis perfugium quaerere coguntur. I. 7, 27—39. Comperto Judam in Samariae finibus agere, Nicanor, novis e Syria copiis auctis, eo movet; castra locat ad Bethlehem et Judam sabbato aggredi statuit; quod tamen, etsi maxime cuperet et certam sibi victoriam animo conciperet, facere non potuit. Judas interea in Adazer, quo etiam Nicanor applicuit, cum exiguo trium millium exercitu commoratus, fiducia divini auxilii plenus, suos in certam spem victoriae erexit, oratione gravi Deum vindicem invocans somniumque (quo vidit Oniam Pontificem pro Judaeis Deo supplicem) victoriae praenuntium enarrans. His animati Judae socii ac praeterea tuendi ab impiis Templi studio accensi ardebant ad pugnam. II. 8, 1—27. 15, 7—20. Explicatis utrinque ordinibus, Judas formidabilem hostium apparatum contemplatur in orationem effusus. Deum precatur, ut angelum sibi mittat — quemadmodum olim Ezechiae — ad sacrilegi hominis frangendum furorem. Nec vanas fuisse preces eventus ostendit; a Judaeis quippe praesidio Domini tectis Syrorum exercitus stratus est. Inito conflictu, primus omnium blasphemus Nicanor corruit. Judas evocatis finitimorum oppidorum incolis, tanta caede in fugitivos grassatus est, ut ne cladis quidem nuntius ex eo numero superfuerit. I. 7, 40. s. II, 15. Tam nobili parta victoria, Judaei laeti redibant Hierosolymam, ubi in summa arce Nicanoris caput una cum sacrilega manu dextera suspenderunt, et perenni deinceps festo memoriam victoriae celebrandam esse statuerunt. II. Mach. 15, 36. 37.

[1]) Vide I. Mach. c. 8. p. i. Habetur hoc decretum, l. l. v. 23—28. recitatum, etiam apud Josephum, Antiq. XII. 10, 6. ed. Hav. I, 627. sed non parum vitiatum; prout accurata collatione monstravit Salianus, in Annal. eccles. V. Test. VI, 170. 171. Josephum pro more suo contra scriptorem libri primi Machabaeorum defendere adnituntur: G. Wernsdorffius, Comm. de fide hist. l. l. Mach. Vratisl. 1747. p. 127. s. J. T. Krebsius, Decreta Romanorum pro Judaeis facta e Josepho collecta. Lips. 1768. perpetua collatione. pag. 15—46. Annotat tandem Fullonius, Comm. I, 37. Grimm, Das erste Buch der Maccabäer. K. e H. III. Leipz. 1853. p. 137. hanc legationem eiusque exitum multum temporis tenuisse adeoque legatos non reversos esse, nisi post Judae mortem. Narrantur

inter haec comperto Nicanoris et exercitus eius interitu; nedum furore in Israelitas satur, novas adversus eos comparat copias; easdem sub Bacchidis ductu mittit in Judaeam, ad delendam cladis ignominiam. Capta Masaloth multisque Judaeorum trucidatis, Bacchides quaerebat Judam cum copiis suis; ipso enim incolumi, nihil sibi tutum in Judaea merito arbitrabatur. Ubi Judam Laisae esse intellexit, agmen in eum dirigit. Viginti millia peditum, equitum duo millia fuere Syris, cum Judae non amplius quam trium millium copiae superessent. Conspecta hostium multitudine, socii Judae pristinae virtutis obliti, trepidi ex maxima parte dilabebantur; nec nisi octingenti constantiores manserunt. Cum hac manu Judas, nequidquam dehortantibus suis, proelium init; dexteram Bacchidis aciem perrumpit, fusamque ad montem Azoti persequitur. Quod cum sinistra Syrorum acies observasset, ipsi a tergo incubuit. Proelio renovato Judas vix non semper victoria usus, nulli ducum aut imperatorum secundus, fortissime dimicans vulneribus mortique minime hostibus, in honorum flore, rebus gloriose gestis, succubuit. Ita victoria Bacchidi cessit non cruenta solum, sed etiam probrosa, cum octingenti viri non tantum viginti tribus millibus toto die restiterint, verum etiam robur ipsum exercitus fuderint, et interfectum ducem suum fratres Simon et Jonathas e proelio incolumes abstulerint Modinaeque sepelierint [1].

§. 174. Res Judaeorum sub successore Judae Machabaei Jonatha.

Occiso Juda, tot calamitates Judaeae incubuerunt, quot a plurimis retro annis non sunt visae. Unius viri exitu tota pene regio in Demetrii potestatem venit. Transfugae, et qui metu Judae pietatem simulabant, perfricta fronte cum impiis Bacchidis ministris damnis molestiisque vexarunt bonos; praesertim quoscunque Judae amicos. Ad haec acerba fames in tota regione grassatur. Reliquiae virorum fortium, cum viderent sese, si diutius sine capite

tamen hic omnia uno textu, quia non decuit instructionem legationis ab exitu disiungere.

[1]) I. 9, 1—19.

essent, extremum exitium evadere non posse, Jonatham [1] Judae suffecerunt, posthabito Simone natu maiore, sine ulla cuiusquam querela. Jonathas cum Simone et Joanne rem patriae domi forisque sustentavit; adversus Bacchidem conflixit et de futuro anxius res suas ordinat in utramque fortunam paratus [2]. Bacchides bello confecto, ubi plura castella communiisset, ad regem in Syriam concessit. Post illius abitum per annos duos Judaea fuit pacatior [3]. Post biennium Bacchides a perfidis religionis desertoribus, quibus grave erat adversarios suos, quamvis innoxios pacis bono frui, in Judaeam revocatus est ut Jonatham incautum et ex longa quiete securum opprimeret. Jonathas et Simon in Bethbessem arcem se receperunt eamque munierunt. Ut autem cognovit Bacchides insidias non procedere, et Jonatham in tutum refugisse locum, vi agendum ratus, illum obsessum pergit. Jonathas relicto ad castellum tuendum Simone, cum parte copiarum e praesidio se subduxit, et in Syrorum amicos animadvertit. Simon eruptione facta, machinas Bacchidis incendit, eiusque exercitu perturbato multos occidit. Irrita tanti apparatus expeditione, Bacchides ad regrediendum in Syriam se accinxit. Consilii impoti, quomodo ad regem citra infamiam rediret, Jonathas pacis conditiones

[1]) 162—144. a. C. [2]) Electionem Jonathae ut cognovit Bacchides, qui tam Hierosolymis, quam omnibus locis munitis potiebatur, Jonathae insidias struxit, ratus sublato capite reliquum corpus facile dissipatum iri. Jonathas collectis copiarum reliquiis cum fratribus fugit in solitudinem Thecue, V. p. XXVII. ubi de bello meditans fratrem Joannem cum militum manu misit ad Arabes Nabuthaeos, qui longius trans Jordanem habitabant, rogans pro amicitiae iure, ut apparatum bellicum, quo abundabant ei commodare vellent. Sed infeliciter; nam comprehensum Joannem filii Jambri, e primoribus Madabensis civitatis, ad torrentem Arnon obtruncarunt. Non autem impune; nam fratris necem paulo post praeclare ulti sunt Jonathas et Simon. Cum enim quidam ex filiis Jambri duceret uxorem et magno ambitu nuptialis comitatus procederet, in eum repente ex insidiis irruere; multis caesis, ac reliquis dissipatis, cum magna vi praedae ad Jordanis ripam, ubi castra posuerant, reversi sunt. I. Mach. 9, 23—42. Quod ut a Bachide rescitum est, copioso exercitu die sabbati venit usque ad oram Jordanis. Jonathas hortatus suos ad proelium, commissa pugna, caesis hostibus mille, ad singulare certamen quaesiit Bacchidem, ut interfecto duce reliquum exercitum in fugam verteret; sed eo congressum declinante, cum vereretur ne hostium multitudine paucitas suorum obrueretur, primus ipse in Jordanem desiliit; ceteri exemplum eius secuti transnatavere. Insequi eos non ausus Bacchides Hierosolymam rediit. [3]) I. Mach. 9, 43—57.

obtulit; quibus non aegre consentiens Bacchides in Syriam reversus est; nec unquam postea Judaeam repetiit. Jonathas se ad oppidum Machmas recepit, ubi iuri populo dicendo et profligandis apostatis operam impendit [1]. Refloruerunt res Judaeorum, cum Demetrio suscitaretur aemulus Alexander Antiochi filius, et ambo certatim Jonathae auxilium offerrent, sicque eius dignitatem et potentiam vel inviti augerent [2]. Jonathas tumultuum syriacorum opportunitate usus, arcem Hierosolymarum occupare conabatur, volens se tutum reddere in hac

[1]) I. Mach. 9, 58—73. [2]) Alexander, occupata Ptolemaide, Syriae regem se dixit: Demetrius obviam pergit illi in proelium et Jonatham beneficiis sibi devincire studuit. Nixus praesenti favore Demetrii, Jonathas Machmas reliquit, Hierosolymam concessit, eamque instauravit. Nec segnior Alexander Jonathae amicitiam quaesivit; eumque veste purpurea et insignibus regiis ornavit. Quod ut Demetrius audivit, qui Alexandrum in ambienda Jonathae amicitia ultro praecesserat, novas promissiones fecit de remittendis praestationibus, immunitate a vectigalibus, praesidiis, relaxatione captivorum, iure honoratae militiae, amplificandi dominii atque magna liberalitate in Templum eximia dona misit. Haec tam profusa promissionum copia hoc ipso parum probabilis visa est, quod ab homine proficisceretur, qui rebus ipsis ostenderat se Judaeos odisse. Itaque Jonathas Alexandri partibus adhaesit, ipsumque auxiliis iuvit. Concurrebant regii exercitus, et tandem praevaluit Alexander Demetrio, qui clade illa cum regno vitam amisit. I. 10, 1—50. Neque postea Alexander datam fidem violavit, nam Jonatham quasi proregem in omni regione Judaeorum posuit, frementibus nequidquam invidis, qui illum calumniis apud novum regem petebant. 10, 59—66. Demetrius Nicanor — Demetrii nuper occisi filius — qui post mortem patris in Cretam fugerat, regnum patrium bello repetens Apollonium constituit exercitus sui ducem, ad Judaeos Alexandro faventes, debellandos. Apollonius castrametatus Jamniae Jonatham superbe ad proelium provocavit. Jonathas cum decem millibus expeditorum, adiuncto cum alia manu Simone, Joppen Jamniae, quam tenebat Apollonius, perquam vicinam cepit. Apollonius, qui equitatu valebat, cupiens Judaeos in planitie concludere, meridiem versus progreditur, relicta parte equitatus, quae mox a tergo Judaeos, qui instarent abeuntibus, adoriretur. Jonathas densatis ad frangendum equitum impetum ordinibus, tum repente laxatis, diuturna iaculatione equitatum in fugam vertit; pedites legionarios contrivit, Azotum, quo Syri fugerant, expugnavit, caesis ferme octo millibus hostium. Denique reversus Hierosolymam ab Alexandro novos honores et munera accepit. I. 10, 67—89. Ptolemaeus generi regno inhians, cum innumeris copiis in Syriam, quasi ab auxiliis foret Alexandro, ingreditur; cumque se iam multarum in Syria urbium, quibus praesidia imposuit, dominum videret, copias cum Demetrio iungit, filiam Alexandro nuptam dedit Demetrio pignus societatis, ac denique Antiochiam ingressus diadema Syriae et Asiae capiti suo imposuit. Re serius intellecta, Alexander armis regnum recuperaturus acie confligit; victus in Arabiam fugit, ubi indignam caedem invenit. Ptolemaeo tertia die post mortuo, Demetrius N. regnum obtinuit. I. Mach. 11, 1—19.

concertatione regum Asiae et Aegypti, in quorum medio erat Judaea. Ubi id a perfidis Judaeis didicisset Demetrius, Ptolemaidem confestim progressus ad se vocavit Jonatham. Adfuit Jonathas cum muneribus; conciliatoque regis animo, pontificatum, principatum et cetera cuncta literis regiis confirmata accepit [1]. Re cum Jonatha et Judaeis composita, Demetrius imprudenter militem suum, excepto peregrino, dimisit. Ea occasione Triphon e ducibus Demetrii, quem regni desiderium acuebat, illud tutorio nomine arripere statuit. Triphon Emalchueli Arabi, apud quem Antiochus Alexandri filius alebatur persvasit, ut eum sibi traderet, pulso Demetrio, evehendum. Milites a Demetrio exaucturatos, eoque irritatos, ad se pellexit; atque his copiis armatus adversus Demetrium insurgit. Jonathas a Demetrio rogatus, ut ipsi auxilia adversus factiosos mitteret, quam primum regi candide obsecutus est. Misit itaque Judaeorum tria millia qui opportune, cum aperta defectione Antiocheni regem ad necem quaererent, permultis seditiosorum caesis, reliquos ad officium compulerunt. Ingratus tamen Demetrius pro his Jonathae meritis cruciatus rependit; cuius facinoris mox gravissimas dedit poenas [2]. Jonathas recordatus foederis a fratre suo Juda cum Romanis iam pridem initi, illud, quo respublica iudaica firmius staret, renovare studuit. Misit eapropter legatos Romam, quibus una mandavit, ut ex itinere Spartanos salutarent et literas

[1]) Nisi quod ad possessionem arcis attinebat, quam rex in sua potestate retinere voluit, promittendo se tutos ab iniuria Judaeos redditurum, quod tamen nunquam praestitit. Jonathas, qui regis voluntate arcis Jerusalem odsidionem solvit, exspectabat, ut praesidiariorum insolentiam rex pro sua auctoritate compesceret; sed promissa eius in vanum abierunt. I. Mach. 11, 20—32. [2]) 11, 38—53. Tryphon adducto ex Arabia Antiocho, contra Demetrium in proelium descendit, eoque victo et fugato, Antiochiam occupavit. Antiochus datis ad Jonatham literis, quem Demetrio sciebat ob recentem iniuriam infensum, principatu donat et muneribus, atque Simonem fratrem praefectura ornat urbium a Tyro usque in Aegyptum, qui ab hinc Tryphoni et Antiocho iuniori militant. 54—59. Jonathas cum audivisset duces Demetrii Galilaeam invasisse, eo citatis itineribus excurrit, relicto in Judaea Simone, qui minime otiosus Bethsuram arcta et longa obsidione expugnavit. Proelio commisso, cum a fronte et tergo a Demetrianis premeretur, a maxima suorum parte desertus non longe abfuit ab extrema ruina. Invocato tamen suppliciter Deo, cum paucis proelium redintegravit. Quod cum vidissent, qui fugerant, animo recepto iterum certamen ingressi sunt, hostesque, tribus virorum millibus caesis, in castra reiecerunt. Jonathas autem egregia victoria parta Hierosolymam rediit. 11, 60—74.

ferrent, quas scripserat ad renovandam amicitiam [1], sicut cum Romanis. Ingressi legati Romam et ad curiam admissi, mandata exposuere et libenter excepti sunt, nam abeuntibus datae fuerunt literae ad praesides locorum, quibus commendabatur, ut ipsis pacificum transitum praeberent; imo et officia praestarent qualia legatis et amicis Romanorum exhiberi solebant. Interea dum Numenius et Antipater eodem successu quo Romae ad Spartanos legationem obirent, Jonathas moenia Hierosolymae instaurat, inter arcem et urbem murum excelsum erigit, quo praesidiarii omni commercio prohibiti arcerentur. Nec segnior fuit Simon, qui Joppen, quae ad Demetrium non dubiis indiciis inclinabat, praesidio muniit, et in Sephala locum Adiada [2]. Sub hoc tempus Judaei Hierosolymitani scripserunt in Aegyptum ad Judaeos eiates, de agendis Deo gratiis, celebrandoque annuo festo instaurati Templi [3]. Triphon inter haec ipse supremam potestatem quaerere coepit; atque cum sciret Jonatham cuius amicitia et armis Syri tum stabant, pietatem ac fidem ambitioni praeferre, consilii sui unicum obicem e medio tollere statuit. Quod cum aperta vi efficere non posset ad fraudes confugit. Invitat Jonatham e castris in sua castra, excipit perhumaniter, pacem simulat, ac denique Jonathae persvadet se eo consilio venisse, ut praesidia et militem illi traderet, ne se vanis proinde sumtibus, suos inani labori fatigaret; proinde exercitum dimitteret et secum Ptolemaidem veniret, cuius tutelam ei permitteret. Jonathas plus nimio Triphonis promissis fisus urbem cum exigua manu militum ingreditur. Ptolemaeenses, signo dato, portas claudunt, Jonatham per insidias capiunt, et socios vita privant. Neque ea strage contentus Tryphon misit copias, qui in Galilaea relictos invaderent. Sed paratos ad pugnam aggredi non ausi, rati sibi cum desperatis et in ultionem

[1]) In quibus I. Mach. 12, 6. 11. Spartanos fratres vocat, quod in fraude et fabulis ponunt acatholici: Wernsdorf, Comm. s. c. p. 140. s. Krebs, l. s. c. p. 69. 70. Winer, R. W. II. 487. Grimm: 178. Interim Jonathas Spartanis appellationem tribuit quam ambiebant, 8, 21. ratus parum ad rem pertinere verumne an falsum esset. Nec sufficit dubium hoc, ut literas Jonathae, epistolamque Arii regis Spartanorum commentitiam habeamus. Cf. Fullonii, Comm. p. 387. H. J. E. Palmer, de epistolarum quas Spartani atque Judaei sibi misisse dicuntur veritate. Darmst. 1828. [2]) 12, 1—38. [3]) Cf. F. Schlünkes, epistolae, quae secundo Machabaeorum libro legitur: 1, 1—9. explicatio. Coloniae. 1844. p. 10. s.

proditionis ac mortis principis sui furentibus certamen fore, re infecta reversi sunt [1].

§. 175. Simonis acta.

Supererat ex Mathathiae filiis adhuc Simon [2], cui, Jonatha capto, principatus et summi sacerdotii dignitas omnium suffragiis est collata. Primas is inter curas habuit contrahere quidquid in Judaea copiarum erat, deinde affectas munitiones Hierosolymae et Joppes novo praesidio communire. Tryphon, qui totis viribus Judaeae imminebat, solita perfidia Simoni nuntiat, Jonatham non teneri, nisi quod aerario regio certa pecunia obnoxius esset; dimissum autem iri si argenti talenta centum, et duo eius filii obsides mitterentur [3]. Nihil tamen Simonem iuvit misisse quae petebantur. Homo nequam turpiter fidem fefellit, nam cum exercitu in Judaeam irruit pervenitque usque ad oppidum Ador [4]. At Simon eum perpetuo consectabatur, castra castris illius opponens. Cum itaque nihil sive vi sive fraude proficeret perfidus, Jonatha et filiis Bascamae interfectis, rediit in Syriam. Mox caeso rege adolescentulo, regnum invasit summa suorum cum offensione. Simon fratris et filiorum funus magnifice curavit, ac monimentum nobilissimi operis Modinae exstruxit [5], in quo patris et fratrum ossa condidit. Simon Tryphonem exsecratus, foedus cum Demetrio renovavit; ab eoque Judaeae libertatem impetravit [6]. Ea res tanta tamque iusta laetitia omnes perfudit, ut a Simone tanquam publicae libertatis conditore

---

[1]) I. Mach. 12, 39—54. [2]) 144—136. a. C. [3]) Simon vir prudens facile vidit, eum aliud quam pecuniam quaerere. Quia tamen recte formidare poterat, populi sui indole rite aestimata, se accusatum iri avaritiae et ambitionis solvit pretium. [4]) Endor. Vid. p. L. [5]) Quod etiam longe e mari esset conspicuum. V. p. LXV. [6]) Simon ad Demetrium, quamvis Syria profugum, legatos misit cum muneribus, pollicitus se ad eius partes transiturum, si libertas Judaeis restitueretur. Gaudebat autem Demetrius, qui tota Syria exclusus erat, et multo pretio libenter redemisset aditum in eam, illum per Judaeos secum facientes obtinere et eorum ope Tryphonem communem hostem evertere posse. Expertus quantum sibi hominis pessimi perfidia accidisset, Simoni literas regias simul cum donis misit, quibus pacem, libertatem et immunitatem ab omni tributorum pensitatione concessit, et praesidia, quae ab ipsis unis dependeant.

coeperint annos publicarum tabularum ducere [1]. Fuerunt sub hoc principe res Judaeorum florentissimae, atque ita inclaruerunt, ut Romani et Spartani per literas Simoni gratularentur et renovarent amicitiam [2]. Tum populus iudaicus gratus de salute publica a Simone invecta, memorque beneficiorum a Machabaeis acceptorum, summa omnium consensione ipsi liberisque principatum cum summo sacerdotio haereditarium contulerunt, idque publico scripto tabulis aeneis in Templi peribolo proposuere [3]. Dum Judaea Simone principe ac pontifice alta pace frueretur, Antiochus Sidetes, Tryphonis expulsor, per Cendebaeum ducem suum Palaestinam adortus est [4]. Simon aetate iam gravis belli adversus Cendebaeum gerendi curam filiis Joanni et Judae commisit,

[1]) Simon plena libertate constituta, Gazaeos rebellantes sibi subiecit, et quod magis optandum erat, arcem Sionis, tamdiu frustra expetitam et tentatam per deditionem praesidiariorum cepit. C. 13. p. i. [2]) Simon studiosus reipublicae commodorum obtinuit portum Joppe, ex quo in mare et insulas, sive ad auxilia petenda sive ad commercia liceret excurrere. Gazam quoque et Ascalonem, quae olim non erant in Judaeorum potestate, subditas habuit; dominabatur Gazarae, Bethsurae et Sioni, quarum possessio dominium praebuit Judaeae; in omnem belli eventum instruxit civitates commeatibus ac armis; Romam Numenium misit cum aureo clypeo ad confirmationem et monimentum societatis, qui literas Lucii consulis ad reges et provincias impretravit, quibus denuntiabatur, ne quid a quoquam in Judaeos Romanorum socios moveretur. [3]) Dignus, qui eo honore afficeretur, utpote qui gentem suam e tot discriminibus eruerat. C. 14. pag. i. [4]) Demetrius cum copiis in Mediam, ad nova auxilia contra Tryphonem contrahenda profectus ab uno e ducibus Arsacis regis Parthorum victus captusque apud eum in vinculis detinebatur. Antiochus Sidetes, Demetrii captivi frater, venit in Syriam scriptis ad Simonem, quem potentem sciebat, literis promissaque libertate, eum sibi devincire studuit; Tryphonem vero, qui ab exercitu derelictus Dorae se concluserat, obsedit. Dum Antiochus Doram terrestri maritimaque obsidione premebat, Simon ad eum auxilia misit. Antiochus, quem adversa fortuna mitem fecit, prospera efferavit; delata ad se munera et bis mille electos auxiliares respuit; tum contra fidem literis datam per Athenobium legatum suum repetiit Gazam, Joppen et arcem Hierosolymitanam, aut pro illis talenta 500, aliaque 500 pro damnis illatis. Reposuit Simon se Judaeis, opportunitatem nactum, sua vindicasse; si quae aliena occupaverit ad propulsandas iniurias coactum id fecisse; quamvis ergo iure belli ea subegerit, redimendae tamen contentionis gratia, horum causa se offerre centum talenta argenti. Silentio exceptum responsum a legato relatumque ad regem eius iram provocavit, auctam eo, quod Tryphon navigio in Orthaeiadam — Antaradum, Fullonio. p. 42. — evasisset. Copiis in duos exercitus divisis partem unam Cendebaeo duci tradidit contra Judaeos, cum altera rex ipse contra Tryphonem proficiscebatur.

qui copiis coactis Cendebaeum, caesis duobus hostium millibus, in fugam egerunt. Ipse vero Simon indignum trophaeis suis exitum nactus est; nam armis non superabilem Antiochus dolo aggreditur. Jerichunte Ptolemaeus eius gener praeerat, qui pontificali dignitati inhiabat; hunc ministrum fraudis elegit Antiochus; a quo Simon ad epulas vocatus in ipso convivio cum filiis suis Mathathia et Juda trucidatus est [1].

§. 176. Libri Machabaeorum.

Nobiles Machabaeorum triumphi recensentur in Libris, qui ultimum tenent in Canone V. T. locum, i. e. in L. L. Machabaeorum I et II. His porro Libris in morte Simonis Machabaei et memoria filii eius Joannis Hyrcani terminantur Machabaeorum gesta in S. Scriptura enarrata, omnesque simul canonicae historiae V. T. finem accipiunt [2]. Origenes [3] perhibet Libros istos hebraice inscriptos fuisse: *σαρβὴθ σαρβανὲ ἔλ* [4] princeps domus, princeps filiorum Dei. Quae quidem inscriptio his Libris optime convenit, cum in illis agatur de principibus Machabaicae domus, ducibus vero Hebraeorum. Communis attamen inscriptio hodie non alia est apud Latinos quam apud Graecos: *Μακκαβαίων*, Machabaeorum; id vero nomen [5] a praecipuo sanctissimae religionis vindice, sacrorumque bellorum duce praestantissimo Juda Mathathiae filio ductum est, cui Machabaei appellatio diserte tribuitur [6]. Unde vero ortum sit incertum est [7]. Nec magis explorata est compellatio Hasmonaeorum,

---

[1]) Conabatur etiam Joannem addere interfectis, sed divina providentia conatibus impiis obstitit, sicque familiam Simonis conservavit usque ad Hyrcani II. mortem. C. 15. et 16. p. i. L. P. Cassel, weltgesch. Vorträge. Berl. 1860. p. 35—49. [2]) Quae succedit rerum gestarum series e Josepho, Hegesippo et aliis non canonicis scriptoribus erunt hauriendae. Merentur autem temporum horum historiae etiam propterea bene notari, quia reperiuntur interpretes S. S., qui magnifica prophetarum vaticinia his temporibus accommodant, quibus nequaquam conveniunt. [3]) Apud Eusebium, l. VI. c. 25. p. 226. [4]) שַׂר בֵּית שַׂר בְּנֵי אֵל. [5]) Ut censent C. Sanctius, Comm. in l. l. Machab. p. 372. Serarius, praeloquio in l. l. Mach. p. 561. E. Fullonius, Leodiensis S. J. Theol. Commentarii historici et morales ad l. l. Machab. T. I. Lugd. 1609. II. T. 1664. ibid. pag. 1. [6]) I. Mach. 2, 4. [7]) Serarius, p. 562. l. c. a. rad. כָּבָה, exstinguere derivat, et Machabaeum exstinctorem reddit, quia eximiis viribus fuerit et in profligandis exstinguendisque

quam hi viri sortiti sunt [1]. Quatuor circumferuntur vulgo Machabaeorum libri, quorum nonnisi priores duo canonicis Scripturis, posteriores apocryphis accensentur [2]. **Liber I. Machabaeorum** complectitur historias quadraginta annorum. Nimirum c. c. XVI. res gestas inde ab Antiocho Epiphane ad obitum Simonis summi sacerdotis – ab anno 176–135. a. C. – narrat. Initium ducit a Mathathia, triumque potissimum eius filiorum Judae, Jonathae et Simonis facinora describit. **II. Liber Machabaeorum**, qui, serie rerum gestarum spectata, primo esset praeferendus, non tam historias ad tempora Joannis Hyrcani productas continuat, quam potius alia quaedam, Machabaeos concernentia refert. Praemissam habet duplicem Epistolam unam a c. 1. v. 1-9. populi Hierosolymarum et Judaeae ad fratres per Aegyptum commorantes, ut festum expiationis Templi celebrent, et alteram II. 1, 10. – 2, 19. incolarum

hostibus acerrimus. C. Sanctio, l. c. magis arridet illa explicatio, quae censet conflatum esse nomen ex initialibus literis. Exodi. 15, 11. מִי־כָמֹכָה בָּאֵלִים יְהוָה, h. e. מַכַּבִּי, quas in vexillo — ad morem S. P. Q. R. — suo gestabat Judas, et illius exemplo reliqui, qui bellum susceperunt sacrum. Jahn, Einl. in die göttl. Büch. II, 2. et 3. p. 950. derivat a. r. מַקָּבָה, malleus, unde מַקָּבִי, malleator, cognomen Judae, ut quondam Carolo Martello, inditum fuisse. Vaihinger, in Herzogs R. E. VIII, 737.

[1]) Serarius, l. c. p. 653. gentilitium habet חַשְׁמוֹנָאִים; itaque abavum Mathathiae, Ἀσαμωναῖος, vocatum testatur Josephus, Antiq. XII. 6, 1. I, 611. Sanctius, l. c. p. 374. appellativum facit iuxta illud Ps. 68, 32 חַשְׁמַנִּים, optimates principes, cui affine est illud, quod ex Origene supra retulimus. Gesenius, Thes. II. p. 534. confert حَشِيمٌ, vir magnus et magni famulitii. [2]) Primi duo in Canonem semper admissi sunt; tertius in veteribus Bibliorum editionibus duobus illis subiungebatur; (etiam canon apost. LXXVI. LXXXV. ed. Cotelerii. Amst. ed. II, 17—24. I, 453. Μακκαβαίων τρία recitantur; item apud Theodoretum, in C. XI. v. 7. legimus: „καὶ τοῦτο δὲ ἡμᾶς ἡ τρίτη τῶν Μακκαβαίων ἐδίδαξε βίβλος." ed. c. II, 2. p. 1272.) nunc vero penitus de latinis expunctus est. Narrat historias iussu Ptolemaei Philopatoris, inductorum Alexandriae in hyppodromum Judaeorum ut ab efferatis elephantis protererentur. At vero accidit ut rex fletu et clamoribus miserorum ita commoveretur, ut Judaeos liberos dimitteret. Ordine temporum ceteris esset praeferendus, quod coll. p. 544. illa quae recitat, multis annis ante Judam acciderint. Quartus liber Μακκαβαίων λόγος δ. dictus nunquam in Bibliis s. locum invenit, narrat de septem fratribus et matre ad mortem cruciatis, V. p. 553. Apud Josephum inscribitur εἰς Μακκαβαίους λόγος. Hav. II, 497. non quod ad Machabaeos quidquam pertineat, sed quod ii pari cum Machabaeis animo multa pro **Lege Dei** pertulere.

Judaeae, et seniorum ad Aristobolum paedagogum regis Ptolemaei, et Judaeos Aegyptios eiusdem cum priori argumenti [1]. His

---

[1]) Sunt quidem hae binae epistolae Libro altero Machabaeorum ita iunctae; ut eius partem efficere videantur; at revera cum eo nihil habent commercii; suntque igitur ei, ut diximus, praemissae. Ceterum hanc suam sedem iam e mente Clementis Al., Stromat. V, 14. II, 705. et Eusebii, praepar. ev. VIII, 9. ed. Col. 1688. p, 375. occupaverunt ob aliquam argumenti cum historiis Machabaeorum convenientiam. L. Fullonii, Comm. II, p. 57. Critici Wernsdorf, de fide h. l. Macc. p. 64. s. 181. s. Bertholdt, Einl. III. p. 1057. s. Bertheau, diss. de Machabaeorum libro. Gott. 1839. p. 18. s. Grimm, K. e. H. z. d. Apokryphen 4. Leipz. 1857. p. 22. s. binas istas literas ut subdititias respuerunt, rationibus ductis vel ex argumento vel dicendi genere, infirmis quidem, quas dudum explodit Salianus, Annal. Tom. VI. p. 317. s. Serarius, p. 797 s. Sanctius, p. 535. s. Fullonius, II, 5. s. atque e recentioribus: Valckenaer, de epistolis duabus praefixis L. II. M. in libro: Diatribe de Aristobulo Judaeo. Lugd. B. 1806. p. 38. s. Welte, Einl. II. 3, 34. s. 39. s. F. Schlünkes, Epistolae, quae secundo Machabaeorum libro legitur explicatio. Coloniae a. R. 1844. Quasdam iam ex obiectionibus adversariorum de commemoratis nostris epistolis brevissime expedire conabimur. Quaeritur: sint ne hic binae literae an una tantum? Salianus, Serarius, Fullonius cum Bellarmino, l. I. d. verbo Dei. c. XV. p. 73. unam tantum habent. Sanctius et Schlünkes, p. 39. binas esse existimarunt, eodem tempore datas et missas. Tempus prioris notatur v. q. Τοῦ χατελεῦ μηνὸς ἔτους ἐκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου, quod his verbis hebraicis reddit Schlünkes l. c. pag. 40. מֵאָה וּשְׁמֹנִים וּשְׁמֹנֶה בְּחֹדֶשׁ כִּסְלֵו שְׁנַת, Dabamus, Chasleu mense anni 188, utique regni Graecorum. Vide p. 470. Istam temporis notationem ad praecedentia sive ad v. 1—9. pertinere liquet ex aliis quoque epistolis, quae in L. L. Machabacorum inveniuntur e. c. II. 11, 16—21. 17—33., ubi pariter annus, quo datae sunt, in fine apponitur. — Interim assumta sententia de epistolis eodem tempore datis, nihil interest annus de quo loquimur, priori ne addatur an posteriori praefigatur. — Intelligitur ex epistola altera II. 1, 10—21—18. tempore eam datam esse, quo Judaei Aegyptii suum templum suumque cultum iam habebant, quia hac epistola, quae non solum Hierosolymitanorum, verum et Judaeae (de quo Josephus, Antiq. XIII, 11. H. I, 665.) nomine data est, hoc ab Aegyptiis petunt, ut instantes Templi sui, a Juda denuo consecrati festos dies in Aegypto celebrent 1, 18. 2, 16. adductis hunc in finem causis, quae sibi videbantur petitioni suae suffragium laturae. Petitionem suam probaturi narrant: Antiochum Epiphanem, violatorem Templi sui divinitus et sacra urbe eiectum et inopinata morte mulctatum esse. 1, 11—17. Jeremiam abductos in captivitatem etiam atque etiam hortatum esse ne a divina lege recederent, 2, 2. 3. neque igitur Judaeis in Aegypto degentibus licere secessionem facere; discessuros autem esse, si suum templum eodem, quo Hierosolymitanum honore habere perseverarent, et festum in huius dedicati institutum, concelebrare recusarent. Ne vero Aegyptii contendant Hierosolymitanum non esse pluris aestimandum Leontopolitano et ex consequenti negent, oportere se, eius dedicationem celebrare, quia igni sacro, Arca et Tabernaculo nec non Nube (Exod. 25, 10. s. 40, 34. III. Reg. 8, 10. s.) careat, referunt: ignem sacrum

additur summa iniuriarum Antiochi Epiphanis et Eupatoris adversus Judaeos, rerumque a Juda gestarum series – 176–161. a. C. – in qua recensenda scriptor quinque annalium libros cuiusdam Jasonis fusius exaratos c. c. 3–15. complexus est hac ratione: ut 2, 19. c. 5. referantur quaepiam facta antiquiora, quae persecutionem Antiochi Epiphanis praepararunt. Oniae regimen, Heliodori temeraria aggressio et punitio, Simonis calumniae, mors Oniae, eiusque interfectoris supplicium, pessima Menelai scelera, Martyrium Eleazari. Ceterum id in propatulo est, duorum istorum Librorum duos diversos esse scriptores. Prioris scriptorem ignotum existimant [1] unum de sacerdotibus primariis Hierosolymitanis; cum multa ex archiviis Templi eruta historiis suis inseruerit et apud Hebraeos consvetudo fuerit, ut regum et principum res gestae a sacerdotibus conscriberentur. Dicendi genus et priscorum exemplarium forma in opere conspicua id ipsum indicant [2]. Quicumque demum fuerit, hoc certum est non scripsisse nisi sub extremum Joannis Hyrcani Pontificatum, eo quod monimenta de hoc principe laudet [3]; sed nec longe post, sicut ex imperfecta elucet notitia rerum romanarum [4]. Librum secundum epitomen esse quinque Librorum a Jasone Cyrenaeo conscriptorum indubie constat [5]. Certa de epitomatore non tenemus; probabilius tamen autographum concinnatum habemus ante saeculum, quod praecessit Salvatoris nostri nativitatem, ultimum [6]. Liber primus vernaculo

---

Jeremiae iussu in puteo quodam absconditum, 1, 19—2, 1. in eoque exstinctum esse, Arcam quoque foederis Jeremiam in spelunca quadam intulisse; 2, 4—8. nec haec antea conspectum iri, quam dispersa Judaeorum gens unum in locum a Deo congregata fuerit. Secundae itaque literae postulant, ut post templum ab Onia aedificatum V. p. 590. scriptae esse credantur. Comparatis autem cum illis II. 1, 1—9. quibus v. 7. 8. Judaei hierosolymitani, qui literas dant memorant se pluribus annis ante — 169 a. Chr. — de crudelissima Antiochi Epiphanis persecutione ad eosdem literas dedisse, unaque v. 9. ad Templi repurgati dedicatique festum agendum provocant, patet non ante ipsas datas fuisse.

[1]) Cf. Fullonium, l. c. prol. p. 3. [2]) V. I. M. 9, 22.Bezange, Intr. p. 381. Joanni Hyrcano, Simonis filio, tribuit. Quod de morte eius refertur, dicit ab alio potuisse addi, quin ipsius scriptoris auctoritati quidquam detrectet, ut v. c. Deuteronomio Moysis. c. 34. [3]) C. 16, 24. mentio fit „Libri dierum sacerdotii eius.“ [4]) 8, 13—16. [5]) „Quinque libris comprehensa“ — inquit digestor II. 2, 24. — tentavimus nos uno volumine breviare: Breviatoris nomen attamen ignoratur. [6]) Coniicimus id ex subscriptione anni 188 aer. sel. qui est 123 a. C. Collato enimvero II. Mach. 2.

Hebraeorum sermone exaratus fuit. Argumento sunt: α. Loquendi mos et phrasis tota Hebraismum sapiens. β. Attestatur idem quoque s. Hieronymus, qui in Prol. gal. eum a se hebraica lingua visum fuisse dicit. Ad haec γ. annos Hebraeorum more computat. De secundo autem nemo dubitat, quin graece scriptus sit, cum graecam redoleat indolem, elegantiam et eloquentiam, atque in computandis annis aeram Seleucidarum sequatur [1]. Utriusque libri Machabaeorum utilitatem multis e capitibus eruere licet, cum tanta nobis exhibeant religionis, pietatis, fortitudinis ante Christum christianae exempla; habeantque gravissima ad fidem et mores pertinentia documenta [2]. Utilitati coniuncta est svavitas ob plurimas eventuum varietates et inexspectatos exitus [3]. Canonicam utriusque Libri auctoritatem probat tum Ecclesiae decisio, tum Veterum eos divinis adscribentium consensio [4].

§. 177. Judaea sui adhuc iuris sub Joanne Hyrcano.

Simoni fratrum Judae Machabaei ultimo, successit in principatu — per multos labores et pericula, nec sine providentiae divinae miraculis — aeque ac sacerdotio Joannes Hyrcanus — cognominatus ab Hyrcaniae populis devictis — eius filius — I. Mach. 13, 54. 16, 21. seq. Joseph. Arch. XIII. 8, 1. I, 656. s.

---

non dubium est Librum nostrum a Judaeis palaestinensibus ad Judaeos in Aegypto versantes transmissum fuisse.

[1]) Tantummodo graecam epistolam II. 1, 1—9. excipimus, cuius hebraicum archetypum cum Schlünkens, qui illud l. c. p. 40. hebraicae fidei restituit, fuisse credimus, ob syntaxin verborum et saepius factam iterationem particulae καί. [2]) Vide c. de immortalitate et resurrectione, II. 6, 26. 7, 1. seq. de orationibus pro defunctis 12, 42. de intercessione Sanctorum. 15, 14. [3]) Cuius aetatis sit versio graeca, L. I. ex qua nostra Vulgata, quae in hoc quoque libro antiquior est s. Hieronymo, et unde versio syriaca manavit, ignotum est. Liber cuius argumentum omnibus veri Dei cultoribus gratissimum exstitit, profecto non multo post in eam linguam translatus existimandus est, in qua a Judaeis in Aegypto et dispersione viventibus legi posset. [4]) Quos vide apud Khell, l. i. c. p. 15—44. Nos testimonia Veterum non referimus, quia ex instituto coll. p. XII parte altera H. R. D. de affectionibus s. Bibliorum proinde et de Canone agemus. Contra Annales P. E. Froelich e S. J. v. p. 536. in quibus Machabaeorum libr. historiam et chronologiam vel ex ipsis antiquissimis regum Syriae nummis eximie firmavit, consurrexerunt fratres Wernsdorffiani, s. c. qui adnitebantur eos non tantum divina, sed et omni humana auctoritate libros spoliare. Sed irritos eorum conatus fuisse, paulo post ostensum fuit opere J. Khell, ex eadem S. J. Viennae. 1749. edito: Auctoritas utriusque libri Machabaeorum canonico-historica adserta et Froelichiani Annales Syriae defensi.

135—107. a. C. — Mathathiae nepos. Pontifice et principe Simone — ut ex I. Mach. 15, 15. seq. retulimus — Senatus romanus literas ad Aegypti, Pergami, Cappadociae et Syriae reges et ad omnes Graeciae civitates miserat, quibus significarat, Judaeos esse socios amicosque populi romani, nihilque adeo detrimenti iis esse afferendum. Sed apud multos vis et iniustitia plus, quam aequitas et Romanorum auctoritas valuerat, adeo ut istis Romanorum literis parum rebus iudaicae gentis salutique consultum videretur. Nam Antiochus Sidetes — ab urbe Pamphyliae, unde in Syriam venit, dictus — memor incommodorum, quae a Simone accepit, Judaeam aggressus est, vastatisque agris Hyrcanum Hierosolymam compulit. Hierosolymae septenis castris circumdatae ingens discrimen imminebat. Hyrcanus arcta urbis obsidione pressus pacem cum Antiocho maxime iniquis conditionibus iniit. Is ad omnia consensit, excepto praesidio, ut vitarent Judaei exterorum consvetudinem. Hoc autem ne recipere cogeretur, obsides, inter hos fratrem, dedit, atque argenti talenta quingenta; quorum trecenta mox numerata sunt. (Josephus l. c. §. 4. 658. §. 5. narrat Hyrcanum Davidis sepulcrum ad illum usque diem intactum reservasse et inde talentorum tria millia eduxisse, ex quibus tercentis pacem redemit. Sed recte monuit Salianus, l. c. p. 295. non esse probabile tam immensam pecuniam in sepulcro a Salomone iniuste et imprudenter tenebris damnatam fuisse, cum coll. III. Reg. 12, 4. subditis suis gravis esset oneribus; — ea propter Salianus narrationem istam a Josepho dicit confictam ad augendam Davidis et Salomonis magnificentiam.) Postea Antiocho, quem Hierosolymis cum exercitu excepit, expeditionem in Parthos suscipiente cum auxiliaribus copiis se comitem praebet. Victor Sidetes copias in hiberna distribuit; sed dolo invitatus ad sacra Naneae, nescius conspirationis et periculi, per insidias sacerdotum oppressus est, et reliqui qui cum eo erant concisi sunt. II. Mach. 1. 13. seq. (Ita Salianus, l. c. pag. 302. Fullonius, ad h. l. II, S. 9. 10. Serarius, l. c. p. 808. Cornelius a Lap., p. 254. Taliter II. 1, 13. iis, quae ibid. 9, 5. S. 9. de Epiphanis morte dicta sunt, non adversatur — ut clamant G. Wernsdorf, Comm. d. f. hist. U. Macc. p. 64. Grimm, ad h. l. K. e. H. IV, 38. — cum de diversis Antiochis, Epiphane sc. et Sidete agatur. Explicatio autem Welteii, Einl. III. 43. quae vim infert Textui s. superflua evadit). Hyrcanus, audita morte Antiochi, cui frater Demetrius in regno successit, perfectam populo iudaico libertatem reddidit. Confestim ad urbes Syriae reduxit exercitum, ratus id quod erat, inventurum se nempe eas vacuas a propugnatoribus, qui eas tutari possent. Madabam igitur — I. Mach. 9, 36. — Samegam cum viciuis pagis, insuper Sicimam et Garizim urbes vi cepit. Samaritanorum templum isthic exstructum, anno ducentesimo postquam conditum fuerat, funditus evertit. Antiq. XIII. 9, 1. p. 659. Ipsam Samariam post consumtum in eius obsidione annum integrum, expugnavit; nec eo solo contentus fuit, sed et eam immisso torrente ita delevit, ut ne vestigia quidem urbis superfuerint. Antiq. XIII. 10, 2. 3. p. 661. In Idumaeam conversus eam subegit et Idumaeos ad circumcisionem suscipiendam compulit; atque ab illo tempore Idumaei inter Judaeos sunt habiti. Hac ratione Hyrcanus late in universa Judaea rerum potitus est. Samaritani a septemtrione, Idumaei a meridie recens domiti erant. Ab occidente tamen Joppe, Gaza et reliquae urbes sub eius potestatem nondum redierant. Itaque ut vetera firmarentur, quae erepta fuerant, restituerentur, et nova, stabilita libertate, concederentur, anno principatus sui decimo — Cf. Krebs, decr. pag. 80. — ad Romanos legationem

quandam misit, optimo successu. Judaeis enim per Senatus consultum (cuius sensum, non verba, retulit Josephus, Antiq. 13, 9. 2. pag. 659. v. Krebs, l. c. p. 96., qui etiam decretum, quod Ant. XIV. 8, 5. ed. H. p. 698. ad Hyrcani tempora trahit p. 110—117. coniicitque Judaeos hoc tanto Romanorum beneficio motos, iterum legationem Romam misisse, quae gratum animum pro priori illo decreto et verbis, et munere, cuius in hoc decreto fit mentio, declararet. Romanos et grato animo et munere captos, aliud decretum rationibus Judaeorum accommodatissimum tulisse, quo omnia in priori illo sancita et concessa gravius confirmabant), iustis quasi vindiciis omnia bello iniusto erepta restituta sunt, foedusque renovatum est. Sub reliquo eius imperio, excusso Graecorum iugo, alta pace fruita est Judaea. Ab externo autem hoste immunis coepit intestinis discordiis agitari. Pharisaei enim, cum ab eorum secta procacitate cuiusdam percitus ad Sadducaeorum partes transiisset, in eum malo animo affecti multitudinem in eius et filiorum odium pertraxerunt. Hyrcanus ceterum, domesticis turbis, quae in syriaco regno exortae erant in rem suam utilitatemque conversis, non solum imperii sui fines protulerat, captis nempe multis Syriae, Phoeniciae et Arabiae locis, sed etiam fiducia usus suos auxit successus. Postquam annos triginta in Palaestinae imperio egisset, mortuus est. Vir pius et prophetiae dono praeditus — ut vult Josephus, l. c. 10, 7. p. 663. — quo praedixit casum duorum maiorum — ib. c. 5. — liberorum suorum.

§. 178. Aristobulus, Alexander Jannaeus et Alexandra.

Inter filios, quos septem Hyrcanus superstites reliquit, successit natu maximus Judas, qui postea Aristobulus est dictus 107—106.; is primus a rege Sedecia regium sibi nomen assumsit. Ituraeos — populum ab Itur sive Jethur filio Ismaelis Gen. 25, 15. I. Par. 1, 31. denominatum. V. p. XCI. — illato bello et comminatione exilii coëgit circumcisionem ceterosque ritus iudaicos admittere; etiam in alias oras regnum extendit. Antiq. XIH. 11, 3. p. 665. Matrem regni aemulam, quam Hyrcanus omnium dominam reliquerat, coniecit in carcerem, eoque crudelitatis processit ut vinctam, quasi principatui insidiaretur, fame perire compulerit. Post matrem fratrem Antigonum, quem prae aliis diligere videbatur et in societatem regiminis admiserat, calumniis ab uxore et aliis aemulis circumventum interfici, ceteros tres fratres vero claudi iussit. Antiq. XIII. 11, 1. 2. p. 663. 664. Uno dumtaxat anno regno et pontificatu potitus, mortuus reliquit regnum fratri Alexandro Jannaeo Hyrcani tertio filio — 105—79 a. C. — qui solio potitus illud caede fratris funestavit. Ant. XIII. 12, 1. p. 666. Rebus imperii sui domi constitutis contra Ptolemaidem, ad Judaeorum fines spectantem, duxit exercitum et cum prospere pugnasset, victos intra moenia compulit, eosque obsessos oppugnare aggressus est. Cum Antiochus Gryphus rex Syriae et frater eius Antiochus Cyzicenus multis cladibus suas vires attererent, nihil suis praesidii exspectandum erat. Ptolemaidenses, idcirco Ptolemaeum Lathurum, tunc dominum Cypri missis legatis orabant, ut auxilio veniens ex Alexandri manibus periclitantes liberaret. Contra Ptolemaeum, qui cum magna spe rei bene gerendae appulerat Alexander infeliciter certavit; nam pugna commissa inter Judaeos magna strages edita est, et captivi ad vescendas carnes interfectorum adacti perhibentur. Antiq.

XIII. 12, 5. 6, p. 668. Interim Cleopatra, Ptolemaei mater, quae cum iuniore filio in Aegypto regnabat, videns augeri Ptolemaei potentiam, praesertim in tanta Aegypti vicinia, non permittenda duxit eius incrementa. Itaque navales pedestresque copias excivit, et cum magna classe pervenit Ptolemaidem, quam simul cum praesidiariis expugnavit. Quo cum venisset Alexander Jannaeus cum muneribus, Cleopatra amice illum excepit et foedus cum eo iniit. Ant. XIII. 13, 1. 2. p. 669. Jannaeus inito cum Cleopatra foedere, nihil sibi ultro a Ptolemaeo metuens, expeditionem suscepit in Coelesyriam, et Gadaram, Amathuntem atque alia oppida munita occupavit. Tandem Gazam oppugnavit, quam post unius anni obsidionem captam diruit. Josephus, c. l. §. 3. 669. 670. Belli labores nullo tempore intermisit. Ita proelio lacessivit Obedam, Arabum regem iuxta Gadaram. At infelix ipsi congressus fuit; nam in tantas angustias redactus est, ut aegre Hierosolymam evaserit. Praeter acceptam cladem odium populi quoque et sacerdotum in se concitavit, quibus propter morum asperitatem exosus fuit; quapropter sibi timens peregrino satellite utebatur. Antiq. XIII. 13, 5. p. 671. Sextum in annum a clade arabica, a popularibus, quibus Pharisaei ab Alexandro contumelia affecti se duces praestabant, vexatus est. Superavit tamen rebelles. Ant. XIII. 14, 2. p. 672. 673. A. Jannaeus his turbis, quibus non minus, quam quinquaginta millia, perierunt, liberatus regnavit deinceps quietissime. Conflixit quidem cum rege Areta Damasci et Arabiae, sed facta pactione, quamvis devictus, salvus evasit. Ad extremum contra Diónem, Essam, Gaulanam, Seleuciam, Gamalam urbes expeditionem suscepit, quam fauste, lapso triennii spatio, absolvit; domum repetiit, Judaeis eum magno studio ob res feliciter gestas excipientibus. Belli requiem secutum est morbi principium, quem ex temulentia contraxit. Triennio integro quartana laborans, nec tamen abstinens a castrensibus officiis, tandem exhaustis viribus obiit in obsidione castelli Ragaba, quod iuxta fines Gerasenorum situm est. Moriturus regni, quod amplissimum reliquit, administrationem ex testamento commisit uxori Alexandrae, quae ea ita functa est — 79—70 a. C. — ut ex consilio mariti, Pharisaeorum factioni plurima indulgeret; quibus et multitudinem obedire iussit, et si quod institutum eorum, quae Pharisaei a patribus accepta tradiderant, Hyrcanus eius socer aboleverat, id illa restituit. Itaque regni nomen habebat ipsa, potestatem vero habebant Pharisaei, quorum secta admodum invaluit. Magnum mulier mercede conductorum militum numerum alebat, viresque suas ita augebat, ut terrori esset circumvicinis. Mulier magnae quidem industriae; sed seminaria perdendae familiae iecit, dum Pharisaeis inimicis eiusdem obsecuta est. Antiq. XIII. 16, p. i. p. 676—679. Filio natu maiori Hyrcano II. rebus gerendis minus idoneo, contulit pontificatum. Pharisaei indulgentia Alexandrae perverse abutentes, multas caedes in Jannaei amicos perpetrabant, exulibus reditum, vinctis solutionem procurabant. Dum sic veteres Jannaei amici, regina dissimulante, caedebantur, eorum potentiores cum Aristobulo Alexandrae filio natu minore, viro navo et audaci, in regiam conveniunt, queruntur de illatis iniuriis, et impetrant ut per Judaeae castella distributi, ab inimicorum insidiis tuti reliquam vitam agant. Interea Aristobulus, aegrotante Alexandra, materni regiminis dudum pertaesus, opportunitate arrepta, cum famulis contulit se ad ea castella, quibus amici patris sui praepositi erant; a quibus benevole acceptus brevi tempore duo et viginti castella sibi dicto obsequentia habuit. Interim plurimi ex novis rebus utilitatem captantes ad eum confluebant. Aristobulus vero conductis auxiliis se

regem declarat. Quae res ubi innotuit, Hyrcanus II. et seniores Alexandram adiverunt, et aliquod consilium expediri postulant. Illa iubet eos facere, quidquid putarent reipublicae conducere et praesenti facultate virium pecuniarumve uti; iam se corporis animive vigore deficiente rerum administrationi vacare non posse. Addit Josephus, de bello I. 6, 1. 2. pag. 64. reginam adhuc viventem regnum Hyrcano commisisse. Non multo post extremum spiritum reddidit.

§. 179. Dissidia inter Machabaeos.

Vix Alexandra e vivis excesserat, Aristobulus, qui ad exitum vitae matris magnam regni partem occuparat, Hyrcano fratri, quem illa regni successorem constituerat, bellum intulit — 70 a. C. — Commisso ad Jerichuntem proelio, Aristobulus, qui multorum sibi studium consecutus fuerat, fratrem Hyrcanum superavit, et foedere in ipsa aede Templi inito coëgit, erepto ei tum regno tum sacerdotio, vitam privatam degere. Antiq. XIV. 1, 2. pag. 682. 683. Sed Antipater iunior, Herodis magni parens, gente Idumaeus, religione Judaeus, qui sub Alexandro Jannaeo et eius uxore Alexandra totius Idumaeae praefecturam obtinuit, (Eusebius, Hist. I. 6, 7. ed. c. 32. 39. ex Africano tradit, unum ex numero servorum templi Apollinis, ad muros urbis Ascalonis fuisse. Vide a h. C. Noldii, Historia Idumaeae, seu de vita et gestis Herodum diatribe, Franecquerae. 1660. pag. 1—6. qui Eusebium hac in re hallucinatum fuisse demonstravit.) vir dives, acer, factiosus et industrius, arte mira factus ad pecuniam pro concilianda gratia contemnendam, totum se Hyrcano dedidit, eique ad principatum repetendum, quem per vim invaserat Aristobulus, fidus adiutor exstitit. Aegre quidem, tandem tamen persvasit, ut ad Aretam Arabiae regem confugeret parandi belli causa contra Aristobulum. Hyrcanus pollicitus est Aretae, si eius ope in regnum esset restitutus, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, quae pater ipsius Alexander Jannaeus Arabibus eripuerat. His promissis permotus Aretas, initis pactionibus, Aristobulum bello petiit, regnum Hyrcano armis, tanquam iustis vindiciis restituturus; commissoque proelio victor evasit. Militibus ad Aretam transfugientibus, desertus a suis Aristobulus Hierosolymam se recepit. Arabs autem adducto secum toto exercitu, Judaeis etiam Hyrcanum adiuvantibus, in Templo Aristobulum sub festa paschalia obsidebat. Antiq. XIV. 1, 4. p. 683—685. Bellum hoc occasionem dedit, ut Palaestina Romano imperio subiici inciperet. Aemilius Scaurus, 65 a. C. Pompeii — qui victo Tigrane Armeniae rege contra Mithridatem ponticum bellum gerebat, cf. Saliani Annal. l. c. p. 465. annot. ad Josephi, Ant. XIV. 2, 3. p. 685. — in Oriente legatus, pecunia, potentissima plerorumque hominum conciliatrice, captus, Aretam, obsidione Hierosolymarum soluta, discedere coëgit; tum Aristobulus fratrem Hyrcanum uno proelio vicit et desolatum regno exuit. Verum non multo post Pompeius M. victo Mithridate, Syria potiturus, in eam cum exercitu contendit, et Damascum ingressus est. Hic causa utriusque fratris ad Pompeium ut arbitrum delata est; quorum querelis mutuis defensionibusque auditis, Pompeius iudicio de hisce rebus in aliud tempus dilato, respondit se in eorum terram profectum omnia compositurum esse, gravissime interminatus, ut interea quiescerent, ab omnique iniuria et vi abstinerent. Aristobulus autem neque humanitate et clementia Pompeii captus,

neque auctoritate potentiaque deterritus arma movere, remque suam vi defendere parabat. Quare Pompeius suam lenitatem et benignitatem tentari, tentatam autem sperni sentiens, Hierosolymis romanum exercitum admovit; Aristobulum urbi inclusum et obsessum tenuit; et cum sibi pertinaciter resisti videret, tandem aggeribus exstructis, fossisque excavatis, machinis oppugnationem coepit. Intus autem dissidio exorto, qui Hyrcano studebant, Romanos inter moenia admiserunt, ceteris in Templum se recipientibus; quod quia natura et arte munitissimum erat, multum negotii Pompeio facessivit, adeo ut vix post trimestrem obsidionem illud expugnarit. Neque tum expugnare potuisset, nisi sabbato die, quo Judaei feriabantur, nec impetum hostium arcere volebant, valle aggeribus complanata in munitiones irruisset; per quas primus irrupit Faustus Syllae dictatoris filius, ob id egregie ornatus a Pompeio. Quae gesta sunt 63. a. C. V. Antiq. XIV. 4, 1—3. pag. 688. 689. C. G. Friedel, de C. Pompeii magni expeditione iudaica. Halae. 1703. p. 8. 9. J. A. Chijs, commentat. chronol. hist. de Herode Magno, Judaeorum rege. Lugd. Bat. 1855. p. 3—8. Captum Templum Pompeius victoriae iure, ut ait Tacitus, Hist. V, 9. p. 217. ingressus est, et ea vidit, quae videre nemini fas erat, praeter quam sacerdotibus; quod quidem aegre ferebant Judaei, prohibere autem non poterant. Ant. l. c. §. 4. Nihil vero ex sacris thesauris, in quibus duo millia talentorum erant, abstulit; sapienter, ut ait Cicero pro Flacco, or. XXIII p. 512. quod in tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Quin et sequenti die iussit aedituos fanum purgare, et Deo libare, quae lex praeciperet. Pontificatum restituit Hyrcano, Aristobulum vinctum cum eius prole Romam abduxit; erant enim ei duae filiae totidemque filii, quorum iunior nomine Alexander aufugit, Antigonus vero una cum sororibus deportatus est. Cetera tamen Judaeae oppida vel castella non cepit, sed in unis Hierosolymis acquievit, desiderio Urbis et triumphi revocatus. Quamobrem et fortassis per iocum Hierosolymarius a Tullio l. II. ad Attic. ep. 10. p. 318. nuncupatur, et in titulo triumphorum eius, quem Plinius describit l. VII. c. 26. p 310. non de Judaea, sed de Judaeis legitur triumphasse. Cf. J. Harduini, S. J. Chronologiae ex nummis antiquis restitutae Prolusio de nummis Herodiadum. Parisiis. 1693. p. 24. E saepe laudato loco Josephi adiungimus: Pompeius urbem Hierosolymarum vectigalem Romanis fecit, i. e. Judaeam tributariam; quae vero Coelesyriae oppida occuparant Judaei ab eis abstulit et romano praetori subiecit, universamque gentem, quae antea tantopere efferebatur, inter veteres et proprios fines conclusit. Itaque Judaea idem quod alia hactenus regna experta est: Romanos ex armorum sociis demum fieri populorum dominos. A tempore Judae M. Romanis quidem foedere iuncti erant principes Machabaei, non tamen tributarii; at ubi Hyrcanus a fratre regno privatus, ope Pompeii illud precario recepit, tunc ait Josephus, l. c. §. 5. nobis erepta erat libertas et in Romanorum redacti eramus potestatem.

§. 180. Herodiani amici Romanorum.

Aucta mox servitus romana Judaeorum. Cum Alexander Judaeam incursionibus vexaret, multosque Judaeos in societatem rerum novarum moliendarum traxisset, et Hyrcanus Alexandri irruptiones reprimere nequiret, Gabinius Proconsul romanus Syriae, Alexandrum rebellantem proelio vicit, factaque deditione

Hyrcanum in pontificatu confirmavit. Aristobulum etiam Roma profugum et res novas in Judaea agitantem idem Gabinius oppressit, captumque Romam remisit. Nec diu post, cum ex Aegypto, Ptolemaeum reducturus in regnum, rediret nactusque esset Alexandrum res novas rursus molientem, proelio secundo eum profligavit resque iudaicas ex Antipatri sententia constituit. Ant. XV. 5, 2—4. 6, 1—3. p. 691—693. Antipatrum quod attinet, hic Hyrcani quidem partes adiuverat; ita tamen, ut Romanos rerum dominos sectaretur. Cumque ad animos sibi comparandos esset instructissimus, ex Romanorum ducibus alium quidem sublevavit annona — Scaurum cum Areta rege Arabum bellum gerentem — alium etiam milite et pecunia — Julium Caesarem —; et ita brevi in ipsorum venit gratiam ut non modo legationes maximas ei crediderint, — Scaurus, Gabinius — sed et, Crassus, a consiliis eius saepe pependerit. Antipater licet regium nomen gerere noluerit, idque Hyrcano ut concederetur curaverit, revera tamen Hyrcano rege, potestate regia utebatur, cum eius nutu omnia gererentur. Fugato interim a Caesare Pompeio, Aristobulus cum duabus legionibus in Syriam missus est, sed a Pompeianis veneno sublatus, eiusque filius a Scipione Pompeii iussu securi percussus est. Antipater, superato pugna pharsalica Pompeio, ad Caesaris partes transiit, eique cum in Aegypto bellum adversus Pompeianos gereret insignem operam navavit. Judaeos enim et circumvicinos dynastas non modo in Caesaris partes traxit, auxiliaresque cum commeatu in Aegyptum duxit, sed et ipse fortiter pugnavit; unde factum est, ut, peracto bello, cum Caesar in Syriam venisset et Hyrcanum in pontificatu cofirmasset, etiam Antipatrum, ob rem ad Pelusium praeclare gestam collaudaret, civitate romana donaret et eius opera in maximis periculis uteretur. Denique accusatum ab Antigono nedum culpa absolvit, sed etiam illum Judaeae praefectura donavit — ἐπίτροπον αὐτὸν ἀποδεικνὺς τῆς Ἰουδαίας Ant. XV. 8, 1—5. p. 696. 697. —, ita ut Hyrcano saltem sacerdotium relinqueretur. Dignitatis hoc fuit Antipatro fastigium. Evectus iam maxime Antipater, domi forisque vigilans imprimis studuit rei militari, cuius illo tempore magna fuit vis in populo regendo; Hierosolymarum moenia reficit, seditionibus praecavet, totam Judaeam disponit. Pro potestate sua Phasaëlo filio natu maiori Hierosolymarum, Herodi vero iuniori Galilaeae administrationem, annuentibus praesidibus Romanis, commisit. Auctoritas Antipatri omnes res publicas Judaeorum complexa est, ut haud secus coleretur quam si rex fuisset. Optimates autem Judaeorum incrementis Antipatri invidentes, illum eiusque filium Herodem apud Hyrcanum accusarunt, quasi tyrannidis studiosum; quare ille commotus Herodem ad causam dicendam vocat. Vocatus sistit se iudicio, sed armatus cum satellitio, munitus literis praesidis Syriae Sexti Caesaris, cui ob interceptos multos latronum duces carus erat. Quo facto accusatores, quantumvis eum damnare cupientes terruit. Tunc autem iudicio in sequentem diem dilato, clam ab Hyrcano monitus, se subduxit et ad Syriae praesidem abiit, a quo emta Coelesyriae praefectura, Hierosolymas cum exercitu movit, ut iniuriam sibi illatam ulcisceretur, sed patris ac fratris occursu cohibitus, Judaeos terruisse contentus recessit. Antiq. XIV, 9. p. 1. p. 699—702. Interfecto Caesare C. Cassius Syriae proconsul, obeundo Syriam comparabat arma et milites, gravia etiam tributa exigendo; sed maxime Judaeam afflixit plus quam septingentis talentis imperatis. Tum Antipater res ubique turbatas videns, partem eius pecuniae duobus filiis, partem quibusdam aliis extorquendam commisit. Herodes primus

ex Galilaea centum talenta — de bello I. 11, 2. II, 79. — quantum imperatum erat, afferens, maximam apud Cassium gratiam iniit; prudens enim illi videbatur iam tum Romanorum alieno sumtu captare benevolentiam. Certe quidem L. Marcus (ita J. Flavius, Murcus legit Salianus, VI. p. 613.) et Cassius exercitu coacto, curam omnium Herodi tradiderunt et eum Coelesyriae praesidem fecerunt, attributa ei classe et equestribus pedestribusque copiis, regnum etiam polliciti post finitum bellum, quod tum gerebant contra Antonium et iuniorem Caesarem. Interim Malichus quidam Hierosolymis apud Judaeos potens cum videret familiam Antipatri late crescere et ad summa tendere, ratus occurrendum priusquam haecce aditum conscenderet, initium facere a perdendo Antipatro constituit Cui dum insidias struit, opportunitatem nactus in epulis, ad quas Hyrcanus, quanquam inscius consilii, et Antipatrum et ipsum invitaverat, corrupto pincerna, Antipatrum veneno necavit. Cassius, Antipatri morte comperta, Herodi parentis iniuriam ulciscendi veniam concessit. Ille tribunorum ope invocata, quatenus iustis comitibus adessent, Malichum prope Tyrum iter facientem confodi iussit. Antiq. XIV. 11, 1—6. p. 715—718. Pari modo Herodi fortuna praesto fuit contra Antigonum, qui auxilio Ptolemaei Chalcidis et Marionis Tyriorum tyranni Judaeam invasit; nam proelio cum eo congressus victoriam retulit. Postquam autem Hierosolymam venit magno cum honore a populo et Hyrcano exceptus et per matrimonium cum Mariamne, Hyrcani ex filia nepte, in regiae familiae susceptus est affinitatem. Dein ab Antonio, cuius gratiam data pecunia meruit, cum Antiochiam venisset cum fratre, male mulctatis eius accusatoribus, tetrarcha renunciatur. Antiq XIV. 12. p. i. 13, 1. 2. p. 718—722. In magnum ecquidem res eius adduxit periculum Antigonus, dum a Parthis, quibus quingentas mulieres et mille talenta promisit, adiutus Hierosolymas caperet et diriperet, Hyrcanum et Phasaëlum Herodis fratrem in carcerem coniiceret atque primum quidem praescissis auribus, ut sacerdotio ineptus esset, Parthis traderet, qui vinctum Babylonem abduxerunt. Phasaëlus ubi se neci destinatum agnovit, miserum ducens hostis arbitrio perire, capite ad saxum alliso, vitam abrupit. Cf. Chijs, l. c. p. 8—20.

§. 181. Herodes rex appellatur.

Herodes audita morte fratris, fugere compulsus, rebus fere desperatis, Romam ad Antonium profectus est. Media ferme hieme per mare procellosum et post varios casus Romam pervenit. Statim adiit Antonium, quem adeo sibi propitium invenit, ut eius opera advocato Octaviano, intra paucos dies senatus ipsi daretur. Ibi, ut ludunt rerum vicissitudines, dum sibi et suis tutum patrocinium, regnum autem stirpe regia ortis et fratri uxoris peteret, supra quam speravit a Messala et Atratino c. c. atque Antonio collaudatus, extollitur et Judaeorum rex Senatus consulto appellatur. Causa (uti eruditissimo Harduino, Chron. ex num. p. 24. 25. videtur) haec fuit. Erat Julius Caesar dictator in magno aere alieno Antipatri Itaque cum Octavianum affinitas et successio, Antonium vetus necessitudo cum Caesare dictatore omne illius aes alienum suscipere et quoquo modo solvere cogeret, sic visum est ambobus hoc nomen explicare, si pro sorte nimirum et usuris, creditoris filio Judaeae principatum assignarent. Hoc modo facile rex creatus est: — anno ut vult Chijs, l. c. p. IX.

et 32. s. a. C. 40. — et primo eius regni die, egredientem eum ex curia deducentibus consulibus et aliis magistratibus, ad sacrificandum et decretum in Capitolio reponendum stipabant urbis principes Augustus O. et Antonius, qui etiam epulo eum excepit. Antiq. XIV. 13, 3—9. 14, 1—5. p. 722—728. de bello. I. 14, 3. 4. p. 88. 89. Redux in patriam invenit pro Parthis romanas copias Antigono faventes; praeter regium igitur titulum haud ita multum lucratus est Herodes. Anno sequenti vero Antonius copias in usum Herodis Judaeam versus misit, quibus subnixus eam et Galilaeam, bello non sine magno discrimine per triennium gesto, occupat. Una restabat Hierosolyma et in ea Antigonus factionum caput. Sed et hic aderant Romani. Sosius ab Antonio in Herodis auxilium missus est, qui Antigonum populi romani hostem deiiceret — anno iuxta Chijs. l. c. p. 35. s. 37. a. C. — Judaei contra multa cum fiducia pugnabant; denique Romanis in moenia certatim convolantibus, primo secundoque muro captis, urbs expugnata est, moxque omnia repleta sunt caedibus, Romanis longa oppugnatione irritatis et Herodianis adversam factionem funditus exstirpare conantibus, nullo vel loci vel aetatis discrimine. Antigonus descendit e turri, Sosioque ad genua procidit, qui nihil illius fortunam miseratus Antigonum contemtim allocutus est, et in vincula coniecit. Herodes omnibus modis annisus est, ut milites a caede prohiberet. Sed diu frustra; urbs a Sosio militibus diripienda erat tradita. Cum vero Romani eam miserrimum in modum vastarent, Herodes Sosium deprecatus, Templi reliquaeque urbis rapinas pecuniarum largitione redemit. Sosius, corona aurea Deo consecrata, profectus est cum victo Antigono ad Antonium Antiochiam. M. Antonius Herodis precibus et pecuniis inductus Antigonum securi percussit. Quo e vivis — in priore parte a. 36. a. C. Chijs. l. c. p. 42. — sublato, annis triginta et octo ante ae. v. circiter, Machabaeorum imperium, post annos 126, ex quo primum coeperat desiit, regnumque ad Herodem primum ex alienigenis — Eusebius, Hist. eccl. I, 6. p. 18. — translatum est; — Jos. Flavius, Ant XIV, 15. 16. p. i. 729—738. XV, 1. p. i. 740. 741.; de bello Jud. I. 18, 1—3. p. 97—99. — qui suae ignobilitatis conscius, antiquos Genealogiarum libros quotquot potuit concremavit. Eusebius, ib. c. 7. p. 40. Herodes accepto regno Hyrcanum a Parthis antea captum et abductum Babylonem, deinde vinculis ab ipsis solutum et a Judaeis in Babylonia degentibus in honore habitum specie referendae gratiae inde revocavit; quoniam autem auribus mutilus sacerdotio fungi ex lege non poterat, Ananelum, quendam obscuri nominis et generis sacerdotem summum pontificem constituit. Inde vero eidem primae ortae sunt rixae domesticae. Ut indignationem gravissimam Machabaeorum ea de re conceptam placaret, Ananelo deposito, Aristobulum Alexandrae filium, formosissimum iuvenem, annos sedecim natum, pontificem creavit; sed vix anno lapso, quod Judaeorum animos in iuvenem illum inclinare videret, sibique inde metueret, eum interfici iubet. Ananelum autem rursus pontificatu ornavit. Infestissima fuit Herodi Cleopatra, avida et libidinosa Aegypti regina. Haec eum apud Antonium rogatu Alexandrae accusavit de nece Aristobuli; sed frustra, nam Herodes muneribus delinito Antonio causam vicit. Antiq. XV, 2. p. i. 3, 1—8. 741—747. Dignitatem eius non parum auxit, quod post victum Antonium, cum propter conspirationem cum illo, deponi potuisset, praeter spem ab Augusto victore regnum receperit et in intimam eius amicitiam admissus fuerit, ut Augusto, qui ei regnum non cofirmavit modo, sed et ampliavit addendo tetrarchiam Zenodori, honore secundus post Agrippam, Augusti praecipuum

amicum, esset. Jos. Flavius, Antiq. XV, 6. p. i. 755—759. de bello I, 20. p. i. 103—105. Strabo, geogr. XVI. ed. Amst. 1642. p. 543. Tacit. Hist. V, 9. ed. c. p. 217. Cf. Chijs. l. c. p. 58. Sed et Herodes variis modis dominum suum et patronum adulatus est. Augusto enim, quem in Aegyptum deduxit et reducem per Judaeam omni officiorum genere excepit, in omnibus gratificari studuit; atque illi urbes, arces, turres, palatia, templa, statuas dedicavit. Cumque et his et ludis quinquennalibus, quos structis theatro in ipsa urbe et amphitheatro in campo Hierosolymis celebravit; item excitato theatro Caesareae et Beryti sumtuosissimo opere — d. q. v. commentat. J. G. Eichhorn, de Judaeorum re scenica. Gött. 1811. p. 3—18. —, aquila aurea supra maiorem Templi portam appensa, pontificibus pro lubitu amotis, gentem iudaicam pene totam offendisset, tanquam qui leges patrias contemneret, et ritus signaque gentilium assumeret, uno beneficio totius plebis reconciliavit animos, dum gravissima grassante fame et peste, in maxima rerum inopia frumentum suppeditaret, quo laborantes ali possent. Antiq. XV, 9. 1. 2. pag. 769. 770. 771. Haud minus obnoxios sibi fecit Judaeos instaurando splendidissime Templum. Cf. p. 500. Rex, si quisquam alius, in bello fortis, in magnis moliminibus perquam gloriosus, foris felix, attamen praeceps, regnandi cupidus et ideo domi afflictissimus. Calamitatis ipsius domesticae fax fuerunt Salome et Antipater, hic primogenitus ipsius, illa soror; quibus etsi diversa ratio — S. ut iniuriam privatam ulcisceretur, Antiq. XVI. 3. 1. p. 790. A. ut gradum ad regnum sibi faceret — unum tamen fuit consilium; ut familiam machabaicam perderent. Horum calumniis Herodes, per se animo mobilis et suspicax, incitatus, quaevis sibi atrocissima imaginatur. Mariamnem, adulterii falso accusatam, peremit. Parem vitae exitum sortiti sunt: Hyrcanus avus et mater Alexandra novarum molitionum insimulati; sed etiam suscepti ex Mariamne filii, in suspicionem adducti conspirationis adversus patrem, falsis Antipatri delationibus, causa nequicquam dicta, miserum in modum occisi sunt. Non diu post eundem Antipatrum, quem regni successorem destinarat, in studiis malignis deprehensum, in carcere mactat. Talia truculentissimus pater et immanissimus gener in suos patravit; attamen crudeliora adhuc, nec minora restant, quae in alios perpetravit. In tantum ille hominem exuit, et divina humanaque promiscue nihil pensi nihil moderati habuit, ut partim propinquitate, partim amicitia sibi iunctissimos nefarie trucidarit, et ex tùrba lingua vel minime abutentes, quorum numerus incomputabilis erat, ferro et flamma interfecerit. Ut merito scripserit Eusebius, Hist. l. I. c. 8. p 24. omnem tragoediarum atrocitatem superare huius argumenti tractationem. Haec et alia pluribus prosequitur Josephus, Antiq. XV, 3. XVII, 8. p. 793—847. de bello I, 22—33. p. 110—143. Item Salianus, Annal. eccl. V. T. pag. 681—795. Noldius, Hist. idum. p. 31—40. E. Bertheau, Zur Geschichte der Israeliten. p. 437—444. J. M. Jost, Gesch. des Jud. u. seiner Secten. Leipz. 1857. p. 316. s. Chijs, comm. chron. de Herode M. p. 58. s. Dum Herodes in suos debachatur et innocuo suorum sanguine regiam dignitatem polluit, natus est Jesus Christus, humani generis Salvator, Unigenitus Dei Filius ex Maria Virgine, obumbrante Spiritu sancto.

§. 182. De sceptro Judae ablato.

Ad modum administrandae Theocratiae quod attinet, Judaei ab exilio reduces, ducibus primum sive praefectis a Persarum regibus institutis – quos inter Zorobabel, Esdras et Nehemias fuerunt – paruere; a quibus deinceps ad summos pontifices rerum summa transiit, remanentibus semper theocratici regiminis vestigiis. Si enim nobiscum reputemus, qua ratione primi Civitatis et Ecclesiae instauratores nihil fere nisi ex suggestione Dei gesserint, operam navantibus etiam prophetis, haud obscura durantis adhuc hocce tempore Theocratiae deprehendemus documenta. Et talis quoque obtinuit, ubi imperium ad Machabaeos pervenit, qui sacerdotium et imperium gesserunt. Hasmonaei regnum suum non aliter, quam agnitione Dei-regis exercuerunt. Incidit vero hic scrupulus, num sceptrum reipublicae hebraicae sub his rerum discriminibus iuxta Jacobi patriarchae vaticinium a Juda servatum fuerit? Absit ut de vaticinii Jacobi[1] eventu dubitemus, quem cum historiis convenire omnino necesse est. Regalem quidem dignitatem et diadema, ut s. Ambrosius[2] observat, captis Jechonia et Sedecia ultimis regibus, tribus Judae in tantum amisit, ut nullo deinceps tempore recuperarit; et haec quidem prima sceptri concussio fuit! Qui enim postea reassumebant regium nomen, Machabaei supremi principes, ex alia quam Judae tribu, levitica quidem, genus suum trahebant. Nec vero vis oraculo laudato illata, cum sacerdotes Theocratiam administrarent. Nam sive שֵׁבֶט,[3] de coetu hominum interpretemur, qui uno reipublicae, populi et communitatis nomine continetur, ac suas habet leges et magistratus tam civiles quam sacros; sive pro tribu sumanus[4] – cuius symbolum virga seu sceptrum fuit[5] – creditaque eidem potestate, bene vaticinio et historiis convenit. Mansit in omni hac reipublicae forma potestas ἀρχικὴ penes Judam, eo quod in tribu Judae patriarchae cognomine, permixtis in perpetuum ceteris, Hebraeorum et populus et religio et appellatio ipsa resederit; quibus notis ab aliis gentibus populus iste discernebatur.

[1]) Genes. 49, 10. V. pag. 78. [2]) Expos. evang. sec. Luc. l. III, 42. II, 1329. 1330. [3]) Cum Dionys. Petavio, Rationar. Temp. p. II. l. III. c. 16. p. 139. [4]) Ut multis placet. [5]) Coll. Num. 17, 2.

Ut adeo post reditum e babylonica deportatione reliquarum tribuum nomen evilesceret, Judaeorum solum ubique valeret, et ipsi principes Machabaei se Judaeos appellare non erubescerent. Quod ipsum Eusebius[1] mirando et prophetico modo ita factum esse dicit, ut aliae etiam tribus sub Judae nomine laterent, propter eximiam regalis huius tribus praerogativam, qua nomen suum toti genti esset impositura. Idem scriptor vocem sceptrum[2] tam laxe interpretatur, ut, quocumque nomine imperantes sint, contineat. Itaque non obstat, quod ad clavum reipublicae iudaicae sederint Machabaei Levitae; imperium enim ipsorum, utpote non ab ipsis tribui Judae ereptum, sed a populo iudaico illis commissum, si ius spectemus, sceptrum recedere non fecit a Juda. Nam res publica tribus Judae fuit, quae eam pro re nata et ad legem quasi depositi conservandam in manus Levitarum tradiderat, eosque sibi ceu suos praefecerat. Ut adeo non sit opus vel sollicitare fidem historiarum machabaicarum, vel sine idoneo iussae fidei monimento Machabaeos saltem ratione generis materni e tribu Judae arcescere. Apposite ad hanc rem dicitur[3] „sub Asmonaeis et Herode imperium penes Judam fuit non minus, quam penes Romam Gallis aut Thracibus in imperium electis.“ Intercisiones fuere breves si ad spatium annorum prope 1700 comparentur. Neque etiam septuaginta anni captivitatis in censum venire possunt, quibus sine sceptro, non autem sine spe illud recuperandi, propheticis testimoniis sustentata, vixerunt Judaei. Consummata autem vere est sceptri ablatio cum a Senatu romano – ut supra narravimus p. 581. – Herodes alienigena creatus est rex Judaeorum, qui regnum, armis expugnata Hierosolyma, iniit. „*Eo sane tempore*, inquit s. Augustinus[4], *quo iam Judaea coeperat reges ex tribu Juda non habere, non est computandus Herodes maior in regibus eius, tanquam maritus Thamar: erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mysticae unionis tanquam coniugali foedere cohaerebat; sed tanquam extraneus dominabatur, quam potestatem a Romanis et Caesare acceperat. Sic et eius filii tetrarchae, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione Domini concordavit;*

---

[1]) Dem. ev. l. III. p. 95. [2]) Dem. ev. l. l. VIII p. 572. 573. adde s. Justinum martyrem dial. cum Triphone. c. LII. e. c. p. 170., qui ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος. [3]) A Hugono Grotio, annot. ad V. T. Gen. 49, 10. ed. Op. Amst. I, 26. [4]) Contra Faustum Man. l. XXII, 84. ed. ben. ven. VIII, 413.

Luc. 23, 12. isti ergo alienigenae usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Judaeorum, ut ipsi Judaei publice clamarent, frendentes adversum Christum: Nos non habemus regem nisi Caesarem. Joann. 19, 15." Dei autem misericordia fuit, quod ita sensim et pedetentim amovit, quod uno impetu destruere potuisset!

§. 183. Res fidei et morum.

Restat ut indolem religiosam et ethicam Judaeorum inde ab instaurata civitate ad Christi aetatem paucis exhibeamus. Judaeorum, qui ex Babylonia in Palaestinam rediere, ipse parvus numerus [1] testatur vividum religionis studium in multis fuisse attenuatum; in quo confirmamur pugnis et conaminibus – Josuae, Zorobabelis, Aggaei, Zachariae, Esdrae, Nehemiae et Malachiae – gestis contra contemtum legis et segnitiem populi. Sacerdotes ipsi impia lucri cupidine capti sacrificiis lege vetitis altare foedarunt [2]. Quantum laudatorum virorum monitis ab exterorum familiari societate abstinuerint, ex origine *Cultus Samaritani*, matrimonio scilicet, quo Manasses, filius summi sacerdotis Joiadae, filiam Sanaballati [3] Samaritanorum satrapae duxit [4], concludere licet, qui cum uxorem suam demittere noluisset ad Samaritanos transiit; et templi, cuius aedificandi facultatem Sanaballatus a Dario Notho impetravit, sacris praefuit. Manassis conatibus Samaritani idololatriam dimisisse videntur. Unde a Manasse [5] nova prorsus *Religionis Samaritanorum* epocha oritur, qua hebraicae multo quam antea similior reddita est. Quotquot severitatem disciplinae iudaicae ferre nolebant ad Samaritanos defecerunt [6]; semperque a multitudine apostatarum Judaeorum Samaritanis non exiguum augmentum fuit; sed et acerbius utriusque partis erga se invicem odium, quod tam insanabile evasit, ut si quem Samaritanum dicerent, omnia se vitia enunciasse existimarent [7]. Samaritae tempore persecutionis Graecorum faciles erant ad mores gentilium tantisper admittendos; ab Antiocho Epiphane haud aegre impetrarunt versipelles, ut Jovi Xenio [8] templum suum dedicaretur. Quo factum est ut non aeque ac Judaei affligerentur, sed secunda plerumque uterentur fortuna et numero potius crescerent, quia apostatis Judaeis tutum ad eos perfugium erat [9]. Cum Samaritani mixti fuerint Judaeis, mirum

---

[1]) I. Esdr. II, 62. II. 7, 66. [2]) Mal. 1, 6—12. 2, 8. [3]) V. p. 515. [4]) II. Esdr. 13, 28. [5]) Josephus, Antiq. XI. 8, 2—4. pag. 578. 579. [6]) Josephus, l. XI. c. 8. §. 7. p. 582. [7]) Joannes, VIII, 48. [8]) Διός Ξενίου. II. Matth. 6, 2. Διός Ἑλληνίου. Josephus, Antiq. XII 5, 610. [9]) Templum interim in monte Garizim a Joanne Hyrcano dirutum fuisse. p. 574. diximus.

non est, quod [1] Messiam prophetam exspectaverint. Observarunt etiam praeceptum de anno sabbatico [2] e Lege Moysis. Itaque medium genus inter Judaeos et gentes constituerunt, non sine propiori ad Evangelium praeparatione [3]. Ceterum fuerunt inter Judaeos etiam viri pii et cordati, qui cum doctrinae veritate vitae sanctae studium coniungerent, quorum indolem praeter Simonem pontificem iustum, summis a Siracide laudibus elatum [4], potissimum heroës illi ex gente sacerdotali Joaribi, Mathathias eiusque filii repraesentant, et alii cuiuscumque sexus et aetatis homines [5]; qui vehementissimo ob popularium perfidiam dolore correpti labentem Israelis religionem nova virtute fulciebant. Inventi sunt quidem calamitosissimo hoc tempore irreligiosi, qui gentilibus placere studentes praeputia sibi adducerent [6]; sed et haud pauci, qui ob circumcisionem puerorum [7] crudelissimae saevitiei supplicia subire [8] maluerunt, quos satis admirari non possumus. Exemplis constantiae, quae in dirissima Antiochi Epiphanis persecutione vidimus, Providentia divina palam demonstravit, primum corruptissima aetate, quae eam praecesserat et vindictam divinam evocaverat, etiam non parcum fuisse bonarum mentium proventum, qualem nemo forte credidisset, qui scandala publica et insanum ad spectacula profana concursum, et impium gentilibus placendi eosque imitandi studium oculis usurpavit; deinde etiam quantum robur religio Hebraeorum, qualis erat, ante uberiorem gratiae mensuram, quae Novi Testamenti est, bonis mentibus dare potuerit. Insanire viros crederes, et non fortiter sed temere et imprudenter egisse. At vero fides arma illis subministravit et hostes prostravit. Non illi sed Deus ipse pugnavit et victorias reportavit [9]. Fata, quae gens iudaica illo persecutionis tempore experta est, effecerunt ut subinde

---

[1]) Coll. Joann. IV, 25. Geneseos, l. l. 18, 18. 22, 18. utcumque nixi. [2]) Ant. XI. 8, 6 l. c. 582. [3]) *De Samaritanis praeter cit. p. LVII, 364. videri possunt: Hadr. Relandus, Diss. de Samaritanis in B. Ugolini, Thes. Antiq. s. Ven. 1759, V. XXII. p. 553—602. C. Cellarius, Collectanea Historiae Samaritanae. ib. 603. pag. 666. J. C. Friedrich, Discussion. de Christologia Samarit. Lips. 1821. Gesenius, de Samarit. theologia ex fontibus ineditis comment. Halae. 1822. Bertheau, z. Gesch. d. Isr. 402. s. Th. W. J. Juynboll, comment. in histor. gentis Samar. Lugd. B. 1846. Jost, Gesch. d. Jud. u. seiner Secten. I, 44. s. S. Petermann in Herzogs R. E. XIII, 359. s.* [4]) V. p. 538. [5]) ἡ ἐκκλησία πιστῶν I. Mach. 3, 13. Ἀγαπῶντες Θεόν. 4, 33. Ἀσιδαῖοι, חסידים II. Mach. 14, 6. dicti. [6]) I. Mach. 1, 12—16. II. 4, 23—27. [7]) Praecipuum hebraicae fidei symbolum et integerrimum inter Judaeos et ethnicos parietem. v. p. 53 54. [8]) I. Mach. 1, 30. 50. 56. 63. 67. II. Mach. 6, 8. s. [9]) Necesse est ipsum esse profanum, quem non fortiter adficiant tot hominum exempla, quos ad mortis contemtum spes futurae mortuorum resurrectionis inter summos cruciatus firmavit. Quamobrem s. Paulus, in catalogo heroum fidei Hebr. 11, 35. 36. ad hos quoque non obscure respicit.

omnis a Judaeis idololatria exularet, nec minimam illius speciem quidem retinerent [1]; fana attamen idololatrica eaque magnificentissima in urbibus, ubi gentiles habitarunt, Romanorum tempore tolerare debuerunt. Judaei, superata gravissima illa calamitate sub Antiocho, in tantam brevi creverunt multitudinem, ut Palaestina illos amplius non caperet, sed et proximas regiones, Aegyptum, Syriam, Mesopotamiam, Asiam minorem magno numero implerent, et per universum orbem romanum dispersi essent [2]. Romanorum beneficio non solum libero religionis exercitio cum facultate recipiendi proselytos, sed et romanae civitatis iure gavisi sunt; quin et equestris ordinis viri inter eos fuerunt. Ita admirabili Dei Providentia ethnicis via aperta est ad Religionem V. T. cognoscendam; quod quidem magnam vim habuit ad praedicationem Evangelii expeditiorem reddendam. Qui e gentibus non coacte sed sponte se iudaicae addicebant religioni *Proselytorum* [3] nomen acceperunt. Etsi autem omnes proselyti unum commune nomen haberent, non tamen una omnium ratio erat. Alii enim ita ad religionem hebraicam accedebant, ut se subiicerent universae Legi Mosaicae. Isti Hebraeis גֵּרֵי צֶדֶק, proselyti iustitiae [4], alias quoque בְּנֵי בְרִית filii foederis, confoederati dicebantur; atque hi interrogati de sinceritate conversionis suae, praemissa circumcisione, baptizabantur, nec non sacrificia offerebant; qui ritus, excepta circumcisione, etiam tunc observati fuere, si mulier alienigena fieret Judaea [5]. Praeter istos erant et alii, qui quidem ad Judaeos accedebant, iudaicae vero religionis non omnes ritus recipiebant; sed vel a sola abstinebant idololatria; vel communia humani generis praecepta [6] custodiebant Hos vocabant גֵּרֵי תוֹשָׁב, proselytos inquilinos, seu domicilii גֵּרֵי שַׁעַר, proselytos portae, quia in portis urbium sedes figere potuerunt [7]. Fidei dogmata

---

[1]) E. g. imagines, uti aquilae aureae super maiorem portam Templi. Josephus, Antiq. XVII. 6, 2. l. c. p. 843. ib. XVIII. 8, 2. p. 900. de bello II, 10, 1. II, 169. Auguria ridebant, teste eodem contra Apion. I, 22. c. l. p. 457. [2]) Cf. C. Cless, de coloniis Judaeorum. Stuttg. 1832. pag. 18. seq. [3]) Matth. 23, 15. Act. 2, 11. 6, 5. 13, 43. προσήλυτος a πρός et ἐλεύθω p. q. ἔρχομαι substitutum, advenam adventitium iuxta literam sonat. [4]) Solius iustitiae i. e. disciplinae Dei studio, nulla praemii spe ad hoc permoti. [5]) Cf. J. Reinkii, Dissertatio de Baptismo Judaeorum. in B. Ugol. Thes. Antiq. S. XXII. p. 866. J. A. Danzii, Baptismus Proselytorum Judaicus. ib. p. 897. [6]) Quae filiorum Noae vulgo apud Judaeos audiunt. V. p. 32. 33. [7]) In N. T. εὐλαβεῖς, εὐσεβεῖς, σεβόμενοι τὸν θεόν, φοβούμενοι τ. θ. nuncupantur. Act. 2, 5. 10, 2. 22. 13, 13. 16. 18, 7. Et inter hos referunt Naaman Syrum, IV. Reg. 5, 17—19. Cornelium centurionem, qui gentilis erat, et Italus, Act. 11. item eunuchum reginae Candacis. Act. 8. *Cf. P. Slevogti, Dissert. de Proselytis Judaeorum. in Ugol. Thes. Ant. s. XXII, 807. s. J. G. Mulleri, Diss. de Proselytis. ib. p. 849. s. J. Seldeni, de iure naturali et gentium iuxta discipl. Hebr. l. II. c. 4. ed. Ugol. in Thes. A. S. XXVII. p. 642. s.*

hac aetate eadem fuisse cum iis superioris discimus e S. Scripturis, quae ex hisce temporibus supersunt. Prophetae, qui his temporibus missi fuerant, dilucide adiectis pluribus intermediis notis descripserunt Messiae adventum stante Templo secundo [1]; postquam respublica iudaica sustinuisset gravissimum certamen suae fidei [2], paulo post adventum Eliae, illustris nimirum alicuius praecursoris, qui moribus, instituto vitae, zelo et circumstantiis ut plurimum Eliam repraesentaret [3]. Ethicam quod attinet, Judaei licet gravissimis malis conflictati fuerint, tamen tantum aberant ut in eam animi infirmitatem inciderent, quae de semetipso et Dei auxilio desperat; potius in summo discrimine positi fortiter resistendum, et in Dei libera submissione, pietate et fiducia omnem spem ponendam esse iudicarunt [4]. Huic animi habitui iunctae erant virtutes, quas s. Scriptores istius aetatis ut plurimum commendant [5]. Justitia [6] vitae ethicae norma posita est, quae omnia officia amplectitur [7]. Impendens publicae et privatae salutis iactura potissimum studium orationis et poenitentiae excitabat [8]; Dei autem auxilio a periculis liberati in iubila erumpunt et Dominum populi propugnatorem celebrant [9]. Ope supernaturali egentes eamque precibus impetraturi, maxime liberalitate ἐλεημοσύνῃ, qua ipsi essent misericordes, dignos se divina miseratione et auxilio precibus implorato reddere studuerunt [10]. Immortalitatem animae hac tempestate creditam omnes, penes quos hac de re iudicium sobrium est, fatentur. Virtutem sane, quae saepissime in praesentia ab omni praemii spe excidit, ad aeternam vitam, qua pius Dei potentia resuscitatus fruiturus sit, ablegat Liber secundus Machabaeorum [11].

§. 184. Cultus Dei externus in Templo et Synagogis.

Religio publica hac aetate ordinata est ad antiqua Legis praecepta, sed ad tempus cessare debuit. Templum enim ab Antiocho Epiphane profanatum et Jovi Olympio dedicatum fuerat [12]; mox tamen [13] a Juda Machabaeo iterum purgatum est sacrificiaque more consveto oblata. Templi splendor, admirabili-

---

Saalschütz, mos. Recht. II, 690. s. 704. s. 730. s. Jost, Gesch. d. Jud. I, 99. s. 344. s. Leyrer, in Herzogs R. E. XII, 237. s.

1) Agg. 2, 10. Mal. 3, 1. 2) Dan. 8. 7. Zach. 2, 1. 8, 3. 9, 10. 3) Mal. 4, 4) V. I. Mach. 2, 50. 64. II. 13, 14. 5) Cf. Sap. 8, 7. 6) Δικαιοσύνη. 7) I. Mach. 2, 27. 29. 8) I. Mach. 3, 46—54. 9) I. Mach. 4, 55. 59. II. 2, 30. 10, 38. 10) I. Mach. 8, 27. s. 11) 7, 9. 14. 36 14, 46. Cf. J. F. Raebigeri, Ethice librorum Veteris Testamenti. Vratislaviae. 1838. 12) V. p. 554. coll. 480. 13) Ut narravimus. p. 557.

aque magnificentia non exiguam admirationem suique reverentiam exteris inspiravit. Victimas ibidem Alexander M. et Ptolemaeus Evergetes [1] obtulerunt. Seleucus Philopator de redditibus suis omnes sumtus ad ministerium sacrificiorum pertinentes suppeditari iussit [2]. Tanta Antiochi Sidetis pietas in Templum fuit, ut Joanni Hyrcano, quem obsidebat, petenti victimas magna cum pompa mitteret [3]. Pompeius Templum, quod expugnaverat, repurgari, et sacra in eo pro more fieri iussit. Marcus Agrippa hecatomben in Templo hierosolymitano obtulit, Judaeorumque multitudini convivia sacra instruxit [4]. Bis quotidie Hierosolymis pro Caesare et populo romano victimae immolabantur [5]. Insignis prorsus Helenae Adiabenorum reginae [6] et filii Izatis religio celebratur, qui non solum Judaeorum sacra receperunt, verum etiam multis iudaicam gentem cumularunt beneficiis. Hoc ipso Sanctuario Judaei ubique locorum in dispersione degentes inter se iungebantur, per semisiclum, quem quotannis Templo pendere solebant, per itinera festis maioribus eo suscepta, et missa Templo multiplicia eaque saepe pretiosa dona. Ad religionem huius temporis publicam etiam pertinent varia festa per Machabaeos instituta in divinorum beneficiorum perpetuam memoriam [7]. Interea multa de erectis Synagogis [8] hoc tempore referuntur [9]. Erant Synagogae loca publici conventus, in quibus sabbato et statis temporibus preces recitabantur, et ex Pentateucho ceterisque S. S. Libris aliqua pars praelegebatur; item reliquae partes cultus s. — praeter sacrificia [10] — peragebantur [11]. Lectio sacri Codicis — sine punctis vocalibus — ubique hebraico sermone fiebat. Aderat huic lectioni interpres, qui pericopas praelectas coram populo hebraicae linguae ignaro interpretaretur. Imperita quoque turba edocebatur ea, quae ad cultum, fidem et bonos mores pertinebant. Qua institutione effectum est, ut populus de rebus divinis accuratius informatus idololatriam aliaque vitia facilius evitaret [12]. Singulis

---

[1]) Contra Apion. II, 5. e. c. p. 472. [2]) II. Mach. 3, 1—3. [3]) Antiq. XIII. 8, 3. p. 658. [4]) Antiq. XVI 2, 1. l. c. p. 786. [5]) De bello II. 10, 4. p. 170. [6]) Apud Josephum, Ant. XX, 2. l. c. p. 957. s. [7]) V. p. 557. 561. 571. [8]) Fateor συναγωγαί, בָּתֵּי הַכְּנֶסֶת, quarum repetitis vicibus mentio fit in N. T. — Cf. Matth. 4, 23. 9, 35. 13, 54. Marc. 1, 39. 6, 2. Luc. 4, 15. 7, 5. Joann. 18, 20. Act. 9, 2. 13, 5. 14, 42. 14, 1. 17, 10. 18, 4. 19, 8. — in Libris s. V. T. diserte non commemorantur. [9]) Nonnunquam et προσευχαί, בתי להתפלל vel scholae בתי מדרשות, quae plerumque synagogis stricte dictis coniunctae erant, appellantur. [10]) Inter actus in synagogis peragi solitos erat etiam circumcisio. [11]) Enimvero narrant Judaei: cum per Antiochum Epiphanem Pentateuchi lectione sub poena supplicii prohiberentur ipsorum proavi, eos loco sectionum mosaicarum pericopas propheticas הפטרות legere incepisse. Hinc deinceps factum est, ut excusso quoque hostili iugo, Pentateuchi lectioni pericopa prophetica singulis sabbatis subiungeretur. [12]) Matth. 4, 13. 9, 35, Luc. 4, 16. Act. 15, 21.

synagogis suus fuit princeps [1], atque praefecti, pro loci dignitate eorum numero aucto. His accedunt ministri, qui in synagogis deserviebant[2], atque conferri solent cum angelis ecclesiarum[3]. Aetate Christi frequentissimae in urbibus tam intra [4] quam extra Palaestinam occurrunt [5]. Inferiora et superiora quoque suis proavis hac aetate fuisse tribunalia, conspirante Novo Testamento [6], tradunt Talmudici [7].

§. 185. Hellenistae.

Omnium terrarum, quae pacis bellive negotiis nomen iudaicum attigerunt, Aegyptus ad res illius inde antiquitus maxime et diutissime iuncta fuit [8]. Judaei Aegyptienses, quorum ingens censebatur numerus, gravissimo schismati, quod multis odiis et saeculis continuatum est, occasionem dederunt per templum Leontopolitanum ab Onia IV. filio Oniae III. [9] exstructum, qui cum nullam spem pontificatum in Judaea obtinendi haberet a Ptolemaeo Philometore petiit, ut sibi in Aegypto simile aedificare liceret. Quod et, si Josepho[10] fides, argumento prophetiae Isaiae [11] usus impetravit. Id admodum offendit Palaestinos, neque placari potuerunt eorum irae. Templi huius fabrica hierosolymitanam imitabatur sed in locum candelabri habuit lychnum aureum de catena pendentem [12]. Multis annis mansit incolume; tandem Vespasiani iussu per Lupum Alexandriae praefectum, ablatis nonnullis donariis, primum clausum est; postmodum

[1]) Marc. 5, 23. ἀρχισυνάγωγος. [2]) Luc. 4, 20. [3]) Apoc. 1, 20. [4]) Hierosolymis, ubi Act. 6, 9. Libertinorum — qui a Pompeio et Sosio abducti captivi, recepta libertate, redierunt — Alexandrinorum et Cyrenensium synagogae memorantur. [5]) *Plura de Synagogis earumque ministris exponere libri angustia prohibet methodique observantia; inveniuntur apud antiquitatum hebraicarum scriptores: C. Vitringam, de Synagoga vetere libri tres. Franecq. 1696. Ch Bornitium, Exerc. de Synagogis Veterum Hebraeorum; in Thes. Ant. s. Ugol. XXI, 495. seq. J. Rhenferdium, Investig. Praefectorum et Ministrorum Synagogae. ib. p. 103. s. J. Buxtorfium, de Synagoga iudaica — recentiori praesertim germanica disserentem — ib. XXV. pag. 749. J. Jahnium, Archaeol. III, 280. s. Wineri R. W., II, 548. s. Keilium, Archaeol. I, 152. s. Jost, Gesch. I, 168. s. Leyrer, in Herzogs R. E. XV, 299. s.* [6]) E. c. Matth. 26, 47. 59. Marc. 15, 1. Luc. 22, 66. Act. 5, 21. 22. 30. 23, 6. [7]) *Qua de re videndi rursus: B. Ugolini, Tractatus de Synhedriis Gemara Hierosolymitana illustratus in Thes. Ant. S. XXV, 1. seq. J. Vorstii, Dissertatio de Synhedriis Hebraeorum. ib. 1103. s. S. F. Bucheri, Synedrium Magnum. ib. 1151. s. Jost, l. c. p. 270. s. Leyrer, l. c p. 315. s.* [8]) V. p. 47. 68. s. 87. s. 362. 472. s. 538. [9]) 163. a. C. [10]) Antiq. XIII. 3, 2. pag. 638. [11]) 19, 18. 19. Ubi tamen nihil de Templo, sed de altari tantum sermo est. [12]) Josephus, de bello. VII. 10, 3 p. 434.

vero brevi mortuo Lupo, per Paulinum, qui ei successit in imperio, omnino inaccessum est factum, ut ne vestigium quidem cultus divini in loco superesset [1]. Non magno in pretio stante hierosolymitano apud Judaeos habebatur; post huius autem ruinas, in illo victimas recte fuisse oblatas Talmudici contendunt [2]. Amor tamen affectusque in s. aedem hierosolymitanam mansit inhaesitque Judaeis Aegyptiensibus, qui passim Hellenistae vocantur, licet hoc nomine Ἕλληνες [3] in genere omnes Judaei veniant, qui inter gentes non solum in Aegypto sed ubique per Graeciam perque omnem Asiam et Africam late sedes suas procul a Palaestina posuere, graecaque lingua utebantur; e quibus tamen erant aliqui quibus utraque lingua aramaica sc. et graeca esset vernacula[4]. Novam in universum captivitas Judaeis dederat linguam. Priscam enim hebraicam exules dedidicerant, quae nonnisi penes scriptores mansit et eruditos. Vulgus lingua aramaica uti coepit. Postquam Graeci Oriente dominabantur, aramaicam quidem retinuerunt; simul tamen graecam ediscebant; par ratio fuit ubi Romanis obedierunt. Idem amor et affectus ergo Templum haesit etiam ceteris omnibus, qui extra Palaestinam degebant, quod venerari nuspiam desinebant, donis et sacrificiis Hierosolymas missis et itineribus illuc susceptis [5]. Sed tamen efficere ea res non potuit, ut eos Palaestini germanos fratres agnoscerent, sed in contemtu erant, et desertores habiti sunt. Auxit odii et dissidii causas patriae linguae neglectus, quam plerique ne intelligebant quidem: et serius Versio graeca septuaginta interpretum [6], qua utebantur Judaei ubique per Aegyptum Asiam et Graeciam dispersi [7].

§. 186. Sectae Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essenorum.

Tandem invaluit morbus religioni sincerae perniciosissimus Sectarum. Sectae temporibus ante exilium ignotae erant. Huius rei ratio perquam probabilis ista reddi potest. Aetate, qua prophetae verba populo publicanda coelitus accipiebant, nullae controversiae et disceptationes de praeceptis divinis oriri poterant; propterea, quod praesto essent viri *θεοπνευστίας* dono aucti, qui humanas haesitationes, divinam voluntatem Domini proferentes, resecarent. At omnia haec secus fuerunt tempore post

---

[1]) Josephus, l. s. c. 4. p. 435. [2]) Megillah fol. X, 1. V. e. C. Sigonii, de Rep. Hebraeorum. l. II. c. VII. in Ugol. Thes. IV, 289. J. Seldeni, de Successione in Pontificatum Hebr. ib. XII, 268. s. [3]) Act. 14, 1. 16, 13. [4]) Ut s. Paulus Tarsensis, de civitate graeca et tamen Hebraeus ex Hebraeis. I. Cor. 11, 28. [5]) Act. 2, 4—6. [6]) Vide p. 538. [7]) Cf. P. Cunaei, de Republica Hebraeorum. l. II. c. 23. in Ugol. Thes. III, 1285. s. Jost, Gesch. I, 101. s.

exilium, cum prophetarum conciones — Malachia fatis functo — cessarunt. Cum enim iam nusquam amplius essent divinitus instructi Legis interpretes, quorum effatis inesset plena fides, controversiae et quaestiones ex et de sacris Literis exortae pepererunt sectas[1]: Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essenorum. Nomen primae in historiis Novi Testamenti notissimae non uno modo explicatur[2]; verisimillime פְּרוּשִׁים derivatur a verbo פרשׁ, significatu separandi[3] sc. separati a reliquis ostentatione singularis supra ceteros sanctitatis, munditiei, vitae rigidioris tum et observantiae Legis[4]. Prima Pharisaeorum origo obscura est; Josephus[5] a temporibus Jonathae fratris Judae[6] eam ducit. Certe[7] temporibus Aristobuli et Alexandri Jannaei[8] multa apud Judaeos gratia et auctoritate pollebant[9]. Quod singulare huic sectae erat, in eo praecipue consistebat, quod praeter Sacros Libros, legem non scriptam, seu traditiones veterum[10] admitterent; imo legi scriptae praeferrent[11], utramque a Moyse in monte Sinai acceptam gloriantes. Dogmata, quae fovebant, haec fere enumerantur potissima. Omnia[12] fato et Deo attribuerunt; quidam attamen confessi sunt res hominum divina regi providentia[13]. Animam dicebant quidem immortalem[14]; transire autem in alia corpora solas piorum, impiorum vero interminabili supplicio cruciari[15]. Angelos credebant[16] in quorum vero numero, ordine et nominibus constituendis dissidebant. Accedebant placita de praeceptis Legis Mosaicae varie restringendis[17], de iustitia eorum propria, qui ex semine Abrahami et circumcisione orti essent, et de terreno Messiae regno. Vitae vero quod attinet rationem, ea unice ad ostentationem erat comparata, ut pietatis sanctitatisque

---

[1]) Quas Josephus, Antiq. XIII. 5, 9. I, 649. αἱρέσεις. Antiq. XVIII. 1. I. φιλοσοφίαι l. c. p. 870. coll. de bello, II. 8, 14. II. p. 166. Judaei כתות, coetus, sive collegia vocant. [2]) V. B. Ugolini Trihaeresium in eiusd. Thes. a S. XXII. pag. 4. [3]) Chald. פְּרִישִׁין gr. ἀφωρισμένοι. [4]) Coll. Luc. 18, 11. Act. 26, 5. [5]) Antiq. XIII. 5, 9. I. p. 649. ib. XVIII. 1, 2—6. p. 869. [6]) Qui iam decessit 140. et amplius annis a. C. [7]) Coll. Ant. XIII. 15, 5. p. 675. s. [8]) Integro circiter ante Christum natum saeculo. [9]) Recentioris originis facit s. Hieronymus, cui tamen aeque assentiri non possumus, qui Comm. in Isai. l. III. c. 8, 13. IV, 122. ortos censet tempore Schammai et Hillelis babylonii in celeberrimis Judaeorum doctoribus circa aevum Herodis. D. q. v. O. Nording, scholae et academiae Hebraeorum. Upsaliae. 1707. p. 36. s. [10]) παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων [11]) Matth. 5, 23. [12]) Teste Josepho, de bello. II. 8, 14. p. 166., qui tamen sibi hac in re non videtur constare. [13]) Act. 5 38, 9. [14]) Matth. 22, 14—34. Marc. 2, 18—23. Luc. 20, 27—36. Joann. 11, 24. Docebant id contra Sadducaeos. [15]) Matth. 14, 2. 16, 14. Joann. 9, 2. 34. Josephus, Antiq. XVIII. 1, 3. u. s. de bello. II, 8. s. Cf. Pauli Slevogti, Disputatio de Metempsychosi Judaeorum in B. Ugol. Thes. a. S. XXII,. 277, s. [16]) Contra id, quod tenebant Sadducaei. Act. 23, 8. [17]) Matth. 15, 5 Marc. 7, 11.

famam sibi acquirerent [1]. In specie observabant ieiunium hebdomadale repetitum [2], cui etiam preces addere solebant [3]. Decimabant omnia sua etiam minima [4]. Affectabant superstitiosam separationem; sic nec a vulgo, nedum a peccatoribus, se tangi patiebantur; hinc cibum cum iisdem non capiebant [5]. Cautissime agebant in observanda munditie; quo spectant ablutiones superstitiosae, in quas toties invehi Salvatorem necesse fuit [6]. Nec minor erat cura, quam habebant circa vestitum; gestabant et dilatabant philacteria quibus ex vestium quatuor angulis dependentibus [7] velut legis custodiendae et precum fundendarum monitoriis utebantur [8]. Prolixas deblaterabant orationes in conventibus et angulis platearum [9]. Eleemosynas faciebant in publico. Propterea tam saepe reprehenduntur a Salvatore; vocantur hypocritae [10], inanis gloriae cupidi [11], deforis apparentes iusti [12], sepulcra dealbata [13]. Quamvis Pharisaeorum dogmata et instituta prava essent, tamen propter legum rituumve observantiam, propter opera, quae exercebant atque ob vilem victum et amictum, quo utebantur, magna apud populum erant auctoritate. Sed et turbida tempestate, cum res Judaeorum ad incitas vergerent Hierarchiae partem non ultimam Pharisaeos constituisse videmus [14]. Pontifices et Pharisaeos pro mutua ipsorum necessitudine consociantes plerumque operam iunctimque tum agentes tum patientes invenimus [15]. Nundinaria sua sanctitate, mare et aridam circumeuntes proselytos facere conabantur [16]. Plebeiorum ex numero haud pauciores, quam genere et natalium praerogativa nobiles huic disciplinae se dederunt; sed et foeminae Pharisaismum amplectebantur, imprimis virgines et viduae sub velo devotionis et sanctitatis omnem nequitiam occultantes. Fatendum interim [17] est vitia, quae a Christo in iis reprehenduntur, non omnibus communia [18] nec solis Pharisaeis priva fuisse. Pharisaeis in historiis Evangeliorum [19] plerumque iungi solent

---

1) Cf. A. Biedermanni, Die Pharisäer und Sadducäer. Zürich. 1854. p. 23. s. 2) Matth. 9, 14. Luc. 5, 33. coll. Matth. 8, 5. 3) Matth. 17, 21. Marc. 9, 29. Act. 13, 2. 3, 21. 4) Matth. 23, 23. Luc. 18, 12. 5) Matth. 9, 11. Luc. 7, 39. 6) Matth. 7, 14. 15, 2. Marc. 7, 3. s. 7) Iuxta Deut. 22, 12. Cf. M. Hilleri, de vestibus fimbriatis in Ugol. Th. XXI, 614. s. 8) Matth. 23, 5. Luc. 11, 18. 9) Matth. 6, 2. 5. 23, 14. Luc 18, 11. 10) ὑποκριταί, Matth. 6, 16. 11) Matth. 23, 5. s. Luc. 11, 43. 12) Matth. 23, 28. 13) Matth. 23, 27. 14) V. C. Grossmanni, Comment. de Collegio Pharisaeorum. Lips. 185. p. 6. s. 15) Grossmann, ib. p. 15. 16) Matth. 23, 15. 17) Coll. Joann. 3, 1. 19, 39. Act. 22, 5. 26, 5. 18) *Plura scire cupientem hac de secta remittimus, praeter scriptores hinc inde a nobis citatos, ad Ugolini Trihaeresium in eiusd. Thes. a. S. S. 22, 1—56. J. Schmids, Diss. de Secta Pharisaeorum. ib. p. 211. s. Opitii, exer. phil. de Pharisaeis. ib. p. 225. s. L. A. Rechenbergii, Dissert. de Pharisaeis. p. 231. s. Döllinger, Heidenth. u. Judenth. Regensb. 1857. p. 745. s. Reuss, in Herzogs R. E. XI, 496. s. J. M. Jost, Gesch. d. Jud. u. s. Secten. I, 197. s. Al. Müller, Pharisäer u. Sadducäer; in annal. Soc. erud. Vindob. 1860. XXXIV, 95. s.* 19) E. c. Matth. 22, 34. 35. Marc. 12, 28. Act. 23. 9.

Scribae et Legisperiti[1]; quorum erat S. Scripturas in synagogis praelegere, enodare, perplexa dubia ex Moyse et prophetis obiecta solvere[2]. Plerique, non tamen omnes, utrumque titulum Scribae et Pharisaei gerebant; quia qui e scribarum collegio ratione officii erant, Pharisaeorum placita sequebantur. Unde hoc respectu Christus eosdem Pharisaeis iungit, et ob consensum hac in parte castigat[3]. Pharisaeis succedunt **Sadducaei**[4], quorum error isque gravissimus omnium fuit, quod resurrectionem mortuorum non crediderint[5]. Alius isque pariter teterrimus erat, quod negarent dari naturas spirituales[6]. Non esse providentiam circa mala, imo, si Josepho credimus, nullam. Cum Pharisaei plus aequo tribuerent traditionibus patrum, in alterum extremum procurrerunt Sadducaei; creduntur enim[7] nihil admisisse, quod non disertis verbis in S. Scriptura exstaret. In cultu divino externo cum Pharisaeis consentiebant, unde et inter iudices synedrii sedebant. Hinc et saepius cum Pharisaeis in Christum conspiraverunt[8]; quem captiosis quaestionibus tentarunt[9]. Doctrinae fidei respondebat vitae publicae et privatae conditio. Pauci erant Sadducaei numero, sed opulentiores fere ac principes civitatis; quamquam ob ingenium ferox et asperum tum nulla apud plebem gratia, tum exigua in republica auctoritate gauderent, ita ut in gerendo magistratu inviti cogerentur exosa sibi Pharisaeorum placita et instituta tueri, utpote qui pietatis causa prae ceteris cari Deo habebantur[10]. Quod ad mores attinet, a severitate iudaica ad Graecorum luxum et mollitiem degenerebant ita, ut quovis flagitiorum genere volutarentur.

---

¹) Nomen quod attinet *γραμματεῖς*, סופרים ordinis est, quo nuncupati sunt, qui inter Judaeos regibus erant a secretis consiliis, שֹׁטְרִים appellati ob genealogiarum recensum, penes quos erant acta et instrumenta publica q. d. actuarii, notarii. Matth. 2, 4. Act. 15, 27. Iidem *νομικοί* et *νομοδιδάσκαλοι* appellantur, doctores, interpretes legis. ²) Quo allusisse videtur s. Paulus, I. Cor. 1, 20. ³) *Cf. C. Sigonii, de rep. Hebr. l. V. c. 10. ed. c. p. 603. J. Sauberti, Comm. de sacerdotio Hebr. in Bl. Ugol. Thes. XII. p. 28. s. Bornitii, exercit. ph. de Synagogis. Ugol. XXI, 509. s. Rechenberg, de Pharis. c. l. p. 236. Jost, l. c. p. 92. s.* ⁴) De quorum nomine et origine rursus non convenit inter eruditos. Quidam illud a צדק, iustitia, ducunt, quod exactissime studuerint iustitiae, alii a Zachaeo altero ex discipulis Antigoni Sochaei, clari post Simonem iustum annis a. Chr. 226. derivant. Cf. S. Bartheli, sched. hist. de Sadducaeis. in Ugol. Thes. A. S. XXII. pag. 244. ⁵) Matth. 22, 23. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. ⁶) Act. 23, 8. ⁷) Coll. Matth. 22, 23. 24. ⁸) Vide Matth. 16, 1. ib. 12, 23. Marc. 12, 18. Luc. 20, 27. ⁹) *Cf. B. Ugolini, Trihaeresium. p. 9. s. Alia capita doctrinae Sadducaeorum e scriptis Philonis Alexandrini collegit Chr. Grossmann. Comment. de Philosophia Sadducaeorum. Lips. 1836. p. 9. s. Idem part. II. ib. ed. 1837. de fragmentis eorum exegeticis dixit, in eo tamen hallucinatus, quod placita Philonis, quem Sadducaeum fuisse demonstrare nequit, pro Sadducaeorum doctrina ceu fontem habeat.* ¹⁰) Antiq. XVII. 2, 4. p. 830.

Romanis autem ut probarentur, non solum officia antelucana obierunt, sed etiam religionem patriam, ne superstitiosi viderentur, violarunt [1]. Pharisaeorum et Sadducaeorum sectae origo erant plurimorum malorum, domesticarum dissensionum et caedium, quibus imperium Machabaeorum a Joanne Hyrcano I. usque ad Herodis M. tempora scatet [2]. Sadducaeos excipit secta Essenorum [3]. Decreta dogmatica in plurimis e. c. de providentia, animae immortalitate, sana erant. Princeps attamen et palmare illorum dogma fuit: Dei sanctissimi cognitionem, proinde et S. Scripturae intelligentiam interiorem, non cadere nisi in mentem sanctam et omni terrena labe mundatam. Qua quidem cognitione cum felicitas hominum absolvatur, vita rerum divinarum contemplationi addicta beatissima est. Vitae institutum agebant rigidum et austerum. Victu utebantur tenui ac simplici, vestimentis vilissimis. In societate abhorrebant multis modis ab aequalium consvetudine; neque enim munia capessebant, neque conventus hominum promiscuos frequentabant; et ne tranquillitati vitae, quam sectabantur, nocerent ad interiora Judaeae secesserunt. Custodiebant castitatem, negligebant opes, fugiebant lites et contentiones, iusiurandum sancte servabant, nullas artes exercebant ex quibus aliquid rediret vitii. Statis ante solis ortum precibus vacabant, sabbatum plane superstitiose observabant; pietati, beneficentiae et hospitalitati operam dabant, in delinquentes severe animadvertebant. Ceterum haec talis Essenorum disciplina non fortunae temeritate, vel lubitu singulorum administrabatur, sed legi certae adstricta erat. Nimirum Esseni necessitudine mutua inter se coniuncti unum coetum iure consociatum efficiebant. Unde non mirum eos populum in admirationem et venerationem sui rapuisse. His commode iunguntur Herodiani Ἡρωδιανοί [4]; quinam autem illi fuerint non constat. An civilis factio, an ecclesiastica esset, dubitatur. Verissime habentur pro parasitis

---

1) V. Chr. Grossmann, de phil. Sadd. Part. III, de statu eorum literario, morali et politico. Lips. 1838. pag. 12. s. 2) *V. Grossmann, de phil. Sadduc. Part. IV. Lips. 1838. p. 14. s. Reuss, in Herzogs R. E. XI, 289. s. Jost, l. c. p. 223. s.* 3) Ἐσσηνοί, *forte* חשא, a. r. חָשָׁה, *qui seorsim degit, q. d.* μονάζοντες. *Quos inter atque eos, qui Therapeutae,* — Θεραπευταί — *ab Hellenistis Aegypti nominabantur, utpote qui peritiam malis ethicis medendi tenerent, maxima intercedit similitudo. De doctrina et vitae institutis prolixe agit Josephus, Ant. XVIII. 1, 5. p. 871. de bello II. 8, 2. s. II, 160—165. Philo, l. quod omnis probus liber et Apol. Jud. Op. II, 457. s. 632. s. Eusebius, Praep. evang. VIII, 11. ed. Col. p. 379. s. J. J. Bellermann, Gesch. Nachrichten über Essener und Therapeuten. Berlin. 1821. J. Sauer, de Essenis et Therapeutis disq. Vrat. 1829. Chr. Grossmann, de Ascetis Judaeorum veterum ex Philone. Altenburgi. 1833. G. Uhlhorn, in Herzogs R. E. IV, 174. s. Jost, l. c. p. 207. s.* 4) Ex Matth. 22, 16. Marc. 3, 5. 12, 13. noti.

Herodianorum, quippe qui summis viribus regnum istius familiae probarent et stabilirent; ceterum Sadducaeorum doctrinam sequebantur [1]. Factionem civilem potius quam ecclesiasticam constituebant quoque Galilaei [2] vel Gaulanitae, qui a Juda Gaulanita sive Galilaeo consociati [3] stabant contra Romanos rerum dominos, iisque censum, servitutis iudaicae testem, pendendum negabant. Hi sunt illi quorum sanguinem Pilatus miscuisse dicitur cum sacrificiis [4]. Corruptissimo errore de Messia eiusque regno, quod terrenum tantum, sublata qua premebantur servitute, sibi promittebant, fascinati Christum non agnoverunt Salvatorem. Ex his porro Zelotae et sicarii, teterrima gentis iudaicae pestis orti sunt [5]. Haec quisquis attenta mente legerit, observabit doctrinam revelatam Veteris Testamenti de Deo rebusque divinis per istas sectas — quae Christi hostes fuere pertinacissimi — variis erroribus et corruptelis fuisse deformatam.

§. 187. *Τέλος νόμου Χριστός.*

Conclusionis instar atteximus egregium divini Thomae Aquinatis Doctoris Angelici de verbis Apostoli ad Rom. 10, 4. locum „*Magno Dei consilio factum est, ut post hominis casum non illico Dei Filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrii, in lege naturali, ut sic vires naturae suae cognosceret: ubi cum deficeret, legem accepit, qua data invaluit morbus, non legis sed naturae vitio, ut ita cognita sua infirmitate clamaret ad medicum et gratiae quaereret auxilium*“ [6].

His itaque de praeparatione ad Adventum Domini pertractatis, atque discursu ad ipsius Apparitionem exponendam patefacto; superandis in Historia Revelationis divinae Novi Testamenti concinnanda difficultatibus Virgo Dei Genitrix, cuius divinus Partus in ipso ingressu enarrandus occurret, benedicti Filii sui semper conciliatrix assistat!

---

[1]) Ut liquet inter alia ex Matth. 16, 6. 22, 16. coll. Marc. 8, 15. 12, 13. Cf. Sauberti, de sacerdotio Hebraeorum. c. 25. in Ugol. Thes. XII, 45. [2]) De quibus Josephus, Ant. XVIII. 1, 6. p 872. ait: secta „hominum, qui ceteroquin cum Pharisaeis sentiunt, sed libertatem sic amant, ut eam mordicus tueantur.“ Vide eiusdem de bello. II. 8, 1. p. 160. [3]) Act. 5, 37. [4]) Luc. 13, 1—3. [5]) V. J. Rhenferdii, Dissert. de fictis Judaeorum haeresibus in Thes. A. S. Ugol. XXII. pag. 679. Jost, l. s. c. p. 327. s. [6]) Summae P. III. q. I. a. 5. ed. Parm. 1854. vol. IV. p. 10.

O. A. M. D. G.

ADUMBRATIO RERUM

DE QUIBUS AGITUR IN

HISTORIA REVELATIONIS DIVINAE VETERIS TESTAMENTI.

Summam Prolegomenorum et Notitias T. S. geographicas dedimus pag. C.

PERIODUS PRIMA.

Ab origine Mundi et Revelationis usque ad tempora Regum, sive ab anno 4274—1084. a. n. C.

CAPUT PRIMUM

a condito orbe usque ad ortum Abrahami historias Revelationis Divinae enarrat.

CAPUT ALTERUM

ab Abrahamo usque ad ortum Moysis historias Patriarcharum enarrat.

CAPUT TERTIUM

a Moyse ad tempora Regum historias Revelationis Divinae enarrat.

PARTICULA I.

Ab ortu Moysis usque ad introitum in terram sacram.

PARTICULA II.

Legislatio singulatim expenditur.

TRACTATUS PRIOR

Instituta Legis evolvit.

TRACTATUS ALTER

Librum Legis considerat.

PARTICULA III.

Ab introitu in terram s. ad Hebraeorum Reges.

PERIODUS SECUNDA.

A Regibus Hebraeorum usque ad exilium Babylonicum, sive ab anno 1084—586. a. n. C.

CAPUT PRIMUM

ab initiis Monarchiae usque ad schisma historias Revelationis Divinae enarrat.

CAPUT ALTERUM

historias Israelis vel decem Tribuum enarrat.

CAPUT TERTIUM

historias Regni Judaici ab anno 967 ad 586 a. n. C. enarrat.

PERIODUS TERTIA.

Ab exilio Babylonico usque ad Christum natum sive ab anno 586 ad 4. a. n. C.

CAPUT PRIMUM

a deleta civitate Hebraica usque ad aetatem Machabaeorum historias Revelationis Divinae enarrat.

CAPUT ALTERUM

a Principatu Machabaeorum usque ad Christum natum historias Revelationis Divinae enarrat.

EXPLICIT HISTORIA REVELATIONIS DIVINAE VETERIS TESTAMENTI.

ERRATA

HOCCE IN LIBRO DEPREHENSA SIC CORRIGENDA SUNT:

Compendia Scripturae.

Numerus prior designat paginam.
Numerus alter „ lineam.
l. „ lege.
d. „ dele.
a. „ adde.

II, 27. l. firmatur. III, 9. l. siquidem. VI, 9. l. possemus. VIII, 15. l. etiamsi. XIV, 5. l. auferremus. XXIII, 20. l. quae . . . fertilia. XXVI, 13. l. בַּיַּרְדֵּן. XXXVI, 19. l. non solum. XLVIII, 15. l. productam. XLIX, 1. l. diversa. LXV, 17. l. pag. 243. LXVIII, 12. l. quae. LXIX, 29. l. Levitaeque. LXXIII, 33. l. Caesareae. LXXV, 14. l. contemplaretur. LXXVII, 4. l. depressioribus. LXXX, 22. l. in dubium. XCIII, 10. l. Balaami. Ib., 17. l. praedatus esse. XCV, 23. l. ceu.

5, 21. l. attenti. 7, 27. l. habuerunt. 10, 29. l. fuisse. 18, 31. l. Prometheo. 23, 3. l. qui. 26, 27. l. parallelebipedum. 28, 8. l. quas res. 29, 11. l. arca. 31, 34. l. homines. 32, 34. l. arbitratum esse. 38, 41. l. maxime. 39, 10. l. de Cham denique loquitur. Ib., 15. l. hae, quas. Ib., 36. l. Thebaidis. 42, 31. l. poterat. 52, 2. a. columbam. 62, 22. l. coacervabis. 68, 14. l. ea. 69, 39. l. absumebant. 70, 27. l. נִיקְרְאוּ. 72, 14. a. Joseph. 74, 19. l. reditum. 75, 31. d. a. 88, 23. l. copiam. Ib., 35. l. Description. 93, 10. l. idem. 96, 31. l. ὑπόστασιν. 99, 42. l. secundariam vero. 102, 9. l. distinebantur. 107, 28. l. בַּעַל צְפֹן. 108, 21. l. metati sunt. 109, 2. l. questus. 110, 28. l. sacramentum Spiritus. 111, 3. l. in se. Ib., 18. l. in aquam. Ib., 35. l. ingratus. 112, 32. l. apparerent. Ib., 18. l. sacerdotium. 114, 1. l. se praeparabant. 117, 2. l. immissi. Ib., ib. l. peremerunt. 127, 43. l. authentia. 128, 22. l. earumve. 129, 37. l. detrectaturos. 130, 24. l. unamquamque. 132, 28. l. pertinet. 138, 15. l. Hebr. 9, 4. Ib., 16. d. Hebr. 140, 46. l. pietatemque. 144, 16. l. toti. 148, 4. l. offerrentur. 149, 17. d. die

153, 29. l. hac de re. 154, 27. l. ex. 168, 5. l. licet. 172, 38. l. edissereret. 174, 11. l. Memoriae. 181, 36. l. editionem. 184, 3. d. γ. 185, 4. l. c. 186, 14. l. de quo. 187, 4. l. d. Ib., 13. l. e. Ib., 16. l. quot. 189, 8. l. Moysis. 191, 15. l. Num. 36, 13. 195, 30. l. dedidissent. 196, 4. l. dimidiam. 204, 15. l. conscripta. Ib., 32. l. Jael. 205, 33. l. de lagenis. Ib., 25. l. mirabili. 206, 16. l. partae. Ib., 17. l. destituerint. Ib., 19. l. triturario. Ib., 30. l. toti. Ib., 40. l. cepit. 207, 32. d. domo paterna. 210, 20. l. intendebat. 212, 17. l. deseruerunt. 213, 14. l. emolliebatur. 214, 20. l. quadringenti. 216, 37. l. praeclarorum. 218, 23. l. Nihilominus. 222, 1. l. sumendum. 223, 13. l. redimendum. 246, 5. l. Samuelem. Ib., 45. l. ad. 264, 46. l. Miphibosetho. 286, 37. l. dispiciat. 288, 20. l. Psalmodiae. 297, 13. l. ex inferioribus. 300, 15. l. audiret. 309, 19. l. in amorem 328, 35. l. Paraphrastes. 359, 32. l. de eius vita. 367, 25. l. Lutet. 373, 33. l. substituit. 384, 37. l. decimo quarto. 390, 28. l. regiminis. 393, 14. l. Hierosolymae. 404, 29. l. amplectebatur. 407, 2. l. praedictionem. 414, 23. l. pretiosis. 424, 13. l. propiores. 442, 13. l. alligatum. Ib., ib. l. Nonnulla. 452, 12. l. commentarii. 470, 41. l. dionysianam. 477, 31. l. percussum. 486, 24. l. aulicorum. 487, 28. l. repraesentantis. 489. 11. l. Danieli. 490, 3, l. Hebraeos. 492, 27. l. differre. 494, 22. l. processerat. 495, 8. l. urgentes. 498, 14. l. assignatus. 507, 27. l. a c. 508, 26. l. priora. Ib., 33. l. interpretationem. 509, 9. l. erant. 515, 24. l. defraudabantur. 518, 13. l. diversis. 519, 16. l. Jeremiae. 526, 30. l. distinguere. 531, 33. l. opponit enim. 538, 28. l. regiorum. 551, 17. l. subsistere. 558, 4. l. ingenti. Ib., 30. l. ingravescente. Ib., 35. l. perrexit. 559, 35. l. ob annonae. 552, 19. l. viginti duobus. 565, 11. l. exauctoratos. 568, 22. l. impetravit. 579, 22. l. confirmasset. 581, 46. l. confirmavit. 583, 26. l. sumamus. 588, 9. l qua. 589, 31. l. הַכְּנֶסֶת.

Tu qui Literas s. colis lector his fave! Reliqua libri menda typographica, aut properantis calami vitia, quae oculis meis et aliorum se subduxere, ea velim pro humanitate tua benevole emenda.



